This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

WIDENER LIBRARY
HX JUM3

Digitized by Google

22 16.186 Corridor

HARVARD UNIVERSITY

LIBRARY OF THE

Classical Department

HARVARD HALL

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI, SIGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR. SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR. GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC. PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NANNII, JUSTI LIPSII, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM

A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

TOMUS SEPTIMUS.

STUTGARDIAE,

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WUERTEMBERGICAE.

LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXXIII.

Digitized by Google

1 June, 1906
HARVARD UNIVERSITY.
Classical Department.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES.

TOMUS SEPTIMUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI.

EPITOME LIBRI VIGESIMI SECUNDI.

Hannibal, per continuas vigilias in paludibus oculo amisso, venit in Etruriam: per quas paludes quatriduo et tribus noctibus sine ulla requie iter fecit. C. Flaminius consul, homo temerarius, contra auspicia profectus, signis militaribus effossis, quae tolli non poterant, et ab equo, quem conscenderat,

Venit in Etruriam] *venit in Flaminiam* Boend. *in Hetruriam venit* Berg.

C. Flaminius consul, homo temerarius] *Caesar Flaminius* Voss. Tum vox *homo* deficit in Boend. Mox *signis militaribus defossis*, pro *effossis*, perperam idem codex. Livius hoc libro c. 3, 13. *Abi, nuncia, signum effodiant.*

Quae tolli non poterant] Livius de hoc omine agens c. 3, 12. *convelli* dicit, quod proprium in ea re verbum est, ut et *vellere*. Virgil. 4. Georg. 188.

— — *aut castris audebit vellere signa.*

Liv. Tom. VII. 11. Aen. 19.

— — *ubi primum vellere signa.*

Adnuerint Superi.

V. ibi Serv. et Cerd. Gron. ad Liv. 3, 54, 10. et Modium ad c. 3, 11. hujus lib. Tamen etiam *tolli* dicuntur *signa*. Infra c. 6, 10. *Sublatis raptim signis.* 25, 33, 4. *Signis repente sublatis Celtiberi abeunt.* 32, 30, 7. *Et signis sublatis aut domos redirent, aut ad Romanos transirent.* DUK.

Ab equo, quem conscenderat, per caput devolutus] *quem consederat* Boend. et Berg. Tum

Digitized by Google

per caput devolutus, insidiis ab Hannibale circumventus, ad Trasimenum lacum cum exercitu caesus est. Sex millia, quae eruperant, fide ab Maharbale data, perfidia Hannibalis vincta sunt. Quum ad nuncium cladis Romae luctus esset, duae matres, ex insperato receptis filiis, gaudio mortuae sunt. Ob hanc cladem ex Sibyllinis libris ver sacrum votum. Quum deinde Q. Fabius Maximus dictator, adversus Hannibalem missus, nollet acie cum eo confligere, ne, contra ferocem tot victoriis hostem, territum adversis proeliis militem pugnae committeret,

in caput devolutus Boend. Mox *Transimenum lacum* Voss. Boenderm. Hearnii Norvic. et vett. edd. V. infra hoc lib. c. 4, 1. Voces autem cum *exercitu* omittuntur in Voss.

Sex millia, quae eruperant, fide ab Maharbale data, perfidia Hannibalis vincta sunt] *quae ruperant* Voss. et Berg. ubi prima litera posterioris vocis a prioris ultima intercepta est. V. ad 2, 44, 6. *quae eruperunt* Leid. *quae supererant* Boend. Male. Livius c. 6, 8. *Sex millia ferme primi agminis, per adversos hostes eruptione inpigre facta, ex saltu evasere.* Deinde *fide a Maharbale data* Leid. *fide Heherbale data* Voss. *fide ab Herbale data* Berg. *fide ab Atherbale data* Boend. *fide ab Attherbale data* Exc. Pithoei. Tum *victa sunt* Leid. *victi sunt* Boend. V. ad 30, 12, 7.

Duae matres, insperato receptis filiis] Vet. lib. *ex insperato* DELRIUS. Similiter Leid. Voss. Berg. et Boend. Ita Livius locutus est 5, 23, 2. *Velut ex insperato immensum gaudium fuit.* 44, 5, 10. *Vix tandem ex insperato stabilem ad insistendum nactis locum.* Vellej. 2, 112. *Ex insperato victoriam vindicaverunt.* Ita *ex composito.* V. ad 1, 9, 10. *ex inproviso.* V. ad 6, 33, 7. Tot itaque codicum auctoritate praepositionem in contextum recepi. Verum insuper *et duae matres* Exc. Pithoei. Sed vocula *et* nata est ex ultimis literis dictionis praecedentis. V. ad 39, 18, 8. Mox *Ob hanc caussam et cladem* Boend. *Ob hanc caussam ac cladem* Voss.

Territum adversis proeliis militem pugnae committeret] Uno consensu repudiant vocem *territum* Leid. Voss. Berg. Boend. Hearnii Norvic. et priscae edd. quae tamen necessaria est, et ab Aldo jam recepta fuit. Deinde *adversis proeliis pugnam committeret* Leid. *adversis proeliis milites pugnae committere* Voss. *milites* etiam Berg. *adversis proeliis militem pugnare permitteret* Boend. Mox *sed opponendo se tantum* Leid. *et opponendo se tantum* Voss. Berg. et Boend. Tum *inpedire*, pro *inpediret*, Voss.

Digitized by Google

et, obponendo se tantummodo, conatus Hannibalis inpediret: M. Minucius magister equitum, ferox et temerarius, criminando dictatorem tanquam segnem et timidum, effecit, ut populi jussu aequaretur ei cum dictatore imperium; divisoque exercitu, quum iniquo loco conflixisset, et in maximo discrimine legiones ejus essent, superveniente cum exercitu Fabio Maximo, discrimine liberatus est. quo beneficio victus castra cum eo junxit, et patrem eum salutavit; idemque facere milites jussit. Hannibal, vastata Campania, inter Casilinum oppidum et Callieulam

Ut populi jussu ei imperium cum dictatore aequaretur] *aequaretur ei cum dictatore imperium* Leid. Voss. Berg. et Boend. quorum consensum spernere non potui. In praecedentibus *timidum et segnem*, trajectis vocibus, Hearnii Norvic. et edd. antt. usque ad ultimam Grut. cui consentiunt codd. mei.

Quum in iniquo hoc conflixisset, et in maximo discrimine legiones ejus essent] Vet. lib. *cum iniquo*. SIG. Vet. cod. *quum iniquo*. FR. SANCTIUS. Ita et Voss. Leid. Berg. et Boend. Utroque modo scriptores locuti sunt. Utrum igitur eligatur, parum intereſt. Illud *in* vel natum eſſe potuit aut a praecedentis vocis litera ultima, aut a sequentis syllaba prima, vel ab alterutra earum interceptum eſſe. *in iniquum locum* praeferunt edd. Frobeniana anni 1535. priores. Ego, codd. secutus, praepositionem suſtuli, quod et Crevier. feciſſe video. Praeterea *in magno discrimine* Leid. Voss. et Berg. V. ad Epit. Liv. 50. et mox hac ipsa Epit.

Superveniente cum exercitu Fabio Maximo, discrimine liberatus est] Voces *Maximo* et *est* desunt in Boend. Deinde *ex discrimine* legunt Norvic Hearnii, et priscae edd. Sed poſtrema demum Gruteri praepositionem omisit, quae etiam a reliquis scriptis abeſt. Mox *castra cum eo conjunxit* Leid. et Berg.

Idemque milites facere commilitonibus jussit] Vet. libri non habent vocem *commilitonibus*. SIG. Vocem *commilitonibus* ex omnibus scriptis servat unus Hearnii Norvic. Omnes autem hae voces omittantur in Leid. Sigonius praeterea edidit *facere milites*, consentientibus reliquis meis.

Vastata Campania, inter Casilinum oppidum et Calliculam montem] *vastata Capua* Leid. Tum *inter Cassilinum* Leid. idem. *inter Cassilanum* Berg. *inter Pasilianum* Voss. *inter Passinianum* Boend. *inter Pasilinum* Exc. Pithoei. Deinde *Caliculam* Berg. *Calliculum* Voss. *Callicum* Boend.

Sarmentis ad cornua boum ligatis] *alligatis* Leid. Berg.

Digitized by Google

montem a Fabio clausus, sarmentis ad cornua boum adligatis et incensis, praesidium Romanorum, quod Calliculam insidebat, fugavit: et sic transgressus est saltum. idemque Q. Fabii Maximi dictatoris, quum circumposita ureret, agro pepercit, ut illum tamquam proditorem suspectum faceret. Aemilio deinde Paullo et Terentio Varrone consulibus et ducibus, cum maxima clade adversus Hannibalem ad Cannas pugnatum est: caesaque eo proelio Romanorum quadraginta quinque millia, cum Paullo consule et senatoribus octoginta, consularibus atque praetoriis aut aediliciis triginta. Post quam cladem quum a nobilibus adolescentibus propter desperationem consi-

Boend. Hearnii Norvic. omnesque edd. usque ad ultimam Gruteri, in qua demum *ligatis* receptum est. Revocavi itaque priorem lectionem. Cic. 5. in Verr. 28. *Si, ut consuetudo est, universos ad palum adligasset.* Mox *in quo Callicola insidebat* Boend. *quod Gallicula insidebat* Voss. *quod Caliculam insedebat* Berg.

Idemque Fabii Maximi] *idemque Q Fabii Maximi* Voss. Leid. Berg. et Boend. Praenomen hauftum fuerat a voce praecedenti. V. ad 24, 11, 2. Mox *tamquam dictatorem*, pro *proditorem*, Berg.

Cum maxima clade adversus Hannibalem] *cum magna clade* Leid. Voss. Berg. et Boend. Eamdem varietatem jam supra hac Epit. habuimus.

Senatoribus octoginta, consularibus atque praetoriis aut aediliciis triginta] *senatoribus XC* Voss. Berg. Boend. Exc. Pithoei, Hearnii Norvic. et edd. Aldo antiquiores. Nisi *octuaginta* servasset Leid. credidissem, auctorem Epit. ut aliis bene multis locis, ita etiam hic, a Livio dissentire; Aldum vero, ut dissensum tolleret, *octoginta* substituisse. Nunc vero ob unius cod. auctoritatem *ἐπέχω*. Praeterea *et consularibus* Leid. *M. consularibus aut praetoriis* Voss. *mille consularibus, praetoriis et aedilibus XXX* Berg. et Boend. *consularibus et praetoriis* Exc. Pithoei. Paullo ante *caesa eo proelio*, pro *caesaque*, Boend.

Post quam cladem quum a nobilibus] *Post quam quum a nobilibus* Leid. Berg. et Exc. Pithoei; quasi vox *clades* ex praecedenti repetenda foret. *Post quae quum a nobilibus* Voss. et Boend. quorum posterior etiam mox *iniret*, pro *iniretur*, praefert. V. ad 10, 10, 1.

Qui postea Africanus nuncupatus est, stricto super capita deliberantium ferro] *qui postea Africanus vocatus est* Leid. et Voss. *qui Africanus postea vocatus est* Berg. *qui Affricanus postea nominatus est* Boend. Tum

Digitized by Google

lium de relinquenda Italia iniretur, P. Cornelius Scipio tribunus militum, qui postea Africanus nuncupatus est, stricto super capita deliberantium ferro, juravit, se pro hoste habiturum eum, qui in verba sua non jurasset; effecitque, ut omnes minime relictum iri a se Italiam jurejurando adstringerentur. Praeterea trepidationem urbis et luctum, et res in Hispania meliore eventu gestas continet. Opimia et Floronia, Vestales virgines, incesti damnatae sunt. Propter paucitatem vero militum servorum octo millia armata sunt. captivi, quum potestas esset redimendi, redemti non sunt. Varroni obviam itum est, et gratiae actae, quod de republica non desperasset.

supra capita deliberantium Voss. V. ad 23, 36, 6. *super capita consultantium* Leid. et Berg. Mox *juravit, pro hoste se habiturum eum* Berg. et edd. principes. *juravit pro hoste eum se habiturum* Boend. Verba in eum ordinem, qui nunc obtinet, primus digessit Froben. anno 1535. Deinde *in verba non jurasset, τῷ sua* omisso, Boend.

Effecitque, ut omnes minime relictum iri a se Italiam jurejurando adstringerentur] Vet. lib. *ut omnes non relictum iri.* SIG. *effecit, ut omnes* Leid. Deinde *non*, pro *minime*, etiam Leid. Berg. et Boend. Saepe in his epitomis pro *minime* in plerisque codd. *non* reperiri, infra notamus ad Epit. 49. Praeterea *relictum iri ab se Italiam* Boend. *relictura a se Italiam* Voss. *relicturos se Italiam* Berg.

Praeterea trepidationem urbis] Verba *Propter paucitatem* etc. *redemti non sunt* ante haec transferuntur in Berg. Boend. et edd. antt. Insuper *trepidatio nunc urbis* perperam Boend. Mox *meliori eventu* Berg. et Boend. *prospériore eventu* Leid.

Opimia et Floronia, Vestales virgines, incesti damnatae] *Opinia* Leid. et Voss. *Oppimia* Berg. *Oppia* Hearnii Norvic. et edd. vett. Tum *Florentia* Leid. Voss. Berg. Boend. Exc. Pithoei, et edd. principes. Verum *Opimia* et *Floronia* etiam apud Livium vocantur c. 57, 2. Deinde *damnatae sunt* Leid. Voss. Berg. Boend. Hearnii Norvic. omnesque edd. usque ad ultimam Gruteri. Voculam igitur contextui reddidi.

Propter paucitatem vero militum servorum octo millia armata sunt] Haec verba cum sequentibus *captivi* etc. *redemti non sunt*, quae in quibusdam codd. loco mota esse modo dixi, omittuntur in Hearnii Norvic. at sola vox *vero* non adparet in Leid. Berg. et Boend. Mox *redemti sunt*, male omissa particula negandi, Voss.

Varroni obviam itum est] *Τὸ est* exsulat a Voss. Berg. et Boend.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER VIGESIMUS SECUNDUS.

1 I. Jam ver adpetebat, quum Hannibal ex hibernis movit, et nequidquam ante conatus transcendere Apenninum intolerandis frigoribus, et cum in-
2 genti periculo moratus ac metu. Galli, quos prae-

§. 1. *Jam vero appetebat, quae Hannibal ex hibernis metuit, et neque eo qui jam ante conatus transcendere*] Vos, tanquam *appetebat* activum sit, et non absolutum, pro eo, quod est appropinquabat, sive incipiebat, sic emendastis: *Jam vero appetebat quae Annibal ex hybernis, quae et metuit.* nec hoc amplius. Petrarcha sic: *Jam vero appetebat, quae Annibal ex hibernis metuit, ut neque eo qui ante conatus transcendere Apenninum, et cum ingenti periculo moratus ac metu.* Haec si quis leget, non habens in promptu Livium, volo sciat, Annibalem ante conatum fuisse ex Gallia Cisalpina, ubi se parum credebat tuto moraturum, transcendere Apenninum: sed foedis coeli tempestatibus repulsum, et interea saepe eisdem Gallis insidiantibus in ultimum discrimen adductum. Hunc locum, Poggius, ad quem Antonius et Bartholomaeus suas in me invectivas miserant, cum superioribus diebus has emendationes ostenderem, dixit, aliquot jam annis Florentiae sic emendasse una cum Leonardo et Carolo Aretinis: *Jam vere appetebat, cum Annibal ex hybernis movit.* caetera negabat egere correctionis, sicut illum communem mihi cum Candido locum, et alia multa, quod vellet sic accipi: *neque eo metu qui* (pro *quo*) *jam ante conatus erat.* Solere namque Livium dure ac scabre loqui. Ego, etsi magis Livii, quam meam vicem doleam, tamen nihil dixi, nisi ut ad reliqua pergeret. Cujus quam docta sit expositio, et quam vera de Livio opinio, docti judicent. Ego sic lego. *Jam ver appetebat, cum Annibal ex hybernis movit: et nequicquam ante conatus transcendere.* VALLA. Priore libro [c. 50, 10.] ita habet Livius. *Secundum eam pugnam Hannibal in Ligures, Sempronius Lucam concessit.* Nec interea quicquam de ejus in Galliam ex Liguribus reditu. Polybius omisit Hannibalis in Ligures discessum. Cum igitur Hannibalis hyberna apud omnes in Gallia fuerint, mihi hoc quoque suspectum totum Hannibalis iter

Digitized by Google

dae populationumque conciverat spes, postquam pro eo, ut ipsi ex alieno agro raperent agerentque, suas terras sedem belli esse, premique utriusque partis exercituum hibernis viderunt; verterunt retro 3

visum est, ut pleraque, quae in hac historia extra Polybium admiscet Livius. GLAR. Polybius [3, 77.] ἐνιεαμένης δὲ τῆς ἐαρινῆς ὥρας. SIG. Annibalem in Gallia hybernasse, tradit Polybius: itaque tacite intelligendum est apud Livium, eundem ex Liguribus, in quos profectum esse ante dixit, in Galliam in hyberna se recepisse. SIG. *Jam vero adpetebat, quae hannibal ex hibernis metuit* Flor. Cant. Lovel. 3. et Hav. *Jam ver adpetebat, quae Annibal ex hibernis metuit* Harl. *Jam ver apetebat, et Hannibal ex hibernis* Ber. a m. 1. *ex hibernis se movit* a m. 2. *Jam ver appetebat, et Hannibal ex hibernis movit* Hafn. *Jam ver appetebat, neque Hannibal ex hibernis movit* Lovel. 5. *Jam ver appetebant, cum Hannibal ex hibernis movit* Gaertn. *Jam vero apparebat, quae Hannibal ex hibernis metuit* Voss. et Lov. 4. nisi quod hic *apparebant* legat. *Jam vero apparebat, quum Hannibal ex hibernis metuit* Lovel. 1. *apparebat* etiam in codicibus suis esse, Hearne monuit. De quo errore v. ad 37, 32, 14. Deinde *et neque eo, qui jam ante conatus* Flor. Voss. Lovel. 4. Harl. et Gaertn. *et neque eo qui ante conatus* Cant. *et neque eo quia jam ante conatus* Lovel. 1. *et neque eo quo jam ante conatus* Lovel. 3. et Hafn. *et neque eo quod jam ante conatus* Ber. *et praeterquam quod jam ante conatus* Lovel. 5. In his verbis editores emendationem Vallae receperunt, nisi quod *Jam vero*, pro *Jam ver*, servent edd. Rom. anni 1472. et Parm. Mox *et tam ingenti periculo moratus* Ber. et Rec. *et cum ingenti periculo moratus est* Lovel. 5.

§. 2. *Ut ipsi ex alieno agro raperent agerentque*] *agerent raperentque* Hearnii L. 1. At Virgil. 2. Aen. 374. *rapiunt incensa feruntque Pergama. raperent agerent*, omissa conjunctione, Ber. a m. 1. *impeterent agerentque* Rec. Paullo ante *Gallis*, pro *Galli*, Flor. *consciverat*, pro *conciverat*, idem Flor. et Hav. V. ad 10, 18, 2.

Sedem belli esse, premique utriusque partis exercituum viderent hibernis] Vet. lib. *hibernis viderent*. SIG. Ita et Flor. voces digerit omnesque codd. uno excepto Lovel. 3. Insuper *viderent* primus recepit Curio, quum antea ederetur *viderunt*, quod Gronov. anno 1665. revocavit. Paullo ante *belli sedem esse* Gaertn.

§. 3. *Verterunt retro ad Hannibalem ab Romanis odia*] Pal. pr. et vet. ed. *verterunt retro Hannibalem*. sec. *verterunt retro in Hannibalem*. GEBH. *verterunt retro Hannibalem* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. et Harl. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *verterunt retro in Hannibalem* Lovel. 4. 5. et Ber. *verterunt retro ad Hannibalem* Hav. V. ad 10, 12, 4. Mox *petitusque est saepe* Flor. Voss. Lovel. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. principes. Frobenius demum τὸ *est* anno 1531. expunxit.

Digitized by Google

ad Hannibalem ab Romanis odia: petitusque saepe principum insidiis, ipsorum inter se fraude, eadem levitate, qua consenserant, consensum indicantium, servatus erat; et, mutando nunc vestem, nunc tegumenta capitis, errore etiam sese ab insidiis mu-
4 nierat. Ceterum hic quoque ei timor caussa fuit maturius movendi ex hibernis. Per idem tempus

Ipsorumque inter se fraude] Flor. Gud. Voss. Mureti libri nesciunt particulam copulativam. Et certe supervacanea est. J. FR. GRON. Eamdem nesciunt etiam Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertner. Hav. et Hearnii Oxon. omnesque Crevierii, qui eam recte ex contextu ejecit. *sed ipsorum inter se fraude* legit Ber.

Eadem levitate, qua consenserant, consensu indicantium servatus erat] Pro *consensu*, alii *consensum* restituerunt, quod placet. Perottus, cum haec verteret, *crimen indicantium* extulit. GLAR. *qua inter se consenserant* Lovel. 3. Deinde *consenserant consensui indicantium* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *consensu indicantium* Florent. Cant. Voss. Lovel. 1. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et aliae ex primis edd. quarum quaedam, ut Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et plures *inter se fraudem*, pro *fraude*, legunt. *consensum* Froben. anno 1531. recepit. Deinde *τὸ erat* non adparet in Cant. In sequentibus *tegmenta capitis*, pro *tegumenta*, Lovel. 3. 4. et Ber. V. ad 36, 32, 6. Deinde *errorem etiam sese* sine sensu Flor. Voss. Lovel. 1. et Harl. *errore sese* Gaertn.

§. 4. *Cn. Servilius Romae Idibus Martiis magistratum iniit*] Inserit optimus codex: *Cn. Servilius consul Romae.* J. FR. GRON. Eadem vox in uno meorum Flor. reperitur. At *ipse Cn. Servilius Romae* Hav. *Romae Cn. Servilius Idibus* Ber. Paullo ante *hic ei timor fuit*, duabus vocibus omissis, Gaertn. *hic quoque timor ei caussa fuit* alio ordine Ber. et *ex hibernis movendi* Lovel. 3.

§. 5. *Duos se consules creasse, unum habere. quod enim illi justum imperium, quod auspicium esset magistratus, id a domo* etc.] Querela est senatus. ea tamen verba me male torquent. Priore enim libro [cap. ult.] Flaminius privatus clam in provinciam abiisse dicitur, quod rebatur Latinarum feriarum mora et consularibus aliis impedimentis Patres retenturos se in urbe. Hic autem contra Latinis feriis actis, sacrificio in monte Albano perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis, justum imperium auspiciumque secum ferre dicitur. Quod ea de caussa admonemus, ut eo attentius lector id legat. GLAR. Nihil erat causae, cur hoc loco verbum facerem, nisi Glareanus admoneret nos, ut videremus, quemadmodum Livius paucis verbis pugnantia diceret. Nam paulo ante dixisse, Flaminium Capitolium et solennem votorum nuncupationem fugisse, ne Latinas indiceret, ne Jovi La-

Digitized by Google

Cn. Servilius consul Romae Idibus Martiis magistratum iniit. Ibi quum de republica retulisset, redintegrata in C. Flaminium invidia est. *Duos se consules creasse, unum habere. quod enim illi justum imperium, quod auspicium esse? Magistratus id a domo, publicis privatisque penatibus, Latinis feriis, actis, sacrificio in monte perfecto, votis rite in Ca-*

tiali solenne sacrum in monte Albano faceret: nunc autem dicere, eundem, feriis Latinis actis, sacrificio in monte perfecto, votis in Capitolio rite nuncupatis, ab domo justum imperium atque auspicium ferre. Quamobrem cogor ego quoque te caeterosque admonere, ut videant, ne temere Glareano assentiantur, neque enim ipsum, ut alias, Livianam sententiam percepisse. Hoc enim ait Livius: questum esse senatum, duos se consules creasse, unum habere: consulem enim eum demum esse, qui justum imperium et auspicium habeat. Justum autem imperium et auspicium a domo, et a privatis publicisque penatibus secum in provinciam ferri, Latinis feriis actis, sacrificio in monte Albano perfecto, votis in Capitolio nuncupatis. Quae quia non fecit Flaminius, propterea consulem non esse habendum, sed privatum. Auspicia enim non sequi privatum: qui autem sine auspiciis sit profectus, ut Flaminius, ea in externo solo nova atque integra ipsum non posse concipere. SIG. Offendit in hoc loco Glareanus: nec tam immerito, quam videri vult Sigonius. Nam vitiata et scriptura et distinctio tota est. Restituo *quodnam enim illi justum imperium, quod auspicium esse? magistratum id a domo* etc. clara lectio, confirmata etiam a codice meo. LIPS.

5. Epist. Quaest. 10. Recte viderat Glareanus, haec sibi non satis per omnia constare; frustraque est Sigonius, dum illum illi scrupulum interpretatione horum verborum eximere conatur. Nos pedibus imus in sententiam eruditissimi et literatissimi Lipsii. quem eundem v. etiam de auspiciis his ad Tacit. 3. Ann. [59.] et 4, [36.] MOD. Haud aliter [*quod auspicium esse? magistratus*, etc.] distinguunt Pall. tres. GRUT. Ita quidem distinguendum censuit Cl. Lipsius. Sed Pall. et ed. vetus *quod auspicium esse magistratus: id a domo.* GEBH. *esse*, pro *esset*, praeter unum Cant. omnes mei, praeterquam etiam quod vox illa in solo Harl. desit. Hearnius quoque unum suorum N. memorat, qui praefert *esset:* quod tamen habent omnes edd. usque ad Gruterum, qui recte Lipsii emendationem et interpunctionem recepit. Ber. legebat *quod auspicium esse magistratus, quum id ab domo* etc. *secum ferret.* Neque aliter Lovel. 3. nisi quod praeferat *quam is ab domo.*

§. 6. *Latinis feriis actis, sacrificio in monte perfecto*] *feriis indictis* Exc. Pithoei, quod forte repetitum est ex lib. praec. cap. ult. *Ne Latinas indiceret.* Et ita passim feriae, quae quidem quotannis, sed nullo certo die, celebrabantur, dicuntur *indici.* Vul-

Digitized by Google

7 *pitolio nuncupatis, secum ferre: nec privatum auspicia sequi, nec sine auspiciis profectum in externo*
8 *ea solo nova atque integra concipere posse.* Augebant metum prodigia ex pluribus simul locis nunciata: in Sicilia militibus aliquot spicula, in Sardi-

gatum tamen verius est. Antequam enim consules in provincias exibant, non tantum Latinas *indicere*, sed etiam *agere* debebant. Et ita *agere ferias* 1, 31, 4. *Ut feriae per novem dies agerentur.* Deinde *in monte peracto* Harl. et Rec. quod est ex glossa interpretis. Infra 23, 14, 2. *Rebus divinis perfectis. Facere* in hac re verbum sollemne esse, vidimus ad 5, 52, 5. Solent autem *factus*, vel *facere*, et *actus*, vel *agere*, in Mstis confundi. V. ad 6, 28, 2.

§. 7. *Nec privatum auspicia sequi*] Pal. sec. *privatim.* GEBH. Nostri nihil mutant, nisi quod *pervatum* sit in Rec. Mox *in extremo ea sola nova* Lovel. 5. et ed. Mediol. anni 1480. V. ad 34, 25, 6. *in externo solo nova* Voss. Lovel. 1. 3. Harl. Hav. et Ber. a m. 1.

§. 8. *In Sardinia autem in muro circumeunti vigilias equiti scipionem, quem manu tenuerat, arsisse*] Pal. pr. *in Sardinia rudes.* sec. *in Sard. rudes.* tert. *in Sicilia miti scipionem, quem manu teneret, arsisse.* GEBH. Put. duo Medic. Barber. Reg. Men. *in Sardinia audes in muro circumeunti vigilias eq.* Alii *sudes, rudes, cudes, audex.* Operarum, credo, erratum, quod in novissimis omissum τὸ *vigilias.* 28, [24, 8.] *Probra in circumeuntes vigilias tribunos jacta.* 32, [26, 17.] *Romae vigiliae per vicos servatae, jussique circumire eas minores magistratus.* 34, [9, 6.] *Quanta, si hostis ad portas esset, servabant vigilias et circumibant cura.* Equitum vero id munus fuisse, testis Polybius 6, [33.] ἡ δὲ τῆς ἐφοδείας πίστις εἰς τοὺς ἱππεῖς ἀναπέπεται. J. FR. GRON. Postrema est Gruteri, quae vocem *vigilias* omisit, quam sequuntur Elzevir. Heinsii, ac Blavian. sed sine dubio operarum errore: est enim in prioribus edd. omnibusque scriptis. *sudes* pro *autem* inveni in Lov. 4. Harl. Ber. Hafn. et Hav. *audex* in Lovel. 1. *audes* in Flor. Lovel. 3. et Hearnii N. quorum Lovel. 3. etiam voces priores *in Sardinia* omisit. Hinc *circumeunti vigilias equites* Flor. et Cant. *circumeunti vigilias equite* Hafn. *circumeunti vigilias equitem* Voss. *circumeunti vigilias equitum* Lovel. 3. Tum *stipem, quem manu tenuerat* Rec. Totum locum ita exhibet Harl. *in Sardinia sudes in numero circumventi vigilias equites scipionem, quem manu tenuerant, arsisse.* Verum *numerus* et *murus* etiam alibi librarii commutarunt. Exemplum habuimus 5, 21, 6. In *circumuenti* pro *circumeunti* unica tantum litera transposita est; quamvis tamen *circumire* et *circumvenire* etiam alibi confundantur. V. ad 9, 27, 8. et 10, 35, 8. Cl. Jac. Gronovius in Diss. Epist. in Livii loca quaed. Geogr. Ep. 2. p. 16. legendum conjicit *in Sardinia Sulcis in muro* etc. quam emendationem pluribus refellere conatus est Jasitheus in Apolog. p. 16. Argumenta, quibus sententiam

Digitized by Google

nia autem in muro circumeunti vigilias equiti scipionem, quem manu tenuerat, arsisse, et litora crebris ignibus fulsisse, et scuta duo sanguine sudasse, et milites quosdam ictos fulminibus, et solis orbem 9 minui visum: et Praeneste ardentes lapides coelo ce-

firmare conati sunt, ex eorum scriptis peti possunt. Licet autem Gronovii conjecturam, quae ingeniosa est, et proxime ad quorundam codd. lectionem accedit, veram esse, adfirmare non audeam; aliquid tamen monstri in vulgato latere, inde admodum verisimile fit, quod notissima vocula *autem* in plerisque codd. in tot alienissimas a sensu hujus loci voces abierit. Paullo ante *prodigia simul ex multis locis nunciata* edd. principes. Tum *in Sicilia nubibus aliquot spicula cecidisse* est in Hearnii L. 1. *aliquot spicula cecidisse* mihi quoque obvium fuit in Hav.

Et scuta duo sanguinem sudasse] Haec eadem prodigia tradit Plutarchus in Fabio [p. 174.] *θυρεούς τε ἀφ' ἑαυτῶν αἵματι γενέσθαι διαβρόχους*. Et quod ait *ardentes lapides coelo cecidisse*, ille vertit, *καὶ λίθους ἐκ τοῦ ἀέρος διαπύρους καὶ φλεγομένους φέρεσθαι*. Et quod ait, *Antii metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse*, ille vertit, *καὶ θέρη καλῶν περὶ Ἄντιον ἔναιμα κείρεσθαι*. SIG. Pall. duo *sanguine*. GEBH. Ita et Flor. atque Harl. Quemadmodum *pluere sanguine* ac *sanguinem*, *lapidibus* et *lapides*, ita etiam utrumque *sudare sanguine* et *sanguinem* in usu fuisse constat. Hic tamen *sanguine* malo, non modo ob cod. Flor. auctoritatem, verum etiam quod Livius ita infra loquatur 27, 4, 14. *Quatuor signa sanguine multo diem ac noctem sudasse.* et perpetuus Livii imitator Silius Ital. 2, 455.

Heu quantum Ausonio sudabitis arma cruore.

ubi alia Silii et aliorum scriptorum exempla hujus locutionis laudavi. Ita etiam, hoc ipsum prodigium referens, legit Oros. 4, 15. *In Sardinia sanguine duo scuta sudasse.* neque aliter, eum verbo tenus ferme describens, Freculph. tom. 1. l. 5, 7. Quin et apud Val. Max. 1, 6, 6. ubi similiter recensetur, *sanguine* etiam in Mstis esse, Cl. Perizonius notavit. Vocula autem *et* deficit in Lov. 4. Tum *duo scuta* legit Hav. In verbis praecedentibus *crebrius ignibus fulsisse* praefert Lovel. 5.

§. 9. *Praeneste ardentes lapides coelo cecidisse*] Vox *coelo* non adparet in Lovel. 1. Deinde *descendisse* Ber. a m. 1. et Hafn. Quinam vero *lapides ardentes* sint, non intelligo, nisi indicentur candentes, candefacti. Latinii Brancal. legit *Praeneste lampades coelo cecidisse.* Scribendum itaque puto, *Praeneste ardentes lampades coelo cecidisse*, quemadmodum etiam Lycosthen. medio seculo XVI. Julii Obseq. supplementa edens, hic legisse videtur. prodigia enim hujus anni referens c. 31. inter alia scribit: *Praeneste ardentes lampades de coelo ceciderant.* Simile est prodigium apud eumdem Obseq. c. 70. *Lavinii fax ardens in coelo visa.* et c. 105. *Fax ardens Tarquiniis late vi-*

Digitized by Google

7 *pitolio nuncupatis, secum ferre: nec privatum auspicia sequi, nec sine auspiciis profectum in externo*
8 *ea solo nova atque integra concipere posse.* Augebant metum prodigia ex pluribus simul locis nunciata: in Sicilia militibus aliquot spicula, in Sardi-

gatum tamen verius est. Antequam enim consules in provincias exibant, non tantum Latinas *indicere*, sed etiam *agere* debebant. Et ita *agere ferias* 1, 31, 4. *Ut feriae per novem dies agerentur.* Deinde *in monte peracto* Harl. et Rec. quod est ex glossa interpretis. Infra 23, 14, 2. *Rebus divinis perfectis. Facere* in hac re verbum sollemne esse, vidimus ad 5, 52, 5. Solent autem *factus*, vel *facere*, et *actus*, vel *agere*, in Mstis confundi. V. ad 6, 28, 2.

§. 7. *Nec privatum auspicia sequi*] Pal. sec. *privatim.* GEBH. Nostri nihil mutant, nisi quod *pervatum* sit in Rec. Mox *in extremo ea sola nova* Lovel. 5. et ed. Mediol. anni 1480. V. ad 34, 25, 6. *in externo solo nova* Voss. Lovel. 1. 3. Harl. Hav. et Ber. a m. 1.

§. 8. *In Sardinia autem in muro circumeunti vigilias equiti scipionem, quem manu tenuerat, arsisse*] Pal. pr. *in Sardinia rudes.* sec. *in Sard. rudes.* tert. *in Sicilia miti scipionem, quem manu teneret, arsisse.* GEBH. Put. duo Medic. Barber. Reg. Men. *in Sardinia audes in muro circumeunti vigilias eq.* Alii *sudes, rudes, cudes, audex.* Operarum, credo, erratum, quod in novissimis omissum τὸ *vigilias.* 28, [24, 8.] *Probra in circumeuntes vigilias tribunos jacta.* 32, [26, 17.] *Romae vigiliae per vicos servatae, jussique circumire eas minores magistratus.* 34, [9, 6.] *Quanta, si hostis ad portas esset, servabant vigilias et circumibant cura.* Equitum vero id munus fuisse, testis Polybius 6, [33.] ἡ δὲ τῆς ἐφοδείας πίστις ἐπὶ τοὺς ἱππεῖς ἀναπίπτει. J. FR. GRON. Postrema est Gruteri, quae vocem *vigilias* omisit, quam sequuntur Elzevir. Heinsii, ac Blavian. sed sine dubio operarum errore: est enim in prioribus edd. omnibusque scriptis. *sudes* pro *autem* inveni in Lov. 4. Harl. Ber. Hafn. et Hav. *audex* in Lovel. 1. *audes* in Flor. Lovel. 3. et Hearnii N. quorum Lovel. 3. etiam voces priores *in Sardinia* omisit. Hinc *circumeunti vigilias equites* Flor. et Cant. *circumeunti vigilias equite* Hafn. *circumeunti vigilias equitem* Voss. *circumeunti vigilias equitum* Lovel. 3. Tum *stipem, quem manu tenuerat* Rec. Totum locum ita exhibet Harl. *in Sardinia sudes in numero circumventi vigilias equites scipionem, quem manu tenuerant, arsisse.* Verum *numerus* et *murus* etiam alibi librarii commutarunt. Exemplum habuimus 5, 21, 6. In *circumuenti* pro *circumeunti* unica tantum litera transposita est; quamvis tamen *circumire* et *circumvenire* etiam alibi confundantur. V. ad 9, 27, 8. et 10, 35, 8. Cl. Jac. Gronovius in Diss. Epist. in Livii loca quaed. Geogr. Ep. 2. p 16. legendum conjicit *in Sardinia Sulcis in muro* etc. quam emendationem pluribus refellere conatus est Jasitheus in Apolog. p. 16. Argumenta, quibus sententiam

Digitized by Google

nia autem in muro circumeunti vigilias equiti scipionem, quem manu tenuerat, arsisse, et litora crebris ignibus fulsisse, et scuta duo sanguine sudasse, et milites quosdam ictos fulminibus, et solis orbem 9 minui visum: et Praeneste ardentes lapides coelo ce-

firmare conati sunt, ex eorum scriptis peti possunt. Licet autem Gronovii conjecturam, quae ingeniosa est, et proxime ad quorundam codd. lectionem accedit, veram esse, adfirmare non audeam; aliquid tamen monstri in vulgato latere, inde admodum verisimile fit, quod notissima vocula *autem* in plerisque codd. in tot alienissimas a sensu hujus loci voces abierit. Paullo ante *prodigia simul ex multis locis nunciata* edd. principes. Tum *in Sicilia nubibus aliquot spicula cecidisse* est in Hearnii L. 1. *aliquot spicula cecidisse* mihi quoque obvium fuit in Hav.

Et scuta duo sanguinem sudasse] Haec eadem prodigia tradit Plutarchus in Fabio [p. 174.] *Θυρεούς τε ἀφ' ἁυτῶν ἅιματι γενέσθαι διαβρόχους.* Et quod aït *ardentes lapides coelo cecidisse*, ille vertit, *καὶ λίθους ἐκ τοῦ ἀέρος διαπύρους καὶ φλεγομένους φέρεσθαι.* Et quod aït, *Antii metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse*, ille vertit, *καὶ θέρη καλύων περὶ Ἄντιον ἔναιμα κείρεσθαι.* SIG. Pall. duo *sanguine*. GEBH. Ita et Flor. atque Harl. Quemadmodum *pluere sanguine* ac *sanguinem*, *lapidibus* et *lapides*, ita etiam utrumque *sudare sanguine* et *sanguinem* in usu fuisse constat. Hic tamen *sanguine* malo, non modo ob cod. Flor. auctoritatem, verum etiam quod Livius ita infra loquatur 27, 4, 14. *Quatuor signa sanguine multo diem ac noctem sudasse.* et perpetuus Livii imitator Silius Ital. 2, 455.

Heu quantum Ausonio sudabitis arma cruore.

ubi alia Silii et aliorum scriptorum exempla hujus locutionis laudavi. Ita etiam, hoc ipsum prodigium referens, legit Oros. 4, 15. *In Sardinia sanguine duo scuta sudasse.* neque aliter, eum verbo tenus ferme describens, Freculph. tom. 1. l. 5, 7. Quin et apud Val. Max. 1, 6, 6. ubi similiter recensetur, *sanguine* etiam in Mstis esse, Cl. Perizonius notavit. Vocula autem *et* deficit in Lov. 4. Tum *duo scuta* legit Hav. In verbis praecedentibus *crebrius ignibus fulsisse* praefert Lovel. 5.

§. 9. *Praeneste ardentes lapides coelo cecidisse*] Vox *coelo* non adparet in Lovel. 1. Deinde *descendisse* Ber. a m. 1. et Hafn. Quinam vero *lapides ardentes* sint, non intelligo, nisi indicentur candentes, candefacti. Latinii Brancal. legit *Praeneste lampades coelo cecidisse.* Scribendum itaque puto, *Praeneste ardentes lampades coelo cecidisse*, quemadmodum etiam Lycosthen. medio seculo XVI. Julii Obseq. supplementa edens, hic legisse videtur. prodigia enim hujus anni referens c. 31. inter alia scribit: *Praeneste ardentes lampades de coelo ceciderant.* Simile est prodigium apud eumdem Obseq. c. 70. *Lavinii fax ardens in coelo visa.* et c. 105. *Fax ardens Tarquiniis late vi-*

Digitized by Google

cidiffe: et Arpis parmas in coelo visas, pugnantem-
10 que cum luna solem: et Capenae duas interdiu lunas ortas; et aquas Caeretes sanguine mixtas fluxisse;

sa, *subito lapsu cadens*. Certe quod *fax* vocatur eidem Obseq. c. 128. et 131. λαμπὰς dicitur Dioni Caff. 45, 278. et 54, 534. ut partim Oudendorp. partim Scheffer. ad dicta loca Obseq. observarunt. *Lampadum* meminit Plin. 2. H. N. 26. Facile autem *lampades*, vel *lapades*, in *lapides* ab indoctis librariis commutari potuerunt.

Et Arpis parmas in coelo visas] Habent Pall. tres *et Arpii palmas* (sec. *parmas*) *in coelo visas*. GEBH. Put. *Arpis parmas*. Atque ita legit Orosius 4, 15. *Et apud Arpos parmae in coelo visae*. J. FR. GRON. *Arpii* Voff. Lovel. 1. 3. 4. Harl. Hafn. Rec. Gaertn. et Hav. *Harpinii* Lovel. 5. *Arpiis* Flor. Sed *Arpis* rectum eft. Deinde *parmas* Flor. Cant. Lovel. 4. Ber. Hav. et Latinii Brancal. quam scripturam recte Gron. ex libro opt. probavit. Et ita legunt Freculph. Orosium describens, tom. 1. l. 5, 7. et Lycofth. supplementa Jul. Obs. edens, in prodigiis hujus anni c. 31. *Parma* et *Palma* etiam alibi a librariis permutari, docuit Broekhus. ad Propert. 4, 10, 40. Cauffa erat perpetua literarum *L* et *R* confusio, de qua v. ad 28, 36, 7.

§. 10. *Et aquas Caerete sanguine mixtas fluxisse*] Put. *Caeretes*. idque probat Val. Maximus 1, 6. *Caerites aquas sanguine fluxisse*. l. 5. nofter [c. 50, 3.] *cum Caeretibus publice hospitium fieret*. J. FR. GRON. *aquas Caeretes* etiam Flor. et Cant. Similiter etiam Cluver. 2. Ital. Ant. 2, 491. *aquas Caerites*, vel *Caeretes*, ex conjectura legendum censet. Utrumque *Caerites* et *Caeretes* etiam apud ipsum Livium obcurrit. Et quidem prius aliquoties. ut 7, 19. 20. et 28, 45, 15. posterius 5, 16, 5. *Per agrum Caeretem obliquis tramitibus egressi*. Nomen enim hujus urbis Graecis erat Καῖρε vel Καιρῆ. a priori *Caerites*, ab altero *Caeretes* formabatur, ut Cluver. d. l. docuit. Quod autem reliqui codd. cum primis edd. *Caerete* hic exhibeant, inde evenit, quod prima litera vocis *sanguine* praecedentis ultimam eliserit. V. ad 37, 29, 5. Paullo ante *Capuae*, pro *Capenae*, Hav. Oros. 4, 15. *Carpenas*, Freculph. tom. 1. l. 5, 7. *Capemenas* dixerunt; verum recte reliqui codd. Liv. *Capenae* praeferunt, et *Capenas* apud Oros. et Freculph. emendandum esse, diu viri docti monuerunt. Praeterea *interdiu duas lunas* alio ordine Ber.

Fontemque ipsum Herculis cruentis manasse sparsum maculis] *fontemque ipsius Herculis* Lovel. 4. 5. Gaertn. et Hav. *fontemque ipsorum Herculis* Flor. Voff. et Lovel. 1. quod probari poteft. *fontemque ipsorum*, scilicet Capenatium, licet praecesserit *Capenae*. Nam eodem modo infra eft 38, 29, 9. *Quatuor menses obsidionem S a m e sustinuit, quum ex paucis aliqui e o r u m caderent*. ubi plura dicentur. Atque ita *ipsius* poteft considerari tamquam ex glossa τοῦ *ipsorum* natum. Neque displicere debet, duos genitivos *ipsorum* et *Herculis* ex uno substantivo *fontem*

Digitized by Google

se; fontemque ipsum Herculis cruentis manasse sparsum maculis: et in Antiati metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse: et Faleriis coelum findi 11
velut magno hiatu visum; quaque patuerit, ingens

pendere. Id enim apud Livium et alios obvium esse, videbimus ad 34, 26, 5. Deinde *cruentis manasse sparsum lacrimis* Hearnii D. literarum transpositione et litera *u* in *ri* dissoluta.

Et Antii metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse] In vet. libris est, *et in Antii agro metentibus*. SIG. Legendum e libris Mstis omnibus, *et Antii metentibus*. ut et profert vet. ed. GEBH. *in Antii agro* ab Sigonio est. Prius erat *et Antii metentibus*. Omnibus certe, quos vidimus, abest *τὸ agro*, quod Sigonius adjecit. Suspicor scripsisse Livium *et in Antiate metentibus*. ut 6, [14, 10.] *Fundum in Vejenti, caput patrimonii: subjecit praeconi*. 33, [26, 8.] *Aedes Feroniae in Capenate de coelo tacta erat*. 41, [13, 1.] *In Crustumino sangualem avem sacrum lapidem rostro cecidisse*. Valerius et Orosius *apud Antium*. Plutarchus *περὶ Ἀντίου*. Livius 28, [11, 2.] ubi par prodigium narratur, *Ab Antio nunciatum est, cruentas spicas metentibus visas esse*. J. FR. GRON. *et Antii* Lovel. 1. 5. Harl. Gaertn. et Rec. *et Aritii* Lovel. 4. V. viros doctos ad Valer. Max. 1, 6, 5. *et in Antii* Voss. a m. 1. (*τῷ in* notae adduntur a m. 2. quibus indicatur, eam vocem delendam esse) Flor. Hearnii D N. et ed. Rom. princeps. *et in Antii agro* Lovel. 3. et Hav. *et in Anciagro* Hafn *et Antii in agro* Ber. *apud Antium* dixit etiam Freculph. tom. 1, 5, 7. Si cum Gronov. *in Antiate*, sive potius, ut edidit, *in Antiati*, legendum est, ex ejus interpretatione ortum videri debebit, quod alii codd. praeferunt, *in Antii agro*, vel *Antii in agro*. Nam *in Antiati* ponitur pro in agro Antiati. Ita *in Tusculano* supra 7, 39, 11. V. etiam ad 2, 59, 5. et hoc modo recte *in Mutinensi* adversus Scheffer. apud Jul. Obseq. exponit Doct. Oudendorp. ad c. 130 *in Antiati agro* plene dixit supra 8, 12, 3. Praeterea *in orbem* Voss. Lovel. 1. Hafn. et ed. Rom. anni 1472. *in urbem* Gaertn. Sed praeter reliquos codd. *in corbem* servant etiam Val. Max. Oros. et Freculph.

§. 11. *Et Faleriis coelum findi velut magno hiatu visum*, etc. *sortes sua sponte adtenuatas*] Sic l. 21, [c. 62, 5.] *Caere sua sponte sortes extenuatas*. Praenestinae autem quaedam sortes inter caeteras fuerunt, quae perfracto quodam saxo erupisse dicuntur; id est, in robore insculptae priscarum literarum notae: auctor Cic. 2. de Divin. [41.] Plutarchus autem [in Fabio, 175.] ubi hoc prodigium tradit, tabulas quasdam coelo decidisse ait, quarum una has literas haberet; sic enim ait: *Τοῦ δὲ ὑπὲρ Φαλερίους οὐρανοῦ ῥαγῆναι δόξαντος, ἐκπίπτειν καὶ διασπείρεσθαι πολλὰ γράμματεῖα· καὶ τούτων ἑνὶ γεγραμμένον φανῆναι κατὰ λέξιν· Ἄρης τὰ ἑαυτοῦ ὅπλα σαλεύει*. SIG. Pall. *et Phalernis* (tertius *Falercus*) *coelum findi velut magno hiatu visum*. GEBHARD. Vocula prima *et* non adparet in Cant. Deinde *Falernis* legunt Flor. Lovel. 1. 3. 4. Harl. Gaertn. Rec. et Hav. *Phaleris*

Digitized by Google

lumen effulsisse, sortes sua sponte adtenuatas, unamque excidisse, ita scriptam: MAVORS TELUM
12 SUUM CONCUTIT: et per idem tempus Romae signum Martis Appia via ad simulacra luporum sudasse: et Capuae speciem coeli ardentis fuisse, lunaeque inter

Lovel. 5. *Salernis* Hearnii D. Hine *coelum scindi* Ber. et Hearnii L. 1. quem librariorum errorem saepius viri docti notarunt. V. Zinzerl. Diatr. prior. post Promuls. Crit. p. 188. et N. Heinsium ad Ovidii 2. Met. 159. Hinc *visum velut magno hiatu* editi usque ad Jac. Gronov. qui ordinem vocabulorum inmutavit. Ei autem consentiunt omnes scripti. Insuper *quaque potuerit* Gaertn. *quaque patuit* Lovel. 3. V. ad 40, 14, 11. Praeterea, *extaeniatas* Lipsium legisse, supra vidimus ad 21, 62, 5. cui adsentitur van Dale de Orac. Diss. 2. p. 347. Verum Philipp. a Turre in Monum. vet. Ant. c. 1. p. 15. docet, Hieron. Aleandrum juniorem peculiari dissertatione, quae inter ejus MSS. exstat, nil mutandum opinatum fuisse. Insuper monet, male eumdem van Dale hunc locum referre ad sortes Antiatinas, quum, Livium de Faleriis loqui, contextus verborum planum faciat; quod etiam ex loco Plutarchi a Sigonio laudati constat. Observat autem Jac. Perizon. in Animadv. Hist. 9, 380. Plutarchum verba Livii ita accepisse, quasi coelum fissum et sortes adtenuatae unum idemque forent prodigium, et Faleriis ex ipso coeli hiatu sortes sive tabellae excidissent; id autem Livii menti adversari. Lipsium quidem ad 21, 62, 5. conatum fuisse, Livium et Plutarchum in consensum redigere, sed incassum laborasse, atque ejus interpretatione vix aliam violentiorem dari posse. Denique *coelum suum concutit* Hav. et quaedam edd. V. ad Silii 16, 651. *suum telum concutit* Lovel. 1. et Ber.

§. 12. *Romae signum Martis Appia via ad simulacra luporum sudasse*] Put. *Appia via ac simulacra luporum.* Signi Martis Appia via meminit Cic. 3. ad Quintum fr. Ep. 7. J. FR. GRON. *ac simulacra* etiam Flor. et Hearnii N. quod forte melius esse putat Cl. Crevier. Voculas *ac* et *ad* saepius a librariis in Mstis commisceri, supra dictum est ad 21, 32, 2. Puto tamen recte Gronov. hanc lectionem, quamvis optimi libri testimonio firmatam, in contextum non recepisse. De hoc signo Martis et de simulacris luporum v. Fam. Nardin. 3. Romae vet. 2. ubi male Lycosth. supplementa Obsequentis pro ipso Obseq. laudat. *ad simulacra laporum* est in Lovel. 1. *ad simulacra laborum* in Lovel. 5. Vox autem *Romae* non adparet in Harl.

Et caput speciem coeli ardentis fuisse] *caput*, pro *Capuae*, audacter reposui. SABELL. Hoc loco Sabellicus ait, *caput* pro *Capuae* audacter reposui. quod et ego puto audacter factum. *Capuae* enim legendum est, non *caput:* nisi alia verba aliter legerit. GLAR. Omnes primae edd. legunt *et caput speciem.* In illis demum, quae Sabellici adnotationes in Livium simul exhibent, receptum video *et Capuae speciem.* unde fides mihi fit, in adnotationibus ejus errorem com-

Digitized by Google

imbrem cadentis. Inde minoribus etiam dictu pro- 13
digiis fides habita: capras lanatas quibusdam factas,
et gallinam in marem, gallum in feminam sese ver-
tisse. His, sicut erant nunciata, expositis, aucto- 14
ribusque in curiam introductis, consul de religione

missum esse, eumque audacter *Capuae* reposuisse, pro *caput*. Ceterum *ardentis coeli fuisse* Ber. *coeli speciem ardentis fuisse* Gaertn.

Lunaeque inter imbrem cadentis] Lego *candentis*. id est, splendentis. praecessit enim *speciem coeli ardentis*. SIG. Et hoc a Sigonio. Nostri omnes *cadentis*. Julius Obsequens [c. 111.] *C. Laelio, L. Domitio consulibus, Vulsiniis nova luna decidit, et non nisi postera die hora tertia comparuit*. J. FR. GRON. Lectio haec in omnibus prostat codd. et edd. nisi quod *lunae o q;*, id est *lunae quoque*, praeferat Ber. Si autem vulgata scriptura vera est, *luna cadens* erit, quae instar stellae cadentis videtur de coelo labi. Verum quomodo inter imbrem, cum coelum nubibus obductum est, luna videri potest? Notat itaque Doct. Oudendorp. ad d. l. Obseq. Scaligerum orae libri adnotasse, legendum esse apud Obseq. *nova lana decidit*. Verum haec conjectura licet Obsequenti convenire non videatur propter verba, quae mox sequuntur, *non nisi postera die hora tertia comparuit;* ansam tamen mihi dedit cogitandi, an non Livius hoc loco *lanaeque inter imbrem cadentis* dederit? Et huc tum pertinebunt exempla, quibus Doct. Oudendorpius simile prodigium ad Obseq. inlustravit. Solent autem *u* et *a*, praesertim in scriptura Longobardica, passim ob ductuum adfinitatem a librariis confundi. V. ad 41, 9, 4.

§. 13. *Gallum in feminam sese vertisse*] Ita omnes praeferunt codd. per quos si liceret, mallem τὸ *sese* deleri. ut *vertisse* ponatur pro versum esse. Non enim ipse vertit naturam suam, sed in feminam versus est. *Vertere* autem saepe passive sive significatione neutra a Livio usurpari, supra vidimus ad 2. 62, 2. Et ita, simile prodigium referens, loquitur Auson. Epigr. 69.

Femineam in speciem convertit masculus ales:
Pavaque de pavo constitit ante oculos.

Praeterea paullo ante *minoribus etiam prodigiis fides habita* Harl. *minoribus etiam dictu prodigiis habita fides* Gaertn. *minoribus etiam dictu prodigiis fides adhibita* Cant. Verum locutio *adhibere fidem* pro credere, si non barbara, certe non aevi Liviani est, ut recte docuit Pascas. Grosipp. sive Scioppius in Parad. Literar. p. 38 quidquid in contrarium ei defendendae adfert Borrich. in Cogitat. p. 306. et in Analect. p. 7. V. etiam viros doctos ad Nepot. Themist. 7, 2. et quos ibi laudarunt. Praeterea *et gallum in marem* Lovel. 4. et Rec. Tum *convertisse* Gaertn.

§. 14. *Auctoribusque in curiam introductis*] *in curiam productis* Hav. Mox praepositio *de* exsulat a Voss. et Lovel. 1.

Digitized by Google

15 Patres consuluit. Decretum, ut ea prodigia, partim majoribus hostiis, partim lactentibus, procurarentur: et uti supplicatio per triduum ad omnia pulvi-
16 naria haberetur. Cetera, quum decemviri libros inspexissent, ut ita fierent, quemadmodum cordi esse

§. 15. *Ut ea prodigia partim majoribus hostiis, partim luctantibus procurarentur*] Quae sunt hostiae *luctantes*, nullus commentatorum me docuit. Pal. pr. *partim lactantibus*. sec. *partim minoribus lactentibus*. quod exscriptum utrumque in contextum recepit, dubitans, utra esset verior. Recte ergo nunc legitur *lactentibus*, ut habet Pal. tert. et vet. ed. *Lactentes hostiae* opponuntur majoribus. 37,3,6. *Decemviri nocte lactentibus rem divinam fecerunt*. GEBH. *luctantibus* operarum errore in edd. Gruteri prioribus datum est pro *lactantibus*, idque ipse Gruterus in ultima ed. emendavit, *lactentibus* substituens; quum a Curione usque ad Gruter. editiones, paucis exceptis, legissent *lactantibus*. Quod posterius in Put. est, ut me Doct. Sallier. monuit, nec aliter Flor. a m. 1. Voss. Lovel. 1. et Hearnii L. 1. et D. Si discrimen, quod vulgo statuitur inter *lactans* et *lactens* apud Servium ad Virg. 1. Georg. 315. perpetuum est, omnino *lactentibus* hic legendum est, non *lactantibus*. Quoniam autem *lactentes hostiae* hic *majoribus* obponuntur, minores et adhuc crescentes intelligi, ut Gebhardus monuit, certum est. Similiter *suovetaurilia lactentia* memorantur apud Caton. de re rust. c. 142. Quando vero majores, quando lactentes hostiae immolarentur, haec notat Servius ad Virg. 12. Aen. 170. *In rebus, quas volebant finiri celerius, et senibus et jam decrescentibus animalibus sacrificabant; in rebus vero, quas augeri et confirmari volebant, de minoribus et adhuc crescentibus inmolabant*. Ceterum *partim majoribus hostiis, partim minoribus lactentibus* legunt Hafn. et Hearnii N. Sed librarios eorum codicum, qui similes lectiones praeferunt, duplicem scripturam junxisse, optime jam Gebhardus observavit. Paullo ante *Decretum est* edd. vett. Mox *et ut supplicatio*, pro *uti*, Ber. V. infra ad 37, 46, 10.

§. 16. *Quemadmodum cordi esse Divi carminibus praefarentur*] Contaminata haec lectio est in omnibus Pall. libris, *cordi esset divinis carminibus praefarentur*. vet. ed. *cordi esse divinis carm. praef.* GEBH. Lege *profarentur*. Ut Petronio [c. 89.] reddidit Scioppius.

Cum, Delio profante, caesi vertices.

Ulpianus l. 1. π. 9. D. de Aedil. edict. *Si servus inter fanaticos caput jactaret, et aliqua profatus esset*. Auctor sub nomine Messalae de progenie Augusti: *Is Helenus, Aeneae futura praedicens, monitus interpres Deorum profatus fuerat* J. FR. GRON. Sed praeterea omnes plane scripti *divinis carminibus*. Lege *Divi suis carminibus profarentur*, vel *Divi in carminibus*. JAC. GRON. *quemadmodum cordi esset* Flor. a m. 1. Cant. Voss. Lovel. 3. 5. Harl. et Gaertn. *uti cordi esset* Lovel. 4. Hinc *divinis carminibus* praeter omnes edd.

Digitized by Google

Divi carminibus praefarentur. Decemvirorum monitu decretum est, Jovi primum donum fulmen aureum pondo quinquaginta fieret; Junoni Minervaeque ex argento dona darentur: et Junoni Reginae in Aventino, Junonique Sospitae Lanuvii majoribus 17

ante Moguntinam, etiam omnes Mſti mei, nisi quod Rec. legat *quemadmodum cordi esse Divis*; quomodo etiam Cl. Jac. Perizon. sibi legendum videri, in ora cod. notavit. *Divus* autem et *divinus* etiam alibi commutantur. V. infra ad 23, 11, 1. Recte vero *profarentur* conjecit J. Fr. Gronovius. Catull. de nupt. Pel. et Thetid. v. 383.

Talia, profantes quondam felicia Pelei,
Carmina divino cecinerunt pectore Parcae.

ubi videndus est Passer. et Cel. Burm. ad Petron. l. l. Paullo ante *Ceterum*, pro *Cetera*, Rec. et Gaertn. Deinde *ut fierent ita* Lovel. 4. *et ut fierent ita* Lovel. 5.

§. 17. *Id decemvirorum monitu decretum est*] Optimi *Id virorum*. Scribe deleta prima voce *Decemvirorum monitu*. J. FR. GRON. *Id decemvirorum monitu* Voss. in contextu, Ber. Rec. Gaertn. et Hav. *Id virorum monitu* Flor. Cant. Lovel. 1. 4. 5. et Harl. *Decemvirorum monitu*, ut Gronov. legendum censet, Voss. in marg. et, ita L. 1. et N. exhibere, Hearnius testatus est.

Junoni Minervaeque ex argento daretur] Tria magna Romae numina Jupiter, Juno, atque Minerva. Caeterum cum primum Jovi donum fulmen aureum pondo L. fieret, quod Junoni Minervaeque datum sit ex argento, non explicatur. Nisi quis argenteum fulmen dicere velit. GLAR. Irridet hic Livium Glareanus, quasi nihil aliud intelligi possit, nisi et Junoni Minervaeque fulmen argenteum datum. Pall. pr. ac tert. *darentur*. Sed Pal. sec. scriptorem praestantissimum a cavillatione hominis fatui vindicat, plenissime ingerens *Junoni Minervaeque ex argento dona darentur*. Sic mox, *Quin et libertinae et ipsae, unde Feroniae donum daretur, pecuniam pro facultatibus conferrent*. GEBH. *ex argento daretur* vulgatae, nisi quod in ultimis, nescio quis, postremam vocem expunxit. Non sine caussa moratus hic est Glareanus, sed tollimus mendum ex Put. Reg. optimis Med. et duob. Pall. scribendo *ex argento dona donarentur*. J. FR. GRON. *ex argento daretur* Ber. et Hav. *ex argento darentur* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii D. ac N. *ex argento dona darentur* Cant.

Junonique Sospitae Lavinii majoribus hostiis sacrificaretur] At *Lanuvii*, ut dixi, integra est lectio. Cicero et Livius auctores. SABELL. Optimi apud me *Lanuvii*; reliqui cum Hearnii N. et edd. prioribus *Lavinii*, vel *Lavini*. V. supra ad 3, 29, 6. et ad 8, 13, 5. Praeterea *Junonique Hospitae* Lovel. 4. et 5. quomodo etiam *hospes* et *sospes* commutari solent. V. ad 5, 28, 4.

§. 18. *Pecunia conlata, quantum conferre cuique commodum esset*] Excusari potest, sed ex more Livii scribe *quantum*. J. FR.

Digitized by Google

18 hostiis sacrificaretur; matronaeque, pecunia conlata, quantum conferre cuique commodum esset, donum Junoni Reginae in Aventinum ferrent, lectisterniumque fieret; quin et libertinae ut ipsae, unde Feroniae donum daretur, pecuniam pro facultati-
19 bus suis conferrent. Haec ubi facta, decemviri Ardeae in foro majoribus hostiis sacrificarunt. postre-

GRON. idem mihi in Lovel. 3. obvium fuit. Ceterum *quantum conferrent quique commodum* Flor. — Nihil mutandum esse censet Cel. Burm. ad Lucani 8, 766. —

Quin et libertinae et ipsae, unde Feroniae donum daretur] Put. Pet. Reg. Men. Voss. *quae et ut libertinae.* Scribe *quin et libertinae ut ipsae.* J. FR. GRON. Libertinarum Dea erat Feronia. Ser. ad Virg. 8. Aen. 564. et Gyrald. Histor. Deor. Syntagm. 3. DUK. *quin et ut libertinae et ipsae* Flor. et Hearnii D. *quae et ut libertinae et ipsae* Lovel. 4. Harl. et Gaertn. *quae et ut libertinae et identidem Feroniae* Lovel. 6. *et ut libertinae et ipsae* Lovel. 5. *et ut libertinae ipsae* Ber. et Hav. *quin ut libertinae et ipsae* Exc. Pithoei, et edd. vett. usque ad Froben. qui anno 1531. recepit id, quod usque ad Gronovium probatum est. Vox *donum* deficit in Voss. et Lovel. 1. quasi id ex praecedentibus subintelligendum foret.

§. 19. *Decemviri Ardeae in foro majoribus hostiis sacrificarunt*] Mirum verum, quid ita Ardeae sacrificatum, cum nullum prodigium illic visum in prioribus narretur. Jejunum etiam est, quod sequitur: sed his omnibus vere mederi nequimus. GLAR. Mirum Glareano videtur, decemviros Ardeae sacrificasse, cum ibi prodigium nullum exstitisset: neque videt, idem cum alias factum, tum 42, [20, 3.] Nam cum columna rostrata Romae fulmine discussa esset, *decemviri lustrandum oppidum, supplicationem obsecrationemque habendam, victimis majoribus sacrificandum et in Capitolio Romae, et in Campania ad Minervae promontorium renunciarunt.* SIGON.

Postremo ex libris Decembri jam mense in aedem Saturni] Put. Pet. Reg. optimi Florentini extrudunt *ad ex libris.* Voss. *postremo libri X jam.* dein omnes *ad aedem*, ut et prius vulgatae. J. FR. GRON. Lectio, quae vulgo ante Gronov. exstitit, primum mihi obvia fuit in ed. Mogunt. Priores exhibent *postremo liberi*, vel *Libero decimo jam mense.* Similiter *postremo libri X jam mense* Lovel. 1. et Gaertn. *postremo libri decimo jam mense* Lovel. 4. *postremo liberi decimo jam mense* Hearnii N. a m. 1. sed postea manus 2. vocem *liberi* induxit, ut legeretur *postremo decimo jam mense*, quod est in Hav. *postremo X jam mense* Lovel. 5. *postremo quidem Decembri jam mense* Harl. *postremo jam mense Decembri* Ber. *postremo Decembri jam mense* praeter Gronovii codd. insuper Cant. et Lovel. 3. Illud *in aedem* primum vidi in edd. Gruteri;

Digitized by Google

mo Decembri jam mense ad aedem Saturni Romae inmolatum est, lectisterniumque imperatum, (et eum lectum senatores straverunt) et convivium publicum: ac per urbem Saturnalia diem ac noctem 20
clamatum, populusque eum diem festum habere ac servare in perpetuum jussus.

II. Dum consul placandis Romae Diis trahen- 1

quum priores, ut et scripti mei *ad aedem* recte praeferant.

Et eum lectum senatores straverunt] Sic quidem veteres libri constanter: nihilominus suspicor, duas voces insiticias esse, et scripsisse Livium: *lectisterniumque imperatum* (*lectum senatores straverunt*) *et convivium publicum*. J. FR. GRON. *et cum lectum* Lovel. 3. et 4. *et quom lectum* Gaertn. *et tum lectum* Hav. et Hearnii N. Praeterea *imperatum et convivium*, addita prima voce, Lovel. 3. Harl. Gaertn. et Hearnii D. atque N. a m. 1.

§. 20. *Ac per urbem Saturnalia die ac nocte clamatum*] Optimi *Saturnalia diem ac noctem clamatum*. Forte et *clamata*. Ut 21, [62, 2.] *Infantem trimestrem triumphum clamasse*. Ovid. 1. Am. 2. *populo clamante triumphum*. J. FR. GRON. *diem ac noctem* ex meis Flor. et forte Cant. unde nihil monetur in excerptis. Gronovii conjectura *Saturnalia clamata* inlustrari potest ex loco Macrob. 1. Sat. 10. *Quo solo die apud aedem Saturni convivio dissoluto Saturnalia clamitabantur*. quem locum temere Pontan. tentasse videtur. Observat etiam Cl. Crevier. in optimo Put. legi *clamatam*; literam autem *m* in fine vocum persaepe in eo redundare. Cel. Burmann. forte legendum me monuit *Iö Saturnalia*, ac respicienda esse, quae notantur ad Petron. 58. Et ita vir Doctiss. legendum censebat in Observ. Miscel. tom. 5, 201. ubi haec formula erudite inlustratur. Haec vero conjectura si placet, necesse non erit, ut cum Gronov. *clamata* legamus.

Populusque eum diem festum habere ac servare] Hic dies ad XIV. Kal. Januar. fuit, auctore Macrobio l. 1. [Saturn. 10.] SIG. Loquitur de Saturnalibus tum primum institutis. Sed 2, 21, 2. ea non multum post reges pulsos instituta scribit. Haec in concordiam redigere conatur Lipsius 1. Saturn. 2. DUK. *conservare* Lovel. 3. et Hearnii D. atque N. a m. 1.

§. 1. *Dum consul placandis Romae distrahendoque delectu dat operam*] Vos sic emendatis: *Dum consul placandis Diis Romae distrahendoque delectu*, nescientes *distrahendo* duo verba esse: *Dis*, quod fere veteres non gemino *ii* scribebant, et *trahendo*, id est differendo. Nam *distrahere delectum* nusquam legimus. Palam ergo est, quomodo emendare debuistis. VALLA. Legendum, ut habetur, in Pall. duobus, et vet. ed. *trahendoque delectu*. Alludit sec. *placandis Diis Romae distrahendoque delectu*. Verum ita dudum quoque emen-

Digitized by Google

doque delectu dat operam, Hannibal, profectus ex hibernis, quia jam Flaminium consulem Arretium
2 pervenisse fama erat, quum aliud longius, ceterum commodius, ostenderetur iter, propiorem viam per

dandum esse monuit Valla. GEBHARD. Put. aliique Gall. et duo Pall. cum Voss. Andrea, Aldoque, et omnibus ante Juntam *trahendoque delectu*, id est, producendo delectu, morando per delectum. 24, [27, 3.] *Praetores dissimulare primo, et trahenda re esse, postremo victi*, etc. J. FR. GRON. In recepta scriptura tamen apertior est sententia: nisi credamus, consulem de industria cessasse in habendo delectu, eumque aliquantisper distulisse, aut inchoatum in plures dies produxisse, quem paucioribus perficere potuisset. Sed hujus consilii ratio non apparet. Et Servilium jam in provincia fuisse, quum ad Trasimenum pugnatum est, ex Liv. infra c. 9. et Polyb. 3, 86. intelligitur. DUK. *Diis placandis Romae distrahendoque delectu* Hav. *placandis Diis Romae distrahendoque delectu* Harl. *placandis Diis Romae habendoque delectu* Ber. quomodo ante Juntam jam ediderunt Ascens. anno 1513. et 1516. Mogunt. et Aldus in erratis. Id vero ad Gronov. usque obtinuit. *placandis Romae distrahendoque delectu* Flor. Lovel. 1. 4. 5. Gaertn. et Hearnii N. neque aliter Cant. nisi quod *Dum supplicandis*, pro *Dum consul placandis*, insuper legat. At viri docti, disjunctis duabus, quae perperam coaluerant, vocibus, legendum docuerunt *placandis Romae Dis*, vel *Diis*, *trahendoque delectu*. Olim enim *Di* et *Dis*, pro *Dii* et *Diis*, scribebatur. V. ad 2, 12, 5. et 5, 14, 4. Eodem errore *detulissent*, pro *Di tulissent*, supra erant 5, 13, 8. *depascebatur pecus*, pro *Deae pascebatur pecus*, 24, 3, 4. *displicet*, pro *Dis placet*, 37, 53, 5. Et ita *Di mergite*, pro *dimergite*, emendat N. Heinsius ad Nason. 5. Her. 119. et *Dis ponit*, pro *disponit*, 3. Fast. 301. Saepissime librarios duabus vocibus in unam contrahendis peccasse, supra vidimus ad 1, 47, 9. *trahendo delectu* autem non aliter exponi posse videtur, quam Gronov. hoc loco exposuit, quo sensu etiam *trahere bellum* supra habuimus 5, 11, 8. An tamen Servilius operam dedit, ut, acerrimo bello instante, Romae delectum traheret? aliquid latet, quod aliis excogitandum relinquo. Cl. Crevier. *habendoque* tuetur, idque in plerisque codd. ob literarum similitudinem in *trahendoque* perperam mutatum putat. *placandis Romae Diis delectu dat operam* legit Hearnii D. An forte legendum *Dum consul, placatis Romae Diis, delectu dat operam? delectu* pro *delectui*, quod ipsum praefert Ber. a m. 2. Sed non necesse est. V. infra ad 24, 19, 6. Librarios autem *placddis* et *placatis* facillimo errore confundere potuisse, supra vidimus ad 6, 37, 4. Sed nihil definio.

Quia in Flaminium consulem Arretium pervenisse fama erat] Pall. tres *quia jam Flaminium consulem Arretium praevenisse fama erat*. GEBH. *quia in Flaminium* lapsu operarum inrepsit in primas edd. Gruteri, pro quo ipse in ultima recte *quia jam Flaminius* reposuit. *praevenisse* autem in nullo meo cod. inveni. aberrantium itaque librariorum

Digitized by Google

paludem petit, qua fluvius Arnus per eos dies solito magis inundaverat. Hispanos et Afros, (id omne veterani erat robur exercitus) admixtis ipsorum inpedimentis, necubi consistere coactis necessaria ad usus 3

est, qui similiter peccarunt supra 9, 28, 2. et 25, 9, 5. Caussam v. ad 9, 10, 7.

§. 2. *Propiorem viam* etc. *petit, qua fluvius Arnus per eos dies solito magis inundaverat*] *propriorem viam* Flor. V. ad 4, 27, 5. Tum *viam petiit* Gaertn. et Hearnii D. et N. V. ad 37, 45, 2. Deinde *quam fluvius Arnus* etc. *inundaverat* Lovel. 5. *quam fluvius Sarnus inundaverat* Lovel. 3. ultima litera vocis *fluvius* perperam in voce sequenti *Arnus* repetita. V. ad 37, 29, 8. *Sarnus* etiam est in Ber. Verum *Sarnus* Campaniae, quo Hannibal nondum pervenit, *Arnus* Etruriae fluvius est. De Arno v. Cluver. 2. Ital. ant. 2, 461. de Sarno 4, 3, 1156. Nomen fluminis omittitur in Flor. voces sequentes *per eos dies* in Ber. a m. 1. quarum loco *per eosdem dies* perperam legit Rec. V. ad 10, 10, 6. Insuper *magis solito*, trajectis vocibus, Gaertn. Paullo ante *aliunde longius*, *ceterum commodius* Lovel. 5. *aliud longius coeptum commodius* Hav.

§. 3. *Hispanos et Afros et omne quod veterani erat robur exercitus*] Pal. pr. *ad Hispanos et Afros et omne veterani erat* etc. sec. *at Hispanos Afrosque et omne veterani robur exercitus*. quae mihi non adeo inconcinna videtur lectio. Tert. vero *Ispanos et Afros*, *et omne quod veterani erat exercitus*. GEBH. Put. *Atspanos*. alii *at Hispanos*, vel *ad Hispanos*. Dein omnibus deest *τὸ quod*. Emenda: *Ac Hispanos et Afros* (*id omne veterani erat robur exercitus*) *admixtis ipsorum* etc. Sic 28, [2, 4.] *Hanc justam legionem* (*et id ferme roboris erat*) *in prima acie locat*. Polybius [3. 79.] *εἰς μὲν τὴν πρωτοπορείαν ἔθηκε τοὺς Λίβυας καὶ Ἴβηρας καὶ πᾶν τὸ χρησιμώτερον μέρος τῆς σφετέρας δυνάμεως*. Id recte reddidit Livius, ut restituimus: neque enim alii sunt *πᾶν χρησιμώτερον μέρος*, quam *οἱ Λίβυες καὶ Ἴβηρες*. Ideo paullo post de iisdem Polybius: *οἱ μὲν οὖν Ἴβηρες καὶ Λίβυες δι ἀκεραίων* etc. nullo adjecto tertio genere. J. FR. GRON. *Aspanos et Afros* Flor. in quo tamen prima litera vocis primae a manu recentiori notata est, altera, quae prius extiterat, inducta. Similiter autem in multis meis vel *ad Hispanos*, vel *at Hispanos*, vel *ac Hispanos* inveni; quod posterius, Gronovio ex conjectura repositum, exstabat in Voss. a m. 2. Ber. et Gaertn. Viri docti quidem observarunt, licet optimi veterum scriptorum voculam *ac* ante voces a vocali incipientes usurpare non soleant, adspirationem tamen saepe vice consonae fungi, eique *τὸ ac* praeponi. Verum, quum nullum ejus exemplum apud Livium notarim, Gronovii lectionem *ac Hispanos*, quamvis a nonnullis codd. firmatam, probare etiam nequeo. Credere itaque malo, in codd. qui *at Hispanos* praeferunt, vocem illam *at* perperam repetitam esse ex praecedentis literis ultimis: quale exemplum etiam supra habuimus 2, 27, 2. et infra obcurret 30, 34, 5. Eam vero, quum commodum sensum non haberet, in *ad* vel *ac* ab aliis commutatam

Digitized by Google

deessent, primos ire jussit: sequi Gallos, ut id ag-
4 minis medium esset; novissimos ire equites: Magonem inde cum expeditis Numidis cogere agmen, maxime Gallos, si taedio laboris longaeque viae (ut est mollis ad talia gens) dilaberentur aut subsi-
5 sterent, cohibentem. Primi, qua modo praeirent duces per praealtas fluvii ac profundas voragines,

esse. Si quis nihilominus hujus voculae rationem habendam existimet, videat, num probanda sit lectio *hac Hispanos*, quam in Hafn. et Hav. inveni, *hac*, nempe via propiore per paludem, Hispanos et Afros ire jussit. Ita *ire via*, *itinere* supra 4, 4, 11. *Cur non sancitis, ne vicinus patricio sit plebejus? ne eodem itinere eat?* 25, 9, 4. *Convocatos milites monuit, via omnes irent.* Ovid. 16. Her. 116.

Protinus Aegaeis ire jubebar aquis.

Horat. 1. Sat. 9, 1.

Ibam forte via Sacra, sicut meus est mos.

Ut tamen verum fatear, illud *hac* abesse malo. Deinde *et omne veterani exercitus robur* Flor. *et omne veterani robur exercitus* Voss. Lovel. 3. 4. et Harl. Gronovio itaque *id* pro *et* scribenti adsentior. At insuper vide, an non etiam *erat* delendum, ac scribendum sit *id omne veterani exercitus robur*. Si quis tamen et *erat* defendere malit, non adversabor, siquidem in simili compositione orationis saepe *est*, *erat*, *fuit*, ac similia Livius adhibuerit. V. quae notantur infra ad 27, 1, 2. Mox *necessaria aversis deessent*, pro *ad usus*, Lovel. 4.

§. 4. *Maxime Gallos*, etc. *ut est mollis ad talia gens*] Suecensere solet Livio Glareanus, ut falsam Gallis mollitiem adscribenti, idque immerito. † „Non „solum hoc loco male Gallis lo„quitur Livius: sed et in prima „decade multis in locis.“ † Haec enim ille ab aliis sumpsit, ut a Polybio [3, 79.] *καὶ μάλισα τῆς τῶν Κελτῶν μαλακίας καὶ φυγοπονίας, ἵν' ἐὰν κακοπαθοῦντες τρέπωνται πάλιν εἰς τοὐπίσω, κωλύῃ.* Et paulo post: *Galli neque sustinere se prolapsi, neque assurgere ex voraginibus poterant.* etc. Polybius [ibidem.] *οἱ δὲ Κελτοὶ δυσχερῶς μὲν εἰς τοὔμπροσθεν προὔβαινον, διατεταραγμένων καὶ διαπεπατημένων εἰς βάθος τῶν ἑλῶν, ἐπιπόνως δὲ καὶ ταλαιπώρως ὑπέμενον τὴν κακοπάθειαν.* SIG. Mox *aut si subsisteret*, addita media voce, Ber.

§. 5. *Per praealtas fluvii ac profundas voragines, hausti pene limo*] *prope altas* Lovel. 4. *pr altas*, id est *propter altas*, Gaertn. Sed, *praealtus* saepius a Livio usurpari, vidimus ad Epit. 7. Hinc *aut profundas voragines* Flor. V. ad 21, 53, 3. Mox *tamen* omisit Lovel. 3. quam vocem reliqui omnes agnoscunt. Librario forte displicuit, *tamen* usurpari, non praecedente *τῷ licet*, *etsi*, vel simili. Id tamen saepe usu venire, infra videbimus ad 37, 25, 11.

§. 6. *Galli neque sustinere se*

Digitized by Google

hausti pene limo inmergentesque se, tamen signa sequebantur. Galli neque sustinere se prolapsi, ne- 6
que adsurgere ex voraginibus poterant; aut corpo-
ra animis, aut animos spe sustinebant: alii fessa 7
aegre trahentes membra; alii, ubi semel victis tae-
dio animis procubuissent, inter jumenta, et ipsa
jacentia passim, morientes. maximeque omnium vi-

prolapsi, neque adsurgere etc.] Nullus propemodum liber est, in quo non male loquatur Gallis Livius, ipse in Gallia Cisalpina natus. Sed scilicet Patavini ab Antenore nati ad Galliam non attinent: nam id aliquot locis innuere videtur. Rideo ineptiam tanti viri. Hoc etiam loco eredemus, (si Diis placet) Gallos neque sustinere se prolapsos, neque assurgere ex voraginibus potuisse, qui prius toties hoc iter totis exercitibus peragrarint, atque adeo ipsam urbem, victis Romanis, ceperint diruerintque. Sed, Hercules, affectus ab historica fide longe abesse debebant. GLAR. Haud scio, quis addiderit *τὸ qui* [post vocem *Galli*.] Certe non modo scripti omnes, sed et editi, etiam Gruteri, ignorant. Videtur tamen animadvertisse ejus auctor hiare orationem. Quod vitium rectius curabimus deleto altero *qut*, hoc modo: *Galli neque sustinere se prolapsi, neque adsurgere ex voraginibus poterant; aut corpora animis, animos spe sustinebant.* J. FR. GRON. Dan. Heinsius exstitit, qui, inserto pronomine *qui*, apud Elzevir. edidit *Galli, qui neque sustinere se.* Verum id neque in ullo meorum codd. superest. Quemadmodum autem Gronov. deleto altero *aut*, ita Cl. Ant. Perizon. inserta voce *neque*, huic loco mederi conatus est hoc modo: *Galli neque sustinere se prolapsi, neque adsurgere ex voraginibus poterant, neque aut corpora animis, aut animos spe sustinebant.* Cl. Crevier. caussatus non opus esse, ut prolapsi sustineant, sed erigant se, transpositis vocibus legebat, *neque sustinere se, neque prolapsi adsurgere.* Ad verba autem sequentia *aut corpora animis* repetendam esse censet ex praecedentibus particulam negantem, quasi legeretur *neque corpora animis, neque animos spe sustinebant.* Ceterum *aut animos spe sustinere* legit Harl. ut referatur pariter ad praecedens *poterant.* Sed *sustinebant*, in quod reliqui codd. conspirant, praeferendum est.

§. 7. *Fessa aegre trahentes membra; alii, ubi semel victis taedio animis*] *fessa aegra trahebant membra* Ber. sed *aegrae* a m. 2. qui etiam *ut semel taedio victis animis* praefert a m. 1. *ubi semel* a m. altera. Mox *passim jacentia* Hav.

Maximeque omnium vigiliae conficiebant, per quatriduum jam et tres noctes] Polyb. [3, 79.] *πάντες μὲν οὖν ἐκακοπάθουν καὶ μάλισα διὰ τὴν ἀγρυπνίαν. ἕως ἂν ἑξῆς ἡμέρας τέτταρας καὶ τρεῖς νύκτας συνεχῶς δι ὕδατος ποιούμενοι τὴν πορείαν.* SIGON. Vocula *jam* non adparebat in Hearnii N. a m. 1.

Digitized by Google

giliae conficiebant, per quatriduum jam et tres no-
8 ctes toleratae. Quum, omnia obtinentibus aquis,
nihil, ubi in sicco fessa sternerent corpora, inveni-
ri posset, cumulatis in aquas sarcinis insuper in-
9 cumbebant. jumentorum itinere toto prostratorum
passim acervi tantum, quod exstaret aqua, quae-
rentibus ad quietem parvi temporis necessarium

§. 8. *Cumulatis in aquas sarcinis insuper incumbebant*] Pal. sec. *cumulatis in aqua sarcinis insuper incumbebant.* tert. *tumulatis in aquas sarcinis insuper incubabant.* GEBH. *cumulatis in aquis sarcinis* Lovel. 3. Harl. a m. 1. et Ber. *cumulatas in aquis sarcinas incumbebant* Gaertn. qualis constructio obcurrit apud Avien. in Descr. orb. 839.

Ast Asiam incumbit vasto mons aggere Taurus.

Eodem modo *incubare* construi, docuit Gronov. ad Senec. Phoen. 499. Haec tamen lectio, dissentientibus reliquis codd. non Livii, sed librarii esse videtur, praesertim quum similis constructio alibi apud eum non obcurrat. *sarcinis superincumbebant* Ber. Verum neque id genuinum puto. V. ad 21, 1, 5. Vulgatum itaque servandum. Ceterum haec verba cum quinque sequentibus perperam desunt in Hearnii D.

§. 9. *Jumentorum itinere toto prostratorum passim acervi tantum, quod exstaret aqua*] Hoc ita Polybius [3, 79.] *Τῶν δὲ ὑποζυγίων ἀυτοῦ τὰ πλεῖσα πίπτοντα διὰ τοὺς πηλοὺς ἀπώλοντο, μίαν παρεχόμενα χρείαν ἐν τῷ πεσεῖν ἀνθρώποις· καθεζόμενοι γὰρ ἐπ' αὐτῶν καὶ τῶν σκευῶν σωρηδόν, ὑπὲρ τὸ ὑγρὸν ὑπερεῖχον· καὶ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ βραχὺ μέρος τῆς νυκτὸς ἀπεκοιμῶντο.* SIG. Non bene fluit oratio. Ante *jumentorum* videtur desiderari *vel.* Alii incumbebant sarcinis in aquas cumulatis, alii acervis jumentorum. De vocabulis autem *tantum quod* v. Gronov. ad 33, 4, 6. DUK. *passim* deficit in Lovel. 3. Deinde *tantum quod exstarent aqua* Lovel. 1. *tantum quod exstarent aquae* Voss.

§. 10. *Ipse Hannibal aeger oculis* etc.] Hoc sic Polybius [ibid.] *Ἀννίβας δὲ μόλις ἐπὶ τοῦ περιλειφθέντος θηρίου διεσώθη μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας, παραλὴν [l. ὑπεραλγῆς] ὢν διὰ τὴν βαρύτητα τῆς ἐπενεχθείσης ὀφθαλμίας ἀυτῷ· δι ἣν καὶ τέλος ἐστερήθη τῆς μιᾶς ὄψεως.* SIGON.

Ex verna primum intemperie variante calores frigoraque] *ex verna prius temperie* Lovel. 4. Deinde *variantes calores frigoraque* Harl. et Voss. a m. 1. in quo postea emendatur *variante calore frigoreque*, quod etiam superest in Lovel. 4. ac 5. quasi *variante* hic poneretur tamquam verbum neutrum, de quo v. ad 35, 31, 13. Vulgatum tamen, reliquorum codicum testimonio firmatum, malo. V. Gronov. ad d. loc.

Quod altius ex aqua exstaret] Vet. lib. *ab aqua.* SIG. *ab aqua*

Digitized by Google

cubile dabant. Ipse Hannibal, aeger oculis ex 10
verna primum intemperie variante calores frigoraque, elephanto, qui unus superfuerat, quo altius ab aqua exstaret, vectus; vigiliis tandem et noctur- 11
no humore palustrique coelo gravante caput, et quia medendi nec locus nec tempus erat, altero oculo capitur.

Pall. tres. *ex aqua* caeterae editiones. GRUT. *ab aquis* Lov. 4. *ab aqua* ceteri, quos adhibui, ut et Hearnii Oxon. quod verum puto. Saepius enim Livius verbo cum praepositione composito in regimine aliam praepositionem addere consuevit. Hoc modo *excludere ab urbe* supra dixit 8, 26, 4. *exire ab Capua* 25, 22, 12. *emergere de paludibus* hoc lib. cap. seq. *erumpere a porta* 34, 26, 2. *ejicere a castris* in Epit. Liv. 57. quorum plerisque eodem, quo hic, aliisque modis codices peccabant. V. etiam ad 37, 27, 6. Praeterea *quo altius* Flor. Ber. et, teste Crevierio, Put. atque unus ex Regiis. V. ad 36, 33, 3. Sensus utrumque admittere potest. aequum igitur est, ut optimos codd. sequamur. Paullo ante *supererat* Lovel. 4. 5. et Hearnii N. a m. 1.

§. 11. *Vigiliis tandem et nocturno humore palustrique coelo gravante caput*] *vigiliis tamen* plerique codd. et edd. usque ad Dan. Heinsium, qui apud Elzevir. *tandem* substituit. Id autem requirere videtur praecedens *primum intemperie*. Saepe *tamen*, et *tandem* in Mstis commutari solent. V. ad 3, 9, 9. 4, 3, 6. c. 46, 3. 5, 3, 9. c. 23, 10. 6, 4, 10. c. 19, 3. 8, 23, 17. 10, 9, 11. c. 45, 13. 21, 20. 5. c. 37, 1. 22, 17, 5. 25, 27, 8. 27, 20, 12. 30, 30, 23. 31, 32, 2. et 34, 32, 8. Adde Schott. ad Aur. Vict. de Vir. Inlustr. 50. Gronov. ad Epit. Liv. 49. Cl. Dukerum ad Flori 1, 13, 15. et 21. 4, 2, 6. et Cortium ad Sall. Jug. 25. Deinde *palustrique coeno* Lovel. 3. 5. Ber. a m. 1. et Gaertn. *nocturno palustrique coelo*, omissa voce, Harl. Mox in verbis sequentibus *nec tempus nec locus* Lovel. 4. et 5.

Altero oculo capitur] Ferrett. ad Taciti 4. Hist. 13. scribit, hoc vulgo ita accipi, ut oculum amiserit Annibal, et eum uno oculo caruisse fere ab omnibus credi, atque adeo ab Juvenale 9, 157. *ducem luscum* vocari. Sed Cornel. Nep. Annib. 4. tradere, eum *hoc itinere adeo gravi morbo oculorum adfectum, ut numquam dextro aeque bene usus sit*. Et *captum oculis*, ut *captum mente* dici, et qui mente caret ac oculis, et qui mente oculisque non bene utitur. Verum uti posterius testimoniis idoneorum scriptorum probandum fuerat, quae ille nulla adfert, ita certum est, *captum oculis* et *luminibus* dici eum, qui caecus est. Livius 9, 29, 11. et Val. Max. 1, 1, 17. de Ap. Claudio, qui ab amisso visu *Caecus* dictus est, *luminibus captus*, et Ovid. 6. Fast. 204. de eodem *lumine captus erat*. Cic. 2. de Divin. 3. *Si oculis captus sit, ut Tiresias fuit* Suet. Aug. 53. *Gallum Taurinium se-*

Digitized by Google

1 III. Multis hominibus jumentisque foede amissis, quum tandem de paludibus emersisset, ubi primum in sicco potuit, castra locat: certumque per praemissos exploratores habuit, exercitum Roma-
2 num circa Arretii moenia esse. consulis deinde consilia atque animum, et situm regionum, itineraque, et copias ad commeatus expediendos, et cetera,

natorem etc. captum repente oculis, et ob id inedia mori destinantem. Plinius 33. H. N. 5. *Oculis membrisque captum exspirasse.* Nec dubito, quin Virgil. 1. Georg. 183. *oculis captos talpas* pro caecis dixerit, ex opinione vulgari. Annibalem autem alterum oculorum amisisse, non Juven. tantum, verum etiam Polyb. credidit 3, 79. eum *τῆς μιᾶς ὄψεως σερηθῆναι* scribens. Silius quoque 4, 764. *amissum* ei *visum* dicit. Nec aliter sensit Tacit. l. d. *Civilis* etc. *Sertorium se aut Annibalem ferens, simili oris dehonestamento:* quia scil. itidem, ut hi, altero oculo carebat. Nam Sertorio alterum oculum bello Marsico effossum fuisse, tradit in vita illius Plutarchus, quem et ipsum id, quod de Annibalis incommodo proditum est, de amisso altero oculo accepisse, ex eo liquet, quod ibidem quatuor summos duces Philippum, Antigonum, Annibalem et Sertorium *ἑτεροφθάλμους* fuisse dicit. Corn. Nepotem alios auctores secutum fuisse credibile est. Nam et solus *dextrum oculum* dicit, et in eo etiam a Polybio, quem Livius sequitur, abit, quod hoc Annibali *in transitu Apennini* accidisse auctor est, non ex Liguribus in Etruriam per paludes iter facienti, ut Polybius et Livius. DUKER.

§. 1. *Multis hominibus innumerisque foede amissis*] Legendum e MSS. *Multis hominibus jumentisque foede amissis.* GEBHARD. Illud *innumerisque* ex errore operarum exstat in prioribus Gruteri editionibus, qui ab ipso in postrema omendatus est.

Exercitum Romanum circa Arretii moenia esse] *Romanum incirca Arretii.* J. FR. GRON. Ita et Flor. Praeterea *Romanum exercitum* Ber.

§. 2. *Itineraque, et copias atque commeatus expediendos*] Scribe ex Put. *ad commeatus.* Etsi illic est *at commeatus.* Sed has duas literas innumeris locis confundit. J. FR. GRON. *ad* et *at* passim commutari, supra dictum est ad 6, 24, 8. Et hanc Gronovii conjecturam firmat Florent. *ad commeatus* exhibens, quae lectio etiam in Cantabr. exstitisse videtur, unde nullam varietatem scripturae ad Gronovii ed. notatam video. Proxime etiam accedit Lovel. 4. quae *ac commeatus* legit. Insuper *et itinera et copias* Lovel 4. et 5. Paullo ante *consulis inde*, pro *deinde*, Lovel. 4. et 5. V. ad 36, 24, 10.

Cetera, quae cognoscenda in re erant] Pal. 2. *quae cognosse in rem erant.* ad quod adludit quoque tert. *quae cognosce in re erant.* GEBH Liber optimus, *quae cognosse in rem erat.* Et eodem alludunt Voss. et Pall. Sic 44, [19, 3.] *Cognitis mox, quae*

Digitized by Google

quae cognosse in rem erat, summa omnia cum cura inquirendo exsequebatur. Regio erat in primis 3
Italiae fertilis, Etrusci campi, qui Faesulas inter Arretiumque jacent, frumenti ac pecoris et omnium copia rerum opulenti. Consul ferox ab consulatu 4
priore, et non modo legum ac Patrum majestatis, sed ne Deorum quidem satis metuens. Hanc in-

nosci prius in rem esset. Cicero 1. Famil. 5. *Ea te et literis multorum et nunciis cognosse arbitror.* Sic enim Victorius e MSS. quod nollem displicuisse Camerario. Valer. Maximus 4, 6. *Quae eum apud Philippos victum et interemtum virum cognosses.* 6, 3. *Tamen externa summatim cognosse, fastidio non erit.* Ita invenimus in scriptis, ubi vulgatae *cognosceres* et *cognoscere.* J. FR. GRON. *quae jure cognoscenda erant* Hav. *quae cognoscere in re erant* Voss. et Gaertn. *quae cognoscere in re erat* Lovel. 4. et Hearnii L. 1. *quae cognoscere in rem erat* Lovel. 1. 5. *quae cognosse in rem erant* Flor. Sed recte Gronov. ex Put. probavit *quae cognosse in rem erat.* Recte, inquam, recepit *cognosse:* hac enim contractione ejus verbi Livius admodum delectatus est; saepius vero librarii corruperunt. V. ad 4, 19, 2. 27, 40. 8 29, 21, 5. et 37, 52, 5. Ita etiam in aliis scriptoribus peccatum esse, constat ex illis, quae Graevius notavit ad Cic. 1. ad fam. 9. p. 35. et viri docti ad Suet. Tib. 35. et ad Val. Max. 3, 2, 15. Ejusdem generis alia v. ad 6, 18, 10. Recte etiam admisit Gronov. *in rem erat*, id est, utile erat, proderat. Infra c. 29, 8. *Primum esse virum, qui ipse consulat. quid in rem sit.* 26, 17, 9. *Loquendo plura scribendoque, quae in rem non essent.* c. 44, 7. *Hortatur, imperat, quae in rem sunt.* 30, 4, 6. *Ad comparanda ea, quae in rem erant, tempus habuit.* ubi v. Gronov. 34, 18, 3. *Nec cogitaret modo imperaretque, quae in rem essent.* 35, 35, 13. *Monendique eum, quae in rem esse videbantur.* Ter. in Andr. 3, 3, 14.

Si in rem est utrique, ut fiant, arcessi jube.

Tacit. 3. Hist. 8. *Coloniam copiis validam auferri Vitellio, in rem famamque videbatur.* Justin. 13, 6, 13. *Sed in rem visum est, ab Aegypto incipere.* Mox *exquirendo,* pro *inquirendo,* Ber.

§. 3. *Etrusci campi, qui Fesulas inter Arretiumque jacent*] Polybius et caeteri Φαισόλαν vocant. Quare non est omittenda diphthongus. SIG. De orthographia vocis *Faesulae* v. Cluverii Ital. ant. 2, 3, 509. et Cellar. Geogr. 2, 9, 459 Ceterum *et Tusci campi, qui Faesulas* Harl. *et copiosi campi Fuesulas* Hearnii N.

Omnium copia rerum opulenti] MS. Cantabr. *copiae.* Miror quidem, in uno codice isto ita legi; non est tamen, cur plane abhorreamus. V. ad 9, 36, 13. et 35, 1, 11. JAC. GRON. *omnia copia rerum* Gaertn. *omni copia rerum* Voss. Lov. 3. 4. Harl. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. Male. V. ad 5, 9, 7. et infra hoc cap. §. 12.

§. 4. *Non modo legum ac Pa-*

Digitized by Google

sitam ingenio ejus temeritatem fortuna prospero ci-
5 vilibus bellicisque rebus successu aluerat. Itaque satis adparebat, nec Deos nec homines consulentem, ferociter omnia ac praepropere acturum. quoque pronior esset in vitia sua, agitare eum atque
6 irritare Poenus parat: et, laeva relicto hoste, Faesulas petens, medio Etruriae agro praedatum profectus, quantam maximam vastitatem potest, caedibus

trum majestatis, sed ne Deorum quidem satis metuens erat] Habent Pall. omnes *non modo legum aut Patrum majestatis, sed ne Deorum satis metuens.* GEBH. Ocius dele *τὸ erat.* Non enim modo Put. Flor. Voss. Gud. tres Pall. sed et omnes veteres editi arguunt ante Frobenium. sufficit praecedenti periodo positum esse. J. FR. GRON. Illud *erat* exsulat etiam ab omnibus meis et Hearnii codd. quod non primus Frobenius, sed ante eum Moguntini adsciverunt. Praeterea *legum aut Patrum majestatis* Flor. multique alii, cum omnibus editis usque ad Grut. qui *ac Patrum* vulgavit. Tum *nec Deorum quidem satis vini metuens* Lovel. 3.

Hanc insitam ingenio ejus temeritatem] *Hanc sitam ingenio ejus temeritatem* exhibet Pal. 2. GEBHARD.

§. 5. *Ferociter omnia ac praepropere acturum*] *ac propere acturum* Lovel. 1. et Hav. Male. Infra c. 19, 10. *Raptimque omnia praepropere agendo.* ubi vide. Ex hoc errore admisso alius insuper additus est in Guertn. qui *omnia ac prope acturum* dedit. Quum enim per compendium *prop'e*, vel *prope*, scriptum esset, nota compendiariae scripturae omissa est, ut saepe alibi peccatur. V. ad 39, 31, 4. Mox *cogitare*, pro *agitare*, Cant.

§. 6. *Et, laeva relicto hoste, Faesulas petens, Etruriae agros praedatum profectus*] Pal. pr. ac tert. *Hetruriae agro praedatum profectus.* sec. *medio Hetruriae agro praedatum profectus.* GEBHARD. Put. Reg. Pal. Medic. *Faesulas petens, medio Etruriae agro praedatum profectus.* Quid hic offendit insubitos correctores? quemadmodum et infra c. 31, 3. *Juxta effusi ac si insulis cultorum egentibus praedarentur.* Ita namque Put. Petavianus melior, Menardi: ubi *insulas egentes* supposuerunt. 23, [42, 10.] *Latronum modo percursant totis finibus.* 24, 20, 1. *Aliquot cohortes in agro hostium praedatum misit.* Iterum Put. et Petav. melior, non *agros.* Eodem libro [c. 47, 12.] *per speciem praedandi ex hostium agro.* 34, [20, 6.] *Quoniam saepe in agro eorum impune persultassent.* Cluverius refingit: *et a Faesulis profectus a laeva relicto hoste Etruriae agros praedatum petens, quantam maximam*, 2. Ital. antiq. 3. J. FR.

Digitized by Google

bus incendiisque consuli procul ostendit. Flami- 7
nius, qui ne quieto quidem hoste ipse quieturus
erat, tum vero, postquam res sociorum ante ocu-
los prope suos ferri agique vidit, suum id dede-
cus ratus, per mediam jam Italiam vagari Poenum,
atque, obsistente nullo, ad ipsa Romana moenia
ire obpugnanda; ceteris omnibus in consilio salu- 8
taria magis, quam speciosa, suadentibus, *collegam*
exspectandum, ut conjunctis exercitibus, communi-

GRON. Locus exstat apud Cluver. p. 580. ubi dedita opera de his Livii verbis egit. verum ibi non *a laeva*, sed *laeva*, legendum conjicit. Aliam etiam emendationem ibidem proposuit p. 509. legendum censens: *et Faesulis profectus a laeua relicto hoste Etruriae agros praedatum petens quantum maximam.* Verum Holsten. ad priorem locum miratur, Cluverium in perspicua Livii narratione tenebras sibi aliisque offundere, atque adeo infeliciter loci saniſſimi correctionem vel corruptionem potius tentare. Jac. Gronov. in dissert. Epist. ad Livii loca quaed. Geogr. Ep. 2. p. 13. monuit, vel ad emendationem Cluverii, quemadmodum a patre proponitur, vel ad locum, qui p. 509. exstat, eum male, inserta particula *a*, conjecisse *a laeva:* quum Livio *dextra, laeva* simpliciter posita denotent ad dextram, ad laevam. Ceterum emendationem Gronovii probare videtur Cant. unde nihil notatur. Proxime autem accedunt Voss. Gaertn. Hearnii L. 1. D. et N. in margine, qui *Faesulas petens, Etruriae agro praedatum profectus* legunt.

§. 7. *Flaminius, qui ne quieto quidem hoste ipse quieturus erat*] *Flaminius nec quieto quidem hoste* Hearnii N. *Flaminius, qui neque quieto quidem hoste* Harl. *Flaminius, qui nec quieto quidem hoste* Flor. Voss. Lov. 5. Gaertn. et editi ante Aldum, qui *ne quieto quidem hoste* recte reposuit. V. ad 1, 10, 3. *Flaminius, qui nec quidem hoste quieto* Hav. *Flaminius, qui nec quieto hoste* Ber. Vox *quieto* deerat in Lov. 1. et 4. Insuper, *Flaminius, qui ne quidem cum hoste quieturus erat* Lov. 3. Verum ita dari oportuisset *qui ne cum hoste quidem.* V. ad 38, 25, 15. Sed vulgatum praestat. Mox *suum id dedecus esse ratus* Ber. a m. 2. *suum dedecus ratus* Cant. *summum id dedecus ratus* Lovel. 4. et 5. quomodo et alibi scribae lapsi sunt. Praeter illa, quae notavi ad 5, 11, 16. v. viros doctos ad Suet. Ner. 41.

Ceteris omnibus in consilio salutaria magis, quam speciosa, suadentibus] Ita edidi, scriptis omnibus praeeuntibus. Neque hic magis *concilio* erat retinendum, quam mox *ex consilio se proripuit.* JAC. GRONOV. *ceteris omnibus consilia salutaria* Hafn. et Hav. Reliqui omnes mei, cum pluribus edd. vett. *in consilio* probant. Et ita jam

Digitized by Google

9 *animo consilioque rem gererent; interim equitatu auxiliisque levium armorum ab effusa praedandi licentia hostem cohibendum;* iratus se ex consilio proripuit, signumque simul itineris pugnaeque pro-
10 posuit. *Quin immo Arretii ante moenia sedeamus,* inquit, *hic enim patria et penates sunt. Hannibal emissus e manibus perpopuletur Italiam, vastandoque et urendo omnia ad Romana moenia perveniat;*

hoc loco legendum monuerat J. Fr. Gronov. ad 44, 2, 5.

§. 9. *Ab effusa praedandi licentia*] *effusa licentia* recte dicitur. Praeferrem tamen, si per libros liceret, *effuse*. Infra c. 9, 3. *Refertum praeda* agrum *quam effuse avidi atque egentes rapiebant.* 34, 16, 4. *Effusius, ut sparsis hostibus fuga, praedati sunt.* DUKER.

Hostem cohibendum; iratus se ex consilio proripuit] *cohibendum ratus, se* etc. Lovel. 3. 4. Rec. et Gaertn. Neque tantum similiter Harl. legit, verum insuper *cohibendum ratus, se ex consilio proripuit; simulque signum itineris pugnaeque cum dedisset: Arretii ante moenia* etc. Saepe *ratus* et *iratus* commutantur. V. ad 3, 2, 10. Corruptius *cohibendum proponens, iratus se* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. mox omittentes *τὸ proposuit.* Verum, quum illa, quae praecedunt, *interim equitatu auxiliisque*, non Flaminii, sed in consilio salutaria magis quam speciosa suadentium, sententiam proponant, vulgatum servandum esse ratio docet. Mox *proposuit* exsulat etiam a Flor. Voss. Cant. Lovel. 1. 3. 4. cujus loco *proponit* est in Lovel. 5. *exposuit* in Hafn.

§. 10. *Quin immo Arretii ante moenia sedeamus, inquit*] *Cum limõ* Cant. *Tum imo* Lov. 4. *Cum immino* Lovel. 1. *Quin immo Arretii ante moenia perveniat, nec ante,* omnibus mediis omissis, Voss. quae eadem etiam desunt in Lovel. 1. Sed vocis *moenia* repetitio librarios neglegentes in errorem abripuit. V. ad 9, 11, 11. Mox *haec patria et penates sint* Gaertn. *hic enim patria et penates sint* Lovel. 3.

Hannibal emissus e manibus perpopuletur Italiam] Voces *e manibus* non agnoscit Harlej. Male. Infra hoc lib. c. 41, 3. *Varrone indignante ac vociferante, emissum hostem e manibus.* 28, 42, 14. *Quem tu e manibus tuis in Italiam emisisti.* Similiter *amittere e manibus* 29, 32, 6. *emittere de manibus* 21, 48, 6. *et* 37, 12, 3. *emittere manibus* 44, 36, 9. In quibus omnibus similibusque bene multis locis *manus* potestatem notat. V. quae notavi ad Silii 11, 163. Deinde *populaturus Italiam* Hav. *populetur Italiam* Lovel. 3. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. cum edd. Parm. Tarvis. utraque, Ven. anni 1495. et nonnullis aliis. Male. V. ad 23, 36, 7. Mox *vastandoque urendoque omnia* Hav.

Sicut olim Camillum ab Vejis, C. Flaminium ab Arretio] Hac

Digitized by Google

nec ante nos hinc moverimus, quam, sicut olim Camillum ab Vejis, C. Flaminium ab Arretio Patres adciverint. Haec simul increpans, quum ocius si- 11
gna convelli juberet, et ipse in equum insiluisset, equus repente conruit, consulemque lapsum super caput effudit. Territis omnibus, qui circa erant, 12
velut foedo omine incipiendae rei, insuper nunciatur, signum, omni vi moliente signifero, convelli

de re l. 6. SIG. Immo Camillus non Vejis, sed Ardeae exsulavit, teste Livio 5, 43. atque inde arcessitus est Vejos a militibus Romanis, qui ex proelio ad Alliam aufugerant, consentientibus, qui Romae in Capitolio obsessi erant a Gallis. V. ibid. c. 46. quin et Camillum Ardea Vejos profectum esse, atque inde demum Romam movisse, ut ita quasi Vejis arcessitus dici possit, ex Livio non constat. Immo ex eo, quod Camillus L. Valerium magistrum equitum miserit, qui, dum ipse per se Ardeae delectum habet, a Vejis abducaret exercitum, ut narrat Livius c. 48. potius efficiendum videtur, eum Vejos non abiisse. An itaque errorem, quem in Flore viros doctos notare monui ad 5, 43, 7. etiam Livius commisisse censeri debet? Codices nihil mutant, nisi quod *ad Vejos* sit in Lovel. 4. et Ber. *ab Vejos* in Lovel. 1. Quamvis autem Livius 5, 46. innuat, Camillum Ardea Vejos ex quorumdam sententia arcessitum fuisse, id tamen ob sequens *ab Arretio* probari nequit. Idem fere error etiam supra committitur 9, 4, 13. *An a Vejis exercitum Camillumque ducem inplorabunt?* Praeterea *sic C. Flaminium* Rec.

§. 11. *Quum ocius signa convelli juberet*] Valer. Max. locum, quia mire huc facit, non piget hic adscribere ex l. 1, 6. ubi *C. autem Flaminius*, inquit, *cum inauspicato consul creatus, apud laeum Thrasimenum cum Annibale conflicturus, convelli signa juberet, lapso equo, super caput ejus humi prostratus est. Nihilque eo prodigio inhibitus, signiferis negantibus, signa moveri sua sede posse, malum, ni ea continuo effodissent, minatus est. Verum hujus temeritatis utinam sua tantum, non etiam populi Romani maxima clade, poenas pependisset! In eo namque acie, et quae sequuntur*, ad ea, quae porro Livius traditurus est, comparanda. Ceterum hic Silius, forte an poëtice, majus etiam monstrum narrat, dum ait [5, 66.]

Signa etiam effusa certant dum vellere mole,
Teter humo lacera nitentum erupit in ora
Exsultans cruor, et caedis documenta futurae
Ipsa parens miseris gremio dedit atra cruento.

MOD. Quae alia ad hunc locum notarat Modius de locutione *convellere signa*, expunxi, quia eadem legi possunt apud Briss. 4. de Form. 345. unde, ne laudato quidem auctore, descripsit.

Consulemque lapsum super ca-

Digitized by Google

13 nequire. Conversus ad nuncium, *Num literas quoque*, inquit, *ab senatu adfers, quae me rem gerere vetent? Abi, nuncia, signum effodiant, si ad con-*
14 *vellendum manus prae metu obtorpuerint.* Incedere inde agmen coepit; primoribus, super quam quod dissenserant a consilio, territis etiam duplici prodigio; milite in vulgus laeto ferocia ducis, quum

put effudit] Plut. in Fabio [p. 175.] Φλαμίνιος ἐξέπεσε, κατενεχθεὶς εἰς κεφαλήν. SIG.

§. 12. *Signum omni vi molienti signifero*] *omnium vi* Hearnii N. in margine. V. supra hoc cap. §. 3.

§. 13. *Quae me rem gerere vetent*] *quae morem gerere* Voss. a m. 1. Lovel. 5. et Gaertn. *quae memorem gerere*, juncta utraque lectione, Lovel. 1. *quae me regere* Lovel. 3. quae lectio ex neglectis compendiariae scripturae notis *rē ger'e* nata est. Praeterea *vetant* Flor. Lovel. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii N. et pleraeque edd. principes. *vetentur* Hav. V. ad 38, 22, 8. [?]

Signum effodiant, si ad convellendum manus prae metu obtorpuerint] *effodiant signum* Flor. Deinde *obtorpuerint prae metu* Ber. *manus prae metu obtorpuerit* Flor. Harl. Voss. et Gaertn. *manus prae metu torpuerit* Lovel. 1.

§. 14. *Super quam quod dissenserant a consilio, territis etiam duplici prodigio*] Non moveo. nec tamen damnarem, si qui haberent *in consilio*, ut paullo ante *ceteris omnibus in consilio*. Et, *iratus se ex consilio proripuit*. DUK. *super quam dissenserant a consilio tantis etiam duplici prodigio* Gaertn. *discesserant a consilio*, vel *a concilio* edd. pleraeque vetustissimae. Male et contra consensum omnium codicum. Non enim primores a consilio discesserant, sed Flaminius iratus se ex consilio proripuerat. Pariter *consensum* et *concessum* commutantur supra 9, 7, 7. ubi plura vide. Mox *in vulnus*, pro *in vulgus*, Hafn. Tum vox *ipsam* deficit in eodem Hafn. *spei* in Ber. Tandem *intuerentur*, pro *intueretur*, Harl.

§. 1. *Quod agri est inter Cortonam urbem Trasimenumque lacum*] Polybius [3, 82.] *Κυρτώνιον* vocat, quam Livius *Cortonam*. neque esse in Polybio menda potest, cum Stephanus scribat *Κυρτώνιος πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν Κυρτωνίνος, ὡς Σατορνίνος. Πολύβ. γ.* Et alio loco *Κορτόνα* urbem esse Etruriae. *Trasimenum* Graeci *Τραστμένην λίμνην* appellant. SIG. *Cortonam* Livii aliorumque et *Κυρτώνιον* Polybii ejusdem urbis diversa nomina esse, nisi quis *Κυρτώνιον* apud Polybium mendam, Stephano vetustiorem, existimet, censet Cluver. 2. Ital. ant. 3, 573. *Crotonam* legunt Lovel. 3. et Hav. literis transpositis, quum etiam Graecis *Κρότων* dicatur, teste ibidem Cluver. Lacus autem nomen corrupte *Transimenum* scribunt plerique codd. et edd. antt. nisi quod *Transysmenum* legat Lovel. 3. *Transymennum* Flor. *Thrasymenum* vel *Thrasi-*

Digitized by Google

spem magis ipsam, quam caussam spei, intueretur.

IV. Hannibal, quod agri est inter Cortonam urbem Trasimenumque lacum, omni clade belli pervastat, quo magis iram hosti ad vindicandas sociorum injurias acuat. Et jam pervenerant ad loca insidiis nata, ubi maxime montes Cortonenses Trasi- 1 2

menum Put. et quidquid est scriptorum praeferre, docet Gronov. 4. Obs. 17, 276. *Trasimenum* in notis ad §. 1. nisi dicamus, eum de orthographia nihil adfirmare, et lectionem propositam tantum respicere additam praepositionem *in*. *Ταρσιμένη*, quod apud Graecos obvium esse Sigonius dicit, apud eos non inveni: certe non in vulgatis hodie edd. nam *Θρασιμένη* dicitur Polyb. 3, 82. *Τρασυμένα* apud Strab. 5, 226. unde *Θρασυμένη* laudat Dausquej. in Orthogr. parte 2. Voce *Thrasymenus*. Id tamen ferme, quod Sigonius dicit, se in Quinctil. invenisse putant viri docti, apud quem legunt 1. Instit. 5. p. 54. *Tharsomenum pro Thrasumeno multi auctores, etiamsi est in eo transmutatio, vindicaverunt.* Gruter. in postr. ed. dedit *Trasimenum*, eamque scripturam recentiores servarunt; quum aetate proximi *Thrasymenum* dedissent. V. etiam viros doctos ad Flori 2, 6, 13. Gruterum ac recentiores secutus *Trasimenum* retinui, unde facilius codd. plerorumque et vett. edd. lectio *Trasimenum*, sive *Transimenum*, formari potuit, quam si per adspirationem ac vocalem Graecam *Thrasymenum* scriptum fuisset, contra sentiente Torren. ad Val. Max. 1, 6, 6. Mox *cum clade belli*, pro *omni clade*, Lovel. 3. Deinde *qua magis iram hosti*, pro *quo*, Flor. Lovel. 3. et Harl. *iram hostis* etc. *acuat* Ber. Male. Vulgatum enim dicitur eodem modo, ut *reficere militibus animos*, de quo v. ad 21, 53, 2. Insuper *injurias sociorum* edd. ante Aldum.

§. 2. *Et jam pervenerant ad loca insidiis nata*] Male Pall. *nota*. Infra c. 28, 6. *Ager re ipsa natus tegendis insidiis*. GEBHARD. Ita et Voss. Lovel. 1. 3. 4. et Gaertn. *Natus* et *Notus* saepius in Mstis commutantur. V. ad 7, 18, 7. 21, 43, 15. et alibi. *natus* autem quo sensu hic sumi debeat, supra inlustratur ad 4, 13, 11. Ceterum prima vocula non adparet in Ber. a m. 1. nec secunda in Lovel. 5. Praeterea *pervenerunt* legit Gaertn. Tandem *ad loca nata insidiis* Flor.

Ubi maxime montes Cortonenses Trasimenus subit] Nihil discrepat ab hac lectione ed. princeps, sed maximopere Pall. quorum primus *ubi maxime montes Cortonenses in Transymenum flumen subit*. ad marginem est *subeunt* a manu correctoris. sec. *ubi maxime montes Cortonenses in Transimenum subeunt*. Tert. *ubi maxime montes Cortonenses subeunt*. GEBH. Put. et omnes omnino MSS. aliquanti aevi, consensu: *in Trasimenum*. Quod non temere est, et quid nobis videatur, 4. Obs. 17. dixi. J. FR. GRON. Hearnius ex

Digitized by Google

menus subit. via tantum intereſt perangusta, velut ad id ipsum de induſtria relicto spatio: deinde paullo latior patescit campus, inde colles adsur-
6 gunt. Ibi caſtra in aperto locat, ubi ipse cum Afris modo Hispanisque consideret. Baliares ceteramque levem armaturam poſt montes circumducit: equites ad ipsas fauces saltus, tumulis apte

scriptis suis et vett. edd. nullam varietatem adnotat. In vulgata scriptura *subit* conveniens huic loco et rei sensus eſt, ubi lacus proxime ad montes accedit, et eos prope adluit. ita ut inter radices montium et lacum tantum perangusta via sit. Mela Prooem. *Oras omnium et litora, ut intra extraque sunt, utque ea subit et circumluit pelagus.* Curtius 7, 3, 19. *Mare, quod Ciliciam subit.* et 8, 2, 7. de Aorno petra: *Radices ejus Indus subit.* Hoc ibi adnotat Freinshem. Strabonem 15, 688. dicere ὑποῤῥεῖ, et Diod. Sic. 17, 607. προσκλύζει, *adluit.* DUR. *montes Crotonenses* Hav. V. ad §. 1. *Cortonienses* Lovel. 1. Tum *in Trasymennum subit* Flor. *in Transimenum*, vel *in Transysmenum subit* Voſſ. Lovel. 3. et Hafn. *intrans unennum subit* Harl. *in Transimenum*, vel *in Transysmenum subeunt* Lovel. 4. 5. Ber. et Hav. Unde Gronov. in Obs. loco laud. p. 276. legendum conjicit *in Thrasimenum sidunt*; et docet, Livium dicere, montes *sidere*, ubi deficiunt, in planum desinunt, immo in alveum fluminis, ut oſtendat ipsos montes in flumen declinare. Ego vel nihil mutandum puto, et *maxime montes subit Trasimenus* accipio pro proxime ad montes accedit; vel lego *maxime montes in Trasimenum subeunt*, eodem sensu, pro montes maxime accedunt ad lacum Trasimenum. Plinius 6, 26. *Regio ibi maritima Syrtibolos. Qua vero ipsa subit ad Medos.*

Velut ad id ipsum de industria relicto spatio] Pronomen *id* non adparere in Flor. Voſſ. Gud. Cant. et Oxon. monuit Cl. Jac. Gronov. supra ad 21, 55, 11. et ita insuper ex meis, praeter memoratos, legunt Lovel. 1. 3. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. antt. neque aliter Hearnii Oxon. V. ad Praef. Liv. §. 3. et ad 5, 43, 4. *vel* pro *velut* eſt in Flor. Lovel. 4. Harl. Gaertn. et edd. principibus.

Inde colles adsurgunt] Put. et Reg. *colles adinsurgunt.* J. FR. GRON. *adinsurgunt* etiam Flor. et Hearnii N. Et hanc veram lectionem eſſe, censuiſſe videtur Cl. Jac. Gronov. qui, quum apud Suet. in vita Caes. 86. inveniſſet in Salmas. cod. *adinspectantium*, ejus loco legebat *adinsectantium*, idque inluſtrabat hoc in optimis Livii codd. obvio verbo *adinsurgunt.* Potius tamen exiſtimo, illud *adinsurgunt* apud Livium, ut et *adinsectantium* vel *adinspectantium* apud Sueton. inde natum eſſe, quod librarius dupliceem lectionem, quam partim in contextu, partim in margine cod. sui inveniſſet, hac ratione servandam duxerit. V. supra ad 3, 44, 4. *Adsurgere* hoc sensu eſt apud Plin. 2, 65.

Digitized by Google

tegentibus, locat; ut, ubi intrassent Romani, objecto equitatu, clausa omnia lacu ac montibus essent. Flaminius quum pridie solis occasu ad lacum pervenisset, inexplorato, postero die, vix dum satis certa luce, angustiis superatis, postquam in patentiorem campum pandi agmen coepit, id tantum hostium, quod ex adverso erat, conspexit: 4

Non ignoro, quosdam Alpium vertices quinquaginta millibus passuum adsurgere. et 6, 17. *Unde plane constent gentes, Emodi montes adsurgunt. Surgere* dixit Ovid. 1. Met. 43.

Jussit et extendi campos, subsidere valles,
Fronde tegi silvas, lapidosos surgere montes.

Praeterea *deinde colles* Ber. *in colles* Lovel. 1. V. supra ad 10, 20, 6.

§. 3. *Baleares ceteramque levem armaturam post montes circumducit*] Polybius [3, 83.] ut ante, τοὺς δὲ Βαλιαρεῖς καὶ λογχοφόρους. SIG. *Baliares* Flor. V. ad 21, 22, 2. Paullo ante *castra in aperto ponit* Lovel. 3. pro *locat*, quod mox sequitur; quare, si plures vel certiores codd. id praeferrent, lectio illa non displiceret. *ponere* etiam ac *locare castra* et Livio et omnibus historicis usitatissimae locutiones sunt. Nunc observandum puto, Livium vocem, quae modo praecessit, saepissime repetiisse. V. supra ad 1, 3, 9.

Ad ipsas fauces saltus, tumulis apte tegentibus, locat, ubi intrassent Romani] Pall. pr. et tert. *ut ubi intrassent.* sec. *ut ibi intrassent.* GEBH. Vocula *ut* aberrantibus operis omittebatur in Paris. ed. anni 1573. et paucis aliis, quam Gruter. in postremae contextum iterum recepit. Praeterea *ad ipsas fauces saltus tumulis aptate gentibus locat* Harl. et ita Lovel. 4. nisi quod insuper vocem *tumulis* omittat. *ad ipsas fauces saltus aptos et gentibus locat* Lovel. 3. *ad ipsas fauces tumulis apta tegentibus locat* Lovel. 1. a quo id dissentit Voss. quod ab eo exsulet vox *tumulis. ad ipsas fauces saltus apte cauteque locat* Ber. *ad ipsas fauces saltus apte tegentibus cauteque locat* Hafn. *ad ipsas fauces saltus aptate cauteque locat* Hearnii N.

§. 4. *Inexplorato, postero die, vix dum satis certa luce, angustiis superatis*] Male ed. Paris. anni 1573. dedit *inexplorata*, idque una et altera proximarum servarunt. Hinc in errorem inductus Cluver. 2. Ital. ant. 3, 584. post eam vocem nonnulla verba omissa esse credidit, quem errare Gronov. infra hoc §. docuit, monens jungendum esse *inexplorato angustiis superatis.* Ita 21, 25, 9. *Ibi inexplorato profectus in insidias praecipitatus.* et 38, 18, 7. *Explorato procedere.* Eam autem lectionem jam recte Gruter. in ultima ed. restituit. Praeterea τὸ *die* omittitur in Harl. quasi illa vox ex praecedenti *pridie* hic repetenda foret. Sed recte eam reliqui omnes agnoscunt.

Digitized by Google

5 ab tergo et super caput decepere insidiae. Poenus ubi, id quod petierat, clausum lacu ac montibus et circumfusum suis copiis habuit hostem, signum 6 omnibus dat simul invadendi. qui ubi, qua cuique

Id tantum hostium, quod ex adverso erat, adspexit] *quod ex averso erat* Gaertn. Male. Intelliguntur enim hostes a fronte obpositi; quum *ex averso* forent, qui a tergo essent. V. ad 2, 31, 6. Deinde *conspexit* Flor. et Cant. quod verius puto. Scriptum per compendium fuerat *c̄spexit*, vel 9*spexit*, unde in reliquis codd. et edd. datum est *aspexit*. Paullo ante *in apertiorem campum*, pro *patentiorem*, Lovel. 4. praefert: quod ex glossa natum videtur.

Ab tergo ac super caput detectae insidiae] Ego *detectae* pro *tectae* positum puto, videlicet compositum pro simplici. Nondum enim Romani dolum senserant, de quibus postea dicet. Eo magis Romanis subita atque improvisa res fuit. GLAR. Haesit in hoc loco Glareanus, et *detectae*, inquit, positum est pro simplici *tectae*. De sententia non fallitur: de verbi illius usu, vereor, ut cuiquam probet. In meo libro est *super caput deceptae insidiae*. Fallor, an faventibus Musis emendavi, *super caput decepere insidiae*. Hellenismus est, et usus verbo *decipiendi* Livius, ut Latini vulgo *Fallendi*, ut Graeci τὸ λανθάνειν passim. LIPS. 5. Ep. Quaest. 1. Repperit in scripto Lipsius *super caput deceptae insidiae*. Quod tamen an in *decepere* cum eo commutem, adhuc cogito. Dictum forte noviter *deceptae*, ut demissas inopinato in caput et veluti desuper inceptas insidias intelligat. Et certe id Livii verba declarant. Vocem vero hanc castrensem sive theatralem proprie esse, ex Apulejo videre est. Ait [10. Met. 255. ed. Elm.] *Jamque tota suave fragrante cavea, montem illum ligneum terrae vorago decepit*. Ita enim lego, non *decerpit*, aut *recepit*. Plautus [Poen. 1, 1, 59.]

Ita decipiemus fovea lenonem Lycum.

Et eodem plane, quo Apulejus, alludit. Quod ideo dico, quia in alia omnia abire video interpretem. PONTAN. 3. Anal. 10. Pal. pr. *deceptae*; unde Cl. Lipsius *super caput decepere insidiae*. GEBH. Put. *ab tergo et super caput deceptae insidiae*. sed et Reg. Pet. Men. Voss. *deceptae*. Hinc feliciter Lipsius *decepere*. Cui obloquendum non erat. V. 3. Obs. 20. Cluverius [2. Ital. ant. 3, 584.] corruptis vulgatae vocibus *inexplorata* et *detectae* inductus, duas hic lacunas frustra statuit; sunt enim omnia integra. Jungendum *inexplorato angustiis superatis*, ex frequenti sermone Livii, significantis superasse eum angustias non explorato per exploratores praemissos itinere. 6, [30, 4.] *Inexplorato pabulatum cohortes misere*. 23, [43, 7.] *Explorato cum firmisque praesidiis tuto receptu praedatum ierat*. 27, [26, 6.] *In quae inexplorato euntes Romani quum incidissent*. J. FR. GRON. *detentae insidiae* Lovel. 4. *deductae insidiae* Hav. *contectae insidiae* Voss. in margine pro var. lect. *deceptae insidiae* Flor. Cant. Lovel. 1. et Harl. Inter eos autem, qui Lipsio obloquuntur, etiam est Ger. Voss. ad Vell. Pat. 1, 15. qui vulgatum *detectae* ser-

Digitized by Google

proximum fuit, decucurrere, eo magis Romanis subita atque inprovisa res fuit, quod orta ex lacu nebula campo, quam montibus, densior sederat, agminaque hostium ex pluribus vallibus ipsa inter

vabat, idque pro tectae positum, Liviumque ita locutum existimabat infra hoc lib. c. 28, 6. *Re ipsa natus detegendis insidiis.* Verum et Cel. Burm. ad Vell. et viri docti ad Livium, ibi melius in optimis codd. *tegendis* legi, recte docuerunt.

§. 5. *Clausum lacu montibusque*] Pal. sec. *clausum lacu ac montibus*, reliquis duobus *τὸ que* ejicientibus. GEBH. Optimus *lacu ac montibus*, *et circumfusum.* Ut et Pal. In duobus aliis et Voss. *lacu montibus et.* J. FR. GRON. *clausum lacu montibus* Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertner. Hav. et Hearnii N. *clausum lacum montibus* Flor. a m. 1. *lacu ac montibus* a m. 2.

Signum omnibus dat invadendi] *signum omnibus dat simul invadendi* extat in Pal. sec. GEBHARD. Put. Reg. Pal. *dat simul invadendi.* J. FR. GRON. *signum dat omnibus* Lovel. 3. et Ber. Tum *simul invadendi* Flor. et Cant.

§. 6. *Qui ubi, qua cuique proximum fuit, decurrere*] Put. Reg. Voss. *ubi quaque proximum fuit.* Plautus Bacchid. 2, 3, 17.

Heu cor meum et cerebrum,
Nicobule, finditur,
Istius hominis ubi fit quaque mentio?

Sed vix est huic hic locus. Put. quoque, ac non unus alius, et hic et post quatuor versus *decucurrere, decucurrerunt*; non *decurr.* J. FR. GRON. *ubi quoque proximum fuit* Harl. *ubi proximum fuit* Flor. Voss. et Ber. *ubi quaque proximum fuit* Lovel. 3. 4. Hav. et Hearnii N. cui locus esse potest, si *quaque* pro et qua accipiamus, hoc modo: ubi decucurrere, et quidem qua proximum fuit. Ceterum *decurrerunt* Lovel. 3. 4. 5. et Ber. *decurrunt* Hav. *decucurrerunt* Flor. Voss. et Harl. mox vero *decurrerent* Lovel. 1. *decurrerat* Hav. *decucurrerant* Flor. *decucurrerent* Cant. Voss. Harl. et Gaertn. De hac syllabae geminatione in praeteritis compositorum verbi *curro* v. ad 1, 12, 8. Si tamen edd. Prisciani fides habenda est, jam ejus aevo hic *decurrere* lectum fuit. Nam 10. Gramm. 901. docens composita verbi *curro* geminationem primae syllabae apud quosdam auctorum servare, apud alios minime, hunc locum laudat, quasi ibi *decurrere* invenisset. Non tamen id omni exceptione majus esse agnosco. Non enim aperte distinguens, apud quos geminationem invenerat, apud quos minus, hoc Livii exemplum ultimum adducit eorum, ubi geminatio neglegitur; adeoque ibi idem, qui hic, error a librariis committi potuit, ut ita fuerit primum eorum, quibus syllabam geminatam fuisse probarit. At pro vulgata lectione non sine veri specie dici potest, Priscianum memorare *auctores*, qui geminationem neglexerunt. Si vero statuamus, in hoc Livii exemplo legendum esse *decucurrere*, unum unius tantum Virgilii testimonium restabit, quo sententiam firmaverit. Ceterum *decucurrere* cum vocibus octo seqq. exsulant a Cant. cui errori occa-

Digitized by Google

5 ab tergo et super caput decepere insidiae. Poenus ubi, id quod petierat, clausum lacu ac montibus et circumfusum suis copiis habuit hostem, signum 6 omnibus dat simul invadendi. qui ubi, qua cuique

Id tantum hostium, quod ex adverso erat, adspexit] *quod ex averso erat* Gaertn. Male. Intelliguntur enim hostes a fronte obpositi; quum *ex averso* forent, qui a tergo essent. V. ad 2, 31, 6. Deinde *conspexit* Flor. et Cant. quod verius puto. Scriptum per compendium fuerat *c̄spexit*, vel *ꝝspexit*, unde in reliquis codd. et edd. datum est *aspexit*. Paullo ante *in apertiorem campum*, pro *patentiorem*, Lovel. 4. praefert: quod ex glossa natum videtur.

Ab tergo ac super caput detectae insidiae] Ego *detectae* pro *tectae* positum puto, videlicet compositum pro simplici. Nondum enim Romani dolum senserant, de quibus postea dicet. Eo magis Romanis subita atque improvisa res fuit. GLAR. Haesit in hoc loco Glareanus, et *detectae*, inquit, positum est pro simplici *tectae*. De sententia non fallitur: de verbi illius usu, vereor, ut cuiquam probet. In meo libro est *super caput deceptae insidiae*. Fallor, an faventibus Musis emendavi, *super caput decepere insidiae*. Hellenismus est, et usus verbo *decipiendi* Livius, ut Latini vulgo *Fallendi*, ut Graeci τὸ λανθάνειν passim. LIPS. 5. Ep. Quaest. 1. Repperit in scripto Lipsius *super caput deceptae insidiae*. Quod tamen an in *decepere* cum eo commutem, adhuc cogito. Dictum forte noviter *deceptae*, ut demissas inopinato in caput et veluti desuper inceptas insidias intelligat. Et certe id Livii verba declarant. Vocem vero hanc castrensem sive theatralem proprie esse, ex Apulejo videre est. Ait [10. Met. 255. ed. Elm.] *Jamque tota suave fragrante cavea, montem illum ligneum terrae vorago decepit.* Ita enim lego, non *decerpit*, aut *recepit*. Plautus [Poen. 1, 1, 59.]

Ita decipiemus fovea lenonem Lycum.

Et eodem plane, quo Apulejus, alludit. Quod ideo dico, quia in alia omnia abire video interpretem. PONTAN. 3. Anal. 10. Pal. pr. *deceptae*; unde Cl. Lipsius *super caput decepere insidiae*. GEBH. Put. *ab tergo et super caput deceptae insidiae*. sed et Reg. Pet. Men. Voss. *deceptae*. Hinc feliciter Lipsius *decepere*. Cui obloquendum non erat. V. 3. Obs. 20. Cluverius [2. Ital. ant. 3, 584.] corruptis vulgatae vocibus *inexplorata* et *detectae* inductus, duas hic lacunas frustra statuit; sunt enim omnia integra. Jungendum *inexplorato angustiis superatis*, ex frequenti sermone Livii, significantis superasse eum angustias non explorato per exploratores praemissos itinere. 6, [30, 4.] *Inexplorato pabulatum cohortes misere.* 23, [43, 7.] *Explorato cum firmisque praesidiis tuto receptu praedatum ierat.* 27, [26. 6.] *In quae inexplorato euntes Romani quum incidissent.* J. FR. GRON. *detentae insidiae* Lovel. 4. *deductae insidiae* Hav. *contectae insidiae* Voss. in margine pro var. lect. *deceptae insidiae* Flor. Cant. Lovel. 1. et Harl. Inter eos autem, qui Lipsio obloquuntur, etiam est Ger. Voss. ad Vell. Pat. 1, 15. qui vulgatum *detectae* ser-

Digitized by Google

proximum fuit, decucurrere, eo magis Romanis subita atque inprovisa res fuit, quod orta ex lacu nebula campo, quam montibus, densior sederat, agminaque hostium ex pluribus vallibus ipsa inter

vabat, idque pro tectae positum, Liviumque ita locutum existimabat infra hoc lib. c. 28, 6. *Re ipsa natus detegendis insidiis.* Verum et Cel. Burm. ad Vell. et viri docti ad Livium, ibi melius in optimis codd. *tegendis* legi, recte docuerunt.

§. 5. *Clausum lacu montibusque*] Pal. sec. *clausum lacu ac montibus*, reliquis duobus *τὸ que* ejicientibus. GEBH. Optimus *lacu ac montibus*, *et circumfusum.* Ut et Pal. In duobus aliis et Voss. *lacu montibus et.* J. FR. GRON. *clausum lacu montibus* Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertner Hav. et Hearnii N. *clausum lacum montibus* Flor. a m. 1. *lacu ac montibus* a m. 2.

Signum omnibus dat invadendi] *signum omnibus dat simul invadendi* extat in Pal. sec. GEBHARD. Put. Reg. Pal. *dat simul invadendi.* J.FR.GRON. *signum dat omnibus* Lovel. 3. et Ber. Tum *simul invadendi* Flor. et Cant.

§. 6. *Qui ubi, qua cuique proximum fuit, decurrere*] Put. Reg. Voss. *ubi quaque proximum fuit.* Plautus Bacchid. 2, 3, 17.

Heu cor meum et cerebrum, Nicobule, finditur,
Istius hominis ubi fit quaque mentio?

Sed vix est huic hic locus. Put. quoque, ac non unus alius, et hic et post quatuor versus *decucurrere, decucurrerunt*; non *decurr.* J. FR. GRON. *ubi quoque proximum fuit* Harl. *ubi proximum fuit* Flor. Voss. et Ber. *ubi quaque proximum fuit* Lovel. 3. 4. Hav. et Hearnii N. cui locus esse potest, si *quaque* pro et qua accipiamus, hoc modo: ubi decucurrere, et quidem qua proximum fuit. Ceterum *decurrerunt* Lovel. 3. 4. 5. et Ber. *decurrunt* Hav. *decucurrerunt* Flor. Voss. et Harl. mox vero *decurrerent* Lovel. 1. *decurrerat* Hav. *decucurrerant* Flor. *decucurrerent* Cant. Voss. Harl. et Gaertn. De hac syllabae geminatione in praeteritis compositorum verbi *curro* v. ad 1, 12, 8. Si tamen edd. Prisciani fides habenda est, jam ejus aevo hic *decurrere* lectum fuit. Nam 10. Gramm. 901. docens composita verbi *curro* geminationem primae syllabae apud quosdam auctorum servaro, apud alios minime, hunc locum laudat, quasi ibi *decurrere* invenisset. Non tamen id omni exceptione majus esse agnosco. Non enim aperte distinguens, apud quos geminationem invenerat, apud quos minus, hoc Livii exemplum ultimum adducit eorum, ubi geminatio neglegitur; adeoque ibi idem, qui hic, error a librariis committi potuit, ut ita fuerit primum eorum, quibus syllabam geminatam fuisse probarit. At pro vulgata lectione non sine veri specie dici potest, Priscianum memorare *auctores*, qui geminationem neglexerunt. Si vero statuamus, in hoc Livii exemplo legendam esse *decucurrere*, unum unius tantum Virgilii testimonium restabit, quo sententiam firmaverit. Ceterum *decucurrere* cum vocibus octo seqq. exsulant a Cant. cui errori occa-

Digitized by Google

se satis conspecta, eoque magis pariter decucurre-
7 runt. Romanus clamore prius undique orto, quam satis cerneret, se circumventum esse sensit; et ante in frontem lateraque pugnari coeptum est, quam satis instrueretur acies, aut expediri arma, stringique gladii possent.

1 V. Consul, perculsis omnibus, ipse satis, ut in trepida re, inpavidus, turbatos ordines, vertente se quoque ad dissonos clamores, instruit, ut tempus

sionem librario dedit verbi *fuit* repetitio.

Ex pluribus vallibus ipsa inter se satis conspecta, eoque magis pariter] Res ipsa et Livii tota narratio clamat, legendum *pluribus collibus*, non *vallibus*. Maximam enim partem exercitus in montibus Annibal in insidiis posuerat. LIPS. 5. Epist. Quaest. 1. Legit Lipsius *ex pluribus collibus* contra omnes MSS. GEBH. Lipsius recte coniecisse videtur *ex pluribus collibus*. Nam non intelligo, quomodo agmina in pluribus vallibus considentia inter se conspecta, aut ex iis decurrisse dici possint. Viri doctissimi, qui non voluerunt rationem hujus conjecturae habere, docere nos debuerant, quomodo accipiendum, quod editur, putarent. DUK. Nullius etiam meorum codd. auctoritate Lipsii conjectura firmatur, quam tamen non male, ut puto, se probare Gronov. in prima ed. notarum testatus est. Insuper *eo magisque* Flor. Paullo ante *densior erat*, pro *sederat*, Lovel. 4. *densior fuerat* Hearnii D.

§. 7. *Romanus clamore prius undique orto, quam satis cerneret*] Sermo est impeditus, ac nescio quid desiderans post verbum *cerneret:* nam illud, *se circumventum esse*, ad *sensit* referendum est. GLAR. Non adspernor distinctionem, quae in aliis est *quam satis cerneret, se circumventum esse sensit*. DUK. Sensus apertus est: Romanus clamore undique orto prius sensit se circumventum esse, quam satis cerneret, nempe se circumventum esse. *quam jam satis cerneret* Lovel. 4. Tum *se circumventum*, neglecto τῷ *esse*, Ber. qui etiam mox τὸ *est* ignorat a m. 1.

§. 1. *Vertentesque se quoque ad dissonos clamores*] Abjicit Pal. pr. *que*. At sec. *vertens se quoque*. GEBH. Pal. *vertentes se quoque*. Alter *vertens*. Puto, et absque his foret, licuisse mihi reponere de conjectura *vertente se quoque*. 4, [28, 2.] *Circumagenti se ad dissonos clamores ac subitos tumultus hosti*. Libro superiore c. 33, 5. facile manum dedimus Freinshemio corrigenti: *sibi quoque tendente, ut periculo prius evaderet*. Forte et *prior*. J. FR. GRON. *vertens se quocumque ad dissonos clamores* Ber. a m. 2. quum antea *seque ad dissonos* scriptum fuisset. *vertentes se quoque* ocu-

Digitized by Google

locusque patitur; et, quacumque adire audirique potest, adhortatur, ac stare et pugnare jubet; *nec* 2
enim inde votis aut inploratione Deûm, sed vi ac virtute, evadendum esse. Per medias acies ferro viam fieri: et, quo timoris minus sit, eo minus ferme periculi esse. Ceterum prae strepitu ac tumultu 3
nec consilium nec imperium accipi poterat. tantumque aberat, ut sua signa atque ordinem et locum nosceret miles, ut vix ad arma capienda aptandaque

los ad dissonos clamores Hafn. *vertentes se quoque ad dissonos clamores* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Gaertn. et Hav. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. pro quo haud male Gronov. emendat *vertente se quoque*, a *quisque*. Ut prima litera pronominis *se* perperam in fine vocis praecedentis repetita sit. V. ad 28, 25. 2. *ad dissonos clamore* Rec. Tum *instituit* Voss. et Lovel. 1. ac 3. V. ad 8, 38, 8. Paullo ante *satis ipse, ut in trepida re, inpavidus* Harl. *ipse satis, ut intrepidante impavidus* Gaertn. Vox *re* deficit in Flor.

Et, quacumque potest, adhortatur, ac stare et pugnare jubet] Pal. sec. *et quacunque adiri audirique potest, adhortatur, ac pugnare jubet.* Si pro *adiri* levicula immutatione legas *adire*, non inconcinnum erit, magis profecto, quam quod oggerit Pal. tert. *et quaecunque post adhortatur, et stare et pugnare jubet.* GEBH. Auctiores Put. et vetustiores, *quacunque adiri audirique potest:* quidam *adire:* quod commodius videtur, ut ad utrumque verbum eundem nominativum intelligas. J. FR. GRON. *quacumque adiri audirique potest* etiam Flor.

§. 2. *Per medias acies ferro viam fieri*] Imitatus hunc locum Justinus 2, 13. *Themistocles timens, ne interclusi hostes desperationem in virtutem verterent, et iter, quod aliter non pateret, ferro patefacerent.* GEBHARD. Livius 4, 28, 4. *An Deum aliquem protecturum vos raptumque hinc putatis? Ferro via facienda est.* Ceterum omnia haec verba cum decem seqq. desunt in Lovel. 1. propter repetitionem τοῦ *esse*. V. ad 9, 11, 11. Illud autem *esse* priori loco deest in Flor. Mox *quo timoris fuerit minus* Lovel. 3. et Hearnii N. *quo timoris minus fuerit* Gaertn. *quo timoris magis sit* Hav. Deinde *eo ferme et minus periculi esse* Hafn.

§. 3. *Ut sua signa atque ordinem et locum nosceret miles*] *Τὸ miles* abest a Pall. omnibus et prisca ed. Interim Pal. pr. *ut sua signa atque ordinem, sed locum noscerent.* GEBH. *atque ordinem sed locum* Flor. a m. 1. Cant. Harl. et Gaertn. qui in margine *seu locum* ostentat. *atque ordinem si locum* Lovel. 4. *atque ordinem secundum locum* Hav. *atque ordinem seu locum* Lovel. 1. 3. et Ber. Hinc *miles* deficit in Flor. Cant. Lovel. 3.

Digitized by Google

pugnae competeret animus: obprimerenturque quidam, onerati magis his, quam tecti: et erat in tanta caligine major usus aurium, quam oculorum.
4 Ad gemitus vulnerum ictusque corporum aut armorum, et mixtos strepentium paventiumque clamores,
5 circumferebant ora oculosque. Alii fugientes pugnantium globo inlati haerebant: alios redeuntes in

Ber. a m. 1. Gaertn. Hearnii N. et priscis edd. Insuper vero Aldus *noscerent* edidit, at inter errata *nosceret miles* legendum monuit, quod tamen ante Aldum invenio in ed. Mediol. anni 1505. Ascens. anni 1513. 1516. et Mogunt. Paullo ante *τὸ prae* deerat in Harl. Praeterea *non consilium nec imperium* legit Voss.

§. 4. *Et mixtos strepentium paventiumque clamores circumferebant ora oculosque*] Pendent haec omnia a praepositione *ad* paullo praegressa: quod non adsecuti exscriptores Pall. sec. ac tert. et primus editor supposuerunt *misto strepentium paventiumque clamore*. Pal. vero pr. *et intexto strepentium paventiumque clamore*, adposita ad vacuum alia lectione *misso*. GEBH. *et mixto strepentium paventiumque clamore* Lovel. 1. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et priscae edd. usque ad Froben. neque differt Flor. nisi quod a m. 1. *patientium*, pro *paventium*, praeferat. *et mixtos strepentium paventiumque clamore* Voss. neque aliter Lov. 3. praeterquam quod legat *ut mixti. et milites strepentium paventiumque clamore* Lovel. 5. *et in isto strepentium paventiumque clamore* Hearnii L. 1. Doujatius perperam edidit *et missos strepentium paventiumque clamores*, atque illud *missos* redundare credidit, ceteroquin dicendum esse *missos a strepentibus paventibusque*.

§. 5. *Redeuntes in pugnam avertebat fugientium agmen*] *redeuntes in pugnam*, id est *inde*, Hav. *redeuntes ad pugnam* Lovel. 3. Gaertn. et Hearnii N. in margine. Hinc *vertebant* Hav. *avertebant* Voss. et Lovel. *revertebat* Flor. Paullo ante *habebant*, pro *haerebant*, Gaertn. Sed verba *Alii fugientes* etc. *haerebant* desunt in Harl. cui errori occasionem dedit vocum *alii* et *alios* repetitio. V. ad 9, 11, 11.

§. 6. *Ubi in omnes partes nequidquam inpetus facti*] Optimi *capti*. Ut l. 2, [65, 5.] *Rursus impetu capto enituntur*. 3, [5, 6.] *Multis frustra conatibus captis*. 9, [4, 1.] *Cum frustra multi conatus ad erumpendum capti essent*. J. FR. GRON. 8, 30, 6. *Aliquoties inpetu capto perrumpere non poterat hostium agmen*. Flor. 4, 11. *Caesaris naves habiles in omnia, quae usus poscebat, ad inpetus, et recursus, flexusque capiendos*. Et ita *facti* ex glossemate inrepsisse potuit; unde hae voces saepe alibi commutatae sunt. V. ad 2, 65, 5. et Cel. Burm. ad Suet. Calig. 43. Meorum tamen nulli optimis Gronovii consentiunt. Sed *ubi etiam in omnes partes* Ber. legit. *ubi omnes in partes* Lov. 4. et 5.

Digitized by Google

pugnam avertebat fugientium agmen. Deinde, ubi 6
in omnes partes nequidquam inpetus capti, et ab lateribus montes ac lacus, a fronte et ab tergo hostium acies claudebat, adparuitque, nullam, nisi in dextra ferroque, salutis spem esse; tum sibi quis- 7
que dux adhortatorque factus ad rem gerendam, et nova de integro pugna exorta est; non illa ordinata

§. 7. *Tum sibi unusquisque dux adhortatorque captus*) Pal. sec. *tum sibi quisque dux*. GEBHARD. Meliores ignorant τὸ *unus*. J. FR. GRON. Ignorant apud me Flor. et Cant. Praeterea *adhortatorque captus* primum obvium fuit in ed. Gronov. anni 1665. Verum, quum non tantum omnes priores typis descripti, sed et calamo exarati servent *adhortatorque factus;* Gronovius autem nihil hoc loco monuerit, neque alibi mutatae lectionis rationem reddiderit, et contra §. praec. ubi optimos *capti*, pro *facti*, praeferre notavit, eam lectionem, ut plerumque solet, in contextum non receperit, admodum verisimile est, vel ipsum, vel typographos aberrasse, et perperam hoc loco *captus* pro *factus* in contextum recepisse, quum supra potius τῷ *facti* vocem *capti* substituere debuissent. Hunc errorem, quem etiam Doujatius, Hearnius, Clericus, et alii servarunt, emendavi. Mox *et nova deinde pugna ex integro orta est* Ber. *et nova de integro exorta pugna est* Flor.

Non illa ordinata per principes hastatosque ac triarios] De hoc loco dicam in 30, [8, 5.] SIG. Sed talis pugna vel maxime inordinata est et praeter morem Romanum, ait Lipsius 4. de Mil. Rom. 1. Nam certum est, hastatos primos proelium inire solitos. Hinc Victorius 10. Var. lect. 2. Sigonius ad Liv. 30, 8, 5. et Lipsius d. l. quod ibi in Livio legitur, *Romanus post Principes Hastatorum prima signa, in subsidiis Triarios constituit*, emendant *Romanus Principes post Hastatorum prima signa*. Sed ea emendatio huic loco modum non adfert. Sigonius, quum ex Polybio, Livio, et Suida, quibus Appianum addit Lipsius, hunc morem Romanorum in acie ordinanda ostendisset, nihil aliud dicit, quam hic tamen Principes primos locari: nec Lipsius quidquam, quam sibi suspectam esse scripturam hujus loci. Non video, cur hic religiosiores voluerint esse viri docti in transponenda una voce, quam ibi. Et hoc placuisse Schelio ex eo colligo, quod ad Hygin. p. 1053. haec verba Livii laudans, primo loco Hastatos, secundo Principes ponit. Salmasius quidem de Re milit. Rom. c. 4. dicit, hoc a Livio scriptum, aetatis suae ordinationem ante oculos habente. Sed non est verosimile, Livium hic magis ad eam respexisse, quam 30, 33. et 37, 39. ubi, quae multis annis post pugnam ad Trasimenum gesta sunt, narrans, tamen aciem antiquo more ordinatam dicit. DUK. *hastatosque* non adparet in Hearnii D. nec vocula *ac* in Ber. unde forte legendum *per hastatos*, *principes*, *triarios*. Sed nihil adfirmo.

Digitized by Google

per principes haſtatosque ac triarios, nec ut pro signis antesignani, poſt signa alia pugnaret acies; nec ut in sua legione miles, aut cohorte, aut mani-
8 pulo eſſet. Fors conglobat, et animus suus cuique ante aut poſt pugnandi ordinem dabat: tantusque

Nec ut pro signis antesignanus] De antesignanis agunt Lipsius 4. de Milit. Rom. 3. et Scheliius ad Hygin. p. 1053. DUK. Salmasius de Re milit. Rom. c. 17, 1413. ex optimo et vetuſtiſſimo cod. legendum monuit *antesignani*, quod mihi etiam obviam fuit in Flor. Harl. et Ber. eoque ducunt veſtigia quorumdam aliorum codicum. Nam *antesignanti* eſt in Cant. *aut signani* in Lov. 4. *antesignari* in Hav. Eam itaque lectionem recepi.

Nec ut in sua legione miles, aut cohorte, aut manipulo esset] Sic Cantabr. Flor. Voſſ. Gud. et edd. primae. Et cur *nec* hodie negligitur? JAC. GRON. *nec ut in sua legione* etiam tantum non omnes mei, (nisi quod Harl. legat *nec in sua legione*) Hearnii Oxon. et typis excusi usque ad ultimam Gruteri edit. quare *nec* loco reposui; quod etiam fecit Cl. Crevier.

§. 8. *Sors conglobabat, et animus suus cuique ante et post*] Pal. sec. *Fors conglobat.* reliqui duo *Sors conglobat.* GEBH. Scribe cum membranarum emendatiſſimis, *Fors conglobat, et animus suus cuique ante aut post pugnandi ordinem dat.* Salluſt. Jug. [97.] *Catervatim, uti quosque fors conglobaverat, in nostros incurrunt.* Noſter 26, [40, 17.] *Postquam eos ex variis caussis fortuna similis conglobaverat.* Sic apud Caesarem 2. Gall. 21. legendum: *Quam in partem fors obtulit.* et 8. Gall. 19. *Quo fors tulerat.* Utrobique editur *sors.* Caeterum et sequenti cap. mutarunt inclinationem verbi *acrior infestiorque pugna erat.* nam libri veteres *pugna est.* J. FR. GRON. Infra c. 51, 6. *Ut quem cuique fors aut pugna junxerat, aut fuga.* DUK. *Sors conglobat* Cant. Voſſ. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. *Fors conglobat* Flor. quod recte Gronov. probat. In hac enim pugna, quam Romani inopinato commiserunt, quomodo sorti locus esse potuiſſet? Solent autem hae voces commutari. V. ad 1, 9, 15. Deinde *ante aut post* omnes scripti mei cum Hearnii N. D. et omnibus edd. usque ad ultimam Gruteri. Id itaque in contextum recepi.

Tantusque fuit ardor animorum, adeo intentus pugnae animus] Pro insiticio delemus *animorum*, in vicem ejus subſtituentes *armorum* ex Gud. J. FR. GRON. Cic. pro Marc. 8. *In tanto civili bello, tantoque animorum ardore et armorum.* Liv. 4, 47, 3. *Tantus ardor ad dimicandum fuit.* DUK. Innumeris locis has voces librarii confuderunt. V. ad 1, 45, 3. 2, 45, 5. 6, 8, 5. 9, 40, 5. hoc lib. c. 29, 4. aliisque. Omnes tamen mei, ut et Hearnii Oxon. in vulgatum conspirant. Miror itaque, Hearnium Doujatii, nescio quo jure vocem *animorum* omittentis, exemplum imitatum eſſe. Praeterea *et adeo intentus* Hearnii N. in margine. *adeoque intentus* Lovel. 1. et Ber. a m. 1.

Digitized by Google

fuit ardor armorum, adeo intentus pugnae animus, ut eum motum terrae, qui multarum urbium Italiae magnas partes prostravit, avertitque cursu rapido amnes, mare fluminibus invexit, montes lapsu ingenti proruit, nemo pugnantium senserit.

Ut eum motum terrae, qui etc.] Haec verba vertit Plutarchus in Fabio [p. 175.] ubi hujus terrae motus meminit. SIG. Non ergo poëtice, sed ex gestae rei fide, canit Silius [5, 622.]

Jamque eadem populos magnorumque oppida regum etc.

MOD. Terrae motus meminerunt Cic. 1. de Divin. 35. Plinius 2. H. N. 84. et Florus 2, 6, 14. Adde Orosium 4, 15. *ut cum motus terrae* Voss. Lovel. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *ut commotio terrae* Rec. *ut commotus terrae* Lovel. 1. *ut cum terrae motus* edd. principes. *ut eum terrae motum* Mediol. anni 1505. Ascens. anni 1513. ac reliquae usque ad Jac. Gronov. qui dedit, trajectis dictionibus, *ut eum motum terrae.* quem ordinem vocum firmant omnes mei.

Mare fluminibus invexit] Nil temere muto. Vult fortasse auctor, in locum fluminibus vacuum mare se insinuasse, cum illa novum sibi alveum et cursum quaesisseat. Tamen dubitabam leviter, an non *culminibus:* ut dicat, mare sublatum expulsumque in ipsos montes. Silius ita hic [5, 619.]

— — — *lacus ater in altos*
Sublatus montes, et sede excussus avita.

Et Ammianus in terrae motu, qui sub Valentiniano. *Ingentes aliae naves extrusae rapidis flatibus* (forte *fluctibus*) *culminibus insedere tectorum.* PH. RUBEN. 1. Elect. 39. Contra naturam; nam flumina in mare labuntur, hoc suos fines non exeunte. Quare ridicula est Rubenii correctio *culminibus invexit.* Silius 5, 624. GEBH. *fluminibus invexit* omnes. Nimirum flumina decurrunt in mare. Plautus Curculione [1, 1, 86.]

Quisnam istic fluvius est,
quem non recipiat mare?

Valerius Flaccus 1. Argonaut. [24.] *Illius amnes lönium quicumque petunt.* Ita enim scribendum haud dubie, non *omnes.* Livius 27, 47, 11. *Quantum mare abscedebat, tanto altioribus amnem coërcentibus ripis.* Fit autem tremore terrae, ut mare interdum exundet, et aut retro agat flumina, quae id refluum sentire non solent, aut ubi accessus recessusque ejus, altius solito ascendat. Silius in hac ipsa historia 5, [624.]

— — *Reflui pugnarunt montibus amnes,*
Ac retro fluctus torsit mare.

Orosius 4, 13. *Cum ita intentus pugnantium ardor exstiterit, ut gravissimum terrae motum, qui tunc forte tam vehemens factus est, ut urbes diruisse, montes transtulisse, discidisse rupes, et flumina retrorsum coëgisse referatur,* etc. Non igitur *culminibus*, quod excidit Phil. Rubenio. J. FR. GRON. *mareque fluminibus invexit* Ber. In verbis praecedentibus *avertitque cursu rapidos amnes*, pro *rapido*, in Put. esse, Grevier. mo-

Digitized by Google

1 VI. Tres ferme horas pugnatum est, et ubique atrociter. circa consulem tamen acrior infestiorque
2 pugna est. Eum et robora virorum sequebantur, et ipse, quacumque in parte premi ac laborare senserat suos,

nuit: neque aliter est in Flor. Multum tribuere soleo horum codd. praesertim consentientium auctoritati: hic tamen vulgatum praefero. *amnes rapido cursu* est amnes, qui rapido cursu feruntur. Ita *oppidum majore quam cetera juventute*, id est, quod majore juventute, quam cetera oppida, frequens erat, 43, 19, 7. *saxum aequo adscensu*, id est, in quo erat aequus adscensus, 5, 47, 2. Sufficit autem *avertere amnes;* neque opus est, ut addamus *avertere cursu*. Infra 41, 11, 3. *Amnemque praeterfluentem moenia, multorum dierum opere exceptum novo alveo, avertit.* Librarii τῷ *rapido* in fine addiderunt literam *s*, scribentes *rapidos*, ut conveniret sequenti *amnes*. V. ad 6, 3, 8.

§. 1. *Acrior infestiorque pugna est*] Vet. lib. *pugna erat.* SIG. Ita et Lovel. 4. Rec. et Gaertn. At reliqui omnes, quibus utor, et inter eos optimae notae codd. τὸ *est* tuentur, quod Gronovius etiam se in libris vett. invenisse, testatur ad cap. praec. §. 8. Insuper *pugna orta est* Ber. Ceterum has voces cum sex praecedentibus omittit Cant. Caussa hujus erroris fuit τῶν *pugnatum est* et *pugna est* repetitio.

§. 2. *Premi ac laborare senserat suos*] Pall. pr. ac tert. cum vet. ed. *premi ad laborem*. GEBHARD. Ita et Voss. in contextu, (altera lectione margini adscripta) Lovel. 3. Harl. Gaertn. Hearnii N. omnesque edd. usque ad Froben. anni 1535. quae prima *ac laborare* recepit. *ac roborare* Cant. At voces eae desunt in Lovel 4. ac 5. Tum *senserit suos* Voss. *suos senserat* Lovel. 4. et 5. qui ambo cum Lov. 1. paullo ante legunt *in quacumque parte*. Hav. *quamcumque in partem.*

Insignisque armis et hostem summa vi petebat, et tuebatur suos cives] Exhibet Pal. sec. *insignesque armis hostes summa vi petebat.* pr. vero ac tert. *insignesque armis et hostem summa vi petebant, et tuebantur suos cives.* GEBH. Scripti partim plane legunt, partim satis indicant legendum: *insignemque armis et hostes summa vi petebant, et tuebantur cives.* J. FR. GRON. Unus meorum Lov. 5. lectionem vulgatam servat: neque aliter inde discedunt Gaertner. et Hafn. quam quod prior *petebant et tuebantur*, posterior *pugnabant et tuebantur* legant. *insignesque armis et hostem summa vi petebant et tuebantur suos cives* Lovel. 1. 4. Ber. et Hav. quibus consentiunt Lovel. 3. et Voss. nisi quod ille *hostes* habeat, hic vocem *suos* omittat. *insignemque armis et hostem summa vi petebant et tuebantur cives*, quam proxime ad lectionem a Gronovio restitutam, Flor. et Harl.

§. 3. *Donec insuper eques (Ducario nomen erat) faciem noscitans*] *Insuber* reposui. Polybius auctor est, Insubres a Flaminio olim victos, eorumque fines po-

Digitized by Google

suos, inpigre ferebat opem; insignemque armis et 3
hostes summa vi petebant, et tuebantur cives: donec Insuber eques (Ducario nomen erat) facie quoque noscitans, *Consul, en*, inquit, *hic est*, popularibus suis, *qui legiones nostras cecidit, agrosque et*

pulatos. SABELL. Quidam pro *eques*, *equum* supposuerunt, et *faciemque* cum conjunctione post parenthesin. Sed simplicior lectio est *eques* et *faciem* absque conjunctione, ut habent vetustiores codices. GLAR. Probo magis antiquam lectionem, quam alii respuerunt: *donec Insuber eques*, *Ducario nomen erat*, *faciem noscitans*. Cur probem, haec causa est, quod, ni *eques* dicturus Livius fuisset, *Insuber quidam* dixisset: praeterea *faciem equumque* potius dixisset, si modo verisimile est, Flaminium, ex quo cum Gallis Insubribus bellavit, per annos VII. eodem semper equo esse usum. Polybius [3, 84.] a quibusdam Gallis eum interfectum tantummodo scribit. Equitem certe eum fuisse, apparet ex eo, quod subdit: *Subditisque calcaribus equo per confertissimam hostium turbam impetum facit*. SIG. Compara haec ad ista Silii [5, 545.]

Advolat ora ferus mentemque Ducarius, etc.

MOD. Pal. pr. *donec Insuber eques* (*Ducario nomen erat*) *faciem quoque noscitans*. neque abit sec. quam quod habet *faci.* ac tert. *facies quoque noscitans*. Notus erat reliquis consul ob cohortem suam praetoriam: at Ducario praeterea notus erat de ipso vultu. Edd. nuperae formaverunt nobis: *donec Insuber equum* (*Ducario nomen erat*) *faciemque noscitans*. GRUT. Pal. pr. *facie quoque noscitans*. sec. *facies quoque noscitans*. tert. *faci quoque noscitans*. Vet. ed. repraesentat *faciemque noscitans*. Silius [5, 547.]

— — — — *antiqua gerebat*
Vulnera barbaricae gentis, noscensque superbi
Victoris vultus.

Sed rectum est *facie quoque noscitans*. Scilicet Flaminium. Prop. 3, 3.

E quarum numero me contigit una Dearum:
Ut reor a facie, Calliopea fuit.

GEBH. *cui Ducario nomen erat* Lovel. 4. et Hearnii D. Male. V. infra hoc lib. c. 46, 9. Deinde *facie quoque noscitans*, ut viri docti legunt, etiam mei et Hearnii codd. nisi quod *facie quoque consulem noscitans*, vocem *consul*, quae mox sequitur, omittens, legat Ber. *facie noscitans*, ut *nomine notus* apud Horat. 1. Sat. 9, 3.

Adcurrit quidam notus mihi nomine tantum.

Consul, inquit, hic est, popularibus suis] Put. *Consulem inquit hic est*. Scribe, *Consul, en, inquit, hic est*. J. FR. GRON. Puteaneo consentiunt Hearnii N. et Exc. Pithoei, pro quo recte Gronov. *Consul, en, inquit, hic est* scribendum conjecit. In his codd. forte ita datum est, quod vocem priorem referrent librarii ad praecedentia *facie quoque noscitans consulem*. Vocula autem *en* elidi potuit a prima syllaba vocis sequentis. Deinde *hic est cum popularibus* Lovel. 3.

Digitized by Google

4 *urbem est depopulatus. Jam ego hanc victimam manibus peremtorum foede civium dabo:* subditisque calcaribus equo, per confertissimam hostium turbam inpetum facit: obtruncatoque prius armigero, qui se infesto venienti obviam objecerat, consulem lancea transfixit. spoliare cupientem triarii objectis
5 scutis arcuere. Magnae partis fuga inde primum coepit: et jam nec lacus, nec montes obstabant pavori. per omnia arta praeruptaque velut caeci eva-

Ber. et Gaertn. Mox *legiones nostras occidit*, pro *cecidit*, Ber. V. ad 36, 36, 6. Tum *agros et urbem est depopulatos* idem Ber. *agrosque et urbem depopulatus est* Lovel. 4. et 5.

§. 4. *Per confertissimam hostium turbam inpetum facit*] *impetum fecit* Hearnii D. et N. quorum tamen posterior *facit* in margine ostentat. In verbis sequentibus *se infeste venienti obviam objecerat* Lovel. 4. *se infesto venienti objecerat obviam* Lovel. 3. *Tò obviam* deest in edd. primis.

Spoliare cupientem triarii objectis clipeis arcuere] *scutis* alibi legitur. Sane scutum triariorum erat, ut etiam l. 8, [8.] Livius indicat, ubi etiam differentia inter *clypeum* ac *scutum*, et clarius deinde l. 9, [19.] GLAR. Vet. lib. *scutis*. Recte. est enim scutum triariorum. l. 8, [8, 10.] *Triarii sub vexillis considebant, scuta innixa humeris tenentes.* SIG. Sic [*scutis*] Sigonius, et omnes meliores codices, atque inter alios Florentinus: cujus perpetua collatio, quam Cl. Marquardo Gudio debeo, hic me desituit. Nam quod in opere nostro eum et plures ex Serenissimi Magni Ducis bibliotheca appellatos vides, scito id fieri, quia per angustias temporis de eximiis tantum quibusdam locis ipse praesens eos consului. J. FR. GRON. *scutis* etiam Lipsius, priscos libros laudans, probat 3. de Milit. Rom. 2. Praeter Lovel. 4. 5. Ber. et Hafn. qui *clipeis* servant, *scutis* apud me supereſt in omnibus scriptis, et apud Hearnium in omnibus Oxon. Neque aliter est in excusis ante Aldum, qui primus receptam lectionem inmutavit. Quare loco ejus, quam substituit, recte priscam a viris doctis revocatam puto. Praeterea *conjectis scutis* Voss. Tum *arguere* Flor. V. ad 6, 25, 6.

§. 5. *Et jam nec lacus nec montes obstabant pavori*] Abest vox *pavori* a Pal. pr. Reliqui duo *pavori obstabant*. GEBH. Vocabulum *pavori* exsulat etiam a Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Id autem ante praecedentem trajiciunt Flor. et Harl. Deinde *primum etiam nec lacus* Lovel. 3. *ubi jam nec lacus* Lovel. 5. et Gaertn. *etiam nec lacus* Harlej. V. ad 1, 47, 9. Tum *obstant* Ber.

Armaque et viri super alium alii praecipitantur] Pal. tert. *praecipitabantur*] Forte fuit

Digitized by Google

dunt: armaque et viri super alium alii praecipitantur. Pars magna, ubi locus fugae deest, per prima 6
vada paludis in aquam progressi, quoad capitibus humerisque exstare possunt, sese inmergunt. fuere, quos inconsultus pavor nando etiam capessere fugam inpulerit. Quae ubi inmensa ac sine spe erat, aut 7
deficientibus animis hauriebantur gurgitibus, aut nequidquam fessi vada retro aegerrime repetebant, atque ibi ab ingressis aquam hostium equitibus pas-

initio *praecipitant*. V. ad 2, 51, 5. Sic legendum 25, 11, 6. *Plures in fossam praecipitavere*. Pro quo circumfertur *praecipitati*. GEBH. Si conjectura Gebhardi idoneo codd. praesidio niteretur, eam probarem. Livium enim ita saepius locutum esse, videbimus ad 25, 11, 6. Verum, omnibus Mstis, quibus usus sum, *praecipitantur* servantibus, sermonem Livii semper ad eamdem loquendi formulam redigi, iniquum videtur. Insuper *armaque ut viri* Flor. Voss. Lovel. 1. 4. 5. et Harl. Tum *alii super alium* Hav. Vox *alii* non comparet in Voss. Lovel. 1. et Ber. Paullo ante *veluti caeci* edidit Froben. anno 1535. consentientibus Lovel. 3. et 4. at veterem lectionem *velut caeci*. Cl. Jac. Gronov. revocavit, quam probant reliqui codd. V. ad 6, 1, 2.

§. 6. *In aquam progressi, quoad capitibus humerisque exstare possunt, sese inmergunt*] *in aqua progressi* Gaertn. *aquam progressi*, omissa praepositione, Ber. a m. 1. Deinde *capitibus, humeris exstare* Flor. Voss. Lov. 4. Harl. Ber. Gaertner. et Hav. Hinc *se inmergunt* Hav. idem. Mox *inpulerat* Voss. *inpulit* Ber. V. ad 40, 14, 11. *capessere fugam in aquam inpulerit* Hav.

§. 7. *Aut ubi nequidquam festinaverant, retro aegerrime terram repetebant*] In Pal. pr. deficit *τὸ ubi*; pro quo in sec. restat *qua*. In tribus vero MSS. Pall. evanuit *τὸ terram*. GEBH. Put. Voss. Pall. et meliores ignorant *τὸ ubi*. Put. tres Pall. Reg. Men. Voss. duo Petav. etiam *τὸ terram*. Optimus autem ille liber *haud nequidquam festi vada retro aegerrime repetebant*. Scribe *aut nequidquam fessi vada retro aegerrime repetebant*. 9, [2, 8.] *Aut eadem, qua insinuaveris, retro via repetenda*. J. FR. GRON. Idem vir Maximus in prima notarum ed. conjecerat, *aut nequidquam ante festini vada retro aegerrime repetebant*. Cui conjecturae merito eam, quam hic damus, substituit. Ceterum *haud nequidquam* praefert etiam Flor. et *terram* ignorat. *aut nequidquam* Lovel. 1. 3. 4. Hafn. et Cant. qui iidem cum Harl. similiter vocem *terram* omittunt. Mox etiam voculam *ibi* non agnoscit Lovel. 3. ejus loco *ubi* praefert Lovel. 5. Tum *equitibus hostium* est in Ber.

§. 8. *Sex millia ferme primi agminis, per adversos hostes*

Digitized by Google

8 sim trucidabantur. Sex millia ferme primi agminis, per adversos hostes eruptione inpigre facta, ignari omnium, quae post se agerentur, ex saltu evasere. et, quum in tumulo quodam constitissent, clamorem modo ac sonum armorum audientes, quae fortuna pugnae esset, neque scire, nec perspicere prae
9 caligine poterant. Inclinata denique re, quum incalescente sole dispulsa nebula aperuisset diem, tum

eruptione inpigre facta] Polyb. 3, 84. Ἑξακισχίλιοι δ' ἴσως τῶν κατὰ τὸν δυλῶνα τοὺς κατὰ πρόσωπον νικήσαντες. Hinc patet, male *versos* datum esse in Lovel. 1. *aversos* in Gaertn. V. ad 2, 31, 6. Vox *hostes* deest in Ber. a m. 1. *eruptiones impigre factae* perperam legit Rec.

Quum in tumulo quodam constitissent] Polybius [3, 84.] ἀπεχώρησαν ἐις τινα κώμην Τυρρηνίδα. SIG. Immo verba haec Livii respondent superioribus Polybii Γενόμενοι δὲ ἐπὶ τῶν ἄκρων. Illa vero, quae ex Polyb. laudavit Sigonius, a Livio redduntur his, quae deinceps sequuntur, *sublatis raptim signis, sese abripuerunt.*

Quae fortuna pugnae esset, neque scire, nec perspicere prae caligine poterant] Vet. lib. *prospicere.* SIG. Pal. tert. *praespicere.* lege *prospicere.* GEBH. *qua fortuna pugna esset* Ber. quod vel ob ingratum sonum Livii non esse, verius puto. Hinc *neque scire, neque perspicere* Cant. Harl. Lovel. 4. et Hav. *neque stare, neque perspicere* Gaertn. quorum codd. scribae existimasse videntur, post *neque* non recte inferri *nec.* Sed v. ad 9, 9, 14. ex qua caussa forte etiam factum, ut priori loco *nec* pro *neque* datum sit in Ber. qui idem etiam praefert *prospicere poterant prae caligine.* Si gravioris auctoritatis codd. *prospicere,* probarent, illud recipere non dubitarem. Vix enim hic convenire potest *perspicere,* quod notat perspicue, penitus videre. Jam vero exorta nebula non modo inpediebat, ut *perspicere,* verum etiam ne leviter quidem videre possent, quae fortuna pugnae esset. Contra optime convenit *prospicere,* quod vel notat ex longinquo videre, ut *conspicere* ex propinquo. Ita supra 10, 32, 6. *Nebula erat ad multum diei, densa adeo, ut lucis usum eriperet, non prospectu modo extra vallum ademto, sed propinquo etiam congredientium inter se conspectu.* Vel etiam ex alto videre. Ita supra 21, 49, 8. *Ex speculis prospicerent adventantem hostium classem.* quod tamen exemplum et ad priorem significationem referri potest. hoc lib. c. 14, 11. *Quum esset satis altum Janiculum, ubi sedens prospectaret hostem.* 24, 21, 8. *Pars ex tectis fenestrisque prospectant.* V. Cel. Burm. ad Nason. 5. Her. 63. Id autem optime huic loco convenit. Nam, ut modo dixit, constiterant in tumulo. Solent autem τὰ *perspicere* et *prospicere* in Mstis commutari. V. viros doctos ad Frontini 1. Strateg. 2, 1, et 3, 9, 3. Adde, quae notantur ad Livii

Digitized by Google

liquida jam luce montes campique perditas res stratamque ostendere foede Romanam aciem. itaque, 10
ne in conspectos procul inmitteretur eques, sublatis raptim signis, quam citatissimo poterant agmine,
sese abripuerunt. Postero die, quum super cetera 11
extrema fames etiam instaret, fidem dante Maharbale, qui cum omnibus equestribus copiis nocte consecutus erat, si arma tradidissent, abire cum

9, 10, 7. — Quo sensu tamen vulgatum *perspicere* hic ferri possit, v. ad Livii 40, 22, 3. — *nec perspicere prae caligine poterant, neque scire* edd. vetustissimae.

§. 9. *Inclinata ad iniqua re, cum calescente sole depulsa nebula*] Vet. lib. *dispulsa*. SIG. Pall. tres *eum calescente sole despulsa nebula aperuisset diem*. ubi forte restituendum erit *dispulsa nebula*. GEBH. Put. *adimque re*. Loge *Inclinata denique re*. Dein ex melioribus *incalescente*, et *dispulsa*. J. FR. GRON. *Inclinata jam ad iniqua re* Ber. a m. 2. Gaertn. et Hearnii N. *Inclinata ad inique re* Flor. unde Gronovius *Inclinata denique re*, quam conjecturam in prima notarum ed. Salmasio tribuit. Tum, duabus vocibus junctis, *concalescente sole* Cant. Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. et Hav. V. ad 4, 24, 7. Probo autem Gronovianum *eum incalescente sole*. Infra 44, 36, 1. *Iter multo pulvere et incalescente sole factum erat*. ut prima syllaba *in* hausta sit ab ultima vocis praecedentis litera *m*. V. ad 5, 27. 6. Deinde *dispulsa nebula* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. et alii. Infra 26, 17, 14. *Hora ferme quarta, dispulsa sole nebula aperuit diem*. ubi ante Gronov. similiter peccabatur. Cic. 1. Tusc. 26. *Eademque ab animo, tamquam ab oculis, caliginem dispulit. discutere* dixit Plinius 12. H. N. 17. *Nebula sole discussa, pulverem madentibus villis adhaerescere*. Et ita nebula dicitur *dilabi*, 41, 2, 4. Mox *cum liquida jam luce*, pro *tum*, Flor. et Harl. *quom liquida jam luce* Gaertn. Hinc *perditas res perditamque* etc. pro *stratamque*, Hearnii N. in margine.

§. 10. *Sublatis raptim signis*, etc. *sese abripuerunt*] *sublatis partim signis*, perperam literis transpositis, Flor. Voss. Lovel. 1. 5. Harl. Gaertner. Hearnii N. et edd. principes, pro quo primi Moguntini *raptim* dederunt. Ita alibi etiam librarii peccarunt. V. ad 8, 11, 10. 26, 44, 11. et ad 29, 28, 9. Ulterius corrupit scriba Hav. qui *sublatis partium signis* dedit. *sublatis inde signis* Ber. Tum *ab sese abripuerunt* Lovel. 1. *sese eripuere* Lovel. 3. *sese aripuerunt* Lov. 4. *sese arripuerunt* Rec.

§. 11. *Fidem dante Maharbale, qui cum omnibus equestribus copiis nocte consecutus erat*] Pal. pr. *fide-dante*. GEBH. Ita etiam Lovel. 1. ac Flor. a m. 2. qui a m. 1. praefert *fidei dante*: quod etiam exstat in Cant. Deinde *cum omnibus copiis*, omissa

Digitized by Google

12 singulis vestimentis passurum, sese dediderunt. quae Punica religione servata fides ab Hannibale est, atque in vincula omnes conjecit.

1 VII. Haec est nobilis ad Trasimenum pugna, atque inter paucas memorata populi Romani clades.

2 Quindecim millia Romanorum in acie caesa sunt;

media voce, Lovel. 1. Missum esse Maharbalem *μετὰ τῶν Ἰβήρων καὶ λογχοφόρων*, narrat Polyb. 3, 84. Mox *cum singulis vestimentis abire* Ber. et *dederunt*, pro *dediderunt*, Flor. Lovel. 4. Harl. Hav. et Hearnii D. et N. V. ad 39, 50, 9.

§. 12. *Quae Punica religione servata fides ab Hannibale est, atque in vincula omnes conjecti*] Pall. duo *quae Punica religione servata est ab Hannibale, atque in vincula omnes conjecit.* GEBHARD. Scripti, quidquid mediocriter etiam bonorum vidi, *conjecit.* J. FR. GRON. *quae Punica servata religione sublata fides* Lov. 4. et 5. *quae Punica servata religione fides* Harl. *quae Punica servata religione servata fides* Gaertn. et Hav. Tum *fides est ab Hannibale* Lov. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *est fides ab Hannibale* edd. vett. Hinc *conjecit* etiam omnes Oxon. Hearnii, iique, quos Crevier. consuluit; neque dissentiunt mei, nisi quod *conjectis* sit in Hav. *projecit* in Lovel. 3. Crevier. vulgatum *conjecti* praeferendum putat.

§. 2. *Quindecim millia Romanorum in acie caesa sunt*] Polybius [3, 84.] *ἔπεσον τῶν Ῥωμαίων εἰς μυρίους καὶ πεντακισχιλίους.* SIG. *Viginti quinque millia Romanorum* Lov. 3. *XXV millia Romanorum* Harl. a m. 2. quem errorem commiserunt etiam Eutrop. 3, 9. Oros. 4, 15. et Freculph. tom. 1. l. 5, 7. *Quindecim millia hostium* Lov. 1.

Diversis itineribus Romam petiere] Pal. pr. *adversis*. melius tert. *aversis itineribus*. Infra c. 9, 3. *In agrum Picenum averti iter*. GEBH. Put. Pet. uterque Reg. Men. Pal. Voss. *adversis itineribus urbem petiere*. In posteriorem mutationem consentiunt omnes: sed alter et melior Pall. *aversis*, idque probabile est, ut significet aversa a via militari ac regia, devia et secretiora per circuitus, non *recta*, ut loquitur c. 9. Cicero ad Atticum [14, 10.] *Ut Trebonius itineribus deviis profidisceretur in provinciam.* Noster 28, [35, 1.] *Ea tum itineris tam longi ac tam devii caussa Scipioni fuit.* 27, [41, 6.] *Nocte jugum superare et in aversis vallibus considere jubet.* Plautus Persa [3, 3, 39.]

Abi isthac aversis angiportis ad forum.

Ovid. 14. Met. [120.]

— — ferens lassos averso tramite passus.

J. FR. GRON. *adversis itineribus* Flor. Cant. Voss. Lovel. 3. Harl. Gaertn. et Hearnii Oxon. nisi quod N. in margine *diversis* habeat. *aversis itineribus* Lovel. 4. quod recte viri docti probarunt. Id primo librarii mutarant in *adversis* solito errore: de quo v. ad 2, 31, 6. Sed, quum *adversis* sanum sensum non praeberet, substituerunt *diversis*; quae etiam voces saepe in Mssis

Digitized by Google

decem millia, sparsa fuga per omnem Etruriam, diversis itineribus urbem petiere. Mille quingenti 3
hostium in acie, multi postea utrimque ex vulneribus periere. Multiplex caedes utrimque facta traditur ab aliis. Ego, praeterquam quod nihil hau- 4
stum ex vano velim, quo nimis inclinant ferme

commutantur. V. ad 9, 3, 1. et 10, 25, 14. Ita apud Colum. 7, 10. vulgo editur: *Ex adversa parte de auricula sanguinem mittamus*, ubi haud male *ex diversa parte* legit optimus Sangerm. Adde, quae notavi ad Silii 1, 264. Deinde *urbem petiere* omnes mei et Hearnii codd. constanter, cujus glossa est *Romam*. V. Rhenan. ad Livii 2, 31, 3. et Gruter. ad Martial. 3. Epigr. 47.

§. 3. *Mille et quingenti hostium in acie*] *At hostium in acie* Pal. sec. *Mille quingenti hostium in acie caesi* tert. GEBHARD. Put. ↃↃ *D hostium*. Pal. omisso numero, *At hostium*. J. FR. GRON. Polybius 3, 85. Ὁι μὲν γὰρ πάντες ἐις χιλίους καὶ πεντακοσίους ἔπεσον. Hinc patet, non audiendum esse cod. licet optimum, Put. numerum augentem. In eo tamen mos ipsi gerendus videtur, quod omittat conjunctionem inter duo numeralia. Nam abest etiam a Flor. Voss. Lovel. 3. 4. 5. et Ber. Per numerum etiam *MD hostium* Hearnii N. *C. Decium hostium* Gaertn.

Multi postea utrimque ex vulneribus periere. Multiplex caedes utrimque facta] Prius *utrimque* non dubito a mala manu esse, ut ex sequenti ortum. Loquitur hic de hostium separatim jactura: quae Romanorum fuerit clades, quot ceciderint, quot evaserint, jam ante exposuit. Et verisimile sane est, istorum nullos vel paucos valde post proelium ex vulneribus esse mortuos, cum vix ullo pacto graviter jam sauciati caedem effugere potuerint, ut quos *ab lateribus montes et lacus, a fronte et ab tergo hostium acies clausisset*, nec alla ad salutem via pateret, nisi *per arcta et praerupta montium*. JAC. PERIZ. Perizonio adsentitur Crevier. De vitio, quo Livium hic a librariis infectum esse crediderunt, v. supra ad 10, 24, 12.

§. 4. *Nihil haustum ex vano velim*] Videtur legendum *ex vario* parva mutatione, ut ad scriptorum varietatem, quam subobscure Livius innuit, referatur. URSIN. Ita etiam Latinius scribendum conjecit, et in uno Gaertner. inveni. Solent saepius hae voces commutari. V. ad 1, 33, 4. 2, 27, 1. 3, 3, 3. et c. 5, 14. 4, 20, 11. 5, 1, 7. c. 16, 5. c. 23, 2. c. 37, 8. 6, 12, 9. c. 16, 1. 7, 7, 8. c. 10, 8. c. 21, 9. 9, 21, 6. c. 45, 2. 10, 39, 11. hoc lib. c. 28, 9. 28, 42, 2. 29, 23, 6. (* 34, 36, 4.) 37, 42, 1. Adde Cortium ad Plinii 2. ep. 1. et quae notavi ad Silii 10, 290. Causa est literarum *n* et *ri* in scriptura Longobardica similitudo. V. ad 3, 30, 3. Hic tamen Ursino non adsentior. Nam *ex vano* est ex falso, incerto. V. ad 1, 51, 6. Hinc *incertum* ac *vanum* junguntur supra 4, 13, 9. *Ne cujus incerti vanique auctor esset*. Praeterea *assertu-*

Digitized by Google

scribentium animi, Fabium aequalem temporibus
5 hujusce belli potissimum auctorem habui. Hannibal, captivorum qui Latini nominis essent, sine pretio dimissis, Romanis in vincula datis, segregata ex hostium coacervatorum cumulis corpora suorum quum sepeliri jussisset, Flaminii quoque corpus, funeris caussa magna cum cura inquisitum, non invenit.
6 Romae, ad primum nuncium cladis ejus, cum ingenti terrore ac tumultu concursus in forum populi
7 est factus. Matronae vagae per vias, quae repens clades adlata, quaeve fortuna exercitus esset, obvios percunctantur. et quum frequentis concionis modo turba in comitium et curiam versa magistra-

rum, pro *haustum*, Lovel. 3. *asertum* Ber. *assertum* Hafn. pro varia lectione in margine. Verum *adserere* pro adfirmare non est aevi Liviani. Mox *minus inclinant* Lovel. 4. 5. Gaertn. et Ber. a m. 2. V. ad 36, 9, 7. *minus inclinantur* Lovel. 3. V. ad 39, 22, 8. *inclinant* absolute sine casu. V. ad 3, 61, 4.

Fabium aequalem temporibus hujusce belli potissimum auctorem habui] Cl. Jac. Perizon. ad oram Livii adscripserat hunc locum Ter. ex Andr. Prol. vers. 18.

— — *Naevium, Plautum, Ennium,*
Accusant, quos hic noster auctores habet.

Ceterum *hujus belli* Lovel. 3.

§. 5. *Corpora suorum quum sepeliri jussisset*] *corpora eorum* exhibent Pall. GEBH. Similiter Flor. Voss. Lovel. 1. 4. Harlej. Gaertn. et edd. princ. Mox *magna tum cura inquisitum* Lov. 3. *magna cum cura requisitum* Hav.

§. 6. *Cum ingenti terrore ac tumultu concursus in forum populi est factus*] *cum ingenti timore* Lovel. 4. et 5. Eas voces etiam supra confuderunt librarii 3, 16, 4. Tum *factus est* Lovel. 4. Paullo ante *ejus cladis* Gaertn.

§. 7. *Quae repens clades adlata, quaeve fortuna exercitus esset, obvios percunctantur*] Pal. pr. *quae recens clades allata*. GEBH. Voces has a librariis commutari, dixi supra ad 8, 29, 1. *repetens* est in Lovel. 5. Mox cap. seq. *Repens alia nunciatur clades*. Tum *quae fortuna esset exercitus* in Lovel. 4. *quaeve fortuna esset exercitus* Voss. Lovel. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. princ. Paullo ante *per vicos* primae edd. pro quo Aldus *per vias* substituit, quod in omnibus scriptis superest.

Magistratus vocaret] Id est, peteret vocando, ut magistratus

Digitized by Google

tus vocaret; tandem haud multo ante solis occasum 8
M. Pomponius praetor, *Pugna*, inquit, *magna victi sumus:* et, quamquam nihil certius ex eo auditum est, tamen alius ab alio impleti rumoribus domos referunt, *consulem cum magna parte copiarum caesum:* 9
superesse paucos, aut fuga passim per Etruriam sparsos, aut captos ab hoste. Quot casus exercitus victi fuerant, tot in curas dispertiti eorum 10
animi erant, quorum propinqui sub C. Flaminio consule meruerant, ignorantium, quae cujusque suorum fortuna esset, nec quisquam satis certum habet, quid aut speret, aut timeat. Postero, ac deinceps 11
aliquot diebus, ad portas major prope mulierum,

indicarent, quid certi esset. Nam magistratus id minuere aut celare cupiebant: tandem praetor alta voce dixit, *Pugna magna* etc. FR. SANCTIUS. Polyb. 3, 85. *Στέλλεσθαι μὲν ἢ ταπεινοῦν τὸ συμβεβηκὸς οἱ προεστῶτες τοῦ πολιτεύματος ἠδυνάτουν, διὰ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς.* Dicit magistratus occultare vel minuere cladem propter magnitudinem non potuisse; eos tamen id facere cupiisse, non addit.

§. 8. *M. Pomponius praetor, Pugna, inquit, magna victi sumus*] Polybius [3, 85.] *διόπερ ἅμα τῷ τὸν στρατηγὸν εἰπεῖν τοῖς ὄχλοις ἀπὸ τῶν ἐμβόλων, ὅτι λειπόμεθα μάχῃ μεγάλῃ.* Plutarchus autem sic [in Fabio 175.] *ὡς πρῶτον ἤκουσεν ὁ στρατηγός Πομπώνιος, προσελθὼν, νενικήμεθα, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι, μεγάλῃ μάχῃ.* SIG. *Manius Pomponius praetor* recens ab ultima Gruteri vitium. Priores omnes recte *Marcus*, qui frater Manii praetoris et magistri equitum anno sequenti, c. 35, 5. J. FR. GRONOV. *praetor inquit, pugna victi sumus* Ber. a m. 1. sed *pugna magna victi sumus* emendatur a m. altera. *victi fuimus* Lovel. 4. et 5. Mox *nihil certi* Hafn. Ber. a m. 1. et Hav. Deinde *domum referunt* Rec.

§. 10. *Tot in curas dispertiti eorum animi erant*] *dispertiti* Lov. 4. et primae edd. V. ad 38, 36, 8. Tum *animi eorum* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaerta. et Hav. Paullo ante *fuerant exercitus victi*, alio ordine, Lov. 3.

Sub C. Flaminio consule meruerant] *meruerunt* Gaerta. Sed ea vox exsulat a Voss. et Lov. 1. praecedens *consule* a Ber. Mox *cujusque fortuna esset* idem Ber. *cujusque suorum fortuna erat* Lovel. 4.

§. 11. *Postero, ac deinceps aliquot diebus, ad portas major prope mulierum*] *Postero die ac deinceps* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. a m. 2. Hafn. Gaerta.

Digitized by Google

scribentium animi, Fabium aequalem temporibus
5 hujusce belli potissimum auctorem habui. Hannibal, captivorum qui Latini nominis essent, sine pretio dimissis, Romanis in vincula datis, segregata ex hostium coacervatorum cumulis corpora suorum quum sepeliri jussisset, Flaminii quoque corpus, funeria caussa magna cum cura inquisitum, non invenit.
6 Romae, ad primum nuncium cladis ejus, cum ingenti terrore ac tumultu concursus in forum populi
7 est factus. Matronae vagae per vias, quae repens clades adlata, quaeve fortuna exercitus esset, obvios percunctantur. et quum frequentis concionis modo turba in comitium et curiam versa magistra-

rum, pro *haustum*, Lovel. 3. *asertum* Ber. *assertum* Hafn. pro varia lectione in margine. Verum *adserere* pro adfirmare non est aevi Liviani. Mox *minus inclinant* Lovel. 4. 5. Gaertn. et Ber. a m. 2. V. ad 36, 9, 7. *minus inclinantur* Lovel. 3. V. ad 39, 22, 8. *inclinant* absolute sine casu. V. ad 3, 61, 4.

Fabium aequalem temporibus hujusce belli potissimum auctorem habui] Cl. Jac. Perizon. ad oram Livii adscripserat hunc locum Ter. ex Andr. Prol. vers. 18.

— — *Naevium, Plautum, Ennium,*
Accusant, quos hic noster auctores habet.

Ceterum *hujus belli* Lovel. 3.

§. 5. *Corpora suorum quum sepeliri jussisset*] *corpora eorum* exhibent Pall. GEBH. Similiter Flor. Voss. Lovel. 1. 4. Harlej. Gaertn. et edd. princ. Mox *magna tum cura inquisitum* Lov. 3. *magna cum cura requisitum* Hav.

§. 6. *Cum ingenti terrore ac tumultu concursus in forum populi est factus*] *cum ingenti timore* Lovel. 4. et 5. Eas voces etiam supra confuderunt librarii 3, 16, 4. Tum *factus est* Lovel. 4. Paullo ante *ejus cladis* Gaertn.

§. 7. *Quae repens clades adlata, quaeve fortuna exercitus esset, obvios percunctantur*] Pal. pr. *quae recens clades allata*. GEBH. Voces has a librariis commutari, dixi supra ad 8, 29, 1. *repetens* est in Lovel. 5. Mox cap. seq. *Repens alia nunciatur clades*. Tum *quae fortuna esset exercitus* in Lovel. 4. *quaeve fortuna esset exercitus* Voss. Lovel. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. princ. Paullo ante *per vicos* primae edd. pro quo Aldus *per vias* substituit, quod in omnibus scriptis superest.

Magistratus vocaret] Id est, peteret vocando, ut magistratus

Digitized by Google

tus vocaret; tandem haud multo ante solis occasum 8
M. Pomponius praetor, *Pugna*, inquit, *magna victi sumus:* et, quamquam nihil certius ex eo auditum est, tamen alius ab alio impleti rumoribus domos referunt, *consulem cum magna parte copiarum caesum: superesse paucos, aut fuga passim per Etruriam sparsos, aut captos ab hoste.* Quot casus ex- 9 10
ercitus victi fuerant, tot in curas dispertiti eorum animi erant, quorum propinqui sub C. Flaminio consule meruerant, ignorantium, quae cujusque suorum fortuna esset, nec quisquam satis certum habet, quid aut speret, aut timeat. Postero, ac deinceps 11
aliquot diebus, ad portas major prope mulierum,

indicarent, quid certi esset. Nam magistratus id minuere aut celare cupiebant: tandem praetor alta voce dixit, *Pugna magna* etc. FR. SANCTIUS. Polyb. 3, 85. *Στέλλεσθαι μὲν ἢ ταπεινοῦν τὸ συμβεβηκὸς οἱ προεστῶτες τοῦ πολιτεύματος ἠδυνάτουν, διὰ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς.* Dicit magistratus occultare vel minuere cladem propter magnitudinem non potuisse; eos tamen id facere cupiisse, non addit.

§. 8. *M. Pomponius praetor, Pugna, inquit, magna victi sumus*] Polybius [3, 85.] *διόπερ ἅμα τῷ τὸν στρατηγὸν εἰπεῖν τοῖς ὅχλοις ἀπὸ τῶν ἐμβόλων, ὅτι λειπόμεθα μάχῃ μεγάλῃ.* Plutarchus autem sic [in Fabio 175.] *ὡς πρῶτον ἤκουσεν ὁ στρατηγός Πομπώνιος, προσελθών, νενικήμεθα, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι, μεγάλῃ μάχῃ.* SIG. *Manius Pomponius praetor* recens ab ultima Gruteri vitium. Priores omnes recte *Marcus*, qui frater Manli praetoris et magistri equitum anno sequenti, c. 35, 5. J. FR. GRONOV. *praetor inquit, pugna victi sumus* Ber. a m. 1. sed *pugna magna victi sumus* emendatur a m. altera. *victi fuimus* Lovel. 4. et 5. Mox *nihil certi* Hafn. Ber. a m. 1. et Hav. Deinde *domum referunt* Rec.

§. 10. *Tot in curas dispertiti eorum animi erant*] *dispertiti* Lov. 4. et primae edd. V. ad 38, 36, 8. Tum *animi eorum* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaerta. et Hav. Paullo ante *fuerant exercitus victi*, alio ordine, Lov. 3.

Sub C. Flaminio consule meruerant] *meruerunt* Gaerta. Sed ea vox exsulat a Voss. et Lov. 1. praecedens *consule* a Ber. Mox *cujusque fortuna esset* idem Ber. *cujusque suorum fortuna erat* Lovel. 4.

§. 11. *Postero, ac deinceps aliquot diebus, ad portas major prope mulierum*] *Postero die ac deinceps* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. a m. 2. Hafn. Gaerta.

Digitized by Google

quam virorum, multitudo ſtetit, aut suorum aliquem, aut nuncios de his opperiens: circumfundebanturque obviis sciscitantes; neque avelli, utique ab notis, prius, quam ordine omnia inquisiſſent, pote-
12 rant. Inde varios vultus digredientium ab nunciis cerneres, ut cuique aut laeta aut triſtia nunciabantur: gratulantesque aut consolantes redeuntibus domos circumfusos. Feminarum praecipue et gaudia
13 insignia erant, et luctus. Unam in ipsa porta, sospiti filio repente oblatam, in conspectu ejus exspi-

Hav. Hearnii N. Brancal. Latinii, et edd. princ. quam tamen vocem addi nihil adtinet, quum ex sequenti hic commode repeti possit. Tum *aliquibus diebus* Lovel. 4. et 5. V. ad 6, 37, 8. *aliis diebus* Hearnii D. Hinc *ad portam major prope* Lovel. 4. et 5. *ad portas major quoque* Brancal. Latinii. *major ad portas prope* Hav. *ad portas major mulierum prope* edd. princ. Paullo poſt *multitudo fuit* typis descripti; pro quo primus Aldus *stetit* reposuit; quod servant scripti. Tum *nuncium* Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii N. et editi ante Aldum. Deinde *circumfundebantur obviis*, omiſſa conjunctione, Lovel. 4. et 5.

§. 12. *Ut cuique aut laeta aut triſtia nunciabantur*] *ut cuique laeticia aut triſticia nunciabatur* Lovel. 3. *ut cuique laeticia aut triſticia nunciabantur* Lovel. 1. *ut cuique laeticia aut triſtia nunciabantur* Gaertn. *ut cuique laetitia aut triſtia anunciabatur* Voſſ. Prius *aut* abeſt etiam a Lovel. 4. 5. Ber. Hav. et Hearnii N. Librarii, qui *laeticia* et *triſticia*, pro *laeta* et *triſtia*, dederunt, hic eodem modo peccarunt, quo alibi saepe, *laeticior et triſticior* exhibentes. V. ad 2, 16, 6.

Gratulantesque aut consolantes redeuntibus domos circumfusos] *aut consulantes alias domos circumibant* exſtat in Pal. 2. GEBH. *redeuntes domos* Lov. 4. *redeuntis domos* Gaertn. et Flor. in cujus margine *redeuntibus* emendatur. *consolantes laete domos circumibant* pro varia lectione in margine oſtentat Hafn. Mox *praecipua etiam gaudia erant insignia* praefert Ber. a m. 2. quum antea *praecipue et gaudia* scriptum fuiſſet. *gaudia magna erant* Lovel. 1.

§. 13. *Unam in ipsa porta, sospite filio repente oblato, in conspectu ejus exspirasse ferunt*] Pal. 2. *Unam in ipsam portam.* Cujus generis infinita in Tito noſtro. Sic mox Pal. pr. *In curiam retinent.* GEBH. *sospiti filio repente oblatam* omnes meliores; nisi quod Put. *sospitis.* J. FR. GRON. *in ipsam portam*, non Livii, sed librarii eſt, idque peccatum eamdem originem habere puto, ac plura alia supra memorata ad 6, 3, 8. *sospitis filio oblatam* etiam Flor. ubi ultima litera τοῦ *sospitis* perperam

Digitized by Google

passe ferunt; alteram, cui mors filii falso nunciata erat, moestam sedentem domi, ad primum conspectum redeuntis filii gaudio nimio exanimatam. Senatum praetores per dies aliquot ab orto usque ad occidentem solem in curia retinent, consultantes, quonam duce, aut quibus copiis, resisti victoribus Poenis posset. 14

VIII. Priusquam satis certa consilia essent, repens alia nunciatur clades: quatuor millia equitum, cum C. Centenio pro praetore missa ad collegam ab 1

adhaesit ob similitudinem primae in voce sequenti. V. ad 4, 33, 10. Ceterum *Una in ipsa porta* etc. *exspirasse fertur* Lovel. 5. Verum ita legendum etiam in sequentibus foret, *altera* etc. *moesta sedens* etc. *gaudio nimio exanimata*, ubi tamen servat vulgatum. nisi quis hoc etiam ferendum, et ad variationes constructionis ubique a Livio captatas pertinere existimet; *fertur* autem *alteram exanimatam* dictum esse exemplo eorum, de quibus egi ad 1, 31, 8. Potius tamen unius cod. librarium aberrasse puto. Mox vocabulum *nimio* non adparet in Harlej.

§. 14. *Ab ortu usque ad occidentem solem in curia retinent*] Opinor auctorem *ab orto* scriptum reliquisse, id est, *ab orto sole*, idque aliquos vestri similes mutasse. VALLA. Emendationem Vallae secutus est Andreas. Pall. tres *ab ortu*. GEBH. *ab ortu* superest in Flor. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Tum *in curiam* Flor. Lovel. 1. Cant. Harl. Gaertn. et, ut Gebhard. ad §. praeced. docuit, Pal. 1. cum iisdem libris inpressis.

§. 1. *Priusquam satis certa consilia essent*] *certa satis consilia* Lovel. 3. Vox *satis* non adparebat in Ber. Male. Supra cap. praec. *Nec quisquam satis certum habet, quid aut speret, aut timeat.* Mox *repente alia nunciatur clades* legebat Cluver. 2. Ital. ant. 3, 587. quam conjecturam jam damnavit Gronov. ad Livii 8, 29, 1. Neque scripti aliquid mutant.

Cum C. Centronio propraetore] Vet lib. quidam *Centonio*. Polybius [3, 86.] Γάϊον Κεντήνιον vocat. et *C. Centenium* Probus [sive Corn. Nepos in Hannib. 4.] Paullo post *C Centenii Penulae* etiam meminit, ut dubitandum non sit, quin *C. Centenio* sit legendum. SIG. Pall. tr. et vet. ed. *C. Centonio*. GEBH. Cur *propraetorem* vocet, quem praeturam gessisse nusquam legimus, non satis liquet. Fortassis hoc ita accipiendum est, ut alia quaedam, de quibus ad 10, 25, 11. ubi L. Scipio *legatus consulis* itidem *propraetor* dicitur, quum priore anno praetor non fuisset. Et 29, 6, 9. Q. Pleminius, qui praetor numquam fuerat, *propraetor*, ac deinde c. 8. et 9. *legatus Scipionis consulis*. Unde conjici potest, Centenium quoque lega-

Digitized by Google

Servilio consule, in Umbria, quo post pugnam ad Trasimenum auditam averterant iter, ab Hannibale
2 circumventa. Ejus rei fama varie homines adfecit. pars, occupatis majore aegritudine animis, levem, ex comparatione priorum, ducere recentem equitum
3 jacturam: pars non id, quod acciderat, per se aestimare, sed, ut in adfecto corpore quamvis levis
4 caussa magis, quam valido gravior, sentiretur; ita

tum Servilii consulis fuisse. Corn. Nepos Annib. 4. *praetorem* vocat, et non multo post pugnam ad Trasimenum cum delecta manu saltus occupantem ab Annibale occisum scribit. Sed ibi Bosius ex MS. Ernstii et Livio *propraetorem* edidit. De saltibus ab eo occupatis idem, quod Nepos, etiam App. in Annibalicis p. 319. tradit, de quo Polyb. 3, 86. et Livius nihil memorant. Livius 25, 19. M. Centenium Poenulam primi pili centurionem quinque annis post cladem ad Trasimenum in Lucanis ab Annibale occisum narrat. Quae ille de duobus Centeniis prodidit, Corn. Nepos et Appian. ad unum videntur referre. DUK. *cum C. Centonio* Flor. Voss. Lovel. 1. Ber. Hav. Hearnii N. et edd. antt. Sed *Centenio* legendum esse, conjecerunt etiam Latinius, Cluverius 2. Ital. ant. 3, 587. et Pighius in Annal. ad ann. 10XIX. p. 97. *Γάϊον Κεντήνιον* vocat etiam Zonar. 8. Ann. 24. *M. Centenius Penula* memoratur infra 25, 19, 9. et apud Silium 12, 463.

Obvius huic sparso Centenius agmine raptim
Funditur.

Missa ad collegam ab Servilio consule, in Umbria] Habent Pall. duo *in Umbriam*. GEBH. Ita et Ber. Male. Non enim jungendum *missa in Umbriam*, sed *in Umbria circumventa*. Mox *circumventi* Cant.

§. 2. *Pars, occupatis majore aegritudine animis*] Pal. sec. *pars occupati majori aegritudine animis*. GEBH. *occupatis majoris aegritudinis animis* Gaertner. *majori aegritudine* Lovel. 3. Qui verba praecedentia hoc modo exhibet, *Ejus rei famam varie homines afferunt*; sequentia vero, *levem ex comparatione priorum efficit recentem equitum jacturam*. Ceterum *ducebant*, pro *ducere*, edd. antt.

§. 3. *Ut in adfecto corpore quamvis levis caussa magis, quam valido gravior, sentiretur*] Pro *valido* reperitur in Pall. duobus *valitudo*. At Pal. sec. *ut in affecto corpore quaevis levis caussa magis, quam valitudo gravior in valido seniretur*. Quae ego non exputo. GEBH. Si *gravior* abesset, nihil neque orationis, neque sententiae perspicuitati decederet. An *magis gravior* duos comparativos pro uno posuit? De usu vocis *caussa* v. Gronov. 3. Obs. 14. DUK. In Pal. sec. librarius duplicem lectionem *valitudo* et *valido* hoc modo conjungere voluisse videtur. *valitudo* etiam est in Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 5. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. ejus loco *aegritudo*, quae mera τοῦ vale-

Digitized by Google

tum aegrae et adfectae civitati quodcumque adversi inciderit, non rerum magnitudine, sed viribus extenuatis, quae nihil, quod adgravaret, pati possent, aestimandum esse. Itaque ad remedium, jam diu 5 neque desideratum nec adhibitum, dictatorem dicendum, civitas confugit: et quia et consul aberat, a quo uno dici posse videbatur; nec per occupatam armis Punicis Italiam facile erat aut nuncium, aut

tudo glossa est, praefert Lovel. 4. Si quid mutandum, mallem *quam in valido gravior*, quod tamen nec ipsum necessarium est. Deinde *quaevis levis caussa* conjecit etiam vir doctus in margine ed. Curionis. Male. Supra 1, 4, 4. *Posse quamvis languida mergi aqua infantes.* ubi vide. 34, 19, 2. *Semperque victores ex quamvis temere coepto certamine abire.*

§. 4. *Sed viribus extenuatis, quae nihil, quod adgravaret, pati possent*] Pal. pr. *quo adgravaret.* GEBH. *quod adgravarent* Flor. Tum *pati posset* Harl. *pati poterant* Lovel. 3. Sed omnia haec verba exsulant a Cant. In praecedentibus *quodcumque inciderit* Lov. 1. *quodcumque aversi inciderat* Lovel. 4. Mox *existimandum esse* Lovel. 4. et Ber. *extimandum* Lovel. 3. Harl. Gaertn. et Hav. Similiter §. praec. libri variant. Nam *per se existimare* est in Lovel. 4. et Ber. *per se extimare* in Lovel. 1. 3. 5. et Gaertn. V. ad 34, 2, 5.

§. 5. *Ad remedium jam diu desideratum nec adhibitum*] Pall. duo, *jam diu neque desideratum nec adhibitum.* GEBH. Ubi? quando? et cur non adhibitum, si desideratum? Recte Put. et melior Pet. Voss. *jam diu neque desideratum neque adhibitum.* J. FR. GRON. Ita et Lov. 5. Harl. et Ber. *nec desideratum nec habitum* Lovel. 3. *neque desideratum nec adhibitum* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 4. et reliqui mei, ut et omnes Hearnii. Neque aliter edidit Gronov. quamvis *neque adhibitum* ex codd. suis laudarit. V. ad 9, 9, 14. Vulgatae lectionis sensum satis idoneum pronunciat Doujatius; significari enim, periculosum reipublicae statum jam ante desiderasse dictaturam, tamquam praesentium inminentiumque malorum remedium, quamvis eo senatus uti distulisset. Contra vero, si recipitur, quod in manu exaratis legitur, adfirmari, per ea tempora dictaturam Romanos nec voluisse, nec jam diu usurpasse; quum hic ipse Q. Fabius Maximus Verrucosus ante triennium, anno scilicet U. C. 10XXXII. dictator fuisse legatur in Fastis Capitolinis. Verum primo observandum, fastorum Capitolinorum partem, quae ejus et multorum sequentium annorum magistratus continet, injuria temporum intercidisse: non itaque in illis, sed illorum supplementis et commentariis virorum doctorum hanc Fabii dictaturam priorem reperiri. Deinde fatendum est, Fabium quidem aliosque paucis annis ante Romae dictaturam gessisse, verum omnes tantum comitiorum habendorum caussa; Livius vero hic loquitur

Digitized by Google

6 literas mitti; nec dictatorem populus creare poterat, quod numquam ante eam diem factum erat: prodictatorem populus creavit Q. Fabium Maximum, et
7 magistrum equitum M. Minucium Rufum. Hisque negotium ab senatu datum, ut muros turresque ur-

de dictatore rerum gerendarum caussa, quorum ultimus anno U. C. 191v. adeoque *jam diu* ante triginta duos annos creatus fuerat. Merito igitur membranarum lectionem vulgatae praetulit Gronovius; praesertim quum dictaturam *jam diu desideratam* fuisse, vix commode dici possit. Nam Hannibal demum circa initium proximae hiemis, *occidente sidere Virgiliarum*, ut inquit 21, 35, 6. Alpes transcendit, atque in Italiam venit.

Et quia et consul aberat, a quo uno dici posse videbatur] Muretus *sed quia et consul.* J. FR. GRON. Saepe has particulas commutari, supra vidimus ad 21, 26, 6. Posterius *et* omittitur in Lovel. 1. 4. 5. Harl. Ber. et Hav. Rectius tamen reliqui servant. Refertur enim ad duplex mox sequens *nec* eodem modo, quemadmodum saepe geminatur particula *et*, quarum priorem plurimis locis simili errore scribae omiserunt. V. supra ad 2, 44, 3. Insuper *posse dici* Lovel. 4. et 5.

§. 6. *Quod numquam ante eam diem factum erat: prodictatorem populus creavit*] *nusquam* Lovel. 4. et 5. de quo errore v. ad 36, 17, 10. Tum *ante eum diem* Gaertn. Hinc *dictatorem* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et priscae edd. usque ad Ascens. qui primus anno 1513. *prodictatorem* dedit. Et ita Fabium vocandum esse, infra docet Liv. c. 31.

Magistrum equitum M. Minucium Rufum] *M. Rufum Minucium* Voss. Lovel. 3. 4. 5. Ber. Hav. Hearnii N. et edd. ante Frobenianam anni 1531. Hoc ordine tria nomina Romanorum interdum prolata esse, supra monui ad 8, 18, 4. V. etiam ad 26, 22, 13. Id tamen neque hoc loco placet, quia optimi codd. dissentiunt. Ex eo ordine verborum factum est, ut *M. Iurium Minucium* scriptum sit in Harl. *M. Junium Minucium al' Rufum* in Gaertn. *M. Rufus Numicius*, transpositis non tantum vocibus, sed et literis, erat in margine Oxon N. apud Hearnium. V. ad 4, 13, 6.

§. 7. *Ac tum pro penatibus, pro urbe dimicandum esse*] Restituenda est prisca lectio *cum Poenis pro urbe dimicandum esse.* Urbis enim tantum mentio facienda est, quia dixit: negotium ab senatu datum, *ut muros turresque urbis firmarent.* Si *penatum* autem mentionem fecerus fuisset, *pro urbe, pro penatibus* dixisset, ut oratio rhetorice crescceret. SIG. Solus Pal. sec. adservat hanc lectionem, *cum Poenis pro urbe.* unde aestima, judicio praedite lector, bonitatem codicis illius. reliqui in vitio cubant cum prisca ed. *ac cum penatibus pro urbe dimicandum esse.* GEBH. *cum Poenis* ab Sigonio est. Pall. duo, Voss. Pet. Men. *ac cum penatibus.* Reg. *ac pro penatibus.* Put. et melior Petav. *ac penatibus.* Scribendum *ad penatis*, vel *penates*, docuimus 4. Obs. 6. J. FR. GRON. *cum*

Digitized by Google

bis firmarent, et praesidia disponerent, quibus locis videretur, pontesque rescinderent fluminum: ad penates pro urbe dimicandum esse, quando Italiam tueri nequissent.

IX. Hannibal recto itinere per Umbriam usque 1

Poenis pro urbe Lovel. 5. Ber. Hafn. Rec. et quaedam ex vett. edd. Nollem, Gebhardo hanc lectionem placuisse; quum ex eo, quod Pal. sec. quem ubique ut cod. novicium ac malae fidei traducere solet, una cum Sigon. vet. lib. in illam consentiat, merito suspecta esse debuisset. *ac tum penatibus pro urbe* Gaertn. *ac eum penatibus pro urbe* Lovel. 1. 3. 4. Harl. Ber. et edd. reliquae antt. *ac penatibus pro urbe* Flor. Cant. et unus Crevierii. Ex qua lectione Gronov. qui eamdem etiam in duobus optimis Mstis invenit, scribendum conjicit *ad penates pro urbe*, et in Observ. exponit domi, apud penates. *ac* et *ad* in Mstis saepissime confundi, supra monui ad 21, 32, 2. Quod autem librarii *penatibus* pro *penatis* vel *penates* dederint, error est saepissime in Mstis obcurrens. Ita *civitatibus* dederunt pro *civitatis* 1, 43, 8. *seditionibus* pro *seditionis* 3, 46, 4. *terroribus* pro *terroris* c. 63, 6. *militibus* pro *militis* 4, 49, 9. et 9, 37, 10. *custodibus* pro *custodiis* 5, 13, 1. *legibus* pro *legis* c. 29, 1. *inferioribus* pro *inferioris* c. 49, 2. *itineribus* pro *itineris* 6, 25, 7. *honoribus* pro *honoris* c. 39, 10. *principibus* pro *principiis* 7, 12, 14. *viribus* pro *viris* 8, 13, 1. *censoribus* pro *censoriis* 9, 34, 25. *insignibus* pro *insignis* c. 38, 15. *habentibus* pro *habentis* vel *habentes* 21, 43, 4. *hostibus* pro *hostis* 22, 21, 4. *omnibus* pro *omnis* sive *omnes* c. 24, 6. *ordinibus* pro *ordines* c. 30, 5. ubi v. Gronov. *cohortibus* pro *cohortes* 27, 41, 6. *exactoribus* pro *exactores* 28, 25, 9. *castigationibus* pro *castigationis* 31, 46, 11. *omnibus* pro *omnis* 36, 7, 20. *absentibus* pro *absentis* 39, 17, 1. *gurgitibus* pro *gurgites* 44, 8, 6. Hinc eum *Curiatibus* vulgo edatur apud Cic. 2. de Invent. 26. id probare non debebat Gruterus, licet *Curiatiis* in Mstis inveniret. Contrario errore *principiis* pro *principibus*, et similia alia ejusdem generis pariter librarios dedisse supra vidimus ad 21, 60, 7. Cl. Jac. Periz. in margine Livii hoc loco scribendum conjecit *a penatibus pro urbe dimicandum esse.*

Quando Italiam tueri nequivissent] *nequissent* Put. Pet. uterque, Regius, Vossianus. J. FR. GRON. Pariter etiam plerique meorum codd. V. ad 5, 10, 10.

§. 1. *Hannibal interim recto itinere.*] *interim* non agnoscunt Put. et antiquiores. J. FR. GRON. Non agnoscunt etiam ex meis Flor. Cant. Voss. pluresque alii.

Per Umbriam usque ad Spoletum venit, inde etc. *in agrum Picenum*] *Umbriae* tantum et *Piceni* meminit Polybius [3, 86.] διανύσας δὲ τὴν τῶν Ὀμβρων καλουμένην Χώραν καὶ τὴν τῶν Πικέντων, ἦκε δεκαταῖος πρὸς τοὺς κατὰ Ἀδρίαν τόπους. SIG. *usque ad Spoletium* Flor. et Voss. a m. 1. in quo *Spoletum* scribendum esse manus altera indicavit. Verum hujus urbis nomen *Spoletium*, et proinde ita etiam hoc

Digitized by Google

2 ad Spoletum venit. inde, quum perpopulato agro urbem obpugnare adortus esset, cum magna caede suorum repulsus, conjectans ex unius coloniae haud nimis prospere tentatae viribus, quanta moles Ro-
3 manae urbis esset; in agrum Picenum avertit iter, non copia solum omnis generis frugum abundantem,

loco restituendum esse, conjecit Cluverius 2. Ital. ant. 7, 633. V. supra ad epit. Liv. 20. Ceterum in loco Polyb. quem Sigonius laudat, nunc vulgo editur τὴν τῶν Ἰσόμβρων καλουμένην Χώραν. pro quo Cl. Jac. Gronov. legit Ὀυιλόμβρων. Verum Ὄμβρων, ut hic profert Sigonius, aliique emendandum censuerunt, se in Mſto Augustano reperisse, testatur Boecler. animadv. in Polyb.

§. 2. *Quum perpopulato agro urbem obpugnare adortus esset*] *populato agro* Voss. Lovel. 1. 3. Ber. Gaertn. Hav. et Aldus. Quum optimi sient a recepta lectione, quam Aldus inter errata revocavit, eam etiam praeferendam puto. V. ad 2, 62, 2. et 10, 12, 7. Tum *adortus esset oppugnare* Harl. Portug. Hav. et edd. Aldina priores. *adursus esset oppugnare* Gaertn. *adorsus esset oppugnare* Lovel. 1. 3. 4. 5. *adorsus* etiam est in Voss. V. ad 8, 29, 18.

Ex unius coloniae haud nimis prospere tentatae viribus] *coloniae haud prospere tentatae* Ber. et Hafn. *coloniae minime prospere tentatae* Lovel. 3. *coloniae haud minus prospere tentatae* Flor. Lovel. 3. et Harl. quomodo saepe librarii lapsi sunt. V. ad 36, 9, 7. Mox τὸ *esset* non adparet in Lovel. 1. Paullo ante *et conjectans* vett. edd. sed scriptis omnibus invitis. Recte igitur Aldus conjunctionem induxit.

§. 3. *In agrum Picenum avertit iter*] Salmas. ad Flor 1, 19. ac Graev. ad Cic. de Senect. 4. existimant, *Picenum* esse nomen regionis, ejusque ἐθνικὸν *Picens* et *Picentinus*. Rectius tamen Cluverius docuit 2. Ital. ant. 11, 723. promiscue dictam fuisse regionem *Picenum*, quasi substantivo vocabulo, et *ager Picenus*, quasi adjectivo vocabulo: cujus locutionis plura exempla ex Caesare, Cicerone, Sallustio et Livio laudavit. Ile adde haec ex Liv. 23, 14, 2. *Cohortes ex agro Piceno et Gallico collectas*. 24, 10, 3. *Jussique in provinciis manere Ti. Gracchus Lucertae, C. Terentius Varro in agro Piceno*. Cic. de Clar. orat. 14. *Legem de agro Gallico et Piceno viritim dividendo tulerit*. 2. Catil. 3. *Delectu, quem in agro Piceno et Gallico Q. Metellus habuit*. 3. de Off. 18. *Patronum agri Piceni et Sabini*. Plin. 14. H. N. 3. *Irtiola Umbriae, Mevanatique et Piceno agro peculiaris est*. Eodem exemplo *Picena poma, Picena vitis, Piceni cadi, Picenae porcae* ac similia passim obcurrere, Cluver. ibidem docuit. Ceterum *vertit iter* est in Harl. Male. 21, 23, 4. *Tria millia inde Carpetanorum peditum iter averterunt*. hoc lib. cap. praec. *Quo post pugnam ad Tre-*

Digitized by Google

tem, sed refertum praeda, quam effuse avidi atque egentes rapiebant. Ibi per dies aliquot stativa habi- 4
ta: refectusque miles, hibernis itineribus ac palustri via proelioque, magis ad eventum secundo, quam levi aut facili, adfectus. Ubi satis quieti datum, 5
praeda ac populationibus magis, quam otio aut requie, gaudentibus profectus, Praetutianum Hadri-

simenum auditam averterant iter. 38, 16, 2. *In Thraciam iter averterunt.*

Quam effuse avidi atque egentes rapiebant] Pall. pr. ac tert. *effusae avidaeque gentes.* neque dissentit vet. ed. GEBH. Ita etiam Lovel. 4. omnesque editi usque ad Moguntinos, qui addita voce *effusae avidaeque hae gentes* dederunt. *effuse avideque gentes rapiebant* Voss. Lovel. 3. Harl. Hafn. et Hearnii N. *effuse avideque egentes rapiebant* Lovel. 4. Ber. Gaertn. et Hav. Vulgatum, quod superest in optimis libris, primum inveni in ed. Ald.

§. 4. *Proelioque, magis ad eventum secundo, quam levi aut facili, adfectus*] *ab eventu secundo* Hav. *ad votum secundo* Lovel. 4. Tum *levi ac facili* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et editi Aldo priores. *ad effectus* Lovel. 3. *adventus* Cant.

§. 5. *Ubi satis quieti datum, praeda ac populationibus magis, quam otio aut requie gaudentibus*] Potes intelligere *datum* a militibus. Sed magis placet *quietis*, ab duce scilicet militibus. 3, [25, 5.] *Nec diuturnam quietem Aequi dederunt.* 25, [35, 1.] *Duces Poeni fortuna usi, vix necessaria quiete data militibus.* J. FR. GRON. Doujatius etiam vel *quietis* legebat, et sensum esse putabat, satis quietis datum militibus, praeda magis, quam otio, gaudentibus; vel *gaudentibus* accipiebat in ablativo, sive absolute. Neque mihi *quietis*, quod etiam Cl. Crevierius probavit, displiceret, si codices addicerent: qui quum constanter *quieti* tuentur, vide, num, mutata tantum distinctione, legendum sit, *Ubi satis quieti datum; praeda ac populationibus magis, quam otio aut requie, gaudentibus profectus, Praetutianum* etc. Liviana certe locutio est *profectus gaudentibus* pro cum gaudentibus. Supra 2, 16, 6. *Consules infesto exercitu in agrum Sabinum profecti.* c, 19, 3. *Magnis copiis peditum equitumque profecti.* 4, 46, 12. *Novo exercitu profectus ad bellum.* 5, 34, 5. *Profectus ingentibus peditum equitumque copiis.* 7, 9, 6. *Ingentique exercitu ab urbe profectus.* 8, 30, 4. *Exercitu instructo paratoque profectus.* 23, 43, 5. *Profectus cetero exercitu ire Nolam pergit.* 28, 8, 8. *Quinque remibus septem et lembis viginti amplius profectus.* c. 46, 1. *Profectus in Siciliam est triginta navibus longis.* (* 33, 38, 14.) 35, 43, 3. *Proficiscitur quadraginta tectis navibus.* 36, 30, 3. *Inde toto exercitu profectus.* Similiter auctor Epit. Liv. 27. *Electa manu profectus Hasdrubalem circumvenit.* ubi tamen auctoritate codd. addidi praeposi-

Digitized by Google

anumque agrum, Marsos inde Marrucinosque et Pelignos devastat, circaque Arpos et Luceriam proxi-
6 mam Apuliae regionem. Cn. Servilius consul, levibus proeliis cum Gallis actis, et uno oppido ignobili expugnato, postquam de collegae exercitusque

tionem. Similiter *egressus omnibus copiis* supra inlustravimus ad 1, 14, 7. Adde Gronov. infra ad 23, 41, 10. 25, 22, 8. et 28, 13, 5. V. etiam ad 25, 30, 7. Insuper *praedaque ac populationibus* Rec.

Profectus Praeputianum Adrianumque agrum] Polybius *per Brutianum* scribit. Plinius vero [3, 13.] *Pretutianum*. Tu, quem potissimum ex tribus sequendum putes, videto. SABELL. Ita [*Brutianum*] in Polybii codice legitur. Moguntinus codex *Praetutianum* habet, idque cum Plinio consentire videtur l. 3, 13. et 14. De hoc itinere habes rursus l. 27. GLAR. Polybius ita [3, 88.] διελθὼν δὲ καὶ καταφθείρας τήν τε Πρετετιανὴν καὶ τὴν Ἀδριανὴν, ἔτι δὲ τὴν Μαρουκίνην καὶ Φρεντάνην χώραν, ὥρμησε ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τὴν Ἰαπυγίαν. Ἀρξάμενος δὲ τάντης ἀπὸ Λουκερίας, ὄυσης ἀποίκιας Ῥωμαίων, ἐπόρθει τὴν χώραν. μετὰ δὲ ταῦτα καταστρατοπεδεύσας περὶ τὸ καλούμενον Ἱβώνιον, ἐπέτρεχε τὴν Ἀργυριππιανὴν, καὶ πᾶσαν ἀδεῶς ἐλεηλάτει τὴν Δαυνίαν. SIG. *Praeputianum* Lovel. 1. Harl. Gaertn. Hearnii D. et primae edd. *Praepuntianum* Lovel. 5. *profectus post Picenum* Lovel. 3. *profectus per Picenum* Hafn. *profectus primum p Pucinum* Ber. *profectus post Putianum* Voss. Lovel. 4. et Hearnii N. *profectus per Brutianum* edidit Ascens. anno 1513. et in margine *profectus Praetutianum* ostentavit, quod posterius Moguntini receperunt. Tum vox *Adrianumque* deficit in Harl. sola copula *que* in Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Ber. a m. 1. Hav. Hearnii N. et edd. principibus. De utroque hoc agro v. Cluverium 2. Ital. ant. 11, 743. ubi etiam passim per adspirationem *Hadrianum* legit.

Marsos inde Marrucinosque et Pelignos] *ipde Marsos* Lovel. 3. Tum *Maruginosque* Lovel. 3. et Ber. *Marruginosque* Flor. Lovel. 1. 4. et Harl. *Maruginos* Hav. *Martuntinosque* Rec. *Martuginosque* Hearnii N. *Mannigos et Peligros* ejusdem D.

§. 6. *Levibus proeliis cum Gallis actis*] *factis* legebat Gronov. in prima ed. notarum. Passim autem librarios *actus* et *factus* commutasse, dictum est ad 6, 28, 1. Sed recte hanc conjecturam in iterata ed. sprevit. V. ad 40, 16, 8.

Postquam de collegae exercitusque caede audivit] Pall. *de collega et exercitus caede*. GEBHARD. Ita et Flor. Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. principes. Postea Ascens. dedit *de collegae et exercitus caede*. Frobenius demum anno 1531. id, quod nunc vulgo exstat, substituit.

§. 7. *Q. Fabius Maximus dictator, quo die*] In quibusdam vet. lib. inveni *dictator iterum*. Quam vocem credo consulto ab istis emendatoribus esse omissam, quod nescirent, Fabium ante altera dictatura esse functum: ita-

Digitized by Google

caede audivit, jam moenibus patriae metuens, ne abesset in discrimine extremo, ad urbem iter intendit. Q. Fabius Maximus dictator iterum, quo die 7
magistratum iniit, vocato senatu, ab Diis orsus, quum edocuisset Patres, plus neglegentia ceremo-

que exstare inscriptionem quandam in libro Epigrammatum Antiq. urbis ejusmodi. Q. FABIVS. MAXIMVS. DICTATOR. BIS. COS. V. CENSOR. INTERREX. II. AED. CVR. etc. Fuit autem dictator paulo ante hoc bellum cum Flaminio magistro equitum, ut ait Valerius l. 1, 1. *Occentus soricis auditus Fabio Maximo dictaturam, Flaminio magisterium equitum deponendi caussam praebuit.* SIG. *iterum* addunt Pall. tres, nec non prisca ed. GEBH. Consentiunt MSS. in Sigonianum *dictator iterum, quo.* J. FR GRON. *dictator iterum* etiam omnes mei, et Hearnii codd. cum priscis edd. Sed Colon. ed. vulgavit *prodictator iterum*, quod edd. Cervic. et Ascens. anni 1530. servarunt. Primus autem Froben. anno 1531. non modo restituit *dictator*, sed et vocem *iterum* omisit. Ceterum ex hoc loco viri docti collegerunt, Fabium paullo ante dictaturam gessisse; quam Sigonius comm. in Fast. et Pighius in Annal. conferunt in quartum ante hunc annum, sive in annum DXXXII. Contra Clericus conjicit, Fabium se prodictatura abdicasse, et a consule dictatorem dictum esse, ideoque vocari *dictatorem iterum*. Id autem inde firmare conatur, quod ex antecedentibus satis liqueat, multos sine dictatore abiisse annos, et hoc primum anno magistratu illo functum esse Fabium. Verum ad cap. praec. §. 5. dixi, verba Livii *ad remedium, jam diu neque desideratum nec adhibitum, dictatorem dicendum* intelligenda esse de dictatore rei gerundae caussa, quum ipse Fabius quarto anno ante dictator comitiorum habendorum caussa fuerit. Nisi autem haec distinctio admittatur, hoc etiam Livii verbis obstaret, quod ex Fastorum Capitol. fragmentis constet, non modo C. Duilium quartodecimo, sed etiam L. Caecilium Metellum septimo anno ante dictatores comitiorum habendorum caussa fuisse. Illud autem plane Clerici conjecturam evertit, quod, ut Sigonius ex Val. Max. probavit, Fabius in prima dictatura Flaminium magistrum equitum habuerit. Jam autem Fabius prodictator dictus est, interfecto demum Flaminio; eique prodictatori additus est M. Minucius Rufus. Ceterum licet Livius aliique Fabium dictatorem vocent, cum tamen hoc anno proprie non dictatorem, sed prodictatorem fuisse, satis indicatur infra c. 31. Mox voces *ab Diis orsus* desunt in Lovel. 3. *a Diis orsus* legunt vett. edd.

Plus negligentia ceremoniarum, auspiciorumque temeritate, quam inscitia, peccatum] Corrige ex vet. lib. *plus negligentia caerimoniarum auspiciorumque, quam temeritate atque inscitia, peccatum. Negligentia* dixit, id est, despicientia atque neglectu. Plutarchus [in Fab. Max. 176.] ὀλιγωρίᾳ καὶ περιφρονήσει τοῦ στρατηγοῦ πρὸς τὸ δαιμόνιον. Et Livius infra [c. 25, 12.] *Clades per temeritatem atque inscitiam ducum acceptas.* SIG. Haec ita concipiuntur in Pall. et

Digitized by Google

niarum auspiciorumque, quam temeritate atque inscitia, peccatum a C. Flaminio consule esse, quaeque piacula irae Deûm essent, ipsos Deos consulen-
8 dos esse; pervicit, ut, quod non ferme decernitur, nisi quum tetra prodigia nunciata sunt, decemviri libros Sibyllinos adire juberentur. qui, inspectis fata-
9 libus libris, retulerunt Patribus, *quod ejus belli caussa*

prisca ed. *plus negligentia cerimoniarum, auspiciorum temeritate atque inscitia peccatum.* GEBH. Non aliter est in Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 4. Ber. Hafn. Harl. Gaertn. Hav. Hoarnii N. edd. princ. *auspiciorumque temeritate* praeferunt Lov. 3. et 5. quae lectio etiam in nonnullis edd. reperitur. Ea vero, quam Sigonius inprobavit, in nullo cod. sed demum in ed. Froben. anni 1531. exstitit. Sigonii emendatio vera esse videtur. Ceterum *neglegentia* Flor. V. ad 2, 11, 4. Tum *insania peccatum* Lovel. 5. Ber. et Hafn. in margine. Verum, praeterquam quod optimi codd. in vulgatum conspirent, *temeritatem* et *inscitiam* a Livio jungi solere, loco ex c. 25. adducto, Sigonius docuit. Et ita 6, 30, 6. *Proditae temeritate atque inscitia res.* 42, 49, 5. *Quaeque inscitia et temeritate ducum clades saepe acciderint.* Deinde *peccatum G. Flaminio*, elisa praepositione, Lovel. 4. quod dictum esse videri posset ad exemplum eorum, de quibus egi ad 6, 11, 4. Sed reliqui nihil mutant, quos sequi praestat.

Quaeque piacula irae Deûm essent, ipsos Deos consulendos esse] *quem piacula et irae Deûm* Gaertn. *quam quae piacula et irae Deûm* Hav. et Ber. a m. 1. Vox *quam* deest a manu 2. *quaecumque piacula irae Deûm* Lovel. 4. Tum *Deos esse consulendos* Ber. *Deos consulendum esse* Lovel. 1. 3. et Rec. His locutionibus, licet apud optimos obviis, Livium tamen vix usum fuisse, vidimus ad 6, 35, 2. Vulgatum itaque servo.

§. 9. *Quod ejus belli caussa votum Marti foret*] Ubi, obsecro, Marti votum aliquod factum? Evolve priora omnia, non reperies: etsi Livius in ejusmodi rebus nimis quam curiosus. Ego reperio, votum anno ante factum ex libris Sibyllinis, a C. Atilio Serrano praetore, *si in decem annos respublica eodem stetisset statu.* Narrat Livius libro superiore extremo [c. 62, 10.] Nec ambigo, quin huc jam aspectum. Id autem votum non Marti proprie, sed Jovi aliisque Diis factum. Imo statim ecce varii Dii nominantur, quibus votum id instauratum, Martis nulla mentione. Credo igitur, recte hic emendatum iri: *votum ante foret*, errore illo nato ex adhaesione literulae, suppositoque *Marte*, quia videbant Martem in manibus, et

Omnia jam belli trepido concussa tumultu.

PH. RUBEN. 2. Elect. 11. *Marti fieret* Lovel. 3. Mox *id non recte factum*, pro *non rite*, Gaertner. V. ad 28, 25, 8.

Digitized by Google

votum Marti foret, id non rite factum, de integro atque amplius faciendum esse: et Jovi ludos magnos, et aedes Veneri Erycinae ac Menti vovendas esse, et 10 *supplicationem lectisterniumque habendum, et ver sacrum vovendum, si bellatum prospere esset, resque publica in eodem, quo ante bellum fuisset, statu permansisset.* Senatus, quoniam Fabium belli cura 11

§. 10. *Veneri Erycinae ac Menti vovendas esse*) *et Marti* Lov. 4. 5. et Hearnii L. 1. V. ad cap. seq. §. 10. *ac Deae Menti* edd. Aldo priores. Tum vox *esse* exsulat a Ber. At omnes hae voces cum sex praecedentibus librarii culpa omittuntur in Harl. Mox *et supplicationem et lectisternium* praefert Lovel. 4.

Ver sacrum vovendum] Festus: *Ver sacrum vovendi mos fuit Italis. magnis enim periculis adducti vovebant, quaecumque proximo vere nata essent apud se animalia, immolaturos. Sed cum crudele videretur, pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam aetatem velabant, atque ita extra fines suos exigebant.* Et Sisenna hist. l. 4. ait: *Quondam Sabini feruntur vovisse, si res communis melioribus locis constitisset, se ver sacrum facturos.* ex Nonio. Plutarchus [in Fabio 176.] votas esse capras, sues, oves, boves, quotquot vere proximo orirentur, ait: itemque Livius. Itaque quoniam in vet. lib. legi *suillo, ovillo, caprino, ovillo grege*, legendum suspicor, *suillo, ovillo, caprino, bovillo grege.* Nam Plutarchus vertit αἰγῶν, ὑῶν, προβάτων, βοῶν. Extremam enim vocem *ovillo*, quia temere iteratam esse emendatores duxerunt, omnino repudiandam esse duxerunt. SIGON. De vere sacro v. Brisson. de Form. 1, 97. et Harduin. in emendationibus ad Plinii 2. sect. 18. Ceterum *et veri sacrum vovendum* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. Hafn. et Harl. *et Veneri sacrum vovendum* Lovel. 4. *et Nereo sacrum habendum* Hav. Sed, quin vulgatum sanam sit, nemo dubitat. Mox *bellandum*, sive *bellandum*, pro *bellatum*, Gaertn. V. ad 6, 37, 4. Hinc *res quoque publica* Lovel. 4. Male. Supra 5, 52, 14. *Tantum sibi reique publicae piaculi contrahet.* 8, 13, 18. *Vestrum est decernere, quod optimum vobis reique publicae sit.* Infra cap. seq. *De bello reque de publica dictator retulit.* Justin. 5, 8. *Navesque, quae reliquae forent, traderent, resque publica ex semet ipsis triginta rectores acciperet.* Et ita *res tota publica*, pro *tota respublica*, apud Cic. 1. ad fam. 8. *rem esse publicam*, pro quo plures *rempublicam esse*, infra c. 53, 4. V. infra ad c. 26, 7. Solent autem passim *que* et *quoque* in Mstis confundi. V. ad 5, 27, 1. Deinde *in eodem, quo erat ante bellum, statu* edd. ante Aldinam.

§. 11. *M. Aemilium praetorem, ex collegii pontificum sententia, omnia ea* etc.] Hoc loco ver sacrum jussu pontificum votum esse ait *a M. Aemilio praetore.* At l. 33, [44, 2.] ubi de hoc

Digitized by Google

occupatura esset, M. Aemilium praetorem, ex collegii pontificum sententia, omnia ea ut mature fiant, curare jubet.

tempore et de hac re loquitur, *a Mammula*, ut aut vitium sit librarii, aut auctoris. *Ver*, inquit, *sacrum ex pontificum jussu fecere, quod A. Cornelius Mammula praetor voverat.* Fuisse autem hoc anno Mammulam praetorem, hinc intelligi potest, quod anno insequenti Sardiniam pro praetore obtinuisse traditur. SIG. Hoc loco ver sacrum ab Aemilio votum tradi, notat Sigonius; l. 33, [44, 2.] ab A. Cornelio Mammula, ut vitium sit aut librarii, aut auctoris. Sed non dicit Livius, Aemilium fecisse ver sacrum: tantum, ut omnia superiora fierent rite, curare jussum. Quod si ea omnia fecit ipse, cur mox Erycinae Veneri vovet aedem Q. Fabius? cur Menti T. Otacilius? cur lectisternium parant decemviri sacris faciundis? Sic igitur partibus divisis et ista illi, et A. Cornelius vovit ver sacrum: ipse denique Aemilius suum pensum habuit, ludos magnos. Et valde verisimilis est opinio Pighii [in Annal. ad ann. IDXXXVI, 155.] non solum haec eum curare jussum, sed et caeteros praetores, atque adeo scripsisse Livium, *M. Aemilium praetorem cum collegis ex pontificum sententia.* vel, *M. Aemilium praetorem et collegas de pontificum sententia.* J. FR. GRON. Nullam hic crisin necessariam esse, neque hunc locum alteri ex l. 33. adversari, sed unice Magni Gronovii expositionem veram esse, Cl. Jac. Perizon. docuit in Animadv. Hist. 4, 163. Non enim Livium tradere, Aemilium vovisse ver sacrum, immo nec vovere jussum, sed tantum curare, ut omnia, quae decemviri Patribus retulerant, mature fierent ex pontificum sententia: illa vero omnia non a solo Aemilio, nec a solis ejus collegis, sed quaedam etiam ab aliis facta esse. Si quis ergo in his lapsus, non illum a librariorum incuria, nec inconstantia Liviana profectum esse, sed in eo consistere, quod non accurate hic exposuit Livius, sacrum illud ver a Mammula votum, et porro a quo quidque omnium illorum, [quae] ut fierent ex pontificum sententia, Aemilius, praetor forte urbanus, curare erat jussus, et istius anni magistratus divisis inter se partibus fecisse videntur, factum fuerit. Sed tamen levem esse culpam, talia praetermisisse illo anno, qui quam plurimis aliis, et quidem gravissimis, rebus historicos unus omnium vel maxime occupat et onerat. Ceterum *praetorem ex collegio pontificum sententia* perperam Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. et edd. vett. *ppl'um Ro. ex collego pontificum sententia* Gaertn. *praetorem ex collegio pontificum sacra* Ber. Hafn. et Hav. Tum *ea omnia* idem Hav. *omnium ea* Lov. 3. *omni ea* Harl. et Gaertn. Vox *omnia* exsulat a Lovel. 4.

§. 1. *His senatusconsultis perfectis*] Pal. 2. *senatusconsulto.* GEBH. Ita etiam Hav. et Hafn. Sed error inde natus est, quod, quum breviter *S. C.* scriptum fuisset, librarii nesciverint, quo numero reddendum esset. V. ad 42, 33, 4. Ex eodem errore datum est *senatusconsultu* in Voss. V. ad 3, 54, 6. nam et alii hoc hoc modo vocem declinari posse putarunt. Sed v. ad 5, 13, 5. *His sic perfectis* Hearnii N. qui error inde originem habet, quod

Digitized by Google

X. His senatusconsultis perfectis, L. Cornelius Lentulus pontifex maximus, consulente collegio praetorum, omnium primum populum consu-

librarius adsequi non potuerit, quidnea nota indicaretur. V. ad 4, 25, 14. c. 30, 15. c. 45, 7. 5, 19, 6 c. 51, 1. Epit. l. 6. l. 7, 40, 7. Ex eodem fonte profluxere varia alia monstra lectionum, in quae vox illa passim commutatur. Ita *ex senatu consul* pro *ex Sen. cons.* sive *ex senatusconsulto* dederunt 2, 2, 11. *sine consulibus* pro *Sen. cons.* sive *senatusconsultum* 4, 43, 6. *sententiae* pro *senatusconsultum* ibid. §. 8. *secum* pro *SCtum*, sive *senatusconsultum* c. 50, 8. *ex senatoribus consilium* pro *ex Sen. Cons.* c. 55, 2. *sunt cives* pro *S. C.* 6, 4, 5. *sanctis* pro *Sen. Ctis* sive *senatusconsultis* 9, 8, 1. *se* vel *sicut* pro *S. C.* c. 43, 7. *sunt* pro *S. C.* 25, 5, 9. *se* vel *sociis* pro *S. C.* vel *SOC*, id est *senatusconsulto* 27, 25, 3. *secundum* pro *S. C.* 38, 36, 5. *Cos.* vel *consul* pro *SCons.* 40, 41, 10. *scriptum* pro *SCtum* 45, 12, 4. Haec exempli caussa subficiant. Insuper *tum* pro *senatusconsultis* hic dedit Lovel 3. Tota vox deerat in Harlei. vacuo tamen spatio relicto. Vox sequens deerat in Lovel. 5.

L. Cornelius Lentulus pontifex maximus] Hic est *L. Cornelius Lentulus Caudinus*, qui consul cum Q. Fulvio Flacco fuit inter primum et secundum bellum Punicum: ante hunc fuerat *L. Caecilius Metellus*, is qui Palladium ex incendio rapuit: ante Metellum *Ti. Coruncanius*, qui primus e plebe factus est. SIG.

Consulente collegio pontificum] Lectio vetus *consulente collegio praetorum*. Dico verum esse, *consulente collegium praetore*. Persuadet Romana consuetudo, qua talibus in rebus receptum, ut in absentia consulum praetor ad collegium referret. at collegium ipsum numquam solet consulere pontificem, quod haec lectio velle videtur. Nequi ultra dubitet, de praetore hoc ipsum Livius ante dixit [cap. praec.] *Senatus, quoniam Fabium belli cura occupatura esset, M. Aemilium praetorem, ex collegii pontificum sententia, omnia ea ut mature fiant, curare jubet.* LIPS. 5. Epist. Quaest. 10. Cum scripto cod. Lipsii, ut saepe alias, conspirat editio optima vetus Moguntina nostra. MOD. Admisi Lipsii nostri conjectaneum, non ita remotum a MSS. quod vulgatum prius imparissimum esset. Plane membranae et edd. vett. *collegio praetorum*, recentior *collegio pontificum*. GRUT. *consulente collegio praetorum* Pall. tres, et vet. ed. Cl. Lipsius inde legi vere posse ait *consulente collegium praetore*, quod non nego. GEBH. Omnis scripta lectio *consulente collegio praetorum*. unde Lipsius *collegium praetore:* quasi collegium numquam soleret consulere pontificem. At quod unius Lentuli pontificis maximi mentio fit, non solum consultum putare debemus: sed quod respondit, id accipimus respondisse de collegii sententia, quod consultum fuerat. Deinde si senatus jussit agere collegium praetorum ex decreto pontificum, quid est absurdi in eo, quod ab ipso collegio praetorum consultum collegium pontificum dicitur? Cicero 3. de Officiis [20.] *Cum praetor esset, collegiumque praetorum tribuni plebis ad-*

Digitized by Google

lendum de vere sacro censet: injussu populi vovere non posse. Rogatus in haec verba populus,

hibuissent. J. FR. GRON. Lectio, quae ante Lipsium vulgo recepta erat, in nullo cod. a viris doctis reperta est. Eam insuper falsi arguit Lipsius hac ratione, quod collegium, scilicet pontificum, numquam soleret consulere pontificem, scilicet maximum. Illam rationem non intellexit Gronovius; existimans enim, ea Lipsium rejecisse lectionem, quam in veteri cod. invenerat, putabat ipsum velle, collegium praetorum numquam consuluisse pontificem maximum solum. Doujatius quidem eamdem lectionem ferri posse opinatur, si *consulente* pro consultante, deliberante, accipiamus. Rectius tamen viros doctos eam improbasse puto, quod nullius Mti auctoritate nitatur. Primum autem adparuit in erratis Aldinae ed. quam mox reliqui in contextum receperunt. Omnes priores legunt *consulente collegio praetorum.* Et ita exhibent, paucis dissentientibus, codices, quibus usus sum, et Hearnii N. qui in L. 1. *consulente collegio praetorem* invenit. At *consulente collegio augurum* est in Ber. *consulente collegio praetoris* in Flor. Et sane lectio illa, *consulente collegio praetorum*, non eo nomine displicet, quasi absurdum foret, collegium praetorum, si a senatu ex decreto pontificum agere jussum esset, consulere collegium pontificum, vel *collegium* de quatuor ejusdem anni praetoribus usurpari non posset; ad quod probandum locus Cic. a Gronovio laudatus videtur; *collegium* enim non modo de sex vel quatuor tribunis militum consulari potestate, verum etiam de duobus consulibus, eodem anno magistratum gerentibus, adhiberi, supra docui ad 4, 17, 9. Verum ideo eam minus probo, quia *collegium praetorum* ex decreto pontificum agere jussum fuisse non constat, nisi recipiatur alterutra emendatio Gronovii in verbis posterioribus cap. praec. ubi nihil mutandum docui. Quum itaque, rejectis emendationibus, recepta ejus loci lectio indicet, unum M. Aemilium praetorem ex collegii pontificum sententia curare jussum esse, ut omnia mature fiant, veriorem etiam puto Lipsii emendationem *consulente collegium praetore.* Eam tamen in contextu servare ausus non sum, quod Gronovius fecit, sed ejus loco optimorum codicum scripturam admisi.

Omnium primum populum consulendum de vere sacro censet] Quae de vere sacro Modius ad hunc locum notarat, petita sunt ex Briss. 1. de Formul. 97. apud quem quum commode legi possint, ea omnia hic expunxi. Ceterum *primum omnium* Hav. Sed vocem *primum* ignorant Lovel. 5. et Harl. quasi legendum foret *consulente collegio praetorum omnium.* Deinde *consulendum populum* Ber. Hinc *de vero sacro* Lovel. 4. *de veris sacro* Lovel. 3. et Hav. Tandem *injussu populi vovere* Harl. *injussu populi movere* Gaertn. *injussu populi R*^{i} *moveri* Ber.

§. 2. *Velitis jubeatisne hoc sic fieri? si res*] Glossemate foedatus locus, quem sic lego: *Velitis jubeatis, si res*, superfluis illis accisis. Quid enim velle jubere populus debeat, distincte subjungit: ut in aliis rogationibus solitum. Cicero pro domo sua, eamdem rogandi formulam

Digitized by Google

Velitis jubeatisne hoc sic fieri? si res publica populi Romani Quiritium ad quinquennium proximum,

exprimens [c. 17.] *Velitis jubeatis, ut M. Tullius in civitate ne sit?* et [c. 18.] *Velitis jubeatis, ut M. Tullio aqua et igni interdictum sit?* LIPS. 1. Antiq. lect. 22. Tota illa de vere sacro rogatio ita videtur describenda: *Velitis jubeatisne, si res populi Romani Quiritium ad quinquennium proximum, sicut velim eam, salva servata erit hisce duellis, quae duella cum Gallis sunt, qui cis Alpes sunt, quod ver attulerit ex suillo, ovillo, caprino genere, quaeque profana erunt, Jovi fieri, ex quo die senatus populusque Romanus jusserit, donum datum duit populus Romanus Quiritium. Qui faciet, quando volet,* etc. et in extrema rogatione legendum est: *si antidea senatus populusque jusserit,* etc. unica dictione pro eo, quod est in vulgatis *ante id ea.* Illud autem *probe factum esto* additum est ex veteri formula, quae frequens est in antiquis legum tabulis. URSIN. Pal. pr. *jubeatisne haec si fieri.* GEBH. Quae in hac formula mutata sunt, aut mutanda, de iis disseruimus singulari capite libri 4. Observ. [14.] J. FR. GRON. Caput illud, cujus hic meminit Gronovius, quum ad Livii emendationem adprime faciat, ad calcem Livii adjeci. Voces, quas pro glossemate ex contextu Livii Lipsius ejecit, omnes mei constanter tuentur; at quidam non nihil variant. Nam *haec sic fieri* legunt Flor. Voss. Lovel. 4. 5. Harl. Rec. Hav. Exc. Pithoei, et Hearnii N. *sic hoc fieri* Ber. a m. 1. *sic haec fieri* a m. 2. *haec si fieri* Gaertn. Verum Brisson. etiam 1. de Form. 97. de vere sacro agens, initium hujus formulae ita laudat, *Velitis jubeatis, si res,* ut viri docti emendatum voluerunt. Quin etiam inferius 2, 131. expresse monet, *Velitis jubeatis,* pro *jubeatisne,* legendum esse. Verum etiam enclitica illa in omnibus meis superest, ita tamen ut ejus loco *jubeatisve* praeferant Lov. 3. 4. 5. Gaertn. et Hav. *jubeatisque ne,* duplici lectione juncta, Rec.

Si res populi Romani Quiritium] Gronov. 4. obs. 14. legit ex Put. *si respublica populi Romanani Quiritium:* quem etiam v. ad 8, 9, 8. Et ita jam olim haec verba laudavit Brisson. 1. de Formul. p. 97. neque aliter praeferunt Flor. Cant. et Voss. *si res publica ac Quiritium* Lov. 4. *si respublica Quiritiumque* Gaertner. in quibus voces *populi Romani,* sive earum siglae *P. R.* exciderunt, interceptae a praecedentibus *respublica* sive siglis *R. P.* V. ad 28, 28, 11. Locutionem *respublica populi Romani* Livio etiam infra restituit Gronovius 33, 45, 4. *Quiritiumque* etiam est in Lovel. 5. Harl. et Hearnii N. *populi Romanorum Quiritium* in Rec. Sed de locutione *populus Romanus Quiritium,* vel *Quirites,* v. ad 1, 32, 13. Ex illis autem, quae ad eum locum notantur, patet, minime audiendum esse Dempster. qui in Etrur. Reg. 1, 5. vocem *Quiritium* incuria librariorum ex margine in contextum inrepsisse existimabat, et cuilibet glossema inutile videri posse.

Sicut velim eam, salva servata erit hisce duellis] Pall. tres *sic velim, eamque salvam servaverit.* Neque longe abit ed. vet. GEBH. Scripti *sic velim eamque salvam.* Forte *sicuti ma-*

Digitized by Google

sicut velim eam, salva servata erit hisce duellis;
3 *datum donum duit populus Romanus Quiritium,*
(quod duellum populo Romano cum Karthaginiensi
est, quaeque duella cum Gallis sunt, qui cis Alpes
sunt) quod ver adtulerit ex suillo, ovillo, caprino,

xime cum salva est. J.FR.GRON. *sic velim eamque salvam servaverit* Flor. Lovel. 1. 3. 4. Harl. Gaertn. Hav. decem codd. membranacei apud Gronov. in Observ. et Hearnii Oxon. Neque ab his dissentiunt Voss. Lovel 5. Rec. Exc. Pithoei, et Cant. nisi quod primus et sec. legant *servaverint*, tert. *servavit*, quart. *servaverim*, quint. *servarint*. At *sic validam salvamque servaverit* est in Ber. *sicut validam salvamque servaverint* in Hafn. *sicut velim eam salvam servaverit* in edd. principibus usque ad Moguntinos, apud quos, quod hodie vulgo ex fiat, primum inveni. Duplicem aliam conjecturam proponit Gronov. in Obs. vel legendum *sicuti mea*, scilicet res, *quae salva est, servata erit*, vel *urbs Roma, quae salva est, servata erit;* quam posteriorem priori praeferret, nisi nimium a veteris scripturae vestigiis abiret. Cl. Crevier. in uno e regiis codd. invenit *sicut velint*, unde efficiendum putat *sicut velitis*. Mihi vulgatum nondum displicet. *salvum servari* similiter obcurrit apud Caton. de Re rust. 142. *Uti pastores pecuaque salva servassis, duisque bonam salutem.*

§. 3. *Datum donum duit populus Romanus Quiritium*] Quid si *votum donum duit?* SIG. Scribo, *latum donum*. Forma vetus loquendi in donationibus. Livius 23, (46, 7.) *Ager Hispanis in Hispania, Numidis in Africa post bellum virtutis caussa latus datus est.* etsi hoc ad latitudinem referre possis. Ceterum vereor, ut totus hic locus trajectis verbis vitiatus sit, et hoc ordine legendus: *servata erit hisce duellis, quod duellum populo Romano cum Carthaginensi est, quae duella cum Gallis sunt, qui cis Alpes sunt, latum donum duit populus Romanum Quiritium, quod ver attulerit ex suillo* etc. Judicent docti. LIPS. 1. Ant. lect. 22. *duit praetor* habet Pal. sec. GEBH. *donum datum duit populi Romani* Hav. a m. 2. *cluit* a m. 1. *datum donum cluit populum Romanum* Lovel. 3. *datum donum eluit populus Romanus* Lovel. 5. et Hafn. *datum donum duit pr.* Lovel. 4. *datum donum dicit* ed. Rom. anni 1472. *datum donum fuit* edd. proximae. Sigonii conjectura nimium a vulgato discedit. Lipsii illa inde firmari posset, quod *datum* et *latum* etiam alibi saepe commutentur. V. ad 1, 4, 7. Verum genus loquendi *latum donum dare* displicet; et ipse etiam Lipsius ad marginem monuit, se de veritate conjecturae suae ambigere. Varie etiam locum Gronov. in Obs. sollicitavit, quae apud ipsum potius videnda sunt. Inprimis vero placet expositio ejus *datum*, nunc voto, *donum duit*, sive dederit effectu, nempe cum inmolaverit, quod inlustrabat Ciceronianis his *perditum perdere, exstinctos exstinguere, inpeditum inpedire*, a similibus aliorum locutionibus. Neque multum forma differt *prolapsus cecidisse*, quod supra apud Liv.

Digitized by Google

bovillo grege, quaeque profana erunt, Jovi fieri, ex qua die senatus populusque jusserit. Qui faciet, 4 *quando volet, quaque lege volet, facito: quo modo faxit, probe factum esto. Si id moritur, quod fieri* 5 *oportebit, profanum esto, neque scelus esto. si quis*

obcurrit 5, 21, 16. ubi v. quaedam. Non displicet etiam verborum trajectio, quae Lipsio et Gronovio in mentem venit, ac Crevier. deinde probavit. Ceterum hic etiam vocem *Quiritium* delebat Dempster. 1. Etrur. reg. 5. Sed v. ad §. praec. In verbis sequentibus *uellum* et *uella*, pro *duellum* et *duella* Flor. à m. 1. *bellum* et *bella* a m. 2. Tum *Carthaginiensibus* Hav. quasi id necesse foret, quia sequatur *Gallis*. At v. infra ad 35, 40, 6. Vel *Karthaginiensi*, nempe *populo*, quod modo praecessit, et huc revocandum est.

Ex suillo, ovillo, caprino grege] Pal. pr. *ovillo, caprino, ovillo grege*, unde opinatur Sigonius legendum *bovillo grege*, quia Plutarchus vertit *αἰγῶν, ὀυῶν, προβάτων, βοῶν*. Pal. 3. *exue illo caprino, ovi grege*. GEBH. *ovillo, caprino, ovillo grege* Voss. Lovel. 1. et Hafn. Verum quum vocis *ovillo* repetitione offenderentur librarii, id priori loco sublatum est in Lov. 3. Ber. et Hav. posteriori in quibusdam aliis Mstis, et primis edd. At egregie Sigon. ad cap. praec. §. 10. *ovillo, caprino, bovillo grege* legendum docuit: v. etiam Gronov. in Obs. Et huc etiam ducunt vestigia quorumdam codd. nam *ovillo, capri non ovillo grege* est in Lovel. 4. et Harl. *ovillo, caprino, novillo*, vel *novello grege* in Exc. Pithoei.

Quaeque profana erunt, Jovi fieri] Verba sunt solennia, vetusta, quaedam etiam obsoleta, ut non sit opus ibi anxium esse. intelliguntur tamen. Caeterum quod quidam vere sacro etiam hominum foetus intelligunt, ex hisce certe verbis colligere nequeunt, qui *ex suillo, ovillo, caprino grege* ait. Libro autem 33, [44, 2.] hic praetor *C. Cornelius Mammula* dicitur, non *Aemylius*. GLAR. De eo dictum est supra ad cap. praec. §. 11. Cur autem haec verba *quaeque profana erunt* addantur, v. Gronov. in Observ.

Jovi fieri, ex qua die senatus populusque jusserit] *ex quo die* Lovel. 4. et 6. Vox *die* omittitur in Cant. Ceterum horum etiam verborum vim Gronov. exposuit in Observ.

§. 4. *Probe factum esto*] *factum estote* Voss. Lovel. 4. et Harl. *factum este* Lovel. 1. Paullo ante *faxi*, pro *faxit*, Flor. et Harl.

§. 5. *Si id moritur, quod fieri oportebit, profanum esto, neque secus esto*] Legendum *neque secius esto*. Suet. in Tib. [2.] *Multa multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam secius admissa in rempublicam exstant*. Ita Vatic. codex. LIPS. 1. Antiq. lect. 22. Puto *scelus* hic idem esse, quod mox *fraus*, nec magis hic mutandum, quam paullo post in his, *ne populo scelus esto*. DUK. Lipsium in errorem pellexit ed. Paris. anni 1573. quae sola exhibet *neque secus esto*: reliquae cum codd. scriptis prae-

Digitized by Google

rumpet occidetve insciens, ne fraus esto. si quis cle-
6 *psit, ne populo scelus esto, neve cui cleptum erit. si atro die faxit insciens, probe factum esto. si nocte sive luce, si servus sive liber faxit, probe factum esto. si anteidea senatus populusque jusserit fieri, ac*
7 *faxit, eo populus solutus, liber esto.* Ejusdem rei

ferunt *scelus esto*, nisi quod verba *neque scelus esto* exsulent a Lovel. 1. 4. Harl. et Hafn.

Si quis clepsit, ne populo scelus esto, neve cui cleptum erit] *si quis clepset* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. Ber. et Rec. *si quis depresserit* Gaertn. *si quis furetur* Hav. quod ex interpretis glossa receptum. Deinde *cui coeptum erit* Flor. Voss. Cant. Lov. 1. 3. 4. et Harl. *cui demptum erit* Gaertn. sed literis *c l* in *d* coalescentibus *cleptum* et *dĕptum*, sive *demptum*, facillimo errore commutari potuere. *τὸ erit* non exstat in Hav. in quo etiam verba *si quis rumpet occidetve insciens, ne fraus esto* omittuntur culpa scribae ob vocum *si quis* repetitionem. Eadem cum tribus praecedentibus et septem sequentibus exsulant a Cant.

§. 6. *Si atro die faxit insciens, probe factum esto*] Liber MS. *si quis altero die.* nec rejicio. Festus. *Alter et pro non bono ponitur, ut in auguriis altera avis. Sic alter nonnumquam pro adverso dicitur et malo.* LIPS. 4. Epist. Quaest. 10. Quod Lipsius probat, libri nostri non admittunt. GEBH. *altero die* etiam Lovel. 1. Quod si placet, *τὸ atro* ex glossa margini adscripta natum erit. Potius tamen est, ut *altero* ex librariorum aberratione ortum putemus. Eos enim et alibi in commutandis *alter* et *ater* lapsos esse, docuit Broekh. ad Prop. 4, 7, 57. (* v. Burm. ad Virg. 3. Aen. 33.) Ceterum haec verba deerant in Ber.

Si nocte sive luce, sive servus sive liber faxit, probe factum esto] *si noctu sive luce* Harl. *si in nocte sive luce* Cant. *sine luce* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Deinde *si servus sive libertus* Harl. et Gaertn. *si servus sive liber* Flor. Lovel. 4. 5. Ber. Hav. Hearnii N. omnesque edd. usque ad ultimam Gruteri: idque praestare puto. Omnia autem haec verba omittuntur in Voss. et Lovel. 1. culpa scribarum, quibus fraudi fuit *τῶν probe factum esto* repetitio. V. ad 9, 9, 11. et hoc cap. §. 9.

Si ante id ea senatus populusque jusserit fieri, ac faxit] Reponenda vetusta vox *antidea*, quae valet *antea*, interjecto *D.* ut Plautus *postidea*, *medecum* et similia. LIPS. 1. Antiq. lect. 22. Fulvius Ursinus [supra ad §. 2.] legit *si antidea*. GEBH. *anteidea* una voce erat in Flor. *si autem id ea* in Harl. Solent *autem* et *ante* in Mssis commutari. V. ad 27, 35, 7. Tum *senatus populusque Ro. jusserit fieri* Ber. *senatus populusque jussit fieri* Gaertn. *senatus populusque jussit*, sequenti voce omissa, Lov. 1. Hinc *ac facitur* Flor. *ac faxerit* Gaertn. *ac faxitur* Voss. Lovel. 4. 5. Harl. Ber. et Hav. V. Gronov. Obs. Deinde in proximis verbis *τὸ esto* non compa-

Digitized by Google

caussa ludi magni voti aeris trecentis triginta tribus millibus, trecentis triginta tribus, triente: praeterea bubus Jovi trecentis, multis aliis Divis bubus albis, atque ceteris hostiis. Votis rite nuncupatis, 8 supplicatio edicta: supplicatumque iere cum conjugibus ac liberis non urbana multitudo tantum, sed

ret in Lovel. 5. *liberque esto* habet Ber. a m. 2.

§. 7. *Ejusdem rei causa*] Vet. lib. *Et ejusdem rei causa.* SIG. Eam lectionem etiam in contextum recepit. Sed recte nullus sequentium editorum ei dicto audiens fuit: in nullo enim meo vel Hearnii exstat.

Aeris CCXXXIII. millibus, triente] Quia in hoc voto omnia ternario numero nuncupata sunt, ut ex Plutarcho etiam in Fabio [176.] patet, *CCC* legendum, non *CC.* Nec vacat illud *triente* propter eandem caussam. Tractat et Budaeus hunc locum l. 3. de Asse perquam eleganter, ut solet alia. GLAR. Hoc sit vertit Plutarchus, *ἀπὸ δεσερτίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, καὶ δηναρίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν ἔτι τριτημορίου προσόντος.* SIG. Bene Scaliger *aeris trecentis triginta tribus millibus, trecentis triginta tribus, triente.* V. de pecunia veteri l. 4, 2. J. FR. GRON. Quae ibi disputantur, etiam valent adversus Xylandrum ad Plutarchi Fabium. Rualdi, quem ibidem refellit Gronovius, locus est Animadv. 11. ad Plutarchum. DUKERUS. *aeris CCCXXXIII millibus, triente* primum editum inveni apud Froben. anno 1531. priores autem praeferunt *aeris CCXXXIII millibus, triente*, quod etiam servant Flor. Cant. Lovel. 3. 5. Harl. et Rec. *aeris CCXXXI millibus, triente* Hav. et Ber. a m. 1. qui *aeris CCXXXIIII millibus, triente* exhibet a m. 2. quomodo etiam legunt Lovel. 4. Gaertner. et Hearnii N. *aeris CCXXX millibus, triente* Hafn. *aeris CCCXXX millibus CCC. praeterea* Hearnii D. qui in L. 1. exstitisse refert *aeris CCXXXIII millibus CCXXXIII, triente*, quam proxime veram lectionem. Eam autem ante Scalig. apud Gronov. jam ferme investigarat Budaeus 3. de Asse p. m. 313. ex Plutarchi loco scribendum conjiciens *CCCXXXIII millibus trecentis triginta tribus assibus, triente.* ubi tantum vox *assibus* delenda est. Eam multis deinde obpugnavit, et evertere conatus est Hotomann. de re numm. p. 93. sed recte adseruerunt Scalig. et Gronov. loc. laud.

Praeterea bubus Jovi trecentis, multis aliis Divis bubus albis] *bobus* utroque loco Lovel. 4. 5. Ber. et Hafn. Sed alterum praestat. V. ad 7, 26, 10. Deinde *ovi*, pro *Jovi*, Flor. Voss. Lov. 4. et Harl. *ovibus* Lovel. 5. Ber. et Gaertn. Hinc *multis aliis Diviis* Flor. *multis aliis divitiis* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et priscae edd. ante Moguntinam.

§. 8. *Supplicatio edicta, supplicatumque iit cum conjugibus ac liberis*] Voss. et Men. *supplicatum qui conjugibus ac liberis regum.* Petav. *supplicatumque*

Digitized by Google

agreſtium etiam, quos in aliqua sua fortuna publi-
9 cae quoque contingebat cura. Tum lectiſternium per triduum habitum, decemviris sacrorum curantibus. sex pulvinaria in conspectu fuere: Jovi ac Junoni unum; alterum Neptuno ac Minervae; tertium

regum conjugibus. Reg. *supplicatum qui regnum conjugibus.* Optimus et Pelav. melior *supplicatum qui regum conjugibus.* Unde faciendum *supplicatumque iere cum conjugibus.* V. de pecun. vet. 2, 4. J. FR. GRON. Admodum etiam variant mei. *supplicatum iitque cum conjugibus* eſt in Lovel. 5. *supplicatumque cum conjugibus* Gaertner. Ber. Hav. *supplicatumque conjugibus* Hearnii N. *supplicatumque conjugibus regum* ejusdem D. L. 1. et Lov. 1. *supplicatumque a conjugibus regum* Lov. 3. *supplicatum qui conjugibus regum* Lov. 4. *supplicatum qui regnum conjugibus* Cant. *supplicatumque regum conjugibus* Harl. *supplicatum qui regum conjugibus* Flor. *supplicatumque cum conjugibus regum* edd. antt. Sed recte vidit Gronov. legendum eſſe *supplicatumque iere cum conjugibus.* Ansam loco conrumpendo id dediſſe videtur librariis, quod non recte dictum putarent *multitudo iere.* Ita tamen Livium loqui solitum eſſe, supra vidimus ad 6, 19, 7. Quae ante Gronov. exſtitit lectio, primum inveni in Mogunt. Praeterea *supplicatio edita* Voſſ. Lovel. 1. et Ber. V. ad 21, 62, 7. et mox hoc cap. §. 10.

Quos in aliqua sua fortuna publica quoque contingebat. curatum lectisternium, et per triduum habitum] Copulativa nusquam. Praeterea valde insuave *curatum curantibus.* Scribe, *quos in aliqua sua fortuna publicae quoque contingebat cura. Tum lectisternium per triduum habitum, decemviris sacrorum curantibus.* Muretus, *quas in publica fortuna sua quoque aliqua.* Rectius nos, nec trajectione opus eſt. Nam illi maxime de republica solliciti sunt, qui habent ipsi, quod salvum velint. *Publica prodendo tua nequicquam serves*, ut ipse alibi loquitur. Hos ergo significat, qui, quum ipsi aliquem ſtatum et rem haberent, ne et sua perderent, omnia ſtare cupiebant. J. FR. GRON. Omnes fere noſtri vulgatum, a Gronovio recte rejectum, tuentur: Lovel. 3. tamen *publica quoque contingebat cura. Tum lectisternium.* Ber. *publica quoque cura contingebat. Curatum lectisternium.* Hearnii N. *publica quoque contingebant. Curatum lectisternium.* Vocula *quoque* deeſt in Lovel. 3. Neque in ullo meo eſt copula *et.* V. etiam Gronov. 2. de Pecun. vet. 4, 76. Mox *decemviris sacra curantibus* Hearnii L. 1.

§. 9. *Et pulvinaria in conspectu fuere*] Put. *ex pulvinaria.* Scribendum *sex pulvinaria*, quod jam Salmasius innuit ad hiſt. Auguſtam [ad Capit. Gordian. 3, 27.] J. FR. GRON. Dearum non *lectisternia*, sed *sellisternia* in MSS. Taciti 15. Ann. 44. legi, adnotant Ryckius et Jac. Gronovius. Ille etiam ex Val. Max. 2, 1, 2. addit, *Jovis epulo ipsum in lectulo, Junonem et Minervam in sellis ad coenam invitari.* Livium tamen hic non videri diſtinguere. Non modo hoc loco, quem

Digitized by Google

Marti ac Veneri: quartum Apollini ac Dianae; quintum Vulcano ac Vestae; sextum Mercurio ac Cereri. Tum aedes votae. Veneri Erycinae aedem Q. Fabius Maximus dictator vovit; quia ita ex fatalibus libris editum erat, ut is voveret, cujus maximum

solum laudat Rykius, sed etiam 5, 13, 6. non distinguit Liv. Juventati lectisternium factum scribit 21, 62, 9. et Matri Idaeae 29, 14, 14. Sed nulla est inter eum et Val. Max. pugna. Confudit Rykius, ut et alii, epulum Jovis cum lectisternio imperato. De illo loquitur Valer. de hoc Livius. Epulum Jovis ludorum causa dabatur. Liv. 25, 2, 10. V. Petr. Fabrum 1. Semestr. 6. nec in eo pulvinar alibi, quam in Capitolio, suscipi poterat. Liv. 5, 52, 6. Lectisternia, quae hic et alibi memorat Liv. monitu decemvirorum ex libris Sibyllinis pestilentiae, prodigiorum, pacis Deorum difficilibus reipublicae temporibus exposcendae, vel alioqui honoris Deorum causa imperabantur: quod ex Livii locis adlatis et e 7, 27, 1. 22, 1, 19. patet. Et, lectisternia quidem interdum secutum fuisse convivium publicum, ex d. l. 22, 1. intelligitur. Sed, epulum Jovis iis accessisse, et ea non alibi, quam in Capitolio, fieri potuisse, nondum inveni. Ceterum morem antiquum, cujus meminit Val. Max. tangit etiam Julian. in Caes. non longe a principio, in epulo Deorum Saturnum et Jovem accubuisse, uxores eorum in sellis sedisse fingens: quod ibi monere non neglexit summus Spanhemius. DUK. *ex pulvinaria* etiam Flor. unde recte Gronov. *sex pulvinaria*. litera initialis vocis *sex* intercepta fuerat ab ultima proximae vocis. V. ad 30, 3, 7. Hinc *in conspectu fuerunt* Flor. Lovel. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav.

Tertium Marti et Veneri] *Marti ac Veneri* Flor. Lovel. 1. Ber. Gaertn. Hav. omnesque edd. usque ad Paris. anni 1573. et ita in superioribus *Jovi ac Junoni* Harl. et Flor. Ceterum voces sequentes *quartum Apollini* etc. *aedes votae Veneri* desunt in Hearnii L. 1. quem errorem neglegens scriba ob repetitionem vocis *Veneri* commisit. V. ad §. 6. *Mercurio et Cereri* Voss. Ber. Hearnii N. et edd. vett.

§. 10. *Tum aedes votae Veneri Erycinae. Aedem Q. Fabius*] Hic locus in omnibus, quae mihi videre contigit, exemplaribus corruptus fuit, sed emendatu facilis est. Nam post *votae* distinguendum, quasi, de quibus etiam supra memoravit, duabus generaliter dixerit: deinde de utraque inferendum hoc modo: *Veneri Erycinae aedem Q. Fabius Maximus dictator vovit, Menti aedem Otacilius praetor vovit.* Quare autem Veneri dictator, ratio posita est in libris fatalibus. GLAR. Castiga ad idem optimi cujusque libri: *Tum aedes votae. Veneri Erycinae aedem Q. Fabius Maximus dictator vovit.* Nam sequitur: *Menti aedem Attilius praetor vovit.* SIG. *Tum aedes vota Veneri* Lovel. 4. et Hafn. quod inveni quoque in ed. Mogunt. ac multis posterioribus, etiam postquam Glareanus verorem lectionem indicasset; unde Sigonio denuo de veriori lectione monendi occasio data est. Praeterea *aedemque Fabius* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl.

Digitized by Google

imperium in civitate esset. Menti aedem T. Otacilius praetor vovit.

1 XI. Ita rebus divinis peractis, tum de bello reque de publica dictator retulit, quibus quotve legionibus victori hosti obviam eundum esse Patres cen-
2 serent. Decretum, *ut ab Cn. Servilio consule exercitum acciperet: scriberet praeterea ex civibus sociisque*

Hafn. Gaertn. Hav. et priscae edd. ante Aldum. Sed passim sta librarii errarunt, ut praenomen *Q.* id est *Quintus*, et *q;*, sive *que*, commutarent. V. infra hoc lib. ad c. 31, 7. Praeterea cognomen *Maximus* omittitur in Hearnii D.

Ex fatalibus libris editum erat] *edictum erat* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. Exc. Pithoei, et edd. vett. pro quo recte Froben. anno 1535. *editum* substituit. V. ad §. 8. hujus cap. Mox *cui maximum imperium*, pro *cujus*, Lovel. 4.

Menti aedem Attilius praetor vovit] Obiter notandum, *Octacilium* legendum pro *Attilio*, ut ex libro sequenti patebit [c. 31, 6.] GLAR. Satis constat, *T. Otacilium Crassum* praetorem hoc anno fuisse. Itaque anno sequenti Livius *T. Otacilium propraetorem* vocat, [hoc lib. c. 56, 6.] Eundem etiam *T. Otacilium Crassum Mentis aedem dedicasse* idem tradit l. 23, [31, 9.] Quare dubium non est, quin et hic, et infra alibi, mendose sit *Atiltus*, pro *T. Otacilius*. SIG. Put. addit praenomen *T. Otacilius*. J. FR. GRON. *Marti aedem* Lov. 3. 4. Rec. Hav. Hearnii L. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Male. Similiter et supra peccabatur cap. praec. §. 10. et 23, 31, 9. Deinde *alter praetor* Rec. *Acilius praetor* Flor. Voss. Lovel. 1. 4. Harl. et Gaertner. *Attilius praetor* Ber. Hafn. Hav. et priscae edd. nisi quod *Atilius* sit in Rom. anni 1472. *Otacilius*, pro *Attilius*, emendandum esse, etiam Pighius docuit in Annal. ad ann. IDXXXVI, 156.

§. 1. *Tum de bello reque publica*] Vet. lib. *deque republica*. SIG. Pal. 1. *reque de publica*. 2. vero et 3. *deque republica*. GEBH. Optimi *reque de publica*. J. FR. GRON. Quod ante Sigonium in editis vulgo exstitit, in uno tantum Gaertn. obvium fuit. Sed *deque republica* Lov. 4. 5. Harl. Hafn. Rec. et Hearnii L. 1. Reliqui omnes *reque de publica:* quibus consentiunt Hearnii N. et D. a m. 1. Vocem *respublica* intermedia copula *que* Livium divisisse, vidimus ad cap. praec. [9.] §. 10. Praepositiones autem Livium interposuisse inter nomen ejusque adjectivum, probavi ad 2, 19, 8. Tum *quotque legionibus*, pro *quotve*, Ber. a m. 2. Insuper *obvium eundum esset*, pro *esse*, Lovel. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. cum editis antt.

§. 2. *Scriberet praeterea ex civibus sociisque, quantum equitum ac peditum videretur*]

Digitized by Google

que, quantum equitum ac peditum videretur: cetera omnia agaret faceretque, ut e republica duceret. Fabius duas se legiones adjecturum ad Servilianum 3 exercitum dixit. his, per magistrum equitum scriptis, Tibur diem ad conveniendum edixit. edictoque pro- 4 posito, ut, quibus oppida castellaque inmunita essent, uti in loca tuta commigrarent; ex agris quoque demigrarent omnes regionis ejus, qua iturus

scriberetque praeterea Lovel. 4. Tum *ex vivibus sociis*, omissa copula, Flor. Hinc *equitum peditumque* Ber. Mox in sequentibus *ut reipublicae conduceret* Lovel. 4. Et ita etiam Lovel. 5. nisi quod voculam *ut* omittat. Verum id ex interpretis expositione natum est. Nam *e republica esse* dicitur, quod ei conducit, utile est. V. ad 8, 23, 21. et ad c. 32, 18.

§. 3. *Duas se legiones adjecturum ad Servilianum exercitum dixit*] *duas legiones se adjecturam* Voss. Lovel. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. ante Curionem. Hinc *exercitum duxit* Ber. et Hafn. V. de hoc errore ad Livii 38, 43, 1. Mox *iis per magistrum equitum scriptis* Flor.

§. 4. *In loca tuta commigrarent; ex agris quoque demigrarent omnes regionis ejus*] Pall. 1. et 3. *uti commigrarent omnes regionis ejus*, recisis reliquis, sec. *uti commigrarent in loca tuta; ex agris quoque demigrarent* etc. GEBH. Put. et Pet. *immunita essent, uti commigrarent in loca tuta: ex agris quoque demigrarent.* Utique sincerius: sed vellem etiam *ut hi*, vel *ii*, *commigrarent*. V. ad 28, 9, 9. J. FR. GRON. *uti commigrarent omnes regionis ejus*, reliquis emissis, Voss. Lovel. 1. 4. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. *uti in loca tuta commigrarent omnes regionis ejus* Hafn. Ber. *in loca tuta commigrarent omnes regionis ejus* Hav. *uti commigrarent in loca tuta omnes regionis ejus* Hearnii D. a m. 1. *uti commigrarent in loca tuta; ex agris quoque demigrarent omnes regionis ejus* a m. 2. quod etiam exstat in Flor. Td *uti* in capite horum verborum praeferunt etiam edd. antt. Primi id expunxerunt Moguntini, quos Aldus in erratis, et hinc reliqui secuti sunt. Ea autem vox displicuisse videtur, quod modo praecessit ut. Sed male. Id enim Livio familiarissimum est, ut post quaedam interposita particulam *ut* ex abundanti repetat. Ita 5, 21, 15. *Precatus esse, ut, si vos Deorum hominumque nimia sua fortuna populique Romani videretur, ut eam invidiam lenire* etc. *leveret*. 34, 3, 4. *Ut, quam accepistis, justistis suffragiis vestris legem, quam usu tot annorum et experiendo comprobastis, hanc ut abrogetis.* c. 56, 12. *Adjecerunt etiam, ut socii nominis Latini, qui in exercitu P. Cornelii, Ti. Sempronii fuissent, et dimissi ab iis consulibus essent, ut convenirent.* 45, 16, 7. *Decrevit senatus, ut, quoniam perduellies superati* etc. *essent, ut dona* etc. cu-

5 Hannibal esset: tectis prius incensis ac frugibus corruptis, ne cujus rei copia esset; ipse, via Flaminia profectus obviam consuli exercituique, quum ad Tiberim circa Ocriculum prospexisset agmen, consulemque cum equitibus ad se prodeuntem, viatorem misit, qui consuli nunciaret, ut sine lictoribus ad 6 dictatorem veniret. Qui quum dicto paruisset, con-

rarent danda. Et saepius librarii id Livio invidérunt, alterutram particularum inducentes. V. ad 3, 64, 10. 28, 9, 9. 36, 1, 7. 39, 30, 18. c. 50, 6. 41, 9, 11. 42, 21, 5. Adde Gronov. ad Plauti Bacchid. 4, 6, 18. et Cortium ad Plinii 2. epist. 18, 4. qui similiter vocem *tamen* ex abundanti repetidecuit ad Sallust. Jug. 13. Neque necesse puto, ut cum Gronovio *uti* in *ut hi*, vel *ut ii* commutemus: certe id invitis libris in contextum cum eo recipere periculosum puto. Quemadmodum enim post *ut* hic iteratur *uti*, ita etiam supra fit 8, 6, 14. *Ut, si quando umquam severo ullum imperio bellum administratum esset, tunc uti disciplina militaris ad priscos redigeretur mores*, ubi vide. (* Lege ex Mstis *commigrarent in loca tuta.*)

§. 5. *Ne cujus rei copia esset*] Suspicabar aliquando *rei-ei copia*, ut perierit syllaba ob similitudinem: neque nunc aliter sentio. GRUT. Pal. tert. *ne cujus rei copiam adesset*. GEBH.

Quum ad Tiberim circa Ocriculum prospexisset agmen] *quumque ad Tiberim* Lovel. 4. 5. Tum *circa Etriculum* Lovel. 8. *circa Otriculum* Ber. et Hav. *circa Obticulum* Hafn. *circa Oericulum* Harl. *circa circulum* Gaertn. *circa Oericolum* Lovel. 4. et 5. Et ita *OCRICOLANIS* in marmore exstare, ex quo *OCRICULANIS* Gruter. 422, 9. edit, auctor est Fabrett. Ὀκρίκολα vocatur Ptolem. 3, 1. Ὀκρίκολα et Ὀκρικολανός apud Stephan. de Urbib. Quum tamen apud Cic. Plin. ac Tacit. *Ocriculum* et *Ocriculanus* viri docti maluerint, et posteriori aevo oppidum hoc *Otricoli* vocatum sit; et *Otriculum* et *Oericolum* a librariis ex sui temporis consuetudine mutata esse puto. V. etiam Cluverii 2. Ital. ant. 7, 639. et viros doctos ad Antonini Itiner. p. 124. et p. 311. Deinde *agmen prospexit* Hafn. et Ber. a m. 1. in quo *prospexisset* manus altera emendavit. Paullo ante *ipse dictator via Flaminia profectus* Hav. Ber. et Hafn.

Consulemque cum equitibus ad se progredientem] Pall. 1. *prodientem*. 2. et 3. *prodeuntem*. GEBH. Et optimus et multi alii *prodeuntem*. J. FR. GRON. *prodientem* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. Gaertn. Hav. et Ber. a m. 1. qui *prodeuntem* a manu altera praefert. Ex ejus glossa natum est *progredientem*; quod in D. superesse, Hearnius monet.

Viatorem misit, qui consuli nunciaret] Idem tradit Plutarchus in Fabio [p. 176.] SIG. Pall. tres *viatore misso*. GEBH. Ita et Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 4. 5. Harl. et Hearnii N. ac D. Sed primo ultimam literam vocis *via-*

Digitized by Google

greſſusque eorum ingentem speciem dictaturae apud cives sociosque, vetuſtate jam prope oblitos ejus imperii, feciſſet; literae ab urbe allatae sunt, naves onerarias, commeatum ab Oſtia in Hiſpaniam ad exercitum portantes, a claſſe Punica circa portum Cosanum captas eſſe. Itaque extemplo consul Oſtiam proficisci juſſus, navibusque, quae ad urbem 7

torem elisit prima sequentis. Qua hauſta consequens erat, ut *misit* librarii indocti in *misso* mutarent.

§. 6. *Vetustate jam prope oblitos ejus imperii*] Paucis ante annis idem *Fabius dictator* primum fuerat, et ante eum *L. Caecilius Metellus*, ante Metellum *C. Duilius*, ante Duilium *Ti. Coruncanius*, ante Coruncanium *A. Atilius Calatinus*, qui ante annos XXXIII. fuit. Itaque miror, eum, cives sociosque vetuſtate oblitos fuiſſe dictatorii imperii, scribere; nisi forte intelligendum eſt, *Dictatoris rei gerendae caussa* creati. Nam poſt *A. Atilium Calatinum* omnes comitiorum habendorum causa usque ad *Q. Fabium Maximum dictatorem iterum* creati sunt. ex Capitol. tabulis. SIG. Pall. 1. ac 3. *vetustate jam oblitos*, excluso *prope*. GEBH. Sigonii expositio veriſſima eſt, ut ex vocibus *congressusque eorum* patet. Quum enim proximis triginta annis nulli dictatores, nisi comitiorum habendorum cauſſa, creati fuerint, iique non dicerentur, nisi si consules bello inpediti ab urbe abeſſent, et, magiſtratibus creatis ac comitiis habitis, honore iterum abirent, eorum ac consulum *congressus* visus non eſt, neque ex eo dictatoris prae consulis auctoritas notari potuit. Et hinc etiam addit *sociosque*, id eſt, milites ex sociis scriptos. Congreſſus enim dictatoris et consulis potius in urbe ingentem speciem dictaturae apud cives, quam apud socios, feciſſet. Vocula *prope* abeſt etiam a Voſſ. Lovel. 1. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii D. et N. Solitos autem fuiſſe librarios hanc vocem pro arbitrio vel addere, vel omittere, vidimus ad 6, 27, 11. Paullo ante *edicto paruisset*, pro *dicto*, Gaertn. et Hearnii D. et N. in contextu. V. ad 9, 14, 2. Praeterea *socios civesque* editi ante Aldum.

Circa portum Consanum captas esse] Ego *Cossanum* reposui. Eſt *Cosa*, ut Plinius ait, oppidum Etruriae littorale. alii *Cossas* appellant. Nec de *Cosa* fluvio, qui ad Frusinonem labitur, intelligi poteſt. neque enim celebre ad mare fert nomen; neque ea ora legenda fuit ex urbe Roma in Hiſpaniam navigantibus. SABELL. *Consanum* Flor. Voſſ. Lov. 3. 4. 5. Gaertn. Hav. Brancal. Latinii, et priscae edd. *Cursanum* Lov. 1. *Consapnum* Haſn. *Compsanum* Ber. *Cossanum* receperunt ed. Ven. anni 1495. omnesque fere poſtea. Et sane, vocabulum hujus urbis vel per simplex, vel per duplex sibilum exarari, conſtat ex Cluverii 2. Ital. ant. 2, 480. Verum quum alibi semper apud Livium *Cosa* et *Cosanus* scribatur, eamdem orthographiam etiam hic et in Epit. Liv. 14. rece-

Digitized by Google

Romanam aut Ostiae essent, completis milite ac navalibus sociis, persequi hostium classem, ac litora
8 Italiae tutari. Magna vis hominum conscripta Romae erat: libertini etiam, quibus liberi essent, et
9 aetas militaris, in verba juraverant. Ex hoc urbano exercitu, qui minores quinque et triginta annis

pi. Vox *portum* exsulat a Lov. 4. Paullo ante *allatae sunt ad urbem* Ber. Male. V. ad 36, 40, 3. Voces *ad exercitum* non adparent in Lovel. 1. et 3.

§. 7. *Navibus, quae ad urbem Romanam aut Ostiae essent, completis milite*] Voss. delet *τὸ quae*. Sed legendum *navibusque, quae*. J. FR. GRON. Excidit etiam *quae* ex Lovel. 1. et 4. *navibusque ad urbem* legit Gaertn. *navibusque, quae ad urbem*, ut Gronov. conjicit, Harl. cujus auctoritate, id insuper flagitante sensu, ita edidi. Vocula *que* a sequenti *quae* intercepta erat, ut alibi saepe accidit. V. ad 41, 2, 11. Deinde *ad urbem Romam* Voss. Lovel. 1. Ber. et Gaertn. V. ad Epit. Liv. 49. *essent completae milite* Hav. Mox *prosequi hostium classem*, pro *persequi*, Lov. 4. V. ad Epit. Liv. 99.

§. 8. *Quibus liberi essent, et aetas militaris, in verba juraverant*] Hoc *quibus liberi essent* cur addat Livius, docet Lipsius 1. de Mil. Rom. 2. DUK. *essent. Ita aetas militaris in verba juraverant* Flor. Voss. Lovel. 1. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et priscae edd. *essent. Ita aetas militaris in verba juraverat* Hafn. et Lovel. 3. Ita etiam scribere voluisse videtur librarius Harl. qui tamen pro *juraverat* per errorem dedit *vitaverat*. Sed nihil mutandum.

§. 9. *In naves inpositi: alii, ut urbi praesiderent, relicti*] *in naves impositis* Voss. *in navibus impositis* Lovel. 1. 4. 5. et Harl. *in navibus impositi* Gaertner. Hearnii N. et vett. edd. *navibus impositi* Ber. Hafn. et edd. Mog. atque Aldi, qui in erratis *in naves impositi* legendum monuit. Et recte. Supra 21, 27, 9. *Quos instructos frenatosque inposuerant in naves.* 23, 49, 2. *Quae in naves inposuissent.* 25, 3, 11. *In veteres quassasque naves paucis et parvi pretii rebus inpositis.* 26, 51, 2. *Captivisque, Magone et quindecim senatoribus, in navem inpositis.* ubi etiam quaedam vide. 30, 2, 3. *Novos milites ex Italia advectos in naves inposuit.* 34, 12, 8. *Inpositos in naves milites viderunt.* 43, 9, 6. *Duo millia militum in eas naves sunt inposita.* et saepe alibi. Deinde *ut urbi prospicerent* Hav. Sed vulgatum verum est. Sallust. Catil. 57. *Cum tribus legionibus in agro Piceno praesidebat.* ubi v. Cortium. Curtius 3, 1. *Naves sociis imperatae, quae Hellesponto praesiderent.*

§. 1. *Exercitu consulis accepto a Fulvio Flacco legato*] *consulis exercitu* Ber. *exercitu consulari* Lovel. 4. Praepositio autem omittitur in Flor. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. et Hav.

Quo diem ad conveniendum edixerat] Pall. tres, et vet. ed. *die.* Amplius tert. *quo die ad conveniendum edixerat.* Sed vul-

Digitized by Google

erant, in naves inpositi: alii, ut urbi praesiderent, relicti.

XII. Dictator, exercitu consulis accepto a Fulvio Flacco legato, per agrum Sabinum Tibur, quo die ad conveniendum edixerat novis militibus, venit: inde Praeneste, ac transversis limitibus in viam 1 2

gatum stabilire videtur ipse Livius 31, 11, 1. *Exercitui in Etruriam ad conveniendum diem edixerat.* 35, 3, 2. *Dies, quem edixerat ad conveniendum militibus, venit.* ubi tamen Pal. et vet. ed. *quem dixerat.* quod eodem recidit. GEBH. Omnes *quo die ad.* J. FR. GRON. Non adsequor, quomodo hoc ratio sermonis Latini ferre possit, sive *quo* ad Tibur referatur, sive ad *die.* DUK. Ex meis unus Ber. *quo diem* praefert. Reliqui cum Hearnii Oxon. et vett. edd. *quo die.* Alterum jam exstitit in ed. Ven. anni 1495.

§. 2. *Inde Praeneste adversis militibus*] Vos emendatis *inde Praeneste versis itineribus.* Ego *transversis tramitibus.* VALLA. Profecta est haec correctio a Laur. Valla, non solum principi editori Andreae adprobata, sed omnibus reliquis censoribus. Pal. contra pr. *inde Praeneste ac versis militibus in viam Latinam est egressus.* tert. *aversis itineribus.* GEBH. Est Laurentii Vallae, quum reperisset *adversis militibus:* ut servant quoque plusculi scripti. Sed Put. plane: *inde Praeneste, ac transversis limitibus.* Sic 31, [39, 5.] *Profectus inde transversis limitibus terrorem praebuit subitum hosti.* 41, [14, 2.] *Per transversos limites superatis montibus in campos degressi.* Iis opponuntur apud Festum *prorsi limites.* J. FR. GRON. *Praeneste ac versis itineribus in viam Latinam,* ferme ut aemuli Vallae volebant, legunt edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed lectio illa vel ideo placere nequit, quod *itineribus* mox sequatur. Taceo, eamdem in nullo scripto superesse. Lectio autem Vallae firmari posse videtur loco Livii supra 2, 39, 3. *Inde in Latinam viam transversis tramitibus transgressus.* et 5, 16, 5. *Per agrum Caeretem obliquis tramitibus egressi.* Verum haec etiam lectio in nullo cod. obcurrit. *militibus,* pro *tramitibus,* in suis exstare Hearne testatur. *accursis militibus* est in Lovel. 3. *adversis militibus* in Lovel. 5. *ac versis milibus* legunt Lovel. 1. et Voss. a m. 1. *aversis viis* a m. 2. *ac versis militibus* Lovel. 4. Hark et Hav. *transversis militibus* Cant. et Gaertn. *divisis limitibus* Hafn. *diversis limitibus* Ber. *ac transversis limitibus* Puteano consentiens Flor. quod recte Gronov. probavit. *Limes* enim pro via etiam infra est hoc lib. c. 15, 11. *Ne inmunito Appiae limite Poenus pervenire in agrum Romanum posset.* 31, 24, 10. *Limes mille ferme passus in Academiae gymnasium ferens.* Et *Eo limite Athenienses signa extulerunt.* 32, 13, 5. *Triccamque proximis limitibus petit. Limes* autem et *Miles,* transpositis perperam literis, etiam alibi a librariis commutantur. V. quae notavi ad Silii 5, 1. et Viros doctos ad Front. 1, 3, 10. Gronov.

Digitized by Google

Latinam est egressus: unde, itineribus summa cum cura exploratis, ad hostem ducit; nullo loco, nisi quantum necessitas cogeret, fortunae se commissu-
3 rus. Quo primum die haud procul Arpis in conspectu hostium posuit castra, nulla mora facta, quin Poenus educeret in aciem, copiamque pugnandi fa-

ad fidem Put. Livii contextum refingens, addere omiserat voculam *ac*, quae etiam in nonnullis nostris superest. Eam itaque, sine qua sensus subobscurus est, recte Cl. Crevier adjecit. Praeterea *egressus* Flor. Voss. Lovel. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. quam lectionem veriorem esse, ratio itineris dictatoris docet. Ex urbe enim via Flaminia profectus consulem Servilium circa Ocriculum obvium habuit, et ab eo exercitum accepit. Hinc per agrum Sabinum Tibur, inde Praeneste, ac transversis limitibus ad viam Latinam venit. Unde quum non moverit, *egressus*, quam *regressus*, malo. Et hoc sensu *egredi* est in loco Livii ex 5, 16, 5. laudato. Mox *inde itineribus*, pro *unde*, Lovel. 4. et 5. V. ad 39, 33, 5. Deinde *se fortunae commissurus* Lovel. 4. *fortunae se commissurum* Rec.

§. 3. *Haud procul Arpis*] Ad initium sequentis libri adduximus ex Polybio [3, 88.] *ἀντεσρατοπέδευσε τοῖς Καρχηδονίοις περὶ τὰς Αἴκας καλουμένας*. Ergo hic quoque legendum videtur *haud procul Aecis*. Lapis antiquus Beneventi [apud Gruter. 444, 5.] C. OCTAVIO. C. F. MODESTO. etc. CVRAT. REIP. AECANOR. ITEM. HONORATO. AD CVRAM. KALENDARI. REIP. CANVSINOR. J. FR. GRON. De Aecis rursus Gronov. ad 23, 1, 1. et 24, 20, 5. Adde Holsten. ad Cluveri Ital. ant. p. 1202. DUK.

Quin Poenus educeret in aciem] *educeret aciem* Hearnii L. 1. Sed librario displicuisse videtur, *educere* absolute poni, pro copias, milites educere, et hinc expunxisse praepositionem, quam reliqui omnes recte servant. Et solet ita Livius saepius loqui. V. infra ad 40, 25, 1.

§. 4. *Increpans quidem victos, tandem quos Martios animos Romanis, debellatumque et concessum. Quod quis propalandae virtute ac gloria esset, in castra rediit*] Vos emendatis *propalandae*, quod vocabulum non reperitur a *palam*, neque, ut opinor, a *pala*, sed a *palus*, *pali*, ut *propalare vineam* apud L. Columellam. et [mox] *incensum*, *incessit*. Ego sic, *increpans quidem, victos tandem Martios animos Romanorum: quia debellatum atque concessum ei propalam de virtute ac gloria esset, in castra rediit. Caeterum tacita cura animum incensus* etc. Vel quia quidam codices habent *increpans victos, quid tandem?* sic, *quid tandem porro Martios animos Romanis? debellatumne et concessum propalam de virtute ac gloria esse?* VALLA. Put. duo Pet. Reg. Men. Voss. *Tandem quos Martios animos*. Deinde Put. et melior Pet. et Voss. *Romanis*. quorum et neuter habet *τὸ eis*. Tentabam, *increpans quidem, victos tandem quoque Martios animis Romanos, debellatumque et concessum propalam*.

Digitized by Google

ceret: sed ubi quieta omnia apud hostes, nec castra 4
ullo tumultu mota videt; increpans quidem, victos tandem quoque Martios animos Romanis, debellatumque, et concessum propalam de virtute ac gloria esse, in castra rediit: ceterum tacita cura ani- 5
mum incensus, quod cum duce, haudquaquam Fla-

9, [6, 12.] *Tacere indolem illam Romanam, ablatosque cum armis animos.* 21, [12, 6.] *Alorcus vinci animos, ubi arma vincantur, adfirmans. Τὸ quidem* respicit *τὸ caeterum*, quod sequitur: ille quidem palam haec jactans abibat: caeterum secreto angebatur. J. FR. GRON. In his admodum variant scripti. *increpatis quidem tandem quos videt Martios animos Romanis* Lovel. 1. *increpans quidem tandem, quos Martios animos Romanis* Voss. et Harl. Consentiunt his Lov. 3. 4. et 5. nisi quod tert. omittat *animos*, duo reliqui *increpitans* exhibeant. *increpans quidem victos tandem quos Martios animos Romanis* Flor. Ber. Gaertn. et Rec. a quibus non aliter dissentit Hav. quam quod transponat *tandem victos*. Hearnii N. etiam *Romanis*, Cant. *Romanos*, pro *Romanorum*, praeferunt. Deinde *debellatum quas et vires concessum propalanda virtute ac gloria essent* Lov. 3. *debellatum et concessum quae propalam de virtute ac gloria essent* Flor. Voss. et Lovel. 1. *deb. et conc. quae propalande virtute ac gloria essent* Harl. *deb. et conc. qui propalanda virtute ac gloria essent* Gaertn. *deb. et conc. quod propalanda virtute ac gloria esset* Lovel. 4. *deb. et conc. qui* (*quod* a m. 2.) *propalam de virtute ac gloria esset* Ber. et ita etiam Lovel. 5. nisi quod *quum*, pro *qui*, praeferat. Totum locum ita efferunt ed. Rom. Alerienses, et paucae eam secutae, *quid tandem? increpans, quos Martios animos Romanis? debellatumque et concessum, qui propalanda virtute ac gloria essent.* Freinsh. in indice Curtii v. *Ipsius τὰ concessum eis* exponit concessum sibi, vel ipsos concessisse. Gronovius in prima ed. notarum monuit, Salmasium emendasse *increpans quidem, victos tandem suos Martios animos Romanis, debellatumque et concessum propalam.* Illud *victos tandem suos Martios animos Romanis* Perizonio quoque in mentem venit ad Sanctii Minerv. 2, 12, 240. idque propius priscae scripturae esse putabat, quam quod Gronovio placuit. Ego contra minori mutatione ex *qs* effici posse *qs* existimo, quam *suos* ex *quos*. Et in his vocibus commutandis etiam supra peccarant librarii 3, 33, 6. Deinde illud *eis*, quod in nullo meorum codicum erat, ejeci. Eamdem vocem, ex uno suorum exsulantem, etiam Crevier expunxit.

§. 5. *Tacita cura animum incensus*] Muretus haud absurde *incessit*. Ut 25, [1, 6.] *Tanta religio civitatem incessit.* Et sic distinguas: *caeterum tacita cura animum incessit quod cum duce*, etc. *parem Hannibali quaesissent. Et prudentiam quidem* J. FR. GRON. Liv. 4. 57, 10. *Tum vero gravior cura Patribus in-*

Digitized by Google

minio Sempronioque similis, futura sibi res esset; ac tum demum edocti malis Romani parem Hanni-
6 bali ducem quaesissent. et prudentiam quidem, non vim, dictatoris extemplo timuit. constantiam haud dum expertus, agitare ac tentare animum movendo crebro castra, populandoque in oculis ejus agros
7 sociorum, coepit. et modo citato agmine e conspe-

cessit. incessit etiam emendarunt, quos Valla ad §. praec. increpabat. et ita erat in Lovel. 5. Hoc modo saepe Livius locutus est. 1, 56, 10. *Cupido incessit animos juvenum sciscitandi.* 2, 18, 8. *Magnus plebem metus incessit.* 4, 50, 7. *Cura incesserat Patres.* 8, 29, 3. *Tamen tanta cura Patres incessit.* 9, 8, 11. *Tanta simul admiratio miseratioque viri incessit homines.* 24, 13, 5. *Ipsum ingens cupido incesserat Tarenti potiundi.* et innumeris aliis locis. Verum *incensum* est in Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Hav. *animum incensum habuit* in Hearnii N. in cujus margine emendatur *animum incensus*, quod in reliquis scriptis superest, et Vallae placuit; neque Gronovio infra displicuit ad 29, 18, 1. ubi codicum lectionem *religio infixa animos* hac locutione *incensus animum* inlustrabat. Et ei simile est *sollicitus omnia*, quod aliis exemplis adstruit Cl. Jac. Gronov. ad 21, 34, 5. Ut tamen de vera lectione non nihil dubitem, illa est caussa, quod similes Graecismi apud Livium rarius obcurrant, ut dictum est supra ad 5, 36, 7. Verum, quum non plane ab iis abstinuerit, feramus, partim quo tot codicum vestigia ducunt, partim quod alii expresse probant.

§. 6. *Constantiamque ejus haud dum expertus*] Put. Reg. Mon. Voss. *constantiam haud dum*: ita ut desint *que* et *ejus*. Nec satis commode interponuntur *non vim*. Velim, *et prudentiam quidem novi ductoris extemplo timuit, constantiam haud dum expertus agitare ac tentare animum* etc. In fine hujus libri [c. 61, 15.] *Si Carthaginiensium ductor fuisset.* J. FR. GRON. *Tà que* et *ejus* non tantum desunt in Hearnii Oxon. sed et mei omnes, praeter Ber. Hafn. et Hav. eadem delenda docent. Ceterum *rogitare*, pro *agitare*, mox Cant.

§. 7. *Modo citato agmine* etc.] Quum ista particula *modo* bis posita geminam plerumque sententiam promittat, nescio, qui evenit, ut hoc loco prorsus insigni balbutie idem repetatur. Nam quid est aliud *modo citato agmine*, quam *modo repente*? Et quum haec sint eadem, tum posteriora *τὰ e conspectu abibat* videntur quasi planius explicari deducique per illa, *in aliquo flexu viae occultus subsistebat.* quippe quod unum genus est abitionis e conspectu. In Voss. et Gud. intelligo fuisse *modo cito agmine.* Dispice igitur, an genuinum restet in Cantabrig. *modo tacito agmine.* Habes saltem, quod desiderabatur, et est unaquaeque pronunciatio sui sensus. 21, 48, 4. *Scipio quarta vigilia noctis insequentis tacito agmine profectus.* Alibi *silens*

Digitized by Google

ctu abibat, modo repente in aliquo flexu viae, si excipere degressum in aequum posset, occultus subsistebat. Fabius per loca alta agmen ducebat, modico ab hoste intervallo, ut neque omitteret eum, neque congrederetur. Castris, nisi quantum usus necessario cogeret, tenebatur miles. pabulum et ligna nec pauci petebant, nec passim. Equitum levis- 8 9

agmen vocat. JAC. GRON. *cito agmine* etiam Lovel. 1. 5. Ber. Gaertn. Rec. Hav. et edd. ante Aldum. *citatus* autem et *tacitus* transpositis literis etiam commutantur supra in Epit. Liv. 14. (*39, 54, 8.) Praeterea *ex conspectu abibat* Flor. et Ber. idque voluisse videtur Gaertn. *eo conspectu* praeferens. Mox *in alio flexu*, pro *in aliquo*, Lovel. 4. et 5. V. ad 25, 38, 3.

Si excipere degressum in aequum posset, occultus subsistebat] Pall. duo *obsistebat*. tert. *occulte obsistebat*. GEBH. *digressum* Flor. Voss. Lovel. 1. 3, 4. 5. Ber. Rec. Hav. Hearnii N. et edd. omnes usque ad Gronov. qui *degressum* recte anno 1665. substituit. V. ad 4, 17, 11. Tum *occulte* Lovel. 4. 5. Harl. Rec. Gaertn. et Hearnii N. Male. Supra 9, 23, 6. *Consulto dictatore substitit occultus*. Et ita saepe adjectiva pro adverbiis Livio adhibentur. In praefat. *In quam civitatem tam serae avaritia atque luxuria inmigraverint*. 2, 10, 3. *Quum inde citatos decurrere hostes vidisset*. c. 22, 4. *Recens ad Regillum lacum accepta clades*. c. 35, 3. *Adeo infensa erat coorta plebs*. 5, 16, 10. *Tum tu insiste audax hostium muris*. 7, 23, 3. *Dum inter primores incautus agitat*. c. 36, 6. *Hic lucem quieti opperiemur*. 8, 4, 10. *Quod illi vobis taciti concedunt*. c. 21, 7. *Ibi pacem esse fidam, ubi voluntarii pacati sint*. c. 36, 7. *Rem, per se popularem, ita dexter egit*. 21, 21, 9. *Si cetera prospera evenissent*. hoc lib. c. 32, 2. *Diversis locis opportuni aderant*. quorum plerisque locis id mutare conati sunt scribae. V. ad 1, 28, 2. 3, 50, 2. 9, 36, 12. c. 37, 5. aliisque locis. Adde Cel. Burm. ad Phaedri 1, 23, 3. Cortium ad Sall. Catil. 60, 3. et virum doctum in Obs. Misc. tom. 1. p. 11. Deinde *obsistebat* Flor. Cant. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Frob. anni 1531. Put. etiam, Gallicos meliores, et tres Pall. ita praeferre, Gronov. infra testatur ad 27, 7, 3. Attamen vulgatum verius est.

§. 8. *Per loca alta agmen ducebat*, etc. *ut neque omitteret eum, neque*] *per alta loca agmen ducebat* Hav. *per loca alta ducebat agmen* Ber. Tum *nec omitteret eum* idem Ber. V. ad 9, 9, 14. *neque emitteret eum* Gaertn. *Tò eum* deficit in Hav. Mox *necessario* deest in edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Tum *et ligna pauci petebant, nec passim* Hearnii L. 1. *et ligna pauci nec passim petebant* Ber. a m. 2. *et ligna nec pauci* a m. 1. *et ligna et pauci petebant, nec passim* Gaertn. *et ligna nec passim*, reliquis omissis, Lovel. 1.

Digitized by Google

que armaturae statio, composita instructaque in subitos tumultus, et suo militi tuta omnia, et infesta
10 effusis hostium populatoribus praebebat. neque universo periculo summa rerum committebatur: et parva momenta levium certaminum ex tuto coeptorum, finitimo receptu, adsuefaciebant territum pristinis

§. 9. *Equitum levisque armaturae statio, composita instructaque in subitos tumultus*] Refert Pal. pr. *et composita instructaque in subitos esse tumultus*. GEBH. *Equitumque levis armaturae statio* Ber. a m. 2. *Equitum levisque armatura statio* Voss. Lovel. 1. et Harl. *Equitum levis armatura res statio* Lovel. 4. *Equitum levis armaturaeque statio* Lovel. 5. *Equitum levisque armaturae et statio* Hearnii N. a m. 2. Deinde *instructaque in subitos est tumultus* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. An forte legendum? *Equitum levisque armaturae statio* (*composita instructaque in subitos est tumultus*) *et suo militi tuta omnia* etc. Ceterum *et suo milite* Flor. Harl. et Hafn.

§. 10. *Ex tuto coeptorum, finitimorum receptu*] Arbitror legendum *finitimo receptu*. Et hoc dixit, certamina ex tuto fuisse coepta, ut facilis receptus in vicina castra esset. LIPS 2. Epist. Quaest. 14. Lipsius legit *finitimo receptu*. Nihil tale in nostris libris, nisi quod Pal. sec. *ex tuto locorum finitimorum receptu*. GEBH. 8, 19, 8. *Brevitate ipsa loci facilique receptu in tam propinqua castra haud aegre militem a multa caede est tutatus.*

Adsuefaciebant territum pristinis cladibus militem] Pal. 1. *adsuefaciebant territum pristinis in cladibus his militem*. GEBH. Pal. Mem. Voss. *pristinis in cladibus his*. Put. Pet. melior, et similes Florent. *pristinis in his cladibus*. Scribe: *pristinis trinis cladibus*, nempe ad Ticinum, Trebiam, Trasimenum. Sic, 23, 49, 6. *Inter haec trina castra hostium*: et, *Trinisque castris eo die potiti sunt*, MSS. non *terna*, *ternisque*, ut vulgatur. 25, 26, 7. *Acradinam inde trinis castris*, itidem non optimi modo, sed fere omnes calamo exarati. J. FR. GRON. *pristinis in cladibus his* Lovel. 1. Harl. Gaertn. et Hearnii N. *pristinis in his cladibus* Cant. Si quis cum Gronov. malit *pristinis trinis cladibus*, non adversabor. V. ad 4, 16, 6. Optimus tamen Flor. nihil mutat.

§. 11. *Sed non Hannibalem magis infestum tam sanis consiliis habebat*] *Et non Hannibalem* Lovel. 1. *Sed neque Hannibalem* Ber. Dein *sanis consiliis suis habebat* Lovel. 4. et 6. *sani consilii habebat dictator* Hafn. *sanis consiliis habebat dictator* Ber.

Qui nihil aliud, quam quod non imperabat, morae etc.] Perperam haec in Pall. pr. ac tert. concipiuntur *qui nihilo aliud, quam imperabat imperio, more*, tert. *imperii more*. GEBH. Put. et omnes scripti alicujus numeri, *quod imperabat imperio morae*. Potest legi: *quam quod imperabat sub imperio*: vel, *quod pa-*

Digitized by Google

cladibus militem, minus jam tandem aut virtutis, aut fortunae poenitere suae. Sed non Hannibalem magis infestum tam sanis consiliis habebat, quam magistrum equitum: qui nihil aliud, quam quod impar erat imperio, morae ad rempublicam praecipitandam habebat, ferox rapidusque in consiliis, ac

rebat in imperio. ἀρχόμενος ἤρχει, ut Plutarch. loquitur in praeceptis reip. ger. Nam et magister equitum imperator, sed sub alio imperatore dictatore. Noster 8, 30, 1. *Cujus rei vitium non in belli eventum, quod prospere gestum est, sed in rabiem atque iras imperatorum vertit.* L. Papirii Cursoris puta et Q. Fabii Maximi Rulliani: quorum ille dictator, hic magister equitum. Et rursus c. 33, 13. *Papirium tamquam ex hostium ducibus, sic ex Romano imperatore, victoriam et triumphum petere.* At Rubenio placebat *quod parebat imperio.* J. FR. GRON. Etsi verba satis apta, et perbelle rem aperiant, non potest tamen approbari haec literarum trajectio in tam simplici veterum librorum constantia *quam quod imperabat imperio:* sub quibus non videtur aliud latere nisi, *quam quod impar erat imperio.* Sic saepe *aequari* eum *imperio* dixit. 6, 23, 9. *Scire se collegam habere, jure imperioque parem.* Constructio est amatissima Livio. c. 15, 9. *Omni parte virium impar.* 26, 27, 8. *Quod impar viribus aut numero navium esset.* 27, 1, 7. *Par audacia Romanus, consilio et viribus impar.* JAC. GRON. Vulgatam lectionem unus servat Hav. nec multum abit Gaertn. qui *quam quod imperabat, moras* praefert. sed *quam quod imperabat imperio* offerunt Flor. Lov. 4. Bec. Ber. et Harl. Et hanc lectionem ferri posse putabat Donjatius, quam ita exponebat; quam quod moderabatur imperandi cupiditati, et juri, quod aliquatenus habebat. Verum, quam parum imperandi cupiditati moderatus sit, ac moderari potuerit, et descriptio indolis, quae sequitur, et omnis historia ejus ostendit; nullum vero imperandi jus, ne absente quidem Dictatore, multo minus praesente, magistrum equitum habuisse, mores et institata Romana, inprimis Papirii dictatoris et Fabii magistri equitum historia, a Livio 8, 30. relata, docet. Si vero aliquod jus imperandi Minucius habuisset, quid adtinuisset, Magistrum equitum novo exemplo Dictatori imperio aequari? Omnino itaque lectio illa ferri nequit. *quam quod non imperabat imperio* est in Lovel. 3. *quam quod imparabat imperio* Voss. *quam quod non impar erat imperio* Lovel. 5. quam proxime ad conjecturam Cl. Jac. Gronovii; quam conjecturae J. Fr. Gronovii haud male praefert Crevier. et exponit, impar erat dictatori quoad imperium. Hanc igitur lectionem, quum et vulgata, et eae, quas codices subgerunt, admitti nequeant, potius, quam illam, quam Fr. Gronovius substituit, in contextum recepi.

Ferox rapidusque in consiliis] Pal. sec. *rapidusque consiliis.* GEBH.

Linguis immodicus] At quot?

Digitized by Google

12 lingua inmodicus; primo inter paucos, dein propalam in vulgus, pro cunctatore segnem, pro cauto timidum, adfingens vicina virtutibus vitia, compellabat: premendorumque superiorum arte (quae

oro. ex Cantabrig. notavi *lingua*. Idem ex Gud. et Voss. adscripsit pater. Quod omnino Livii est, perpetue singulari numero contenti. 2, 45, 15. *Nunc armatis sibi quisque lingua promtum hostem offerri.* 4, 49, 12. *Nactus inter adversarios superbum ingenium inmodicamque linguam.* 7, 4, 5. *Quia infacundior sit, et lingua inpromptus.* 23, 6, 11. *Expertem omnis juris et conditionis et linguae prope humanae.* 39, 40, 10. *Linguae acerbae et immodice liberae fuit.* de M. Porcio. Non aliter nunc locutus est. JAC. GRON. Numerus singularis non tantum superest in omnibus meis, Hearnii, et Grevierii codd. verum etiam in omnibus edd. usque ad ultimam Gruteri, quae prima *linguis* dedit. Neque dubito, quin Gronov. ita in omnibus scriptis invenerit: quod vero ex duobus tantum notavit, inde evenisse arbitror, quod reliquos codd. commiserit cum edd. posteriori Grateriana prioribus, quae similiter *lingua* praeferebant. Certe ita in Putean. legi, ex Cl. Sallierio didici. Neque tantum de uno locutus Livius *lingua* numero unitatis utitur; verum etiam licet de pluribus simul sermo sit. Ita 3, 19, 4. *Tribuni plebis lingua criminibusque regnarent.* 6, 16, 8. *Et linguam et animos liberaverat hominum.* 22, 44, 7. *Videret, ut, quibus lingua tam promta ac temeraria, aeque in pugna vigerent manus.* 32, 21, 1. *Non magis consilium vobis deest, quam lingua.* Ubi tamen plurium meminit, alibi etiam numerum multitudinis adhibet. 31, 44, 3. *Nec umquam ibi desunt linguae promtae ad plebem concitandam.* et 33, 31, 11. *Si Aetolorum linguas retundere vellent.* De uno autem numerum pluralem *linguas* usurpari, displicuit etiam Cel. Burm. ad Nemes. Ecl. 2, 12.

§. 12. *Pro cunctatore segnem, pro cauto timidum*] Pall. pr. ac tert. exhibent *pro cunctatore segnem, et cauto timidum.* sec. *deinde palam in vulgus pro cunctatore segnem, et pro cauto timidum, affingens vicina virtutibus vitia, compellabat.* GEBH. Scripti omnes *pro cunctatore segnem, et cauto timidum.* J. FR. GRON. *et cauto timidum* Voss. Lovel. 1. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii D. L. 1. et N. a m. 1. *et pro cauto timidum* a m. 2. quod etiam exstat in Flor. Lov. 3. Rec. et Ber. duplici lectione juncta. Vett. editionum lectionem *pro cunctatore segnem, pro cauto timidum*, quam recte elegantiorem judicat, ex auctoritate duorum e suis codd. revocavit Cl. Crevier. in quo ipsi obsecutus sum. Paullo ante *deinde propalam in vulgus* Gaertn. Hav. et quaedam ex vett. edd. *demum palam in vulgus* Harl. At, voces *primo inter paucos, dein propalam in vulgus* se in L. 1. non invenisse, Hearnius auctor est.

Premendorumque superiorum arte, quae] Pall. tres *premendorum superiorum, quae pessima ars.* Andreas *premendorum superiorum malis*, GEBH. Ubique in membranis: *premendorum*

Digitized by Google

pessima ars nimis prosperis multarum successibus crevit) sese extollebat.

XIII. Hannibal ex Hirpinis in Samnium transit: Beneventanum depopulatur agrum: Telesiam ur-

superiorum, *quae pessima ars*, omissa particula et τῷ *arte*. Fuerit forte *premendoque superiorem*, *quae pessima ars*. J. FR. GRON. Similiter praeferunt etiam codd. mei, ut et Hearnii Oxon. qui N. in margine *quae pessima res* praeferre notat. Scriptis consentiunt etiam proximae post Andreae Romanam editiones; nisi quod *premendorum superiorum ac malis* sit in Rom. anni 1472. ac Parm. Ascensius deinde, quum ipse in contextu *premendorumque superiorum* anno 1513. edidisset, in margine notavit *sup. arte*. Hinc proximi Moguntini *premendorumque superiorum arte* effinxerunt. Nihil propius video, quam quod Gronov. in mentem venit. Infra hoc lib. c. 59, 10. *Nec premendo alium me extulisse velim.*

§. 1. *Hannibal ex Arpis in Samnium transit*] Vet. lib. *ex Arpinis*. Sunt autem *Arpini* Arporum populi. SIG. Pall. tres *ex Arpinis*. GEBH. Pall. tres, Pet. Men. *Arpenis*. Put. Pet. melior, Reg. et optimus Flor. *Hirpinis*. Polybius [3, 90.] ὑπερέβαλον τὸν Ἀπεννῖνον, καὶ κατεδραμόντες εἰς τὴν Σαμνίτιν χώραν. Noster 23, [41, 13.] *Crebras excursiones in agrum Hirpinum et Samnites Caudinos fecit*. Fuerant quidem vicini et ad Arpos in Daunia, sed crebro castris movendis jam perveneraut in Hirpinos, unde proximus transitus in Samnium. Denique praepositio gentem exigit, non oppidum. J. FR. GRON. Ultima haec verba Gronovii adripuit Doujatius, atque, ut vulgatum defenderet, inter alia docet, Livium passim praepositiones ad loca praeter aliorum morem addidisse. Libro enim praecedenti c. 59, 2. *ab Roma*. c. 62, 9. *in Algido* dixisse: quae tuto omittere potuisset, quum de eo nullus dubitet. Ut vulgatum tueretur, offendere debuerat, vel Hannibalem hoc tempore Arpos in potestate habuisse; vel *ex Arpis* poni potuisse pro ex regione circa Arpos. Gronovius docuit, in Mss. legi *ex Arpenis* et *ex Hirpinis*, et quum in posteriorem lectionem pronior esset, huc tantum redit, ut dicat, praepositionem *ex* non oppidum *Arpos*, sed gentem, vel *Arpinos* vel *Hirpinos* exigere. Ceterum vulgatam lectionem nullus ace meorum, neque Oxon. Hearnii codicum tuetur; sed omnes legunt *ex Arpinis*, nisi quod praeter Flor. forte etiam Cant. praeferat *ex Hirpinis*, ex quo cum Gronovii ed. collato nulla varietas adnotatur. *Arpinos* pro Arpinatibus Livio in usu fuisse, constat ex 24, 47, 2. et 34, 45, 3. Jam vero, si supra c. 12, 3. *haud procul Aeeis* cum Gronov. legimus, hic praestat omnino *ex Hirpinis*. Ita enim constaret, Hannibalem ex agro Arpinato, quem c. 9. devastasse dicitur, ante Fabii adventum movisse: idque malo. Si quis vero vulgatum eo loco servandum putet, nihil obstat, quo minus *ex Arpinis* legat. *Arpini* autem et *Hirpini* a librariis etiam commutantur in Epit. Liv. 75. Praeterea *transiit* Hearnii D. V. ad Epit. Liv. 103. Mox *populatur agrum*, pro *depopulatur*, Ber. V. ad 10, 12, 7.

Telesiam urbem cepit] Polyb.

Digitized by Google

bem capit: irritat etiam de induſtria ducem, si forte accensum tot indignitatibus cladibusque so-
2 ciorum detrahere ad aequum certamen poſſit. Inter multitudinem sociorum Italici generis, qui ad Trasimenum capti ab Hannibale dimiſſique fuerant, tres Campani equites erant, multis jam tum inlecti donis promiſſisque Hannibalis ad conciliandos po-
3 pularium animos. hi nunciantes, si in Campaniam exercitum admoviſſet, Capuae potiendae copiam

[3, 90.] *Οὐενουσίαν.* Ego tamen nihil mutandum puto. SIG. *Tasiam urbem* Lovel. 5. *Celesiam urbem* Gaertn. *Thelesiam urbem* Ber. et Hav. *Telessinam urbem* Hearnii D. Eſt autem Samnitium urbs *Telesia*, de qua v. Cluver. Ital. ant. 4, 7, 1195. In eam autem regionem jam transierat Hannibal. Quare Venusiae Polybii, quae Apuliae urbs eſt, locus dari nequit.

Indignitatibus cladibusque sociorum trahere ad aequum certamen] Favet huic lectioni solus Pal. tert. Reliqui autem, exque illis pr. *indignitatibus cladibus sociorum detrahere ad aequum certamen possit.* sec. quoque *indignis cladibus sociorum detrahere ad aequum certamen possit.* Vet. ed. non inficiatur *τὸ detrahere.* Nam paullo ante dixerat Livius c. 12, 8. *Fabius per loca alta agmen ducebat.* GEBH. Optimi verius *detrahere*, nam per loca alta ducebat Fabius, vitata ubique planicie. J. FR. GRON. *indignitatibus cladibus*, omiſſa copula, Flor. Lovel. 3. 4. et Hearnii N. *indignitatibus et cladibus* Lov. 4. Tum *detrahere* omnes Hearnii et mei, uno forte Lovel. 5. excepto, in quo eſt *trahere.* Licet autem Gebhardus *detrahere* ex ed. Rom. Andreae laudet, atque ipse ita invenerim in edd. Rom. anni 1472. ac Parm. mox tamen aliae illis proximae id perperam in *trahere* commutarunt. Nam, ut viri docti docuerunt, Fabius per loca alta agmen ducebat; *detrahere* autem eſt ex loco superiori trahere. Ita metaphorice obcurrit infra 35, 12, 10. *Ex altiore fastigio rex, quam tyrannus, detractus erat.* (* 37, 45, 18.)

§. 2. *Multis jam tum inlecti donis*] Pal. pr. *multis jam illecti donis.* tert. *multisque illecti donis.* Dein omnes tres, *ad conciliandos populorum animos.* GEBH. *multis jam illecti donis* Voſſ. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hav. Hearnii N. et editi ante Aldum. *multis jam electi donis* Gaertn. Deinde *populorum animos* Flor. Voſſ. Harl. Ber. Hav. et Hearnii N.

§. 3. *Quum res major, quam auctores, esset*] *quam auctores essent* Lovel. 1. 3. Gaertn. Hearnii D. et editi ante Aldum, qui primus *esset* recepit, quod et plures et meliores servant. Non insolens autem eſt apud Livium, ut verbum conveniat nomini remotiori, praesertim in hac vel simili compositione orationis.

Digitized by Google

fore, quam res major, quam auctores, esset, dubium Hannibalem, alternisque fidentem ac diffidentem, tamen, ut Campanos ex Samnio peteret, moverunt: monitos, ut etiam atque etiam promissa 4
rebus adfirmarent, jussosque, cum pluribus et aliquibus principum redire ad se, dimisit. ipse impe- 5
rat duci, ut se in agrum Casinatem ducat: edoctus à peritis regionum, si eum saltum occupasset, exitum Romano ad opem ferendam sociis interclusu-

Supra 8, 33, 10. *Non tam perpetuae orationes, quam altercatio, exaudiebantur.* 44, 14, 6. *Prusiae preces magis, quam postulatio, fuere.* Paullo ante *admovisset exercitum* alio ordine Ber. qui etiam in sequentibus *alternis fidentem*, pro *alternisque*, praefert.

§. 4. *Monitosque, ut etiam atque etiam promissa rebus confirmarent*] Fere omnes *adfirmarent*. Sic et apud Tacit. de morib. German. 3. scripti: *Quae neque adfirmare argumentis, neque refellere in animo est.* Ubi vulgo *confirmare*. 1, (1, 10.) *Ea res utique Trojanis spem adfirmat finiendi erroris.* 8, (24, 1.) *Sortes Dodonaei Jovis adventu adfirmasse.* Suspicor autem quoque scribendum: *monitosque etiam atque etiam, ut promissa rebus adfirmarent.* J. FR. GRON. De *adfirmare* v. Gronov. 3. Obs. 6. DUK. *monitos ut etiam atque etiam* plerique codd. mei, et Hearnii, omnesque edd. usque ad Dan. Heinsium, qui primus *monitosque* apud Elzevir. vulgari curavit, consentiente Hav. *monitos etiam atque etiam promissa* Ber. Priorem lectionem revocavi. Deinde *promissa rebus adfirmarent* Flor. et Cant. Supra 2, 12, 4. *Fortuna tum urbis crimen adfirmante.* 7, 14, 5. *Adfirmata certe eo casu Tullii apud dictatorem fides est.* 10, 41, 7. *Consul adfirmavit errorem.*

Jussosque, cum popularibus et aliquibus principum redire ad se, dimisit] Pall. duo *cum pluribus et* (tert. *aut*) *aliquibus*, sec. *versosque cum pluribus et aliquibus.* GEBH. Membranae non nisi *cum pluribus.* J. FR. GRON. Praeter Ber. priori lectioni faventem, omnes scripti mei similiter *jussosque cum pluribus:* quod Hearne etiam in D. et N. invenit; sed *jussosque cum populis* in L. 1. Hinc *atque aliquibus principibus* Ber. Male. *aliquid indefensi* infra est 26, 5, 7. Deinde *redire, a se dimisit* Voss. et Lovel. 1. ac 5. *redire, ab se dimisit* Lovel. 3.

§. 5. *Ut se in agrum Casinatem ducat*] Sic Plutarchus (in Fabio 177.) ἡγεῖσθαι πρὸς τὸ Κασίνατον. SIG.

Si eum saltum occupasset, exitum Romano etc. *interclusurum*] *exitum Romanis* Rec. et Hav. V. ad 3, 2, 11. *exercitum Romanum interclusurum* Lov. 3. et edd. ante Aldum. *exercitus* et *exitus* etiam alibi in MSS. com-

Digitized by Google

6 rum. Sed Punicum abhorrens os ab Latinorum nominum prolatione, pro Casino Casilinum dux ut acciperet, fecit; aversusque ab suo itinere, per Alifanum, Calatinumque, et Galenum agrum, in cam-
7 pum Stellatem descendit: ubi quum montibus fluminibusque clausam regionem circumspexisset, vocatum ducem pronuntiatur, ubi terrarum esset?

Quum

mutantur. V. supra ad 5, 26, 7. Eaedem edd. invitis omnibus codd. *si eum saltum circuisset.*

§. 6. *Sed Punicum abhorrens ab Latino nomen, Casilinum pro Casino accipere ducem fecit*] Pall. 1. et 3. naevis occupati sunt: *Sed Punicum abhorrens ab Latinorum nominum pro Casino dux accipere fecit.* sec. autem, *Sed Punicum abhorrens ab Latinorum nomen, pro Casino Casilinum dux ut acciperet, fecit.* GEBH. Quasi vero tam celebre in Africa fuerit, ipsa in Italia non admodum nobile, Casinum, ut aliam appellationem Punicam haberet. Longe aliter MSS. Put. Petav. melior, duo Flor. duo Pall. *Sed Punicum abhorrens ab Latinorum nominum, pro Casino dux ut acciperet, fecit.* Regius et Mediceus unus: *Sed Punicum abhorrens ab Latinorum nominum prolatione, pro Casino Casilinum dux ut acciperet, fecit.* Putes, si addatur *os*, nihil melius posse fingi. Sed nimis est supplementorum. Propius veterum scripturam foret: *Sed Punicum abhorrens os Latinorum nominum pro Casino Casilinum.* Neque enim *abhorrere alicujus* durius videtur, quam *fastidire alicujus*, aut *vereri.* 29, [34, 5.] *Adspernatus aliarum gentium. Dux ut acciperet, fecit*, ut 25, [34, 12.] *Haec pervagata passim vox, ut et hostes pro victoribus, et Romani pro victis essent, fecit.* Est autem *os Punicum abhorrens Latinorum nominum* ipsius Hannibalis jubentis *Casinum* duci, eamque vocem ita pronunciando trahentis, ut dux viarum *Casilinum* pronunciari putaret. Est enim proprium vitium Afrorum in pronunciatione Labdacismus, teste Isidoro 1. Orig. 30. quod belle huc facit. *Labdacismus est, si pro uno L duo pronuncientur, ut Afrifaciunt.* Sed definitio haec nimis angusta: immittitur enim et nonnullis naturali vitio, ubi prorsus non est. J. FR. GRON. *Punicum abhorrens a prolatione Latinorum nominum* Lovel. 3. et Hav. *Punicum abhorrens ab Latinorum nominum prolatione* Ber. quod etiam in Colbertino cod. esse, Doujatius auctor est. *Punicus abhorrens Latinorum nominum* Gaertn. *Punicum aberrens ab Latinorum nominum* Lovel. 4. V. ad 38, 56, 5. *Punicum abhorrens ab Latinorum nomine* Hafn. et Hearnii N. *Punicum abhorrens ab Latinorum nominum* Cant. Voss. Lovel. 1. 5. Harl. et Hearnii D. *Punicum abhorrens Latinorum nominum* ejusdem L. 1. Utrum probem, dubius haereo. Hinc enim vocem *prolatione* ignorant et plures et meliores codices, inde vero ab-

Digitized by Google

Quum is Casilini eo die mansurum eum dixisset, 8
tum demum cognitus est error, et Casinum longe
inde alia regione esse: virgisque caeso duce, et ad 9
reliquorum terrorem in crucem sublato, castris
communitis, Maharbalem cum equitibus in agrum
Falernum praedatum dimisit. Usque ad aquas Si- 10
nuessanas populatio ea pervenit. ingentem cladem,
fugam tamen terroremque latius, Numidae fecerunt.

horrens nominum similesque locutiones non, nisi rarissime, apud Livium reperiuntur. Eo tamen inclinat animus, id posterius ut priori praeferam. Nam fere eodem modo supra dixit hoc lib. c. 3, 4. *Non modo legum ac Patrum majestatis, sed ne Deorum quidem satis metuens.* Hinc inverso ordine *pro Casino Casilinum* Voss. et Lovel. 1. 4. 5. *pro Casilinum* Gaertn. *pro Casino* Cant. Harl. et Hearnii L. 1. ac D. Sed in illis *Casino* et *Casilinum* alterum alterum intercepit. Deinde *dux accipere fecit* Voss. Lovel. 1. 5. Harl. et Hearnii L. 1. ac D. *dux acciperet fecit* Gaertn. Si verba hoc ordine digerere liceret *Punicum os abhorrens ab Latinorum nominum prolatione, Casilinum pro Casino dux ut acciperet, fecit*, suspicio nasci posset, voces *prolatione Casilinum*, quae in optimis codd. desunt, excidisse librariorum culpa ob repetitionem *τοῦ pro*.

Aversusque ab itinere] Put. aliique *aversusque ab suo itinere*. J. FR. GRON. Ita et in Voss. fuisse videtur. Reliqui plerique, et inter eos Flor. et Cant. *τὸ suo* non agnoscunt. Mox *Alifanum* Lovel. 3. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. et edd. ante Gronovianam anni 1665. *Alistanum* ejusdem Hearnii L. 1. V. ad 8, 25, 4. Insuper *Galenum agrum* Hearnii N. et ed. Rom. Aleriensis. *Calerium* Hafn. Male. V. Sigon. ad 10, 20, 3. Denique *campum Stellatum* Harl. *campum Stellantem* Hav. V. ad 9, 44, 5.

§. 7. *Vocatum ducem percunctatur*] *notum ducem* Hafn. et Ber. in contextu, altera scriptura pro varia lectione in margine adparente. Paullo ante *flumineibus montibusque* alio ordine Gaertn.

§. 8. *Casilini eo die mansurum*] *Casulini eodem die mansurum* Hearnii N. *Casulini eodem mansurum* Flor. *Casilini eodem mansurum* Lovel. 1 4. 5. Harl. et Ber. *Casilinum eodem mansurum* Gaertn. *Casilini mansurum* Hav. Mox *tum deinde*, pro *tum demum*, Harl. V. ad 40, 22, 1.

§. 9. *In agrum Falernum praedatum dimisit*] *praedatum misit* Lovel. 4. At ea *τοῦ dimisit* vis est, ut notet, eo consilio missum esse Maharbalem, ut per omnem agrum Falernum ejusque varias partes praedas ageret. V. ad 4, 52, 5. Paullo ante *castris conjunctis*, pro *communitis*, Harl.

§. 10. *Fugam tamen terroremque latius Numidae fecerunt*] *fugam inde torrentemque* Harl. *fugam tum terroremque* Gaertn. *fugam tamen tum terroremque*, duplici lectione juncta, Lovel. 3.

Digitized by Google

11 Nec tamen is terror, quum omnia bello flagrarent, fide socios dimovit: videlicet quia justo et moderato regebantur imperio; nec abnuebant, quod unum vinculum fidei est, melioribus parere.

1 XIV. Ut vero ad Vulturnum flumen castra sunt posita, exurebaturque amoenissimus Italiae ager, villaeque passim incendiis fumabant, per juga Massici montis Fabio ducente, tum prope de integro sedi-

qui etiam paullo ante *aquas vesanas* praefert. Sed de aquis Sinuessanis v. Cluver. 3. Ital. ant. 10, 1081.

§. 11. *Nec tamen is terror, quum omnia bello flagrarent*] *Nec tamen terror* Voss. Lovel. 1. 3. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et editi ante Aldum. Insuper *τὸ tamen* omittit ejusdem Hearnii D. Mox vocem *fide* non agnoscit Cant.

§. 1. *Ut vero ad Vulturnum flumen castra sunt posita, exurebaturque*] Put. Pet. Reg. *Ut vero quam ad V.* deinde *exurebatur*, sine *τῷ que*. Scribe, *Ut vero, quum ad Vulturnum flumen castra sunt posita, exurebatur amoenissimus Italiae ager.* J. FR. GRON. *To que* exsulat etiam a Flor. Voss. Lovel. 4. 5. Ber. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *ureretur*que est in Lovel. 3.

Fabio ducente, prope de integro est orta seditio; ac duces seditionis accensi quidam. fuerat enim silentium per paucos dies] Vides, illa *ac duces seditionis accensi quidam* esse quisquilias. Quid enim aït? an duces seditionis inflammatos esse? non agnosco Latinum sermonem. An genus militum, quod *Accensos* vocabant, duces seditionis? hoc quidem etiam nugacius. Omnino explicare me non poteram, absque codice scripto fuisset, qui habet, *prope de integro seditio, ac* [*de seditione*] *accensi quidam fuerant enim per paucos dies.* Entem. Illud *de seditione* nota marginalis fuit: inverecunde irrepserat, et stultius emendata est *duces seditionis.* Primum hoc tolle: remove et illa, quae liber omittit *est orta.* ut rem factam habeas, illud *quidam* corrige *quieti*, (nam abest a veteri vox *silentium*) et lege *prope de integro seditio accensa. quieti fuerant enim per paucos dies.* Puto, germanam Livii lectionem habebis. LIPS. 1. Ep. Quaest. 21. Vulgatis edd. consonat prisca quoque. Pal. pr. legit *prope de integro seditio, ac de seditione accensi quidam. enim fuerunt per paucos dies.* Et ita ferme tertius, nisi quod *de seditione accensi quidam fuerant enim per paucos dies.* sec. *Ut vero ad Vulturnum fluvium castra sunt posita, exurebatur amoenissimus Italiae ager, villaeque passim incendiis fumabant, per juga Massici montis Fabio ducente: tum prope de integro seditio, ac de seditione accensi quidam fuerant. Etenim per paucos dies.* Ego in tanta caligine ad fundum verae lectionis acie mea penetrare non possum. GEBH. Scripti omnes: *ducente*

Digitized by Google

tio accensa. quieverant enim per paucos dies; quia, 2
quum celerius solito ductum agmen fuisset, festinari
ad prohibendam populationibus Campaniam credi-
derant. Ut vero in extrema juga Massici montis 3
ventum est, hostesque sub oculis erant, Falerni
agri colonorumque Sinuessae tecta urentes, nec ul-
la erat mentio pugnae, *Spectatumne huc*, inquit 4
Minucius, *ut rem fruendam oculis, sociorum caedes*

tum prope de integro seditio, ac de seditione accensi, quidam fuerant enim. Unde Lipsius, recisis *de seditione* tamquam e margine admissis, *tum prope de integro seditio accensa. quietisfuerant enim.* Sententiam utique deprehendit. De verbis possis cogitare: *tum prope de integro seditio ab duce altero est accensa. quieverant enim perpaucos dies.* J. FR. GRON. Fere omnes nostri et Hearnii consentiunt scriptis Gronovii, nisi quod vocula *tum* in paucis, sed optimis tamen, supersit, et *τὰ ac de seditione* non adpareant in Voss. et Lovel. 5. eorum loco vero *hac seditione* exhibeant Hav. et Hafn. Verum *seditio orta est. Hac seditione accensi quidam fuerant ante per paucos dies* praefert Ber. *fuerant et ante per paucos dies* legunt etiam Hafn. et Hav. Gronovius in priore notarum ed. divinam, ut vocabat, divinationem Lipsii probabat. Mihi ex utriusque conjecturis legendum videtur *tum prope de integro seditio accensa. quieverant enim perpaucos dies.* De verbo *quiescere* videbimus ad 45, 37, 2. De voce *perpaucus* ad 37, 11, 3. de tota locutione sive de duratione temporis per accusativum prolata ad 35, 40, 8. Si qui tamen *per paucos dies* malit, ne illi quidem adversabor. Nam, et ita Livium loqui, probabo ad 38, 27, 7.

§. 2. *Festinari ad prohibendam populationibus Campaniam*] Pal. pr. *ad prohibendum.* GEBH. Ita et Voss. Lovel. 1. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. V. ad 40, 49, 1. Tum *ductum agmen esset*, pro *fuisset*, Flor.

§. 3. *Massici montis ventum est, hostesque sub oculis erant*] Exhibent Pall. tres *hostes sub oculis erant.* GEBH. In scriptis *hostes sub oculis*, iterum sine *τῷ que.* Scribe *Ut vero in extrema juga Massici montis ventum, et hostes sub oculis erant.* J. FR. GRONOV. Copulam *que* ignorant Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Patris, *est* in *et* mutantis, conjecturam probat etiam Cl. Jac. Gronovius ad 2, 39, 12. Solent autem alibi *τὰ et* atque *est* in Mstis commutari. V. ad 7, 40, 1. *extrema Massici montis juga* Gaertn.

§. 4. *Spectatumne huc, inquit Minucius, ad rem fruendam oculis*] Pal. pr. *Spectatum est hoc, inquit Minucius, ad rem eruendam oculis.* sec. quoque *τὸ ne* abjicit. GEBH. Forte *ut rem fruendam oculis*, id est, tamquam rem jucundam visu. Sic infra [c. 21, 4.] *levi certamine ut tumultuariam manum fudere.* J. FR. GRON. *Spectatum est hoc* Flor. Voss. Ber. om-

Digitized by Google

et incendia venimus? nec si nullius alterius nos, ne civium quidem horum pudet, quos Sinuessam colonos patres nostri miserunt, ut ab Samnite hoste
5 *tuta haec ora esset: quam nunc non vicinus Samnis urit, sed Poenus advena, ab extremis orbis terrarum terminis, nostra cunctatione et socordia,*
6 *jam huc progressus. Tantum (pro!) degeneramus a parentibus nostris, ut, praeter quam oram illi Punicas vagari classes, dedecus esse imperii sui du-*

nes a m. 1. atque insuper Cant. Hav. et Harl. ex illis autem *Spectatum huc* praefert Flor. a m. 2. *Spectatumne huc* Voss. a m. 2. *Spectatum hoc* Ber. a m. 2. *Spectatumne hoc* Lovel. 1. *Spectatum hinc* Gaertn. *Spectatum huc* Lovel. 4. *Spectaculum est hoc* Lovel. 3. Praeterea *inquit nuncius* Harl.

Quos in Sinuessam colonos patres nostri miserunt] Meliores *quos Sinuessam colonos.* J. FR. GRON. Ita et Flor. Cant. Ber. Hafn. et Hearnii L. 1. ac N. *in Sinuessa* Voss. Lovel. 1. 4. Harl. et Gaertn. Paullo ante *si ullius alterius*, pro *nullius*, Lovel. 3. et Hav. Tum *nec civium quidem horum*, pro *ne civium*, Lovel. 1. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. et edd. usque ad Ascensianam anni 1513. V. ad 1, 10, 3. Mox *ut absente hoste* Harl. Vox autem *hoste* non adparet in Flor. nec vocula *haec* in Lov. 3.

§. 5. *Quam nunc non vicinus Samnis*] Vocula *nunc* exsulat a Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. Aldina antiquioribus. Mox *et secordia* Hav. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *ac secordia* Gaertn. V. ad 9, 34, 13. Tum *hoc progressi* Flor. a m. 1. Voss. Lov. 1. et Harl. *hic progressi* Lov. 4. *hinc progressi* Gaertn. *haec progressi* Hav.

§. 6. *Tantum, pro dolor! degeneramus a parentibus nostris*] Pall. tres *a patribus nostris.* GEBH. Iterum meliores: *Tantum pro! degeneramus a patribus nostris*, omisso τῷ *dolor.* Plautus Casina [2, 4, 5.] *Pro! bonae frugis hominem te jam pridem esse arbitror.* J. FR. GRON. Vocem *dolor* non agnoscit etiam Flor. in quo tamen postea a manu recentiori adscripta est. Deest etiam in Hearnii N. Deinde *degeneravimus* Ber. et Hafn. Hinc *a patribus nostris* Lov. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

Praeter quam oram illi Punicas vagari classes dedecus esse imperii sui] *praeterquam quod oram illi suam* Hav. *praeterquam per oram illi suam* Lov. 1. 4. Rec. et Gaertn. et ita etiam Voss. nisi quod *suas* praeferat. *praeterquam quod per oram illi suam* Flor. Ber. et Hafn. cum editis usque ad Froben. qui anno 1531. vulgatum primus recepit. Hinc *dedecus esse imperii duxerint* Ber. *dedecus sui duxerint* Lovel. 1.

Eam nos nunc plenam Numidarum hostium ac Maurorum]

Digitized by Google

xerint, eam nos nunc plenam hostium Numidarum-
que ac Maurorum jam factam videamus? Qui mo- 7
do, Saguntum obpugnari indignando, non homines
tantum, sed foedera et Deos, ciebamus, scanden-
tem moenia Romanae coloniae Hannibalem lenti
spectamus. Fumus ex incendiis villarum agrorum- 8
que in oculos atque ora venit; strepunt aures
clamoribus plorantium sociorum, saepius nos, quam
Deorum invocantium opem. nos hic pecorum modo

Pal. sec. *eam nunc plenam hostium Numidarumque ac Maurorum*. Non inconcinne. GEBH. Potiores *plenam hostium Numidarumque ac Maurorum*. J. FR. GRON. Eadem lectio mihi obvia fuit in Flor. et Hearnio in D. *hostium Numidarum ac Maurorum* in Voss. Pronomen autem *nos* non adparebat in Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hav. et Hearnii N.

§. 7. *Tendentem ad moenia Romanae coloniae Hannibalem lenti spectamus*] *cadentem Romanae moenia coloniae* Flor. a m. 1. *candentem* a m. 2. *sciebamus candentem moenia* est etiam in Put. unde recte *scandentem moenia* legit et edidit Cl. Crevier. quod etiam recepi: ut litera initialis sibilans in eo cod. intercepta sit ab ultima praecedentis vocis. V. ad 30, 3, 7. vel male in initio praecedentis vocis scripta ad initium sequentis retrahenda sit. Vox *Romanae* deest in Gaertn. Deinde *et Hannibalem* Flor. et Lovel. 4. *etiam Hannibalem* Lovel. 5. Tum *lecti spectamus* Voss. Harl. et Ber. *laeti spectamus* Flor. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. et edd. Moguntina priores. quomodo alibi haud raro lapsi sunt scribae. V. quae notantur ad 3, 26, 12. Eleganter *lenti spectare* dicuntur, qui spectaculo non concitantur in iram, ejusque indignitate non commoventur vindictae cupiditate. Ovid. 2. Trist. 514.

Scenica vidisti, lentus adulteria.

ubi v. Cel. Burm. Pari modo *lentus* dicitur, qui frigidus est in amore, nullo amore in vicem movetur. Ovidius 3. Am. 6, 59.

Ille habet et silices et vivum in pectore ferrum,
Qui tenero lacrimas lentus in ore videt.

Paullo ante *sciebamus*, pro *ciebamus*, quod in Put. esse modo ex Crevier. vidimus, similiter inveni in Voss. Lovel. 1. 3. 4. et Harl. sed prima litera perperam ex fine vocis praecedentis repetita est. V. ad 37, 29, 8.

§. 8. *Strepunt aures clamoribus plorantium sociorum*] *implorantium* Ber. Hafn. et Hav. Mox *nostram, quam Deorum invocantium opem* Lovel. 4. Sed vulgatum praeferendum puto, in quo placet variatio locutionis, quam Livius captavit, *invocare nos*, et *invocare opem Deorum*.

Pecorum more per aestivos saltus deviosque colles exercitum

Digitized by Google

per aestivos saltus deviasque calles exercitum duci-
9 *mus, conditi nubibus silvisque. Si hoc modo pera-grando cacumina saltusque M. Furius recipere a Gallis urbem voluisset, quo hic novus Camillus (nobis dictator unicus in rebus adfectis quaesitus) Italiam ab Hannibale recuperare parat, Gallorum Roma es-*

ducimus] Vet. lib. *calles*. Sic paullo post [c. 15, 10.] *Prope inviis callibus ad dictatorem profugerunt*. SIG. Non est dubium, quin hunc Livii locum Nonius Marc. in mente habuerit in v. *Calles*. *Callis feminino genere. Livius l. XLI. Nisi pecorum modo fert angusto saltu per devias calles*. Ita enim corrupte legitur, facili emendatione ex istis. Quod si est, emendandum certe in Livio *deviasque calles*. Ne dubitare possis, in editione Jo. Antonii Episcopi Aleriensis ad Paulum II. Venetum anni ∞ CCCCLXX diserte est *calles*. At quod Nonius legisse videtur *angustos saltus*, in Livio veteri invenio *vestinos saltus*. an a Vestinis populis? an legendum *vestitos*? *Vestinum* sane *saltum* idem Livius nominat l. 10. LIPS. 3. Ep. Quaest. 1. Primo Lipsius in vet. lib. pro *aestivos* invenit *vestinos*, unde ariolatur *vestitos*. Deinde expresse Pal. pr. *deviasque callis*, reliqui duo cum recensione Andreae *deviosque callis*. Sic infra 36, 16, 6. habent Pall. *Timor incessit, ne quas per imminentia juga calles inveniret ad transitum Romanus*. Uterque quoque 38, 40, 12. *Barbaris per calles notas occursantibus*, assentiente vet. ed. GEBH. Put. Pet. melior, Reg. *modo*, et *deviasque callis*: quod utrumque et Grammaticus antiquus notavit, ut olim Lipsius. J. FR. GRON. V. Salmas. ad Solin. p. 218. DUK. *pecorum modo* Flor. Cant. Voss. Harl. et Ber. V. infra ad 27, 4, 13. Deinde *deviosque callis* Lovel. 4. Ber. Hafn. Hav. et multae edd. vett. *deviasque callis* Flor. Cant. Voss. a m. 1. Lovel. 5. Harl. Rec. et Hearnii Oxon. Et ita saepius Livius, si Mstis credendum. Infra 31, 42, 8. *Per calles ignotas sequentibus eos hostibus in Aetoliam perduxerunt*. 36, 15, 9. *Ne expediti quidem facile ullas ad transitum calles inveniant*. 38, 2, 10. *Quidam per notas calles breviore via praegressi*. Ita varios codd. illis locis praeferre, ibidem videbimus; idque tanto magis recipiendum puto, quia Nonius loco a Lips. laudato auctor est, Livium sic frequenter loqui. Eodem epitheto *calles* insigniuntur infra 35, 30, 10. *Deviis callibus medio saltu se recipiebant*. ubi etiam *calles* et *saltus* junguntur, quemadmodum quoque 44, 36, 10. *Per calles saltusque Macedonicorum montium vagando circumagatur*. *Calles* autem et *Colles* in Mstis commutari, probabo infra ad 31, 42, 8. Lipsii conjecturam Gruterus in prioribus edd. recepit; quum autem in ultima operarum errore *deviasque colles* datum esset, Dan. Heinsius in Elzevir. iterum *deviosque colles* substituit.

§. 9. *M. Furius recipere a Gallis urbem voluisset*] Furii praenomen *M.* neque ego in ullo meorum codd. neque Hearnius in L. 1. D. et N. invenimus: exsulat etiam ab omnibus edd. usque

Digitized by Google

set: quam vereor, ne, sic cunctantibus nobis, Hannibali ac Poenis toties servaverint majores nostri. 10
sed vir, ac vere Romanus, quo die, dictatorem eum 11
ex auctoritate Patrum jussuque populi dictum, Vejos adlatum est, quum esset satis altum Janiculum, ubi sedens prospectaret hostem, descendit in aequum:

ad Gronov. qui anno 1665. inseruit. Qua vero auctoritate id fecerit, monere omisit. Praeterea *recipere a Gallis voluisset urbem* Lov. 4. et 5. *recipere urbem a Gallis voluisset* omnes, quas vidi, edd. Aldina priores.

Nobis dictator unicus in rebus adflictis quaesitus] Vet. lib. *affectis*. SIG. Pall. tres *in rebus affectis*; neque dissentit aut vetus ed. aut Sigonius. Sic supra c. 8, 3. *In affecto corpore quamvis levis caussa magis, quam valido gravior, sentitur*. Ibidem, *affecta civitas*. 6, 3, 2. *Opem rebus affectis orantes*. ubi vide notas. Infra c. 60, 23. *Affectis fame viribus cum arma sustinere nequirent*. Sic forte infra legendum 25, 37, 19. *Simul aut, si successisset coeptis, recepturum se affectas res*. Nam libri omnes *afflictas res*. GEBH. Non Sigonianus modo, sed et omnes nostri *affectis*. J. FR. GRON. Similiter etiam omnes mei praeter unum Lovel. 4. Suos etiam omnes ita praeferre, Hearne auctor est. Neque dissentiunt edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Livium vero eam vocem hoc sensu saepissime usurpasse, vidimus ad 5, 18, 4. et librarios contra *adfectus* et *adflictus* commutare solitos fuisse, probavi supra ad 6, 3, 2.

§. 11. *Dictatorem eum ex auctoritate Patrum jussuque populi dictum, Vejos allatus est nuncius*] Nusquam τὸ *nuncius* reperimus: quidam etiam clare *adlatum* vel *allatum*, ut et legit Laur. Valla. J. FR. GRON. Primo τὸ *dictum* deficit in Lov. 1. 3. 5. Gaertn. et Hearnii D. atque L. 1. Deinde *Vejos allatus est nuncius* Hav. *Vejos nuncius allatus esset* Ber. *Vejos nuncius allatus est* Hafn. *Velox rumor allatus* Lovel. 3. *Velox allatus* Voss. 1. Lov. 1. 4. Harl. et Gaertn. *velos allatus est*, a manu recentiori addita voce *nuncius*, Flor. *Vejos allatus est* Hearnii Oxon. *Vejos allatum* Lovel. 5. Sed recte *Vejos adlatum est* Gronovius emendavit. Ita saepe *adfertur, adlatum est* simpliciter atque absolute ponuntur. 4, 45, 3. *Novos hostes Lavicanos consilia cum veteribus jungere, Romam est adlatum*. c. 55, 1. *Aequos praedatum extra fines exisse adfertur*. 10, 45, 2. *Rebellasse Etruscos adlatum est*. 22, 54, 7. *Romam ne has quidem reliquias superesse adlatum fuerat*. 23, 13, 1. *Ecquam denique mentionem pacis Romae factam esse adlatum ad vos est*. 24, 1, 6. *Aliam omnem multitudinem in potestate hostium esse adferebant*. c. 12, 5. *Postquam Hannibalem Arpis profectum adlatum est*. 33, 48, 11. *Visum deinde Cercinae eum tandem adlatum est*. et pluribus locis.

Allatum est, quum esset satis alium Janiculum etc.] Vos sic: *Vejos allatum esset S. C. statim venit Janiculum, ubi se-*

Digitized by Google

atque illo ipso die media in urbe, qua nunc busta Gallica sunt, et postero die citra Gabios cecidit Gal-
12 *lorum legiones. Quid? post multos annos, quum ad Furculas Caudinas ab Samnite hoste sub jugum missi sumus, utrum tandem L. Papirius Cursor juga Samnii perlustrando, an Luceriam premendo obsidendoque, et lacessendo victorem hostem, depul-*

dens. quasi *venit Janiculum* possit dici, sicut *venit homo Romam.* Sed nihil ex sententia intelligitis, quam vobis aperiam, *alium* mutato in *altum.* nam *Janiculum* non masculini generis est, sed neutri. Exprobrabant Fabio Maximo, qui cunctaretur, jactantes Camillum; qui, simul ac dictatorem se factum accepit, (quum satis altum esset Janiculum, unde sedens prospectaret hostem Gallum, sicut nunc e montibus Fabius hostem Poenum) non hoc ille fecit, sed in aequum planumque descendit. VALLA. Stabilitur haec Vallae emendatio consensu priscae ed. dissentientibus nostris codd. quorum tamen pr. ac tert. perperam ostendunt *velox allatus cum esset. Satis alium Janiculum ubi sedens.* ut et sec. *Vejos allatum esset senatusconsultum statim Janiculum.* GEBH. *alium Janiculum* etiam Flor. a m. 1. Voss. et Lov. 5. *quum esset satis, alium Janiculum adire* Lovel. 3. *quum esset satis ad Janiculum* Gaertn. Sed recte Valla *satis altum Janiculum.* Saepe enim *alius* et *altus* commutantur. V. ad 37, 16, 7.

Qua nunc busta Gallica sunt, et postero die citra Gabios] *quae nunc busta Gallica* Lov. 1. Flor. Harl. Ber. et Gaertn. *quae nunc Gallica busta* Lovel. 4. et 5. *quae nunc busta Gallorum* Hav. et edd. vett. Male. *qua* est, qua parte. V. ad 5, 37, 7. De bustis Gallicis v. ad 5, 48, 3. Tum *postera die* Lovel. 3. V. ad 1, 12, 1. Deinde *circa Gabios* Hearnii N. V. ad 21, 48, 6.

§. 12. *Ad Furcas Caudinas ab Samnite hoste sub jugum missi sumus*] Pall. tres *ad Furculas Caudinas.* GEBH. Put. Pet. tres Pall. Voss. *Furculas.* J. FR. GRON. Similiter etiam omnes mei, et Hearnii codd. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. supra ad 9, 2, 6. et 25, 6, 10. Hinc *sub jugo missi* Rec. Utrumque dici, vidimus ad 3, 28, 11. Vulgatum itaque, pro quo stant reliqui codd. servari aequum est.

Luceriam premendo obsidendoque, et lacessendo] *prementes obsidendo* Voss. a m. 1. Lov. 3. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii D. L. 1. et N. Quae lectio ferri nequit. Non enim Samnites, quo tempore Papirius adversus eos profectus est, Luceriam premebant, sed eam in potestate habebant. *premens obsidendo* Voss. a m. 2. Lov. 1. et edd. antt. Sed vulgatum, quod reliqui codd. et inter eos optimi, servant, verius puto. Supra 9, 15, 1. *Consilium habitum, omnibusne copiis Luceriam premerent.* Est autem *premere urbem* eam obpugnare, ad deditionem adigere obsidendo. Praeterea *et lacerando* Hearnii D. qui etiam paullo ante

Digitized by Google

sum ab Romanis cervicibus jugum superbo Samniti inposuit? Modo C. Lutatio quae alia res, quam celeritas, victoriam dedit? quod postero die, quam hostem vidit, classem gravem commeatibus, inpeditam suomet ipsam instrumento atque adparatu, obpressit. Stultitia est, sedendo aut votis debellari credere posse. armari copias oportet, deducendas in

omisit voculam *an*, quemadmodum ejusdem L. 1. voculam *utrum*.

§. 13. *Modo consuli Luctatio*] *Lutatio* ex Graecis et Capitolinis tabulis. Malim etiam ita legi, *Modo C. Lutatio*. Sic enim paulo ante dixit *L. Papirius Cursor*, absque nomine magistratus; quem magistratum si nominasset, *C. Lutatio consuli* potius dixisset, ut semper alias. Sic alibi [infra ad 28, 16, 14.] ostendam, *proconsul Scipio*, pro *P. Scipio*, esse mendose. Neque vero in hac re consulatus nomen momentum aliquod ad augendum habet. *C. Lutatium Catulum* intelligit, qui bello Punico primo confecto triumphavit. SIG. Put. *Modo C. Lutatio*. Id est, *Cajo*, non *consuli*. J. FR. GRON. *Modo*, hoc est ante xxv. annos. Gronov. 4. Obs. 18. DUK. *C. Lutatio* etiam Flor. a m. 2. Passim ita errarunt indocti librarii, ut praenominis *Caji* notam *C.* et vocem *Cons.* vel *consul* confunderent. Exempla v. ad 3, 21, 7. 7, 15, 9. hoc lib. c. 39, 6. 29, 24, 5. 30, 19, 7. c. 22, 4. 31, 49, 7. 32, 2, 7. c. 27, 7. 34, 57, 3. et alibi. Similiter commutantur *Cn.* sive *Cnaeus*, et *con.* sive *consul*. V. ad 21, 32, 3. *P.* sive *Publius*, et *Proconsul*. V. ad 28, 16, 14. Quod vero Sigonius nomen honoris nomini proprio *semper* postpositum fuisse innuere videatur, id omnino verum non est. Tot enim passim exempla obcurrunt, unde contrarium patet, ut ea adferre taedio sit. Tuto etiam omitti possunt, quum quisque per se facile ea observare queat. De orthographia vocis *Lutatius* v. ad Epit. Liv. 19.

Inpeditam suo ipsam instrumento atque adparatu obpressit] Cum in V. C. sit *suo et ipsam instrumento*, fortasse legi poterit *suomet ipsam instrumento*. URSIN. Pall. duo, et vet. ed. *suo et ipsam*. sec. vero *impeditam suomet ipsa instrumento*. Probe, modo legas *ipsam*, cujus vocis ultima litera a sequenti absorpta fuerat. GEBH. Alii *suo et ipsam*. unus e Pall. clare *suomet ipsam*. J. FR. GRON. *suo et ipsam* Lov. 1. 3. 5. Gaertn. Ber. Harl. Hav. et edd. usque ad Froben. qui voculam *et* anno 1531. expunxit. *suomet ipso instrumento* Lovel. 4. *suomet ipsam instrumento* Flor. Cant. et Voss. quomodo etiam Latinius legendum conjecit. Paullo ante *qui postero die, quam hostem vidit*, pro *quod postero*, Lov. 4. 5. et Hav. V. ad 3, 58, 7. *quod postero quam hostem vidit* Ber. a m. 1. *quod postero die, quam hostem viderit* Gaertn. V. ad 40, 14, 11.

§. 14. *Votis debellari credere posse*] *debellare hostem credere* Pal. sec. GEBH. *debellari ho-*

Digitized by Google

aequum, ut vir cum viro congrediaris. Audendo atque agendo res Romana crevit, non his segnibus
15 *consiliis, quae timidi cauta vocant.* Haec velut concionanti Minucio circumfundebatur tribunorum equitumque Romanorum multitudo, et ad aures

stem credere Lovel. 4. et 5. *debellare credere posse* Rec.

Armari copias oportet, deducendas in aequum] Put. Voss. et primae edd. *et deducendas.* Lege *et deducenda res in aequum.* Nisi malis, *armes copias oportet, et deducas in aequum.* J. FR. GRON. *et deducendas* etiam Flor. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Ex editoribus autem Aldus locum asterisco notavit, Frobenius vero anno 1531. τὸ *et* primus expunxit. Et forte lectio tot codd. servari potest *oportet armari et deducendas* [*esse*,] ut praesens et futurum jungantur; quod interdum fieri, vidimus ad 4, 33, 4. Ita 27, 5, 14. *Non exspectanda comitia consuli censerent, sed dictatorem dici, et extemplo in provinciam redeundum.* Vel, si ea lectio displicet, minori mutatione legendum *armari copias oportet, et deducas in aequum.* Ut variaverit Livius regimen verbi, *oportet armari et deducas.* V. ad 39, 14, 9. Et haec lectio firmari posset ex eo, quod verba sequentia exhibeant *et vir cum viro congrediaris* Flor. Voss. Gaertn. et Hav. pro quo *et vir cum viro congrediatur* praefert Ber. *congrediatur* etiam est in Brancal. Latinii. Sed male. Nam *vir congrediaris* dictum est eo modo, quo multa alia, quae inlustramus ad 32, 21, 16.

Non his sensibus consiliisve, quae timidi cauta vocant] Bene vetus liber, *non his segnibus consiliis, quae.* LIPS. 2. Epist. Quaest. 14. *segnibus consiliis, quae* est a MSS. Lipsii et Pall. Vulgata prior *non his sensibus consiliisve.* GRUT. Paullo ante Pall. tres *Audendo atque agendo.* GEBH. Omnes nostri *Audendo atque agendo res Romana crevit, non his sensibus consiliisque.* Quod Lipsius dedit, *segnibus consiliis*, etsi verum puto, non inveni nisi in margine Vossiani. J. FR. GRON. Omnes non tantum Hearnii, sed etiam nostri *Audendo atque agendo.* nisi quod *Audendo atque augendo* sit in Flor. et Lovel. 5. sollemni scribarum errore. V. ad 27, 9, 11. Infra hoc lib. c. 53, 7. *Audendum atque agendum, non consultandum in tanto malo esse.* Antea editum fuerat *audendo agendoque.* Deinde *sensibus consiliisque, quae* iidem Hearnii Oxon. et plerique meorum. Sed *sensibus consilii, quae* Lovel. 5. *sensibus consiliis, quae* Flor. et Lovel. 4. *sensibus aliis quae* Cant. Lipsii codici, *segnibus consiliis, quae* legenti, unum e suis secundas facere, testatur Cl. Crevier.

§. 15. *Ad aures quoque militum dicta ferocia volvebantur*] Pal. sec. *evolvebantur.* GEBH. *dicta ferociae volvebantur* Voss. Lov. 3. Harl. Gaertn. et ed. Rom. anni 1472. Neque aliter fuerat in Flor. a m. 1. pro quo postea *dicta ferocia evolvebantur* emendatum est. *dicta ferociter volvebantur* Ber. Hafn. Rec. et Hearnii N. Insuper paullo ante *continu-*

Digitized by Google

quoque militum dicta ferocia volvebantur: ac, si militaris suffragii res esset, haud dubie ferebant, Minucium Fabio duci praelaturos.

XV. Fabius pariter, in suos haud minus quam in hostes intentus, prius ab illis invictum animum

ahti, pro *concionanti*, Flor. et Lovel. 3. *continuati* Lovel. 1. *concionati* Lovel. 5.

Si militaris suffragii res esset, haud dubie ferebant, Minucium Fabio duci praelaturos] Omnes libri *haud dubie non ferebant*. quod non probo. GEBH. Forte *ducem*. 37, 59, 2. *Si imperatorem imperatori, aut Antiochum ducem Annibali conferres*. 28, 41, 4. *Nisi aut Amilcar Annibali dux est praeferendus*. 9, 16, 19. *Quin eum parem destinant animis Magno Alexandro ducem*. J. FR. GRON. *si militaris suffragium res esset* Flor. Cant. Lovel. 3. 4. et Rec. *si militaris suffragium esset res* Lovel. 5. Hav. et Ber. a m. 1. *si militare suffragium res esset* Hafn. *si militaris suffragii esset res* Lovel. 1. Harl. Guertn. et edd. antt. Vulgatum rectum est. Infra hoc lib. c. 53, 7. *Negat consilii rem esse Scipio*.

§. 1. *Fabius pariter in suos haud minus quam in hostes intentus, prius ab aliis invictum animum praestans*] Ut ingenue dicam, quid hoc *ab aliis* referat, haud equidem intelligo. GLAR. Neque ego certe: et, ut anus ad armillum, ad correctionem decurro, ac reseribo, *prius a fabulis invictum*. Sententia quidem ista: sprevisse istum rumores, et, quod ipse Fabius Aemilio praecipit, *adversus famam rumoresque hominum firmum stetisse*. Monemus etiam alibi esse *invictum animum praestat*. *Quamquam enim probe scit*. PH. RUBEN. 2. Elect. 6. Elegans, ita me Deus amet, conjectura Rubenii *prius a fabulis invictum*. Sed poterat etiam abjici praepositio *prius fabulis invictum*. Dictum eo modo, quo Alexandro apud Curtium 9, 2. *Olim, Hercule, fugissemus ex Asia, si nos fabulae debellare potuissent*. GRUT. Pall. tres *Fabius pariter inter suos haud minus, quam in hostes intentus prius ab aliis invictum animum praestat*. GEBHARD. Locus aeger: nam si τὸ *pariter* sanum, non bene additur *haud minus quam*: haec si integra, illud supervacuum est. Aut τὸ *pariter* ab his distinctione separandum, et ad aliam orationem referendum. Quid autem ibi *prius ab aliis*? Phil. Rubenius, *a fabulis*. Fortasse, *Fabius pariter, in suos haud minus quam in hostes intentus, ab utrisque invictum animum praestat*. Sic enim etiam, non *praestans*, omnes scripti codices. J. FR. GRON. Planam orationem parva mutatio faciet, si scribas, *Fabius aeriter in suos haud minus quam in hostes intentus*. Adverbium junctum isti verbo habes in praefat. *Ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum*. Reliqua 44, 36, 3. *Non minore arte ad suos eludendos, quam ad hostes, opus erat consuli*. JAC. GRON. Τὸ *pariter* non quidem necessarium, nec tamen fortasse recidendum judicat Cl. Crevier. neque id magis ipsum obsendebat sequente *haud minus*, quam *potius* vel *magis* sequente com-

Digitized by Google

praestat. quamquam probe scit, non in castris modo suis, sed jam etiam Romae infamem suam cunctationem esse, obstinatus tamen eodem consiliorum
2 tenore aestatis reliquum extraxit: ut Hannibal, destitutus ab spe summopere petiti certaminis, jam hibernis locum circumspectaret: quia ea regio prae-

parativo; quum similes pleonasmi apud optimos scriptores non raro obcurrant. Si cui tamen id ut supervacuum displiceat, ejus loco cum Jac. Gronovio *acriter* legit. Mihi distinctio J. Fr. Gronovii satisfacit. *pariter inter suos* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. Ber. a m. 1. Gaertn. et priscae edd. pro quo jam Mediolan. anno 1505. recte *in suos* substituerunt. V. ad 38, 57, 6. Deinde *prius ab illis* datum est Paris. anno 1573. eamque lectionem recentiores reliqui servarunt: quam etiam Gronov. in priori ed. not. sibi placere testatur, et exponit, nempe suis civibus. Eamdem etiam probat Crevier. Neque ego mutare ausus sum, licet ita in nullo codice invenerim; qui omnes servant *ab aliis*, nisi quod *ab iis* sit in Harl. Rubenii conjecturam probavit Freinshem. ad Curtii 9, 2, 15. Insuper *animum praestat* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N.

Quamquam probe scit] *quamquam qui probe scit* Pal. pr. GEBH. *quam qui probe scit* Voss. Lovel. 1. Harl. et Hav. *quamquam probe sciat* Hearnii N. Illud *enim*, quod Ruben. alibi esse testatur, nusquam inveni. Neque etiam necessarium puto. Est enim ex numero earum particularum, quas passim librarii interponere soliti sunt. V. ad 10, 39, 4.

Sed etiam Romae suam cunctationem infamem esse] Traductis vocabulis omnes Pall. *sed jam etiam Romae infamem suam cunctationem esse.* GEBH. Put. Pall. Voss. *sed jam etiam Romae infamem suam cunctationem esse.* J. FR. GRON. Particulam *jam* agnoscunt, excepto solo Hav. omnes, quos consului, codices, et cum illis Hearnii L. 1. et N. et quidquid est editionum usque ad Gruterum, cujus ultima eam expunxit. Sed male. V. ad 26, 33, 3. Trajectionem autem verborum firmant etiam Msti, quibus utor; nisi quod insuper *infamem cunctationem suam esse* praeferat Ber.

Eodem consiliorum tenore aestatis reliquum extraxit] Et hic trajectis vocibus *tenore eodem consiliorum* legunt Flor. et Cant. *eodem tenore consiliorum* Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *eodem consilio et tenore* edd. principes usque ad Ascensianam anni 1513. Deinde *aestimantis reliquo extraxit* Cant. et Voss. in contextu. *existimandi reliqua extrahit* Lovel. 3. *aestatis reliquam* Ber. *aestatis reliqua* Hav. Male. 27, 20, 2. *Reliquum aestatis recipiendis in fidem Hispaniae populis absumsit.* (* 34, 22, 3.) Ita *reliquum noctis* 2, 64, 11. *reliquum diei* 3, 62, 5. et 25, 38, 23. *reliquum anni* 3, 72, 7. et 30, 24, 4. *reliquum tempestatis* 30, 39, 2. et similia passim. (* *reliquum belli* 33, 2, 9.)

§. 2. *Destitutus ab spe sum-*

Digitized by Google

sentis erat copiae, non perpetuae, arbusta vineaeque, et consita omnia magis amoenis, quam necessariis fructibus. Haec per exploratores relata Fa- 3
bio. Quum satis sciret, per easdem angustias, quibus intraverat Falernum agrum, rediturum, Calliculam montem et Casilinum occupat modicis praesi-

ma appetiti certaminis, jam hibernis locum circumspectaret] *ab re summa oppetiti certaminis jam hibernis locum spectaret* Pall. GEBH. Falsum: nam dum Fabius imperator ad exercitum fuit, spem certaminis vix ullam Poenus habuit. Pall. et Voss. *oppetiti*. Put. *ab spe summoppetiti*. Significat *ab spe summopere petiti*. J. FR. GRON. *ab spe summa oppetiti* Flor. a m. 1. Lovel. 1. 4. Harl. et Gaertn. *ab spe appetiti* ed. Rom. 1472. et Parm. Reliquae, quas vidi, vulgatum praeferunt. Gronovii conjecturam verissimam esse puto. Deinde *locum spectaret* Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hafn. Hav. Hearnii N. et editi ante Aldum. Verum primas syllabas ultimae vocis *circumspectaret*, sive *ccumspectaret*, intercepit ultima praecedentis. *locum inspectaret* legit Ber.

Et consita omnia magis amoenis, quam necessariis fructibus] Abest a veteri *magis*. optime. LIPS. 5. Epist. Quaest. 23. Pall. tres *magis* defensitant; ex quibus primus *et consiliata omnia*. tert. *et conciliata*. GEBHARD. *magis* abesse potest sine damno sensus. V. ad Livii 27, 20, 9. Hic tamen omnes codd. id defendunt. *magis omnia* legit Gaertn. Praeterea *consilia*, pro *consita*, Flor. et Cant. *consiliata*, cum ed. Ven. anni 1495. ac paucis aliis, Voss. et Hearnii N. quorum tamen codicum prior, tribus literis expunctis, *consita* praefert a in. 2. alter id in margine adscriptum servat. *consimilia* Lovel. 5. *vatilata* Gaertner. *conciliata* Lovel. 3. Rec. Hearnii D. et reliqui typis descripti ante Moguntinos. *conferta* Hearnii L. 1.

§. 3 *Haec per exploratores relata fama Fabio*] Vox *fama* extorris est bonis libris, et additamentum haud dubie correctorum. Scribe *Haec per exploratores res relata Fabio. Quum satis sciret, per easdem angustias*. Perinde est, quasi dixisset, *Qui quum satis sciret*. Solere autem Livium compendifacere id pronomen cum aliunde, tum ex principio operae nostrae [ad 1, 1, 11.] meministi. 23, [7, 7.] *Haec* (*neque enim occulte gerebantur*) *quum relata Hannibali essent*. J. FR. GRON. Lectio, quae in capite adnotationis Gronovianae extat, visitur in ed. Curion. et paucis aliis. Vox *fama* non adparet etiam in Flor. Sed *Hac per exploratores relata fama Fabio* legunt Lovel. 4. et Ber. quomodo vulgo in reliquis excusis editum fuit usque ad Gronovium, qui inde in prima ed. not. conjiciebat *Hoc per exploratores relato. Fabius quum satis sciret*. Cui refellendo inserviunt, quae de omisso pronomine in curis secundis notavit. In altera ejusdem Gronovii conjectura aures offendit ter repetita syllaba *exploratores res res relata*. Veriorem pu-

Digitized by Google

4 diis: quae urbs, Vulturno flumine diremta, Falernum ac Campanum agros dividit: ipse jugis iisdem exercitum reducit, misso exploratum cum quadrin-
5 gentis equitibus sociorum L. Hostilio Mancino: qui ex turba juvenum audientium saepe ferociter concionantem magistrum equitum, progressus primo exploratoris modo, ut ex tuto specularetur hostem, ubi vagos passim per vicos Numidas vidit, per occa-
6 sionem etiam paucos occidit: extemplo occupatus

to optimorum codd. lectionem *Haec per exploratores relata Fubio. Quum satis sciret.*

Calliculam montem et Casilinum occupat] *Balichanum montem* Hearnii L. 1. *Gallicanum montem* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii N. D. et edd. antt. *Gallicum montem* Voss. in marg. *Calicanum montem* Rec. *Calliculam montem* primus Froben. anno 1535. substituit. De hoc monte v. Cluver. 4. Ital. ant. 5, 1172. et Camill. Peregr. Campan. Felic. diss. 2, 32.

§. 4. *Falernum a Campano agro dividit*] Put. Petav. melior *Campanum*. Scribe *Falernum ac Campanum agros dividit.* Ut etiam Alb. Rubenio visum. J. FR. GRON. *a Falerno a Campanum agro dividitur* Flor. a m. 1. *a Falerno ac Campano agro dividitur* a m. 2. *dividitur* etiam Cant. Reliqui codd. vulgatum servant, nisi quod *dividit agro* praefert Ber. Gronovius ipse in prima ed. notarum legendum conjicit *Falernum ac Campanum agrum dividit.* Mox *cum ccc^tis equitibus* Ber. et Hafn. Deinde *Mancinio* Flor. et Harl.

§. 5. *Juvenum audientium saepe ferociter concionantem magistrum equitum*] *juvenum audientiumque* Lov. 3. Deindè perperam Puteaneum hic *magistratum equitum* praeferre, auctor est Gronov. infra ad 24, 25, 2. quem errorem alii librarii interdum alibi commiserunt. V. supra ad 6, 28, 4. et dicto l. 24, 25, 2. Mox *exploraretur* Voss. Lovel. 1. Ber. et Hafn. *explorarет* Lovel. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. et editi usque ad Aldum, qui, consentiente Flor. aliisque, substituit *specularetur*, ex cujus expositione alterum natum est; nisi sit ex praecedenti *exploratoris.*

Ubi vagos passim per vicos Numidas vidit] Deest vox ultima Put. Petav. utroque, Reg. Men. immo et editis ante Moguntinum. Nec profecto desideratur: sensus enim: ubi non modo hoc fecit, cujus ergo missus erat, ut specularetur hostem ex tuto, sed etiam paucos, per vicos passim vagantes, Numidas per occasionem occidit. J. FR. GRON. *Tò vidit* exsulat etiam a Flor. Voss. Lovel. 1. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quod licet non desiderari judicet Gronovius, quomodo tamen commode deesse possit, non video. Praeterea *per vices* Lovel. 4. *per vias* editi ante Aldum.

Digitized by Google

certamine est animus, excideruntque praecepta dictatoris; qui, quantum tuto posset, progressum prius recipere sese jusserat, quam in conspectum hostium veniret. Numidae, alii atque alii obcursantes refugientesque, ad castra prope ipsum cum fatigatione equorum atque hominum pertraxere. inde Karthalo, penes quem summa equestris imperii erat, concitatis equis invectus, quum prius, quam ad conjectum teli veniret, avertisset hostem, quinque

7

8

§. 6. *Exciderunt que praecepta dictatoris*] Male Pal. pr. *exciderant*. Sic in Propertio legendum monui 4. eleg. 7, 15.

Jamne tibi exciderunt vigilacis furta Suburae.

Tert. sine copula *exciderunt praecepta dictatoris*. GEBH.

Qui, quam tuto posset, progressum prius recipere sese jusserat] Pal. pr. *qui quantum tute posset progressu prius recipere*. tert. *qui quantum tuto progressu prius recipere se jusserat*. sec. tantum mutat *quam* in *quantum*. GEBH. Legendum arbitror *qua tuto posset*. Rectius vetusta ed. Joh. Andreae, *quantum tuto*. FREINSH. ad Curtii 9, 10, 3. Put. *quem*. Sed tres Pall. et Voss. *quantum*, ut conjiceret quivis. J. FR. GRON. Frustra Freinsh. *qua tuto posset*. DUK. *quantum tuto posset* Lovel. 1. 4. 5. Gaertn. Harl. Hav. omnes Hearnii Oxon. et editi ante Aldum, qui *quam* male substituit. Non tam enim tutissime, sed longissime, verum tuto simul, progredi jussus erat. *quantum posset*, omissa voce media, male Brancal. Latinii. Praeterea male etiam *progressu* Voss. Lov. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Brancal. Latinii. Mox *in conspectu hostium veniret* Voss. Lovel. 1. 3. Harl. Ber. et Gaertn. V. ad 35, 27, 4.

§. 7. *Ad castra prope ipsum* etc. *pertraxere*] Probo, quod reperi in Pall. pr. ac tert. *pertrahere*. GEBH. Non aliter etiam praeferunt Flor. Lov. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Eamdem lectionem sibi quoque obviam fuisse in Put. Pet. Reg. et Men. testatur Gronov. supra ad 6, 27, 10. Paullo ante *obcursantes fugientesque*, pro *refugientesque*, erat in Lovel. 5. Male. Infra 35, 11, 10. *Numidae adequitare, dein refugere, sed propius saltum paullatim evehi*.

§. 8. *Quum prius, quam ad conjectum teli veniret, avertisset hostem*] *ad jactum teli veniret, advertisset hostis* Pal. sec. GEBH. *quum invectum teli veniret* Flor. 8 m. 1. *quam ad jactum teli* a m. 2. Utrumque Livio in usu est, *conjectus teli*, et *jactus teli*. De priori v. ad 2, 31, 6. de altero ad 26, 40, 10. Quum autem ex reliquis Mstis nihil notetur, optimi codicis interpolatori credere periculosum puto. Vox *teli* deficit in Cant. *adveniret* praeferunt Lovel. 4. 5. et Hearnii L. 1. Deinde *avertisset hostis* Flor. *avertisset hostes* Cant. In praecedentibus scripsi *Karthalo*, pro *Car-*

Digitized by Google

millia ferme continenti cursu secutus est fugientes.
9 Mancinus, postquam nec hostem desistere sequi, nec spem vidit effugiendi esse, cohortatus suos in
10 proelium rediit, omni parte virium inpar. Itaque ipse, et delecti equitum, circumventi occiduntur. ceteri effuso rursus cursu Cales primum, inde pro-
11 pe inviis callibus ad dictatorem perfugerunt. Eo forte die Minucius se conjunxerat Fabio, missus ad firmandum praesidio saltum, qui super Tarracinam, in

talo, non tantum hoc loco, sed etiam infra 25, 17, 7. Certe *Carthalo* editur, infra hoc libro c. 58, 7. neque aliter plerique codd. scribunt 27, 16, 5. ubi vide. Tum vox *invectus* omittitur in Ber. In sequentibus vero inversis vocabulis *quinque ferme millia* Flor.

§. 9. *Mancinus, postquam nec hostem desistere sequi, nec spem vidit effugiendi esse*] *Mancinius* Harl. V. ad §. 4. Deinde *fugiendi* Hearnii D. N. a m. 1. et edd. ante Aldum.

§. 10. *Itaque ipse et delecti equitum circumventi occiduntur*] Livius solet dicere *Itaque et ipse et delecti*. J. FR. GRON. *delecti equites* Lovel. 3.

Cales primum, inde prope inviis callibus ad dictatorem perfugerunt] *profugerunt* Voss. Ber. et Gaertn. V. ad 37, 57, 2. *confugerunt* Hearnii D. *refugerunt* edd. ante Aldum.

§. 11. *Missus ad firmandum praesidio saltum, qui super Tarracinam*] *ad firmandam praesidium saltus* Voss. et Lovel. 1. *ad firmandum praesidium saltum* Cant. *ad firmandum saltum praesidium* Gaertn. *ad firmandum praesidium in saltum* Hearnii N. *ad firmandum praesidii saltum* ejusdem L. 1. *ad firmandum praesidiis saltum* Lovel. 4. 5. Hinc *supra Tarracinam* Lovel. 5. V. ad 23, 36, 6. *sub Tarracinam* Ber. *super Taracinam* Lovel. 4. *super Terracinam* Harl. Hav. et Hearnii L. 1. *super Teracinam* ejusdem Hearnii D. V. ad 4, 59, 4.

Ne inmunito Appiae limite Poenus pervenire in agrum Romanum posset] Est novitium. Put. *nae udminuisse Poenus Appiae limite*. Nec differunt antiquiores alii. Scribe: *ne ab Sinuessa Poenus Appiae limite pervenire in agrum Romanum posset*. Sinuessanum agrum circumcirca tenebat Poenus. Ideo imperius [c. 14, 3.] *hostesque sub oculis erant, Falernum agrum colonorumque Sinuessae tecta urentes*. Illustrat Strabo l. 5, [233.] Ἑξῆς δ' ἑκατὸν σταδίοις τῷ Κιρκαίῳ Ταρακίνη ἐστί. Ἐνταῦθα δὲ συνάπτεται τῇ θαλάττῃ πρῶτον ἡ Ἀππία ὁδός, ἐρρωμένη μὲν ἀπὸ τῆς Ῥώμης μέχρι Βρεντησίου, πλεῖστον δ' ὁδευομένη τῶν ἐπὶ θαλάττῃ πόλεων τούτων ἐφαπτομένων μόνον, τῆς τε Ταρακίνης, καὶ τῶν ἐφεξῆς Φορ-

Digitized by Google

in artas coactus fauces, inminet mari, ne inmunito Appiae limite Poenus pervenire in agrum Romanum posset. Conjunctis exercitibus dictator ac magister equitum castra in viam deferunt, qua Hannibal ducturus erat. duo inde millia hostes aberant. 12

XVI. Postero die Poeni, quod viae inter bina 1
castra erat, agmine complevere. Quum Romani sub 2
ipso constitissent vallo, haud dubie aequiore loco, successit tamen Poenus cum expeditis equitibus, atque ad lacessendum hostem carptim et procursando

μίων, καὶ Μιντούρνης καὶ Σινουέσσης, καὶ τῶν ἐσχάτων Τάραντός τε καὶ Βρεντησίου. Et infra: ἡ μὲν Ἀππία τὰ πρὸς Ἀλλατταν ἐφορίζουσα μέρη τῆς Λατίνης μέχρι Σινουέσσης. J. FR. GRON. *ne adminuisse Poenus Appiae limite pervenire* etiam Flor. et Cantabr. Reliqui codd. nihil mutant, nisi quod *ne immutato Appiae limite pervenire* sit in Lovel. 1. *ne immunito Arpino limite Poenus pervenire* in Lovel. 3. *ne in munito Appiae limite Poenus pervenire* Hav. et Hearnii L. 1. *ne admunito* ejusdem N. *ne inmiavico* in margine. Si non vera, certe verisimillima est sagacissimi Gronovii conjectura.

§. 12. *Castra in viam deferunt*] Pal. sec. exhibet *castra in via differunt*. Malc. Infra c. 24, 2. *Castra, quae in monte alto ac tuto loco posita fuerant, jam in planum deferuntur.* GEBH. *in viam defecerunt* Cant. Pariter *deferre aedes in planum* dixit supra 1, 7, 11. Vox *castra* deest in Lovel. 3.

§. 1. *Quod viae inter bina castra erat, agmine complevere*] *quot viae inter bina castra erant* Lovel. 3. *quot viae* etiam Hafn. et Gaertn. V. ad 44, 1, 1. Vox *erat* non adparet in Hav. ut nec sequens *agmine* in Ber. *cum agmine complevere* legit Lov. 1.

§. 2. *Cum expeditis equitibus, atque ad lacessendum hostem raptim et procursando*] Vet. lib. *cum expeditis equitibus ad lacessendum hostem carptim.* ut sit sensus: Poenus cum equitibus ad lacessendum carptim hostem paratis successit. Itaque procursando recipiendoque sese pugnarunt. SIG. Pal. pr. ac tert. *cum expeditis equitibus* (tert. *militibus*) *atque ad lacessendum hostem captim et procurando* (tert. *procurendo*) etc. sec. *successit tamen Poenus cum expeditis equitibus usque ad lacessendum hostem carptim, Poeni et procurrendo* etc. GEBH. Put. et Pet. melior *captim Poeni et procurando.* Voss. *captim ex procurando.* Duo Pall. *captim et procurando:* ex quibus alter *procurrendo.* Pet. alter, Reg. tertius Pall. *carptim Poeni et procurando.* 44, [41, 7.] *Si carptim aggrediendo circumagere immobilem longitudine et gravitate hastam cogas.* Aliud latet. Scribe, *atque ad lacessendum ho-*

Digitized by Google

3 recipiendoque sese pugnavere. restitit suo loco Romana acies. lenta pugna et ex dictatoris magis, quam Hannibalis, fuit voluntate. ducenti ab Romanis, octingenti hostium cecidere. Inclusus inde vi-
4

stem capti impetus, et procurrendo recipiendoque sese pugnavere. Ut supra c. 5. Nusquam reperi Sigonii *equitibus ad lacessendum hostem carptim.* J. FR. GRON. Neque id ego usquam reperi. *cum expeditis equitibusque ad lacessendum* Flor. *cum expeditis equitibusque atque ad lacessendum* veteres libri apud Salmas. de Milit. Rom. c. 17. p. 1410. quam lectionem probat, et *expeditos* accipit peditis levium armorum. *Expediti* simpliciter, non addito nomine, ut infra 38, 4, 8. *Cum mille expeditis Eupolemus Ambraciam profectus.* (*34, 28, 3.) Junguntur autem *expediti milites* et *equites* infra 30, 9, 1. *Laelium Masinissamque cum omni Romano et Numidico equitatu expeditisque militum mittit.* (37, 18, 8.) et apud Caesar. 3. B. Civ. 75. *Huic suos Caesar equites obposuit, expeditosque antesignanos admiscuit sexcentos.* Quum tamen procursando recipiendoque sese milites Hannibalis pugnaverint, idque magis equitibus, quam peditibus, convenire videatur, vulgatum non mutandum puto. Et certe *expediti equites* memorantur infra hoc lib. c. 55, 4. *Censuit equites expeditos et Appia et Latina via mittendos.* Nec probanda est Rec. et Gaertn. lectio *expeditis militibus.* Saepius enim librarii has voces commiscuerunt. V. ad 10, 29, 10. Deinde *captim et procursando recipiendoque* Lovel. 1. *captim ex procursando recipiendo* Ber. a m. 1. *carptim procurrendo recipiendoque* a m. 2. quod etiam exstat in Hearnii N. *captim et procurando recipiendoque* Harl. *raptim et procurando recipiendoque* Hafn. *raptim procurando recipiendoque* Hearnii L. 1. *carptim et procurrendo recipiendoque* Lovel. 3. et Gaertn. *raptim et procurrendo recipiendoque* Lovel. 4. 5. et Hav. *carptim Poeni et procursando recipiendoque* Flor. Gronovii conjectura haud displicet, nisi quod *procursando* retineri malim. *procurrendo* enim non nisi in pauctioribus, iisque levioris fidei codd. supereft. Heliqui partim servant *procursando*, ex cujus, utpote minus obvii, expositione alterum illud natum eft, partim legunt *procurando*, unde minori mutatione fieri poteft *procursando*, quam *procurrendo.* Livius autem *procursare* etiam alibi utitur. Infra 27, 2, 11. *Per aliquot dies quum ab stationibus procursaretur.* 42, 65, 8. *Ubi ordines procursando solvissent.* Sed maxime huc facit locus ex 3, 61, 13. *Latrocinii modò procursantes pauci recurrentesque.* ubi male Sigonii codicem *recursantesque* legere, quasi id requireret praecedens *procursantes*, ex hoc loco patet. Ceterum *pugnare*, pro *pugnavere*, Lovel. 3.

§. 3. *Ducenti ab Romanis, octingenti hostium cecidere*] Haec verba desunt in Voss. Lovel. 1. 3. 5, Hav. Hafn. Hearnii L. 1. et edd. vetustioribus. *septingenti hostium* eft in Rec. *DCC^ti*, vel *VII^c hostium* in Ber. Gaertner. Hearnii N. et ed. Mogunt. quae prima haec verba in con-

Digitized by Google

deri Hannibal, via ad Casilinum obsessa: quum Capua et Samnium, et tantum ab tergo divitum sociórum Romanis commeatus subveheret; Poenus contra inter Formiana saxa ac Literni arenas stagna-

textum recepit, pro quo *DCCC* est apud Aldum.

§. 4. *Inclusus inde videri Hannibal, et ad Casilinum obsessus*] Pal. pr. *Inde inclusus videri Annibal, ut ad Casilinum obsessa cum Capuam* etc. sec. *ut ad Casilinum obseptum iter vidit.* tert. *ut ad Casilinum obsessa ut Capuam* etc. corrupte. GEBH. Put. *uiad Casilinum obsessa.* Unde alii quoque boni *ut ad Casilinum obsessa.* Repone *via ad Casilinum obsessa.* Nam sequitur mox: *quum per Casilinum evadere non posset, petendique montes.* Ita Put. et quidquid tractavimus scriptorum, praeter Men. Voss. et Pall. unum, in quibus *petendumque*, quod e suo proposuit Lipsius. J. FR. GRON. Dubito, oportuerit-ne scripturae codicis Puteanaei *uiad Cas.* litera interjici, et sic reponi [*via ad Cas.*] an verius deleto *τῷ d* scribi *via Casilinum;* quod genus loquendi saepe corruptum, amatum tamen doctissimis veterum, et Livio etiam. Hoc lib. cap. ult. *Romam adventus.* ubi vide. 32, 15, 6. *Iter a Gomphis Ambraciam.* 42, 63, 5. *Operibus oppugnatio.* JAC. GRON. *Inde inclusus videri Hannibal* Voss. Lovel. 1. Harl. Ber. et Hav. *Inde inclusus Hannibal videri* Lov. 3. et Gaertner. Tum *et ad Casilinum obsessa* Lov. 3. *ut Casilinum obsessa* Voss. *ad Casilinum obsessa* in margine. *ut ad Casilinum obsessi* Gaertn. *ut ad Casilinum obsessus* Ber. et Hav, *ut ad Casilinum obsessa* Flor. Cant. Lovel. 1. 4. 5. Harl. et Hearnii L. 1. D. et N. a m. 1. *ut ad Casilinum obsessa via* a m. 2. quae omnia persuadent, ut *via ad Casilinum* cum patre Gronovio verius putem, quam, quod Cl. Jac. Gronovio placebat, *via Casilinum:* licet tamen posterius illud genus loquendi elegans et alibi a Livio usurpatum esse confitear.

Romanis commeatus subveheret] *subveherent* Voss. quod admitti posset, si plures codd. consentirent. Paullo ante *et Samnium ab tergo et tantum divitum sociorum* Ber.

Poenus contra intra fortunae minas saxa ac Linterni harenas stagnaque perhorrida situ] Quod *saxa Linterni* dicas, ratione caret: palustri enim loco est id oppidum. Inde igitur *Formiana saxa* verior sit lectio, ut legatur *inter Formiana saxa et Literni arenas.* Nam non procul inde Formiae sunt: et Praeneste inde procul est, ubi Fortuna colebatur. Caeterum saxa montium, arenae, et stagna non sunt *Fortunae minae*, sed *Naturae.* SABELL. Vet. lib. et Graeci *Literni.* SIG. Pall. tres, *Poenus hinc inter fortunae minas saxa ac Liternae arenas.* GEBH. *Poenis tunc inter Fortunae minas saxa ac Liternae arenas* Flor. *Poenus tunc inter Fortunae minas saxa ac Liternae arenas* Lovel. 3. Gaertn. et Hearnii N. et L. 1. *Poenus tunc contra Fortunae minas saxa a Liternae arenas* Lovel. 4. *Poenus inter Fortunae minas saxa ac Linternae arenas* Harl. *Poenus tunc intra Fortunae minas*

Digitized by Google

5 que perhorrida situ hibernaturus esset. Nec Hannibalem fefellit, suis se artibus peti. itaque, quum per Casilinum evadere non posset, petendique montes et jugum Calliculae superandum esset, necubi Romanus inclusum vallibus agmen adgrederetur;
6 ludibrium oculorum, specie terribile, ad frustrandum hostem commentus, principio noctis furtim succedere ad montes statuit. Fallacis consilii talis
7 adparatus fuit. Faces undique ex agris conlectae, fascesque virgarum, atque arida sarmenta praeli-

saxa ac Licternae arenas Lov. 1. 3. Voss. et Ber. a m. 2. *Poenus contra intra Fortunae minas saxa ac Linterni arenas* Cant. et Ber. a m. 1. neque inde differunt Hafn. et Hav. nisi quod prior omittat vocem *saxa*, posterior legat *Liturnae*. Sabellicum recte hunc locum integritati restituisse arbitror. *inter* igitur, pro *intra*, ut adhuc editum est, recepi, tot codd. consentientibus; quod et ex ingenio reponendum vidit Cl. Crevier. Ceterum semper *Liternum* scribendum, ac demum posterioris aevi grammaticos exscriptoresque nomen hujus oppidi apud plerosque auctores Latinos in *Linternum* conrupisse, quasi nomen a *lintribus* deduceretur, docuit Cluver. 4. Ital. ant. 2, 1097. V. etiam Sigonium ad 23, 35, 5. et Nic. Heinsium ad Silii 6, 654. Hanc orthographiam quum viri docti in sequentibus Livii libris probarint, eamdem etiam hic recepi. Deinde *stagnaque per loca horrida situ* Ber. invitis omnibus reliquis. Mox *hibernaturus erat* Lovel. 2.

§. 5. *Petendique montes et jugum Calliculae superandum esset*] Scriptus liber *petendumque montes*. et id mea fide germanum esto. Simile illi [Virg. 11. Aen. 230.]

— — *pacem Trojano ab rege petendum.*

et exempla in Lucretio, Varrone, et crebro in Tertulliano obvia. LIPS. 3. Epist. quaest. 1. Succinit Lipsio Pal. pr. neque aliter vet. ed. Sed Pal. tert. *petendoque monte*. GEBH. Ex meis etiam Lipsio favent Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. praeterea Hearnii L. 1. et priscae edd. usque ad Mediol. anni 1505. quae *petendique montes* praefert, concinentibus Flor. et Cant. Eamdem lectionem in Putean. superesse monet, atque alteri praefert Gronov. ad §. praec. et recte. Quamvis enim proba sit locutio *petendum montes*, et apud optimos scriptores saepissime obcurrat; eam tamen etiam Livio in usu fuisse, nondum constat. V. ad 6, 35, 2. Deinde *jugum Gallicum* Voss. et Lovel. 1. *jugum Galliculum* Lovel. 3. *jugum Galliculae* Ber. et Harl. *jugum Catticulis* Hav. *jugum Caligulae* Gaertner. V. ad c. 15, 3.

§. 6. *Ludibrium oculorum, specie terribile, ad frustrandum*

Digitized by Google

gantur cornibus boum, quos domitos indomitosque multos inter ceteram agreſtem praedam agebat. ad 8
duo millia ferme boum effecta: Hasdrubalique negotium datum, ut primis tenebris noctis id armentum accensis cornibus ad montes ageret; maxime, si poſſet, super saltus ab hoſte inseſſos.

XVII. Primis tenebris silentio mota caſtra; bo- 1
ves aliquanto ante signa acti. ubi ad radices mon- 2
tium viasque anguſtas ventum eſt, signum extemplo datur, ut accensis cornibus armenta in adver-

hostem commentus] *speciem terribilem* Flor. Voſſ. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. et Hafn. Tres priores voces deerant in Gaertn.

§. 7. *Arida sarmenta praeligantur cornibus boum*] Pal. pr. *postliganturque*. sec. *perligavit*. GEBH. *aridisarmentis* Flor. Tum *praeligantque* Voſſ. *praeliganturque* Flor. *colligantur* Hav. *deligare* in hac hiſtoria utitur Quinctil. 2. Inſt. Orat. 17. *adligare* Auct. Epit. hoc lib. *religare* Silius Ital. 7, 314. ubi *sarmenta*, qua etiam voce Silius usus eſt, proprie de ramis vitium usurpari, eoque sensu accipi poſſe dixi, quia Hannibal agebat in Campania, ubi plurima erant vineta. Addidi insuper, eamdem vocem etiam de aliarum arborum ramis adhiberi, quo sensu potius nunc capio propter Polyb. 3, 93. qui memorat λαμπάδας ἐκ τῆς ξηρᾶς καὶ παντοδαπῆς ὕλης.

§. 8. *Super saltus ab hoste insessos*] Vet. lib. *super saltu ab hoste insesso*. Recte. Nam paulo ante dixit [c. 15, 11.] *Minucius se conjunxerat Fabio ad firmandum praesidio saltum*. Item [c. 17, 4.] *Qui ad transitus saltus insidendos locati erant*. Saltum vocat Polybius [3, 93.] τὰ στενὰ, id eſt, *angustias*. SIG. Pall. duo *super saltu ab hoste insesso*. quod Sigonius apprime probat. Sed non Grammaticis conveniet; quippe dixiſſet Livius *super saltum ab hoste insessum*. Pal. sec. *super saltus ab hostibus insessos*. Mox cap. seq. *Ut accensis cornibus armenta in adversos concitentur montes* numero multitudinis dixit. GEBH. *super saltus ab hoste insesso* eſt in Harl. Gaertn. et Hearnii D. errore ex ignorantia librariorum orto, cujus cauſſam v. ad 6, 3, 8. In similes codd. mendose exaratos incidentes nasutiores scribae dederunt *super saltu ab hoste insesso*; quae lectio non tantum exſtitit in Sigonii vet. lib. sed etiam in Hafn. et Rec. At recte vulgatum praefert Gebhardus, quod etiam reliqui codd. et inter eos optimi tuentur. Insuper *ab hostes* eſt in Flor. quod recenti manu mutatum eſt in *ab hostibus*. Paullo ante *Hannibalique* Cant. Sed Polyb. etiam Ἀσδρούβαν vocat 3, 93.

§. 2. *Signum extemplo datur, ut accensis cornibus armenta in adversos concitentur montes*]

Digitized by Google

sos concitentur montes. et metus ipse relucentis flammae ex capite, calorque, jam ad vivum, ad imaque cornuum adveniens, velut stimulatos furo-
3 re agebat boves. quo repente discursu, haud secus quam silvis montibusque accensis, omnia circum virgulta ardere: capitumque irrita quassatio, exci-

datum, ut accensis cornibus armentum in adversos concitaretur montes Lovel. 3. *datum* etiam Harl. *armenta aut id in adversos* Flor. Paullo ante *τὸ est* exsulat a Lovel. 1.

Calorque, jam ad vivum, ad imaque cornuum adveniens] Pall. tres *ad vivum diu ad imaque.* GEBH. Omnes veteres *ad vivum divatimaque.* An, *ad vivum citimaque?* J. FR. GRON. Ex *divatimaque* in tres voces diviso *diu ad imaque* datum est in Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 4. Harl. aliisque pluribus meis, ut et Oxon. Hearnii, nisi quod in N. *diu* a manu altera deleatur. Inde tamen neque cum Gronovio *ad vivum citimaque*, vel, ut in prima ed. notarum conjiciebat, *ad vivum extimaque*, neque cum Doujatio *ad vivum intimaque* scribendum conjicio, sed potius lectionem illam hinc ortam arbitror, quod librarii duplicem scripturam *vivum* et *viva* in exemplari notatam invenerint, eamque hoc modo junxerint *ad vivum viva ad imaque.* Vulgatum itaque verum, nihilque mutandum puto. Vocula *jam* deficit in Ber. et Hafn.

§. 3. *Omnia circum virgulta ardere: carptim quaerit atque ratio excitans flammam*] Vos sic emendatis *ardere coeperunt, excitataque flamma:* in quo Grammaticae ratio non constat. Ego accipio *ardere* pro ardebant: ut intelligatis, mihi, non vobis, hoc genus sermonis notius. Emendoque sequentia *capitumque inquietatio excitans flammam.* Erant enim boves, quorum capita alligatae cornibus faces dolore fatigabant. VALLA. Haec omnia sunt in Pall. pr. ac tert. foede corrupta, *omnia circum virgulta ardere captum. querit aquae ratio excitans flammam.* sec. *omnia circum virgulta ardere coeperunt. excitataque flamma.* Prisca ed. *omnia circum virgulta ardore carptim correpta. quae concitatio excitans flammam.* GEBH. Petav. melior, et optimus Florentinus *captumquaeritaquaeratio.* Putean. *captumque rita quaesatio.* Caeterorum lectiones adscribere piget: nihil est enim monstrosius. Ex illa autem antiqua scriptura nihil exit commodius, quam *capitumque irrita quassatio.* Dum nempe frustra excutere ignem moliuntur. Silius in eadem parte historiae [7, 353.] *et quassantibus aegra Armentis capita.* Livius 8, [7, 10.] *Quum equus prioribus pedibus erectus magna vi caput quateret.* Plinius 8, 18. *Irrita feritas saevit in litore.* J. FR. GRONOV. Nisi nullo addito apice praetuleris *capitumque cita quassatio.* ut 33, 48, 1. *Via cita.* 26, 15, 8. *Eques citus.* JAC. GRON. *carptim correpta. quae ratio* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *captum quaesitaque ratio* Cant. *captumque sitaque ratio* Flor. a m. 2. (quam enim Gronov. pro-

Digitized by Google

tans flammam, hominum passim discurrentium speciem praebebat. Qui ad transitum saltus insidendum locati erant, ubi in summis montibus ac super se quosdam ignes conspexerunt, circumventos se esse rati, praesidio excessere; qua minime densae micabant flammae, velut tutissimum iter, petentes 4

sert, primigenia lectio est) *captum quaeritant quae ratio* Lov. 1. *ceptaque itaque vexatio* Lov. 3. *coeptum quaesitaque ratio* Lovel. 4. quae lectiones (reliquas enim longius aberrantes referre nihil adtinet) proxime accedunt ad eam, quam Cl. Jac. Gronovius ex Putean. vestigiis eruit. An tamen ea vera sit, in tanta scripturae varietate adfirmare non sustineo: quin mentem vero Livii exprimat, non dubito. Ceterum Ant. Perizon. ad marginem Livii notarat, forte Livium scripsisse *omnia circum virgulta ardere visa*. Praeterea *excitans flammas* Harl. qui etiam mox vocem *passim* non agnoscit.

§. 4. *Qui ad transitus saltus insidendos locati erant*] Put. *ad transitum s. insidendum*. J. FR. GRON. *ad transitum saltus insidendos* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. Harl. et Gaertn. errore scribarum, qui *saltus* casu quarto numero plurium capiebant, eique vocem proximam convenire debere putabant. V. ad 6, 3, 8. quod quum alii ferri non posse viderent, *ad transitum saltusque insidendos* datum est in Lov. 3. vel *ad transitus saltus insidendos*, ut praefert vulgata, concinentibus Lovel. 5. Hav. et, praeter plures alios, Ber. a m. 2. qui vocem *insidendum* ignorabat a m. 1. *ad transitum saltus insidentes* legit Hafn. *ad transitum saltus insidendum* Hearnii L. 1. Doujatius vulgatum praefert, quia plures haud dubie potuerunt ejusdem *saltus* esse *transitus*; neque in longo montium tractu, qualis hic, unus tantum esse aditus aut transitus solet. Me tamen potius integerrimi cod. auctoritas movet. Mox *in summis montium*, pro *montibus*, Lov. 4. quod ad sequentium verborum exemplum formatum puto, ubi est *summa montium juga*.

Circumventos se esse rati] *se rati esse* Lovel. 5. *To esse* exsulat ab Hearnii N.

Qua ingens emicabat flamma] Scilicet, si Herculem Oetaeum agere vellent. Omnes hic codices corrupti, levissime Put. cujus scripturam librarii adsecuti non sunt. In eo erat a m. 1. *quamnim densemicabant flammae*. Super secundum *M* m. 2. positum erat *NG*. quod antiquiores alii sunt sequuti. nam Petavianus ille melior *quam ingens micabant flammae*. Sed improbus iste corrector fuit: faciendum enim fuerat: *qua minime densae micabant flammae*. Sic 31, [8,8.] *Ut quisque minime multa stipendia haberet*. Cicero 1 Verr. *Quo quam minime multi ex illis de istius nefario scelere audire possent*. Caesar 2. Gall. [33.] *Qua minime arduus ad nostras munitiones ascensus videbatur*. Columella 1, 6. *Pedes decem vel minime novem*. Forsan et *velut tutissimo itinere*. J. FR. GRON. Livius 1, 25, 2. *minime gratum spectaculum*. hoc libro c. 57, 6.

Digitized by Google

5 summa montium juga, tamen in quosdam boves palatos ab suis gregibus inciderunt. Et primo, quum procul cernerent, veluti flammas spirantium mira-
6 culo adtoniti conſtiterunt: deinde, ut humana adparuit fraus, tum vero insidias rati eſſe, dum majore metu concitant se in fugam, levi quoque armaturae hoſtium incurrere. ceterum nox aequato timore neutros pugnam incipientes ad lucem tenuit.
7 Interea, toto agmine Hannibal transducto per saltum, et quibusdam in ipso saltu hoſtium obpreſſis, in agro Allifano posuit caſtra.

minime Romanum sacrum. c. 58, 8. *minime Romanum ingenium.* Mox *velut* deficit in Voſſ. et Lovel. 1. *juga* in Lovel. 4.

§. 5. *Tum in quosdam boves palantes a suis*] Pal. pr. *tamen in quosdam boves palatos.* A sec. abeſt τὸ *tum.* tert. *tandem in quosdam boves palantes.* GEBH. Meliores *tamen in quosdam boves palatos ab suis.* J. FR. GRON. *tamen in quosdam* etiam Flor. Cant. Voſſ. Lovel. 1. Harl. Hafn. et Ber. quod recte Gronov. recepit. Paſſim *tñ*, sive *tamen*, et *tũ*, sive *tum*, ob ductuum adfinitatem in membranis vetuſtis commutantur. V. Rivium ad Terent. Ad. 2, 2, 8. Si exempla hujus erroris, quae ex codd. Livii notavi, congerere vellem, lectori moleſtus forem. *tandem in quosdam* Rec. V. supra hoc lib. ad c. 2, 11. Sed prima vox omittitur in Lovel. 4. et 5. Deinde *palatos* omnes, quibus utor, codd. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 1, 11, 1. Mox *adtoniti extiterunt* Lov. 3. *constiterunt adtoniti* Ber.

§. 6. *Cum multo maximoque strepitu concitant se in fugam*] Mirum, si Orbilius hoc *cum multo maximoque* inultum sineret. Certe non sic Latini. Dico truncam vocem eſſe, legendumque *cum tumultu maximoque strepitu.* sive placet *tumulto*, antique. Ut enim vulgo scriptores *tumulti*, item *tumulto* dicebant. LIPS. 3. Ep. Quaeſt. 1. Sic quidem [*cum multo maximoque strepitu*] libri omnes noſtri. Accedendum tamen censeo sagacissimo Lipsio. Mox Pall. tres *levi quoque armaturae.* GEBH. Lipsius conjicit *cum tumultu maximoque strepitu.* Sed cum *strepitus* ille nullus compareat in melioribus libris, cum Put. et Petav. *cum majore multo concitant;* reponi visum eſt, *cum majore metu concitant*, ut Regius reddiderat. Quia ergo *leviquoque* habent omnes libri, non *levique*, ut cohaereat oratio, sic legi debet: *tum vero insidias rati esse, dum majore metu concitant se in fugam, levi quoque armaturae hostium incurrere.* J. FR. GRON. *tum pro maximoque strepitu* Lovel. 4. *tumultu maximoque strepitu* Lovel. 5: *cum majore multo concitant* Flor. Gronovius in pr.

Digitized by Google

XVIII. Hunc tumultum sensit Fabius. ceterum et 1
insidias esse ratus, et ab nocturno utique abhorrens
certamine, suos munimentis tenuit. Luce prima 2
sub jugo montis proelium fuit; quo interclusam ab
suis levem armaturam facile (etenim numero ali-
quantum praestabant) Romani superassent, nisi His-
panorum cohors, ad id ipsum remissa ab Hanni-
bale, pervenisset. ea adsuetior montibus, et ad con- 3
cursandum inter saxa rupesque aptior ac levior,
cum velocitate corporum, tum armorum habitu,
campestrem hostem, gravem armis statariumque,

ed. notarum conjecerat *cum majore tumultu*, vel *cum majore motu concitant*. Mox *levi quoque* omnes etiam mei, et Hearnii codd. V. ad 5, 27, 1. Id quum Gronov. in contextum receperit, ne male cohaereat oratio, etiam *dum*, pro *cum*, ex ejus conjectura admittendum putavi; praesertim quam passim has voculas confundi, supra dictum sit ad 1, 40, 7. Paullo ante *demum*, pro *deinde*, erat in Lovel. 4. V. ad 40, 22, 1.

§. 7. *In agro Allifano posuit castra*] *in agro Albano* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Hav. et Hearnii D. ac N. cujus tamen posterioris margini *Alifano* adscriptum est. *in agro Olipano* Gaertn.

§. 1. *Suos munimentis tenuit*] *munimento* Voss. Lovel. 1. 4. 5. Hafn. Rec. Hav. Hearnii N. in margine, et edd. Aldina priores. *in munimento* Ber. *in tuto munimento* Harl. *intra munimenta* Lovel. 3. Gaertn. Hearnii D. et contextus N. nisi quod duo posteriores errorem augentes habeant *intra monumenta*. Nihil mutandum est. V. ad 3, 2, 1. Paullo ante prius *et* aberat a Lov. 4. V. ad 2, 44, 3. posterius aberat a Ber. 1.

§. 2. *Etenim numero aliquantum praestabant*) *Romani superassent*] *aliquanto praestabant* Hearnii D. *aliquantulum praestabat* Lovel. 3. et edd. ante Aldum. *Romani aliquantum praestabant* Lovel. 4. et 5. Sed reliqui omnes recte vulgatum confirmant.

Nisi Hispanorum cohors, ad id ipsum remissa ab Hannibale, pervenisset] Forte *supervenisset*. J. FR. GRON. Ita etiam legendum esse conjecit Gronov. in prima ed. notarum ad 21, 57. eamque conjecturam probat Doujatius, vel reponendum suspicatur *praevenisset*, nempe stragem levis armaturae. *venissent* est in Flor. a m. 1. *venisset* a m. 2. Tum *ad ipsum remissa* Harl. et Lov. 4. V. ad 5, 43, 4. Hic tamen duobus, adversus aliorum optimorumque testimonium, credere iniquum foret. *ad id remissa* Lovel. 1. Ceterum omnia haec verba deerant in Gaertn.

§. 3. *Cum velocitate corporum*,

Digitized by Google

4 pugnae genere facile elusit. Ita haudquaquam pari certamine digressi, Hispani fere omnes incolumes, Romani, aliquot suis amissis, in castra contende-
5 rant. Fabius quoque movit castra: transgressusque saltum super Allifas, loco alto ac munito consedit.
6 Tum, per Samnium Romam se petere simulans, Hannibal usque in Pelignos populabundus rediit.

tum armorum habitu] *tum velocitate corporum* Voss. Lov. 5. Harl. Ber. Hav. Hearnii N. et priscae edd. pro quo Aldus *cum* reposuit. V. ad 6, 23, 3. *quam cum velocitate* Flor. Deinde voces *tum armorum* desunt in Lov. 1. In praecedentibus *et assuetior* Hearnii N. in margine. Tum *inter saxa et rupes* Gaertn. qui in sequentibus legit *pergravem armis*. Deinde *pugnae genere elisit* Lovel. 1. Male. Infra 29, 33, 8. *Verminam prope vestigiis instantem in alia atque alia flectendo itinera eludens.* 36, 45, 8. *Celeritate navium suas eludi viderunt.*

§. 4. *In castra contenderunt*] *contendunt* Ber. V. ad 10, 12, 4. Paullo ante *Hispani omnes fere* idem Ber.

§. 5. *Transgressusque saltum super Allifas, loco alto ac munito consedit*] De iis, quae post haec verba insersit scriba libri Hearniani, v. Cuperum Exercit. 2, 4. de Elephantis in nummis. DUK. *transgressusque saltus* Lovel. 3. et Hearnii D. atque N. Et ita dare voluisse videtur scriba Harl. qui tamen dedit *saltu*, ultima litera intercepta a prima vocis sequentis. Id dictum videri posset, ut supra est c. 16, 8. *super saltus ab hoste insessos.* Verius tamen puto, ita librarios indoctos per errorem scripsisse, ut conveniret praecedenti voci *transgressusque.* V. ad 6, 3, 8. Paullo ante *castra movit* Ber. Ceterum in Hearnii L. 1. post vocem *consedit* longior haec periodus, quae in editis deest, obcurrit. *Et reparando subgressu manu haud magna, Alisfae, moenia quasi palans, perveniens, ex opido bellua constracta* (Hearnius legendum conjicit *constrata*) *armamentis erupit; quam consul vi captam, trucidatis, qui in ea constiterant, reservat ad pugnam. Sed opidani, sicut quibus curae pusillum inerat, in diem alteram umbonibus belluatis paucos fugaces invadunt, elephantemque omine meliori receptant, et Alifas, Ruffium quondam vocitatas, ab dextro sequente sinistrum augurio nomen imponunt accolae.* Eadem verba in solo meorum Rec. obcurrunt, paucis mutatis, quae vix ullius momenti sunt. Ad ea Dodwellus dissertationem conscripsit, ab Hearnio inter adnotationes editam, quam ad calcem Livii subjiciam. Ceterum fragmentum hoc non Livii, sed inepti glossatoris interpolatio esse videtur.

§. 6. *Mediis inter hostium agmen urbemque Romam jugis ducebat*] Rut. et Voss. *medios.* Pet. *medius*, et id verum puto. Sufficit enim *jugis ducere*, per montes. J. FR. GRON. *medios* Flor. et Harl. *medius* Lovel. 1.

Digitized by Google

Fabius medius inter hostium agmen urbemque Romam jugis ducebat; nec absistens, nec congrediens. Ex Pelignis Poenus flexit iter, retroque Apuliam repetens, Geronium pervenit; urbem metu, quia conlapsa ruinis pars moenium erat, ab suis desertam. Dictator in Larinate agro castra communiit. inde sacrorum caussa Romam revocatus, non imperio

3. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. quorum fide in contextum recepi.

Nec absistens, nec congrediens] *adsistens* Flor. et Voss. a m. 1. *nec assistens* Lov. 3. Harl. Ber. Hafn. et Gaertn. *abstinens* edidit Cl. Jac. Gronovius, nulla mutationis caussa reddita, nisi forte aberrantibus typographis tribuendum sit. Gronoviam secutus est Clericus. Verum, quum lectio illa nullius scripti vel editi auctoritate firmetur, vulgatum revocavi. *absistens* autem est desinens ab insequendo. Infra 36, 45, 3. *Postquam celeritate navium suas eludi viderunt, tandem abstiterunt. absistere sequendo*, dixit 29, 33, 8.

§. 7. *Gerionem pervenit*] Polybius [3, 100.] Γερούνιον vocat. Stephanus Γερούνιον πόλις Ἰταλίας, Κοιάδρατος δὲ Γερηνίαν ταύτην καλεῖ. Τὸ ἐθνικὸν Γερουνῖνος. In vet. lib. saepe est *Gerionum*. SIG. Pal. pr. ac vet. ed. *Glerenum*. sec. *Geronum*. tert. *Glesterum*. GEBH. Put. *Gerionum*. Alii *Gleronum*, aut *Gerenum*. Lege *Gerunium* ex Polybio, ut notavit Sigonius. J. FR. GRON. *Cilerenum* Lovel. 4. *Glerenum* Voss. Lovel. 1. 3. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii D. et priscae edd. *Glarenum* Hearnii L. 1. *Gleronum* Flor. et Cant. *Gerionem* primus recepit Froben. anno 1531. *Gerionum* legendum censuit Sigonius etiam infra c. 39, 16. Gronov. quidem hic *Gerunium* reponendum putavit, eamque lectionem recepit, infra vero c. 23, 9. *Gerunium*, vel *Geronium*; quod posterius et ibi, et passim alibi in contextum admisit. Id autem ad optimorum codd. scripturam propius accedit. Eodem nomine etiam oppidum hoc in Peutingeriana tabula vocari, Claver. monuit 4. Ital. antiq. 12, 1213. Curavi igitur, ut eodem modo hic quoque ederetur.

Urbem metu, quia conlapsa ruinis pars moenium erat, ab suis desertam] *ad urbem* Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. L. 1. et edd. Aldo priores. Vox autem *ruinis* exsulat a Voss. Lov. 3. 4. 5. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii N. iisdemque edd.

§. 8. *Sacrorum caussa Romam revocatus*] Plutarchus [in Fabio 178.] τῶν ἱερέων καλούντων αὐτὸν εἰς Ῥώμην ἐπί τινας θυσίας. SIG. Polybius 3, 94. Ἀναγκασθεὶς ἐπί τινας ἀπελθεῖν θυσίας εἰς τὴν Ῥώμην. Silius 7, 880.

— — *quin et vestigia pulsi*
Et gressus premeret castris, nisi sacra vocarent
Ad patrios veneranda Deos.

Paullo ante *communivit* Hearnii N.

Digitized by Google

modo, sed consilio etiam, ac prope precibus agens cum magistro equitum, *ut plus consilio, quam fortunae, confidat: et se potius ducem, quam Sempronium Flaminiumque, imitetur. ne nihil actum censeret, extracta prope aestate per ludificationem hostis. medicos quoque plus interdum quiete, quam*

§. 9. *Extracta prope aestate*] Vet. lib. *exacta*. Sic paulo post [c. 29, 7.] *per variam fortunam diei majore parte exacta*. SIG. Invecta lectio a Sigonio comparet quoque in Pal. tert. Reliqui duo *extracta*. quam scripturam videtur ipse Livius sibi vindicare superius c. 15. *Obstinatus tamen eodem consiliorum tenore aestatis reliquum extraxit*. GEBH. *exacta* Sigonius, cum legeretur *extracta*. ut supra [c. 15, 2.] *Eodem tenore consiliorum aestatis reliquum extraxit*. et 32, [9, 10.] *Ne sine ullo effectu aestas extraheretur*. Et servant *extracta* plurimi optimique codices. Caesar 5. Gall. [22.] *Neque multum aestatis superesset, atque id facile extrahi posse intelligeret*. Idem 1. Civ. 32. *Latum ab decem tribunis plebis, contradicentibus inimicis, Catone etiam acerrime repugnante, et pristina consuetudine dicendi mora dies extrahente*. Fulvio placeret *diem*, pro *dies*. Id continuo receptum. Male. Significat enim Caesar, non semel ea de re actum, quod satis etiam credibile est: itaque complures dies hoc modo extraxit, vel exemit Cato. Valerius Maximus 2, 10. *Cum, invito Caesare consule, adversus publicanos dicendo in curia diem extraheret*. Pontanus in Analectis [2, 4.] Non producere diem Cato dicendo voluit, sed velut fallere, et quam citissime terminare. Atqui hoc, quod ille utcunque pronuntiat, est *extrahere diem*, nempe fallere, detinere, absumere, decipere, ne quid serii, aut quod institutum est, peragatur. Illum tamen abduxit codex, qui *abstraheret*: cujus sermonis exemplum aegre reperiet. Noster 27, [26, 3.] *Quibus cum extrahi aestatem posse consules crederent, nihilominus oppugnari posse Locros rati*. J. FR. GRON. *extracta* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. Ber. Hav. et Hearnii Oxon. Utrumque Livio in usu fuit *exigere tempus*, et *extrahere tempus*. Prius 2, 60, 4. *Atroci discordia domi forisque annum exactum*. hoc lib. c. 29, 7. *Per variam fortunam diei majore parte exacta*. 10, 25, 10. *Quanta itinera fieri sinebat hiems hauddum exacta*. 26, 23, 8. *Exacto anno mortuus erat*. 43, 11, 9. *Exacto admodum mense Februario redierunt*. Posterius 4, 43, 8. *Quum major pars insequentis anni certaminibus extracta esset*. ubi quaedam vide. 10, 29, 8. *Cunctando extraxerat diem*. 28, 15, 3. *Ad id sedulo diem extraxerat Scipio*. 37, 31, 2. *Obsidentes ad ultimam inopiam adducere extrahendo tempus*. 38, 44, 1. *Tempus eum morando extracturum diceret*. 44, 8, 7. *Extrahere reliquum tempus ejus aestatis*. Solent autem hae voces in vicem commutari. V. ad Livii 2, 46, 4. 4, 43, 8. N. Heins. ad Curtii 8, 2, 6. et Tenull. ad Front. 1, 5, 19. Hic vero *extracta* cum Gronovio malo, quia *actum* modo prae-

Digitized by Google

movendo atque agendo, proficere. Haud parvam 10
rem esse, ab toties victore hoste vinci desisse, et ab continuis cladibus respirasse. Haec nequidquam praemonito magistro equitum, Romam est profectus.

XIX. Principio aestatis, qua haec gerebantur, 1
in Hispania quoque terra marique coeptum bellum

cessit. Lectionem itaque a Sigonio loco motam revocavi: quod etiam fecit Cl. Crevier. pro ea unum e suis stare testatus. Paullo ante *potius* deficit in Lov. 3. *ducem* in Cant.

Media quoque plus interdum quippe quam movendo] Vos sustulistis *media*. Ego sic emendo: *medici quoque plus interdum quiete, quam movendo atque agendo, proficere.* vel *medicos quoque plus interdum quiete* etc. quod etiam probat Hippocrates. Hunc quoque locum Poggius cum non admitteret ut probe correctum, ego dedignatus exspectare de reliquis judicium hominis, qui nihil, nisi quod ipse invenisset, bene inventum judicaret, eum valere jussi; non ita magni referre existimans in literarum senatu, si unus, et is pro sua dignitate retinenda, album mihi calculum non dedisset. Nam caeteri omnes, qui liberi aemulatione et invidia erant, haec universa summopere comprobarunt: quorum unus fuit ille ipse, cujus memini, Cardinalis Columna, vir non minus ingenio moribusque, quam genere, nobilis; qui has plerasque emendationes suo codici addi a me mea manu voluit. Haec ideo dixi, ut intelligar, a nemine fuisse hac in re invenienda adjutus. VALLA. Emendationem Vallae, quam omnes ferme editores receperunt, veram esse confirmat Flor. *medico quoque plus interdum quiete* praeferens. Plerique alii codd. lectionem a Valla damnatam servant. Sed *inedia quoque plus interdum opera quippe* habet Lov. 3. *inedia quoque plus interdum quippe* Hav. *inedia quoque mora plus interdum quippe* Hafn. et Ber. *mora quoque plus interdum quippe* paucae ex priscis edd.

§. 10. *Ab toties victore hoste vinci desisse, et ab continuis cladibus respirasse*] *vinci dedisse* Cant. Tum *ab continuis cladibus ac respirasse* Lovel. 3. 4. 5. Ber. et Hav. Voculam *et* non agnoscunt Harl. et Gaertn. neque mox τὸ *Romam* Hafn.

§. 1. *Principio aestatis, qua haec gerebantur*] Pall. tres *quo haec gerebantur*. GEBH. *quum haec* Lovel. 4. et Hearnii Oxon. L. 1. *quo haec* Voss. Lov. 1. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et typis descripti ante Aldum, qui recte *qua* substituit. V. Perizon. ad 26, 20, 7. Praeterea *in Italia gerebantur* Hav. *gerebantur in Italia* Ber.

Terra marique coeptum bellum est] Vet. lib. *pugnari coeptum*. SIG. A Pal. tert. abest τὸ *bellum*. GEBH. Nulli meorum, nisi unus Rec. Sigonii vet. lib. consentiunt. *coeptum est bellum* Harl.

§. 3. *Quadraginta navium classem Himilconi tradidit*] Po-

Digitized by Google

2 est. Hasdrubal ad eum navium numerum, quem a fratre instructum paratumque acceperat, decem ad-
3 jecit: quadraginta navium classem Himilconi tradidit: atque ita Karthagine profectus navibus prope terram, exercitum in litore ducebat, paratus confligere, quacumque parte copiarum hostis obcurris-
4 set. Cn. Scipioni, postquam movisse ex hibernis hostem audivit, primo idem consilii fuit: deinde, minus terra, propter ingentem famam novorum auxiliorum, concurrere ausus, delecto milite ad naves inposito, quinque et triginta navium classe ire ob-
5 viam hosti pergit. Altero ab Tarracone die ad stationem, decem millia passuum distantem ab ostio

lybius [3, 95.] *Ἀσδρούβας ἀνήχθη τετταράκοντα ναυσὶ καταφράκτοις ἐκ Καινῆς πόλεως, προχειρισάμενος Ἀμίλκαν τοῦ σόλου νάυαρχον.* Ex his verbis *Amilcarem* praefectum esse, non *Imilconem*, apparet; nisi vitium sit apud Polybium. SIG. V. ad 25, 32, 5. *Hamulconi* Lovel. 3. *Amilconi* Hearnii L. 1. Deinde *dedit* Hearnii L. 1. *tradit* ejusdem D. N. Flor. Lov. 3. 4. Gaertn. Ber. et editi Aldo priores. Mox *paratusque* Ber.

§. 4. *Cn. Scipioni, postquam movisse* etc.] *Cn. Scipio postquam* Flor. Voss. Lov. 1. 3. Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hav. *Tum Scipioni* Lov. 4. et 5. Mox *primo* deficit in Lov. 4.

Minus etc. *concurrere ausus*] Vet. lib. *occurrere.* Vere. Sic enim Polybius [3, 95.] *Τὸ μὲν κατὰ γῆν ἀπαντᾶν, ἀπεδοκίμασε.* SIG. *concurrere* et *occurrere* saepe commutantur. V. ad 36, 24, 4. et hoc cap. §. ult. etiam cap. seq. §. 10. Hic tamen omnes mei et Hearnii codd. vulgatum tuentur.

Delecto milite in naves inposito] Ita quidem frequenter alibi. Sed Put. Petaviani, Regius, Men. et quoscumque vidi *milite ad naves.* Quae lectio vera est et elegans. *Τὰ ad naves* non debent jungi participio *imposito*, sed nomini *milite. Miles ad naves* est classiarius miles, ut *ad limina custos, ad lecticam homines.* Noster 34, [6, 13.] *Servos ad remum, numero ex censu constituto, cum stipendio nostro dabamus. Imponere* sic apud Ciceronem 2. de Divin. [40.] *Cum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret.* Polybius [3, 95.] *λαβὼν ἐκ τοῦ πεζικοῦ στρατεύματος τοὺς ἐπιτηδειοτάτους ἄνδρας πρὸς τὴν ἐπιβατικὴν χρείαν.* J. FR. GRON. *ac in naves* Rec. et Gaertn. *milite ad naves* omnes reliqui, quos consului, et Hearnii Oxon. Ita Cl. Jac. Gronov. infra emendat ex

Digitized by Google

Iberi amnis, pervenit. inde duae Massiliensium speculatoriae praemissae retulerunt, classem Punicam stare in ostio fluminis, castraque in ripa posita. Itaque, ut inprovidos incautosque universo simul 6
effuso terrore obprimeret, sublatis ancoris ad hostem vadit. Multas et locis altis positas turres Hispania habet, quibus et speculis et propugnaculis adversus latrones utuntur. inde primo, conspectis 7
hostium navibus, datum signum Hasdrubali est; tumultusque prius in terra et castris, quam ad mare et ad naves, est ortus, nondum aut pulsu remorum strepituque alio nautico exaudito, aut aperientibus classem promontoriis: quum repente eques, alius 8

eod. suo 30, 2, 4. *Duo millia militum dare ad naves jussus.* Eodem modo Livius supra memorat *tribunos militum ad legiones*, 7, 5, 9.

Quinque et triginta navium classe] Polybius [3, 95.] *συμπληρώσας δὲ πέντε καὶ τριάκοντα ναῦς.* SIG.

§. 5. *Ad stationem, viginti millia passuum distantem ab ostio Iberi amnis, pervenit*] Legendum *X millia* ex vet. lib. et ex Polybio, qui LXXX. stadia aït [3, 95.] *καὶ κατῆρε δευτεραῖος ἐκ Ταράκωνος εἰς τοὺς περὶ τὸν Ἴβηρα ποταμοῦ τόπους· καθορμισθεὶς τῶν πολεμίων ἐν ἀποσήματι περὶ τοὺς ὀγδοήκοντα σταδίους.* SIG. Non aliter legunt mei et Hearnii codd. Insuper *stationem* etc. *pervenit*, omissa praepositione, Flor. Voss. Lovel. 3. 5. et Gaertn.

Praemissae retulerunt, classem Punicam stare in ostio] *missae* Voss. Lovel. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. antt. Sed *προαπέστειλε* etiam Polyb. 3, 95. Tum *retulere* Flor. Deinde *classem in publicam stare* Cant. et Flor. a m. 1. *classem publicam* a m. 2.

§. 6. *Inprovidos incautosque universo simul effuso terrore obprimeret*] *universos simul* Voss. Lovel. 3. Ber. Gaertn. et Vatic. Latinii, ultima litera prioris vocis perperam repetita ex initio sequentis. V. ad 28, 25, 2. *universosque simul* Lovel, 1. V. ad 10, 5, 8. Praecedens vocula *ut* deest in Flor.

§. 7. *Quam ad mare et ad naves*] *ad mare et naves* Ber. praepositione semel omissa: quam tamen Livium repetere malle, supra vidimus ad 6, 28, 6. Paullo ante *primum conspectis*, pro *primo*, Lovel. 4. et 5. Mox *aut remorum pulsu* Lovel. 3.

§. 8. *Quum repente eques, alius super alium ab Hasdrubale missus, vagos in litore quie-*

Digitized by Google

super alium ab Hasdrubale missus, vagos in litore quietosque in tentoriis suis, nihil minus quam hostem aut proelium eo die exspectantes, conscendere naves propere atque arma capere jubet. classem Ro-
9 manam jam haud procul portu esse. Haec equites dimissi passim imperabant. mox Hasdrubal ipse cum omni

tosque in tentoriis suis] Deficit in Pall. duobus τὸ *eques*. Iidem quoque *quietos vagosque in litore in tentoriis suis nihil numquam hostem* (sec. *hostium*) *aut proelium eo die exspectantes*. GEBH. Duobus Pall. Gebhardi per omnia hoc loco consentiunt Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. ante Aldum, nisi quod in fine servent *nihil minus quam hostem aut proelium*, et Gaertn. *quum frequenter* exhibeat. Praeterea *nihilominus quam proelium aut dicam hostium* Hafn. Tum *eodem die* Lov. 3. V. ad 10, 10, 6.

Classem Romanam jam haud procul a portu esse] *haud procul portu* Pall. pr. et tert. exhibent. Forte *haud procul portum*. sicut 9, 32, 5. *procul hostem*. GEBH. Parum interest, sed tamen omnes libri deficiuntur τοῦ *a*. J. FR. GRON. *haud procul jam in portu esse* Lovel 4. *jam aut procul jam portus esse* Lovel. 5. *jam haud procul porta esse* Gaertn. Reliqui Msti, quos vidi, ut et Hearnii N. et D. in ejicienda praepositione cum Gronovianis codd. conspirant. V. ad 24, 28, 1. Paullo ante *transcendere naves prope* Gaertn. *conscendere naves prope* Harl. V. ad 39, 31, 4. Tum *arma accipere* Hearnii N. in margine. Sed *arma capere* hic est arma induere, armari. V. ad 3, 66, 3.

§. 9. *Hasdrubal ipse cum omni exercitu aderat*] *Hasdrubal tempore cum omni exercitu* Voss. et Lovel. 1. *cum omni equitatu* Ber.

Fugientium magis a terra] Optimi *e terra*. J. FR. GRON. *a terra* demum adparuit in ultima Gruteri ed. omnes enim priores habent *e terra*, quod restitui. Ita etiam legunt Ber. Gaertn. Hav. et codd. Crevierii. praepositionem omittit Harl. *magis qui extra* obfert Lovel. 1. *magis quietorum* Lovel. 3. *magis quidem* Lov. 5. *magis qui e terra* Voss. et Lovel. 4. *magis eterrarum* Flor. a m. 1. *magis e terra* a m. 2. Sed Cl. Salvin. legendum conjicit *fugientium magis et errantium*. Paullo ante *in remigibus militibusque* Flor. *in regibus militibusque* Lovel. 1. *in remigibus militibus* Lovel. 3. *cum remigibus militibus* Gaertn.

§. 10. *Cum alii resolvunt oras, aut anchoram vellunt*] Vet. lib. *cum alii, resolutis loris anchoram vellunt*, etc. SIG. Pall. tres *alii resolutis loris in ancoram eveherentur*. Vet. ed. *cum alii resolutis loris ut ancoram evellerent*. GEBH. Legendum *quum alii resolutis oris in ancoras evehuntur*. Diximus 4. Observ. 26. J. FR. GRON. *quum alii resolutis loris in ancoras*, vel *in ancoram*, vel *in ancora eveheren-*

Digitized by Google

omni exercitu aderat: varioque omnia tumultu strepunt, ruentibus in naves simul remigibus militibusque, fugientium magis e terra, quam in pugnam euntium modo. Vixdum omnes conscenderant, 10 quum alii resolutis oris in ancoras evehuntur; alii, ne quid teneat, ancoralia incidunt: raptimque omnia praepropere agendo, militum adparatu nautica

tur Voss. a m. 1. Lovel. 1. 3. 4. 5. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii N. et Colbert. apud Doujatium. *quum alii resolutis loris ut ancoram evellerent* Voss. a m. 2. *quum alii resolutis locis in ancoram revehuntur* Harl. *quum alii resolutis in ancoram eveherentur* Cant. *quum alii resolutis oris in ancoram se veherentur* Flor. qua lectione librarius indicare voluisse videtur, se duplicem lectionem *in ancoram* et *in ancoras eveherentur* reperisse. *quum alii resolutis oris in anchoras*, vel *anchorans eveherentur* se in Put. Petavianis, Reg. Florentinis, Palatinis, et Barber. invenisse, Gronov. dicto Obs. loco testatur, eamque lectionem probat; ita tamen, ut *evehuntur*, pro *eveherentur*, emendet; quod hoc modo exponit; quidam, funibus solutis, (quibus scilicet naves ex puppi terrae adligatae erant) obliti ancoras vellere prae festinatione nimia, provecti contra ancoras adhuc tenentes propellunt easdem naves, et locutionem *in ancoras evehi*, pro contra vel adversus ancoras, pluribus inlustrat. Gronovii conjecturam probavit, et in contextum recepit Doujatius, nisi quod *loris* servandum putarit: *oras* enim pro nautico fune non dici. ei significationi probandae laudari quidem Quinct. in Praefat. et Liv. 28, 36, 11. Verum apud Quinct. *orâ solventibus*, pro *oram*, in quibusdam codd. legi, apud Livium vero in vet. cod. *lora*, pro *oras*, scribi. De Livii loco, quum eo pervenerimus, videndum erit: apud Quinctil. vero *oram* magno consensu exemplaria habere, eamque lectionem probam esse, inter viros doctos hodie constat; *ora* vero est ex Philandri conjectura. Laudatur etiam ibidem alius locus Quinctil. ex 4, 2, 328. ed. Burm. ubi etiam *solvimus oram* codd. auctoritate viri docti defendunt, iterum vero Philand. *orâ* ex conjectura reponit. Vulgatae lectioni, quam in nullo cod. inveni, magis favere videtur Crevier. Lectionem tamen Gronovii in contextu retinuit. Mox *ancora alia*, pro *ancoralia*, Harl. Ber. Gaertner. et Hav.

Raptimque omnia praepropere agendo] V. Jac. Gronov. ad 25, 15, 13. DUK. *perpropere* Harl. *opere*, aliquot literarum lacuna relicta, Lovel. 5. *propere* Ber. Gronovius in pr. ed. notar. vulgatam lectionem, quia non mutant veteres, tolerabat; malebat tamen *raptimque omnia ac praepostere agendo*. Si quid mutandum, mallem *raptimque omnia ac praepropere*. Ita *ferociter ac praepropere agere* supra est hoc lib. c. 3, 5. *festinans praepropere* 37, 23, 10. *praepropera celeritas* 31, 42, 1.

Trepidatione nautarum cape-

Digitized by Google

ministeria inpediuntur, trepidatione nautarum ca-
11 pere et aptare arma miles prohibetur. Et jam Romanus non adpropinquabat modo, sed direxerat etiam in pugnam naves. itaque non ab hoste et proelio magis Poeni, quam suomet ipsi tumultu turbati, tentata verius pugna, quam inita, in fugam aver-
12 terunt classem. et quum adversi amnis os lato agmi-

re et aptare arma miles prohibetur] Imitatur hunc locum Curtius 4, 3. *Miles ministeria nautarum, remiges militis officia turbabant.* Pall. pr. et sec. *prohibebatur.* tert. *prohibebantur.* GEBH. *prohibebatur* etiam Flor. Voss. Lovel. 1. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt.

§. 11. *Direxerat etiam in pugnam et naves*] Nesciunt copulativam scripti. J. FR. GRON. Eamdem voculam non modo nesciunt omnes mei, et Oxonienses Hearnii Msti, sed abest et. iam a plerisque edd. Primum enim inveni in Lugdun. anni 1553. hinc in Basil. anni 1554. tum in Paris. anni 1573. et ita in recentioribus omnibus usque ad Gronov. Praeterea *duxerat etiam* Hafn. et Hearnii N. in margine. Male. Infra 37, 31, 5. *Directis ante portum navibus.*

Quam suomet ipsi tumultu turbantur. Tentata verius] Habet Pal. pr. *suomet ipsi tumultu turbati: et tentata verius pugna.* GEBH. Put. Reg. Pet. melior, et Pal. *turbati et tentata.* Sed, ut rotundior sit oratio, delendum τὸ *et.* J. FR. GRON. *suomet ipso tumultu* Harl. Male. V. ad 2, 19, 5. *suorum ipsi tumultu* Rec. Tum *turbabantur. Et tentata* Voss. Lovel. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Exc. Pithoei, Hearnii Oxon. et pleraeque edd. Postea τὸ *Et* omiserunt eaedem, quas modo memoravi, edd. Lugd. Basil. Paris. et recentiores, quae vocula a multis etiam abest codd. Sed *turbati, et tentata* Flor. *turbati, tentata verius* legendum esse, jam olim Gronov. conjecit 4. Obs. 26.

§. 12. *Et cum universi adnisos lato agmine et nonnullis simul venientibus haud sane intrabiles essent, in latus passim naves egerunt*] Sic emendandum puto: *et cum diversi ac diviso late agmine a tam multis simul venientibus haud sane penetrabiles essent, in littus passim egerunt.* VALLA. Nota est emendatio Vallae. Prisca ed. *et cum aversi ad suos lato agmine: et tam multis simul venientibus.* Pall. *et cum aversi* (sec. et tert. *adversi*) *adnisos lato agmini et tam multis* (sec. *multi*) *simul venientibus haud intrabiles essent, in litus* (sec. *latus*) *passim naves egerunt.* GEBH. Scribe: *adversi amnis os lato agmine ac tam multis simul venientibus haud sane intrabile esset.* Diximus 4. Obs. 26. J. FR. GRON. Adde Jac. Gronov. ad Tac. 5. Hist. 23. DUK. Egregie hunc locum integritati restituit magnus Gronovius. Nihil verius est, quam verba initialia ita, quemadmodum ea constituit, legenda esse, *et cum adversi amnis os.* In illis autem praesertim mire turba-

Digitized by Google

ne ac tam multis simul venientibus haud sane intrabile esset, in litus passim naves egerunt: atque alii vadis, alii sicco litore excepti, partim armati, partim inermes, ad instructam per litus aciem suorum perfugere. Duae tamen primo concursu captae erant Punicae naves, quatuor subpressae.

XX. Romani, quamquam terra hostium erat, ar- 1

runt librarii, alii parum, alii longius inde discedentes. *et cum adversi annisos* legunt Lovel. 4. et Harl. *et cum adversi adnisos* Flor. et Cant. *et cum adversi adnixos* Hav. *et cum adversi adnisus* Exc. Pithoei. *et cum adversi aduisos* Voss. Lov. 1. et Gaertn. *et cum adversi ad suos* Lov. 3. et Hafn. *et cum aversi ad suos* Hearnii N. *et conversi ad suos* Ber. *et cum adversi ad iustos* Hearnii D. *et cum adversi a diverso* Colbert. apud Doujatium. *et cum animadversi animadversos* Hearnii L. 1. *et cum aversi ad suos* ed. princeps, ut et Rom. anni 1472. ac Parm. pro quo mox substitutum est *et cum diversi ac diverso*. Moguntini demum *et quum aversi ac diverso*, quod usque ad Gronovium obtinuit. Tum partim *lato agmine*, partim *lato agmini* omnes codd. neque, utrum malis, multum interest. Sequentia verba *haud sane intrabiles essent*, scribunt non tantum ed. princeps, cum iisdem Rom. anni 1472. ac Parm. verum etiam omnes codd. mei et Hearnii, nisi quod *haud sane et intrabiles esse* sit in Exc. Pithoei. *haud sane penetrabiles essent* edd. proximae. *haud sane impenetrabiles* Moguntina et aliae usque ad Gronovium. Totum vero locum ita exhibet Lovel. 5. *et cum adversus amnis oblato agmini ac tam multis simul venientibus haud sane intrabilis esset*. ubi sensus Livii servatus, sed verba ejus nonnihil mutata exstant. Denique in ultima parte horum verborum *in litus* receperunt omnes editi. Neque dissentiunt scripti, nisi quod ex uno Flor. inter varias ejus lectiones adfertur *in latus*, de quo cum nemine controvertam, quum *in latus agere* recte *adversi fluminis ori* obponatur. Certe *latus* et *litus* interdum in Mstis commutantur. V. ad 29, 35, 14. Ut tamen *in latus* non displiceat, illud efficit, quod mox *sicco litore*, et *per litus* repetantur. Contra *in litus* defendere videtur Polyb. 3, 95. qui exprimit *τὰς μὲν ναῦς ἐξέβαλον ἐις τὸν αἰγιαλόν*. (* lege *lato agmine et tam* ex Mstis.)

Ad instructam per litus aciem suorum perfugere] Pal. sec. *refugere*. GEBH. Ita et Flor. Tum *suorum aciem* Lovel. 4. et 5.

Duae tamen primo concursu captae erant] Vet. lib. *primo occursu*. SIG. Nulli meorum consentiunt. Et recte. *concurrere* enim et *concursus* de pugnantibus usurpari, etiam tironibus notissimum est. *concurrere* autem et *occurrere* in Mstis commutari, supra dictum est hoc cap. §. 4.

§. 1. *Haud cunctanter tamen insecuti*] Resectum est in Pall. tribus particula *tamen*. GEBH. Deest vetustioribus *tamen*. J. FR.

Digitized by Google

matamque aciem toto praetentam in litore cernebant, haud cunctanter insecuti trepidam hostium
2 classem, naves omnes, quae non aut perfregerant proras litore inlisas, aut carinas fixerant vadis, re-

GRON. Eadem particula deest etiam a meis et Hearnii codd. quam addidit aliquis, qui eam post *quamquam*, *etsi*, *licet*, *ut*, vel similes voces necessariam existimabat; quum tamen saepe omittatur. Supra 1, 58, 10. *Ego me, etsi peccato absolvo, supplicio non libero.* 7, 19, 5. *Etsi levata usura erat, sorte ipsa obruebantur inopes.* 36, 40, 9. *Hoc titulo, etsi nec consulatus, nec triumphus addatur, satis honestam honoratamque P. Scipionis Nasicae imaginem fore.* 38, 9, 11. *Haec, quamquam spe ipsorum aliquanto leviora erant, petentibus Aetolis, ut ad concilium referrent, permissum est.* c. 26, 6. *Quia, etsi non ipsi victi erant, suae gentis hominum cladem pro sua ducebant.* V. infra ad 26, 48, 5. 36, 38, 7. (* 39, 53, 3. 40, 7, 8.) et Cortium ad Sallust. Jug. 35, 9. Mox *hostium classem trepidam* Lovel. 3.

§. 2. *Naves omnes, quae non aut perfregerant proras*] Ex Punica classe quadraginta navium haud dubie quaedam, quae agmen fugientium duxerunt, evasere in ostium fluminis; quod tamen cum tam multis simul venientibus intrabile non esset, plurimi passim in litus naves suas egerunt. Eas vero vel proras sicco litore exceptas fregisse, vel in vadis fixisse carinas, dubitari nequit. Romanos has extraxisse omnes, exceptis forte paucis, quae proras penitus perfregerant, verisimile facit numerus captarum navium. Nulla certe fuit causa, cur integras naves vadis tantummodo haerentes non abducerent. Et apparet, fuisse aliquo molimine opus, quod puppibus religatas extraxere. Ex his constare existimo, delendam esse negativam, aut saltem loco suo movendam, legendumque, *quae aut non perfregerant.* JAC. PERIZ. *aut non*, ut Periz. conjicit, est in Harl. Sed in eo omittitur praecedens *quae*, ut sequens *aut* in Lov. 1. *modo* pro *non* praefert Lov. 5. V. ad 4, 56, 6.

Perfregerant proras litore inlisas] Vet. lib. *littori.* SIG. Pal. sec. *litori.* Primus vero *quae non aut perfringebant proras litoreis illisas.* GEBH. Vetustiores *littoreis.* J. FR. GRON. *perfringebant* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Tum *litori illisas* Lov. 5. Ber. et Hav. *litoreis illisas* Flor. Voss. Cant. Lovel. 1. 4. Exc. Pithoei, et Hearnii N. quae lectio inde nata est, quod scriba utramque lectionem *litore* et *litori* in exemplari suo repertam hoc modo junxerit *litore*, *i*, *inlisas*, unde alius *litoreis* formavit. Ex eodem errore infra hoc cap. plures codd. praeferunt *inconjuncta* §. 5. *deascensio* §. 4. *Romanosum* c. 23, 6. V. ad 3, 44, 4. Ex eadem illa lectione *litoribus inlisas* scribendum conjecit Cl. Crevier.

Aut carinas fixerant vadis, religatas puppibus in altum extraxere] Ex more; de quo Lipsius ad Plinii Panegyr. 82. Meminit etiam Thucyd. 1, 50. et Polyb. 3, 96. a quo sumsit Livius. DUK. *finxerunt vadis* Lovel. 5. V. ad 7, 39, 3. *finxerant validis* Hafn. *fixerant validis* Lovel. 1.

Digitized by Google

ligatas puppibus in altum extraxere. ad quinque et viginti naves ex quadraginta cepere. Neque id pul- 3 cherrimum ejus victoriae fuit, sed quod una levi pugna toto ejus orae mari potiti erant. itaque ad 4

fixerant validis vadis Gaertner. Tum *religatis puppibus* Hav. *religans ante puppibus* Hafn. Tandem *extrahere* Voss. Lovel. 1. 4. Harl. Ber. et Gaertn. *attraxhere* Lovel. 3. *extare* Lovel. 5.

Ad quinque et viginti naves ex triginta cepere] Paulo superius [c. 19, 3.] quadraginta naveis aït Himilconi ab Hasdrubale traditas: itaque videndum, num hic *XL*, pro *XXX*, legendum. quamquam ne Livius quidem sibi in hoc navium numero constat. Libro enim praecedente aït, Hannibalem, cum ex Hispania profectionem in Italiam pararet, fratri triginta duas quinqueremes apte instructas ac triremes quinque reliquisse. Quod si hic adjecit x, totus numerus erit navium quadraginta septem. Sed negotium non est tanti, ut diutius nos moretur. GLAR. Puto legendum *ex XL*. tot navium classis Asdrubalis fuit, ut ante [cap. praec.] scripsit. xxv. captas item tradit Polybius [3, 96.] † „Haec „a Glareano ante annotata fue„runt.†" SIG.

§. 3. *Toto ejus orae mari potiti erant*] *toto ejus orae mare* Flor. Sed hanc licentiam poëtis, non etiam aliis scriptoribus, concedere videtur Voss. 4. Gramm. 11. V. ad 28, 6, 2. *tota ejus ora maris potiti erant* Gaertn. *potierant* Lovel. 1.

§. 4. *Itaque ad onustam classem profecti*] Ita forme habent codices. Alii autem emendarunt *Honoscam classe profecti*, ut sit proprium Honosca. Verum Livius non ita multo post [c. 21, 6.] Romana castra aït ad novam classem fuisse, cum Punica in agro Ilercaonensium essent: quod non mutarunt, qui superiorem locum emendare contenderunt. Ego sane loca illa apud Geographos non reperio: fortassis autem vetustate abolita, aut indiligenter a scriptoribus tradita, ut sunt hujus regionis pleraque, apud hunc praesertim authorem, ut in sequentibus clarius demonstrabitur. GLAREAN. Put. *adonusam classe provecti*. Promptum quidem *Ophiusam*, ni, continentis oras se commemorasse hactenus, ipse testaretur Livius, ubi ad Ebusum venit. Lege *ad Oscam*. Hanc enim inter Illergetas non procul ab Ibero sitam scribit Strabo l. 3, [161.] etsi *Ileosca* illic appelletur: sed *Oscam* legendum, doceet Lud. Nonius in Hispania sua c. 83. J. FR. GRON. *itaque ad honustam classem* Voss. *itaque ad honustam classe* Lovel. 1. *itaque ad onustam classe* Hafn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *itaque ad onustam classem* Flor. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. et Gaertn. *itaque ad Omistam classe* Hearnii N. J. Fr. Gronovii conjectura *ad Oscam* neque Doujatio placuit, neque Jac. Gronovio. Prior eam rejicit, quod Osca longe a litore in Ilergetibus sita sit, hic vero requiratur maritima: alter, quod Osca inter Pyrenaeum et Iberum collocetur, hic vero indicetur urbs trans Iberum, inter eum fluvium et Karthaginem novam sita. Doujatius itaque *ad Honoscam* retinet, eoque nomine Valentiam olim adpellatam fuisse

Digitized by Google

Honoscam classe provecti, exscensione ab navibus in terram facta, quum urbem vi cepissent, captam-
5 que diripuissent, Karthaginem inde petunt: atque, omnem agrum circa depopulati, postremo tecta quo-

putat: quem iterum refellit Jac. Gronovius, qui *itaque Etovissam* legendum docet in Differt. epist. ad loca quaed. Geogr. Livii epist. 3. p. 21. Recte etiam Gronov. *provecti*, quomodo et in quibusdam meorum inveni, et Aldus aliique ediderunt. Ita vero hic emendandum esse, monuit etiam in pr. edit. notarum ad Livii 35, 26, 2. Solent autem librarii voces *provectus* et *profectus* in Mstis confundere. V. ad 21, 2, 4.

Exscensu e navibus in terram facto] Pal. pr. ac tert. *ascensio a navibus in terram facta*. sec. *descensio ab navibus in terram facta*. Vetus ed. *ascensu a navibus*. GEBH. Quia scripti *exscensio ab n. i. t. facta*, lege *exscensione ab navibus in terram facta*. J. FR. GRON. Ita hic legendum esse, Gronovius etiam supra monuit ad 8, 17, 9. Latinius vero emendandum suspicatur *exscensione de navibus ad terram facta*. Sed *ascensio e navibus in terram facta* est in Lovel. 4. Ber. et Hafn. *ascensio de navibus in terram facta* in Gaertn. *ascensio a navibus in terram facta* in Voss. Lovel. 1. 3. Harl. et Hav. *deascensio a navibus in terram facta* in Lovel. 5. duplici lectione *descensio* et *ascensio* juncta. V. ad §. 2. hujus cap. *escensio ab navibus i. t. facta* in Flor.

§. 5. *Tecta quoque conjuncta muro*] Vet. lib. *juncta*. SIG. Pal. sec. *juncta muro*. At pr. *inconjuncta muro*. Alludit nimirum ad legitimam lectionem, conspiciendam in Pal. tert. *tecta quoque injuncta muro*. Sic 10, 34, 1. *Opere ac vineis demum injunctis muro cepit*. V. notas ad 4, 9, 14. Sic legendum 27, 41, 3. e Pal. optimo: *Grumenti moenibus prope injunctum videbatur Poenorum vallum*. 37, 26, 8. *Utrimque vineas et aggerem muro injunxit, et testudinibus arietes admovit*. GEBH. Put. *inconcta*. Men. Pal. Voss. *inconjuncta*. Petaviani, Regius *incomta*. unus Pal. *injuncta*. Memini, quae de hoc verbo supra. Sed optima videtur Sigoniani et tertii Pal. lectio: *tecta quoque juncta*. l. 10, [10, 1.] *Quorum erant aedificia juncta muro*. Ovidius 1. de Ponto el. 9.

— — *Flaminiae Claudia juncta viae.*

Lib. 2. el. 4.

Nos fora viderunt pariter, nos porticus omnis,
Nos via, nos junctis curva theatra locis.

Sic meliores scripti. Male vulgo *cunctis*: et pejus ille conjector *vinctis jocis*. *Juncta loca* sunt vicina. Mamertinus Genethliac. [11.] *ambo sunt, pariter sunt, quam junctim sedent!* A. Gellius 12, 8. *Forsfuit, ut apud eandam mensam duo illi junctim locarentur*. Iterum Ovidius 6. Fast. [435.]

— — *res est Romana. tuetur Vesta, quod assiduo lumine juncta videt.*

Ut olim emendabamus ad Statium [in Diatr. p. 417.] Quam correctionem firmat ipse auctor l. 3,

Digitized by Google

que conjuncta muro portisque incenderunt. Inde 6 jam praeda gravis ad Longunticam pervenit classis: ubi vis magna sparti ad rem nauticam congesta ab Hasdrubale. quod satis in usum fuit, sublato,

[422.] ubi Caesarem pontificem aït praeesse Vestae:

— — *imperii pignora juncta vides.*

Hinc et Claudianum intelligo in consulatu Olybrii et Probini [37.]

— — *calido si quis conjunctus in axe*
Nascentem te, Nile, bibit.

Ubi nimis aestuant, qui emendant *compunctus*, aut explicant cognatus, aut huic loco sanando pares se non esse fatentur. *Conjunctus* est vicinus, propinquus, admotus ortui Nili. J. FR. GRON. In his, quae ad verba Livii 4, 9, 14. *Consul muro Ardeae brachium injunxerat*, adnotat Gronovius, alia est significatio verbi *injungere*. Si *injuncta* vera scriptura est, nihil aliud esse potest, quam simplex *juncta*, id est, vicina, proxima, ut, *infractus*, *infucatus*, et alia cum praepositione *in* composita. Sed deest auctor idoneus hujus usus τοῦ *injunctus*. Salmas. quidem ad Spart. Hadr. 12, ad Capit. Pium 12. et ad Lampr. Commod. 5. scribit, *injungere* et *injunctus* in Digestis saepe esse pro *jungere* et *junctus*. Nec tamen ullum ex iis locum adfert. Nam quod in l. 2, §. 19. D. de Orig. jur. quo respicere potuit, legitur, *Dictatoribus magistri equitum injungebantur*, merito rejicit Ampliss. Praeses Bynkersh. in Praeterm. ad d. l. Javolenus tamen *injunctus* pro *junctus*, ea significatione, qua hic *tecta muris injuncta*, videtur dicere in l. 57. D. Locati. *Qui domum habebat, aream injunctam ei domui vicino proximo locaverat.* Sed hic quoque suspectum esse potest *in*, ut ex ultima litera vocis praecedentis repetitum. DUK. *juncta* Ber. *conjuncta* Lov. 4. 5. Gaertner. et Hav. *injuncta* Harl. Ex triplici hac lectione a librariis juncta nata est lectio *inconjuncta*, quae exstat in Lov. 1. V. ad §. 2. Ex ea deinde corrupta ortum est *incomta*, quod praefert Flor. *contermina* legit Lovel. 3. quod ex interpretis glossa marginali in contextum inrepsit. Scribendum enim est *juncta*, vel *conjuncta*; quorum utrumvis pro contermino, vicino, propinquo ponitur. V. Cel. Burm. ad Nason. 1. ex Ponto 4, 31. et quae notavi ad Silii 8, 133. Aliud est *injunctus*, quod Gebhardo placuit, de quo v. ad 4, 9, 14. Ita tamen hic edidit Gronov. pro quo veterem lectionem reduxi. Ceterum *postremo tecta quae erant juncta* Ber. Tum *muris portisque* Hav.

§. 6. *Ad Longunticam pervenit classis*] *ad Longunculam* Lovel. 3. Alibi urbis hujus nomen non obcurrit. *ad Lucentiam* legendum esse, contendit Voss. ad Pomp. Melam 2, 6.

Ubi vis magna sparti fuit, ad rem nauticam congesta] Genistam vinculi usum praestitisse antiquis, tradit Plinius 24, 9. ubi quoque aït, se dubitare eam esse, quam Graeci auctores *Sparton* appellavere, quum ex ea lina piscatoria apud eos factitari docuerit, et hanc designasse Homerum, quum dixit *navium sparta dissoluta*. Nondum enim fuisse

Digitized by Google

7 ceterum omne incensum est. Nec continentis modo projectas oras praetervecta, sed in Ebusum insulam transmissum. ubi urbe, quae caput insulae est, biduum nequidquam summo labore obpugnata, 8 ubi in spem irritam frustra teri tempus animadver-

Africanum vel Hispanum spartum in usu, certum est: et quum sutiles fierent naves, lino tantum, non sparto unquam sutas. Idem Plinius 23, 12. scribit, Antigonum ex papyro funes parasse, nondum communicato sparto. Libro vero 19, 2. de sparto ex professo verba faciens, inquit: *Sparti quidem usus multa post saecula coeptus est, nec ante Poenorum arma, quae primum Hispaniae intulerunt. Herba haec sponte nascens, et quae non queat seri, juncusque proprie aridi soli.* et paulo post subdit. *Hinc strata rusticis eorum, hinc ignes fascesque, hinc calceamina, et pastorum vestes.* Sequitur deinde Plinius modum parandi spartum docere, postremo addens: *Verum tamen complectetur animo, qui volet miraculum aestimare, quanto sit in usu omnibus terris navium armamentis, machinis aedificationum, aliisque desideriis vitae.* Itaque hoc loco per *sparti magnam vim* intelligendum vel herbam ipsam perfectam et paratam in navium usum, vel, quod magis arridet, funes ex sparto paratas. Namque et Graecis Σπάρτον funis et rudens est, et Σπάρτη filum. Et Athenaeus l. 5. filum crassius *spartia* appellavit, inquiens: *putria calceorum spartia accendens.* Apud Catonem de re rust. c. 11. *sparteas* observamus *urnas* et amphoras, hoc est, ex funibus sparteis confectas, pice postea vel resina cerave oblinitas, fictilibus et testaceis minus frangibiles, nisi diximus, ex sparti juncis easdem contextas fuisse. Plinius loco praecitato tradit, *funes ex sparto paratas, praecipue in aquis marique invictas, in sicco praeferunt e cannabi funes. At spartum alitur etiam demersum, veluti natalium sitim pensans.* Cato de re rust. c. 3. ait, Trochleas *Graecanicas binas, quae sparteis funibus ducantur.* Et Livius ipsemet l. 26, [47, 9.] *Naves onerariae CXIII in portu expugnatae, captaeque quaedam cum suis oneribus, frumento, armis, aere praeterea, ferroque, linteis, et sparto, et navali alia materia ad classem aedificandam.* Ex quibus patere puto, per *spartum* intellexisse Livium funes ex sparto confectas. Nostris temporibus earum usum desiisse existimandum ex cannabis redundantia, ex quo firmiores et minori negotio parantur. De sparto Dioscorides l. 4. ubi mirum, in Comm. doctissimum Mathiolum de re hac ne verbum quidem fecisse. MARC. DONAT. Corrupti hoc loco magnopere sunt Pall. tres. quippe pr. *ubi vis magnas partes ad rem nauticam collectis.* sec. *ubi vix magna parte.* tert. *ubi vix magnas partes ad rem nauticam collectas.* Pro *congesta* vet. ed. quoque exhibet *collecta.* GEBH. Nusquam comparet τὸ *fuit.* J. FR. GRON. *ubi vix magnas partes ad rem nauticam colectis* Voss. Lovel. 1. et Gaertn. *ubi vix magnas partes ad rem nauticam collectas* Rec. *ubi vis magnas partes ad rem nauti-*

Digitized by Google

sum est, ad populationem agri versi, direptis aliquot incensisque vicis, majore, quam ex continenti, praeda parta, quum in naves se recepissent, ex Baliaribus insulis legati pacem petentes ad Scipionem venerunt. Inde flexa retro classis, reditum- 9 10

cam conjectis Harl. *ubi vis magnas partes ad rem nauticam conjectis* Lovel. 4. *ubi vis magna ex parte ad rem nauticam collecta* Hav. *ubi vis magna apparatus ad rem nauticam conjecti* Lovel. 5. *ubi vidit magnas partes ad rem nauticam collectas* Hafn. *ubi vidit magnas partes lignorum ad rem nauticam collectas* Ber. Reliqui codd. praeter Lovel. 3. non agnoscunt vocem *fuit*, quae neque est in Hearnii Oxon. Recte vero vulgo editur *vis magna sparti*. Hispania enim, et praesertim ejus pars ad mare mediterraneum, in qua urbs sive Longuntica, sive Lucentia, a Scipione direpta sita erat, adeo sparti ferax fuit, ut vicina urbs Karthago inde Σπαρτογενής et *Spartaria* cognominata sit. V. Melam 2, 6. Justin. 44, 1. et Antonini Itiner. p. 401. quaeque viri docti ad ea loca notarunt.

Quod satis in usum fuit, sublato, ceterum omne incensum est] *ad usum fuit* Lovel. 4. et 5. *τὸ fuit* deest in Gaertn. Deinde *omne succensum est* Lovel. 3. *rome incensum est* Harl. Ceterum hic iterum incipit Lovel. 2. quum a libri praecedentis c. 45, 2. defecisset.

§. 7. *Nec continentis modo perjectas oras praetervecta*] Vos mutatis *perjectas* in *perjunctas*; ego in *projectas*, hoc est, prominentes. VALLA. *perjectas* Flor. *perjunctas* Lovel. 2. *perrectas* Ber. et Hav. *prorectas* Hafn. Sed recte Valla *projectas oras*, (ut reliqui codd. praeferunt) idque exponit prominentes: quo sensu *projectus venter* inlustrat Cel. Burm. ad Quinctil. 11. Instit. Orat. 3, 1023. Cl. Ant. Perizon. in margine Livii conjicit *projecta ora praetervecta*, quo opus non est. Supra 21, 41, 3. *Quum praetervehere navibus Galliae oram.* 44, 10, 12. *Longe fertilissimus omnis orae, quam praetervecti fuerant.* 45, 10, 4. *Quum praetervehrentur Asiam legati.* (*36, 45, 7. 37, 24, 11.) Vox *praetervecta* deficit in Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. Mox *ibi urbe* Lovel. 5.

§. 8. *Frustra teri tempus*] Media vox deficit in Voss. Lovel. 1. 2. a m. 1. Ber. et Gaertn. quae excidit ob similitudinem syllabae sequentis. *teri frustra tempus* Lovel. 2. a m. 2. *frustrari tempus* Lov. 3. Hafn. Hav. Hearnii N. et editiones ante Aldinam, in qua demum vulgatum reperi. De locutione *terere tempus* v. ad 3, 7, 3. Mox *vicis* exsulat a Cant.

§. 9. *Quum in naves sese recepissent*] *se recepissent* Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. *quum naves se recepissent* Voss. Paullo ante *majori* Ber. et Gaertn. Tum *praeda parata* Lov. 2. V. ad 5, 6, 1. Mox voces *ad Scipionem* deficiunt in Hafn.

§. 10. *Populorum, qui Iberum incolunt, multorum et ultimae Hispaniae legati concurrerunt*]

Digitized by Google

que in citeriora provinciae; quo omnium populorum, qui Iberum incolunt, multorum et ultimae
11 Hispaniae legati concurrerunt. Sed, qui vere ditionis imperiique Romani facti sunt, obsidibus da-
12 tis, populi amplius fuerunt centum viginti. Igitur terrestribus quoque copiis satis fidens Romanus, usque ad saltum Castulonensem est progressus. Hasdrubal in Lusitaniam ac propius oceanum concessit.

Lege *qui cis Iberum incolunt*, ut libro praecedente [c. 31, 5.] Vel *qui Iberum accolunt*. J.FR.GRONOV. Alterutram conjecturarum Gronovii veram judicat Crevier. Mihi prior magis placet. Nam ita alibi etiam Livium locutum esse, supra vidimus ad 21, 31, 5. Et ita Caesar 2. Gall. 3. *Germanosque, qui cis Rhenum incolunt.* Doujatius malle videtur *qui intra*, sive *citra*, *Iberum colunt.* Tum *multorum ex ultimo Hispaniae legati* Lovel. 4. et 5. *multorum et ultimo Hispaniae legati* Voss. Lovel. 1. 2. et Harl. *multorum et ultimum Hispaniae legati* Hafn. *multorum et ulterioris Hispaniae legati* Lovel. 3. Deinde *concurrunt* Haverk. V. ad 10, 12, 4. *cucurrerunt* Lovel. 4. *occurrerunt* Rec. et Gaertn. V. ad cap. praec. §. 4.

§. 11. *Populi amplius fuerunt centum viginti*] *fuerunt amplius* Lovel. 3. *τὸ amplius* deest in Lovel. 2. *centum* in Gaertn. Deinde *et viginti* Hav. *viginti millia* Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hearnii B. ubi tamen vox *millia* a m. 2. deletur. Paullo ante *facti sint* Flor. quod etiam in Put. esse, ac magis placere, Crevier. monuit.

§. 12. *Usque ad saltum Castulonensem*] *usque ad factum Castulonensem* Voss. *usque ad castrum Castulonensem* Lovel. 2. Sed *Castulonensem saltum* memorat Livius etiam infra 26, 20, 6. et 27, 20, 3. Hinc *est profectus* Gaertn. V. ad 27, 12, 1. Mox *recessit*, pro *concessit*, Lovel. 5. *accessit* Rec. Male. V. ad 5, 39, 9.

§. 1. *Fuissetque per Poenum hostem*] Vet. lib. *fuissetque prope per Poenum hostem.* SIG. *prope*, quod addidit Sigonius, omnes boni libri ignorant. J. FR. GRON. Soli Harl. Rec. et Gaertn. voculam *prope* admiserunt. Reliqui, quos consului, ut et Hearnii D. et N. eam ignorant. In ultima etiam Sigonii editione, quae eo mortuo Venetiis anno 1592. prodiit, totum scholium omissum, in contextu tamen lectio servata est.

§. 2. *Mandonius vir nobilis, qui*] Et hic locus in omnibus exemplaribus, quae nobis contigere, corruptus habebatur. Sequitur enim verbum *venere*. Nisi quis Latine dici putet, *Mandonius, concitis popularibus, venere.* Et, *Plato, vocatis discipulis in scholam, adventarunt.* Et quod ab initio libri quarti hujus decados Livius postea habet, *L. Attilio praefecto praesidii, quique cum eo milites Romani erant, clam in portum deductis atque impositis in naves,*

Digitized by Google

XXI. Quietum inde fore videbatur reliquum ae- 1
ſtatis tempus, fuiſſetque per Poenum hoſtem; sed, 2
praeterquam quod ipsorum Hispanorum inquieta
avidaque in novas res sunt ingenia, Mandonius In-
dibilisque, qui antea Ilergetum regulus fuerat, poſt- 3
quam Romani ab saltu receſſere ad maritimam
oram, concitis popularibus, in agrum pacatum
sociorum Romanorum ad populandum venerunt.

ut Rhegium deveherentur. ubi conjungitur *Attilio deductis*, quia *milites* in medio assumptum eſt. Item l. 27, [5, 6.] *Exinde Mutine, et si quorum aliorum merita erga populum Romanum erant, in senatum introductis, honores omnibus ad exsolvendum fidem consulis habiti.* Sed judicio lectoris hoc etiam committimus. GLAR. Pall. duo *Mandonius inde nobilis.* Sec. *Mandonius Indibilisque.* GEBH. Glareanus, cum legeret *ad populandum venerunt*, sollicitus erat, ut probaret, haud invito Prisciano dici: *Mandonius, concitis popularibus, venerunt.* Poſtea nescio quis audaculus supposuit *venit*, contra omnes MSS. quos quidem vidimus: conſtanter enim illi *venerunt.* Sed Put. *Mandonius Indebilisque.* Quod non prius vidi, quam succurrit, hunc eſſe illum, Polybio Ἀνδοβάλην, Livio *Indibilem* dictum, Hispaniae, et quidem Illergetum regulum. l. 26, [49, 11.] *Mandonii uxor, qui frater Indibilis Illergetum reguli erat.* Idem poſtea in multis aliis codd. invenimus, etiam in excerptis unius Pall. Alii *Mandonius inde nobilis.* J. FR. GRON. *vir nobilis* soli meorum Rec. Lovel. 4. et Hav. *ita nobilis* Ber. *ille nobilis* Lovel. 5. et Hearnii L. 1. *inde nobilis* Voſſ. Lovel. 1. 2. 3. Harl. Hafn. Gaertn. et Hearnii D. *inde nobilisque* Flor. a m. 1. et Cant. *Indebilisque* Flor. a m. 2. *Indibilisque* Hearnii N. qui tamen in margine praefert *vir nobilis. venit* autem, pro *venere*, primum invenio in ed. Froben. anni 1535. Ceterum Modius, qui libri praec. c. 22, 3. et c. 23, 2. una tantum liquida *Ilergetes* scripserat, hic et poſtea saepe *Illergetes* edidit; ubi alteram literam *l* expunximus. V. quae ad loca laudata notantur. Adde Cellarii Geogr. ant. 2, 1, 94.

§. 3. *In agrum pacatum Romanorum sociorum ad populandum venerunt*] Liber optimus *pacatum socios Romanorum ad populandum venerunt.* Lege *socios Romanorum depopulatum.* Sic Samnites ad Hannibalem l. 23, [42, 5.] *Ita sumus aliquoties hac aestate devastati.* Aut, si vulgatum mavis, accipe quasi factum ex *socii Romanorum*, non ex *socii Romani*: neque enim ita loquuntur veteres. Eſtque ambiguitas eadem l. 23, [26, 4.] *Perculit eum praefectorum navium transitio.* Sic et poteſt intelligi *sociorum Romanorum.* J. FR. GRON. Vulgatum tuetur locus Livii 23, 42, 9. *Sub signis ad populandum ducebant.* DUK. Vulgatum eſt in plerisque Mſtis. Sed *sociorum Romanorum* praefert Flor. quemadmodum Gronov. anno 1665. edidit, tacite damnans lectionem, quam anno 1645. re-

Digitized by Google

4 Adversus eos tribunus militum cum expeditis auxiliis, a Scipione missi, levi certamine, ut tumultuariam manum, fudere omnes; occisis quibusdam ca-
5 ptisque, magna pars armis exuta. Hic tamen tumultus cedentem ad oceanum Hasdrubalem cis Ibe-

ceperat, *sociorum populi Romani*, quae in nullo cod. obvia est. In notis vero ad 1, 26, 4. quum in priore earum editione *Romanorum sociorum* probasset, postea in repetitis curis ex optimo libro maluit *socios Romanorum*; quam scripturam non modo hic probat, sed insuper ex conjectura refingendum putat *socios Romanorum depopulatum*, id est, ut depopulentur socios Romanorum. Hunc usum supini prioris pluribus inlustrarunt Cel. Burm. ad Phaedri 1, 16, 1. Cortius ad Sallust. Jug. 20. Markland. ad Statii 1. Silv. 4, 10. et Arntzen. ad Auct. de Orig. gent. Rom. 20, 3. Adde, quae notavi ad Livii 1, 31, 8. et 8. 28, 2. facile etiam *populddum* et *populatum* commutari potuerunt. V. quae notavi ad 2, 48, 4. Quum tamen neque hanc lectionem ulli codd. firment, et eam, quae in Flor. exstat, servari posse Gronov. ipse docuerit, eam etiam praeferendam esse duxi.

§. 4. *Adversus eos tribus millibus cum expeditis auxiliis a Scipione missi*] Optimi codices *tribus militibus*, et deinde *missi*. Scribe *Adversus eos tribunus militum cum expeditis auxiliis a Scipione missi*. Genus loquendi, quale 21, 60, 7. observavimus, *dux cum aliquot principibus capiuntur*. De ministerio autem tribunorum simili l. 32, [11, 7.] *Quatuor millia inde lecta peditum et trecentos equites tribuno militum tradit*. Quintius puta ad Aoum amnem. l. 38, [13, 4.] *Consul, tribuno militum misso cum modica manu, castellum vi receptum Alabandensibus reddidit*. l. 42, [36, 9.] Cn. Sicinius pr. *inde tribunos cum duobus millibus militum ad occupanda Dassaretiorum et Illyriorum castella. ipsis arcessentibus praesidia, ut tutiores a finitimorum impetu Macedonum essent, misit*. J. FR. GRON. Omnes mei vulgatum defendunt, nisi quod in uno Ber. sit *tribus millibus militum* etc. *missis*. Neque dissentiunt Hearnii codd. nisi quod in N. a m. 2. sit *tribus militibus*. Et tamen quid simile, ac Gronov. conjecit, requirit compositio orationis. Ceteroquin enim non est, quo referas *τὸ fudere*.

Fudere, multis occisis, quibusdam captis] Pall. habent *funderent, omnibus occisis, quibusdam captis*. GEBH. Put. *fudere omnis occisis quibusdam captisque*. Inter versus monstrabatur *omnibus*, quod in duobus Pet. duobus Pall. Reg. Men. Voss. inde visitur. Sed ex principe lectione Salmasius, *fudere omnes, occisis quibusdam captisque*. J. FR. GRON. *fuderunt* Lovel. 3. 4. *funderunt* Lovel. 5. *funderant* Voss. *funderent* Lovel. 1. Harl. et Hafn. Deinde *omnibus occisis, quibusdam captis* Flor. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Rec. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Quod quum ferri nequiret, hinc *pluribus occisis, quibusdam captis* datum est in Lovel. 3. *multis occisis, quibusdam captis* in aliis. At

Digitized by Google

rum ad socios tutandos retraxit. Castra Punica in 6
agro Ilercaonensium, castra Romana ad novam classem erant, quum fama repens alio avertit bellum. Celtiberi, qui principes regionis suae legatos mi- 7
serant, obsidesque dederant Romanis, nuncio mis-

verum omnino est, quod exstat in Put. sive quod ex ejus vestigiis eruit Salmas. apud Gronov. Quod itaque in eo cod. *omnibus*, pro *omnis*, vel *omnes*, datum sit a m. 2. error est in Mstis frequentissimus. V. supra hoc lib. c. 8, 7.

Magnaque parte armis exuta] Pall. *magna pars armis exuta*. GEBH. Ab Aldo ortum est. Priores, ut et Voss. Gud. Mur. Pall. *magna pars armis exuta*. J. FR. GRON. Id sibi quoque inventum testatur Hearnius in L. 1. et N. neque aliter exhibent omnes mei, nisi quod in Hav. sit *magna pars armis exuta est*.

§. 5. *Cedentem ad oceanum Hasdrubalem cis Iberum ad socios tutandos retraxit*] Pal. tert. *ad socios curandos*. GEBH. Similiter *curare* et *tutare* confundunt librarii apud Cortium ad Sall. Jug. 14, 19. Deinde *ad oceanum cedentem* legit Lovel. 1.

§. 6. *In agro Lergavonensium*] *Ilercaonensium* Ptolemaei auctoritate reponi potuit. Sed hoc quoque in medio relinquo. SABELL. Varie hujus populi nomen scribunt codd. Sed *Ilercaones* vel *Ilergaones* plerumque vocantur, *Illurgavonenses* apud Caesar. 1. Civ. 60. V. Marcae Marcam Hispan. 2, 8. et Cellar. Geogr. antiq. 2, 1. pag. 88.

Castra Romana ad novam classem erant] Quam *novam* classem? an XXV navium de Poenis captarum c. 20, 2.? vix puto. Nec de classe P. Scipionis cogitari potest, quia haec demum post has res gestas in Hispaniam venisse dicitur c. 22, 1. Suspicabar primo *ad navium classem*. Sed hoc abjeci propter ea, quae scribit Jac. Gronov. infra ad c. 32. Nam nec ipse *classem navium* sine numero adjecto usquam dictum inveni. Quae tamen hic sit illa *nova classis*, ab aliis discere cupio. DUK. Cl. Crevierio voces *ad novam classem* pro loci nomine accipiendae videntur. In Itiner. autem Antonini p. 452. memorari docet locum inter Ilerdam et Tarraconem, *Ad Novas*.

Quum fama repens alio vertit bellum] Pal. sec. *alio avertit bellum*. GEBH. Put. Pet. melior *avertit*. J. FR. GRON. Ita et Flor. Utrumque obcurrit. *Vertere bellum* infra 23, 26, 6. 24, 36, 4. 25, 14, 3. et c. 23, 2. 26, 12, 13. aliisque locis. *avertere bellum* 28, 43, 21. *Avertisse eo bellum, unde venerat, refers*. 31, 7, 3. *Totum in Hispaniam aversuri bellum fuerimus*. Et solent etiam *vertere* et *avertere* commutari. V. ad 3, 1, 3. Hic itaque optimos sequi praestat: quod etiam Crevier. fecisse video.

§. 7. *Celtiberi principes, qui regionis suae legatos obsidesque dederant*] Locus in tenebris aut in vitio est. Nam qui isti *regionis legati*? Joh. Saxonius in suis ad Livium notis explicat *Vicarios, et quos vulgo dicimus Locum-tenentes*. Apage. non sic

Digitized by Google

so a Scipione exciti, arma capiunt, provinciamque Karthaginiensium valido exercitu invadunt: tria op-
8 pida vi expugnant. inde, cum ipso Hasdrubale duobus proeliis egregie pugnantes, quindecim millia hostium occiderunt, quatuor millia cum multis militaribus signis capiunt.

1 XXII. Hoc statu rerum in Hispania, P. Scipio in provinciam venit, prorogato post consulatum imperio ab senatu missus, cum triginta longis navibus, et octo millibus militum, magnoque commeatu ad-

Latini. Liber scriptus ex parte subvenit, qui habet, trajectis vocibus, *Celtiberi, qui principes regionis suae.* ut non legati regionis, sed principes sint. Sed, ut diximus, ex parte. quia suspectum etiam et durum *dare legatos.* Obsides sane damus, at illos mittimus. Velim, *qui principes regionis suae legarant, obsidesque dederant.* Duo commemorat amicitiae et foederis signa. Celtiberi, inquit, primores gentis suae legatos miserant, et obsides quoque praeterea dederant. Haec autem legatorum missio supra indicata (c. 20, 10.) his verbis: *Reditumque in citeriora provinciae, quo omnium populorum, qui Iberum accolunt, multorum et ultimae Hispaniae legati venerunt.* PH. RUBEN. 1. Elect. 28. Nullum a vulgata lectione discrimen reperi in Pall. MSS. GEBH. Merito displicuit Ph. Rubenio, qui *legarant.* Put. *Celtiberi, qui principes regionis suae legatos miserant, obsidesque dederant.* J. FR. GRON. Rubenii scripto in transponendis vocibus consentiunt Flor. et Cant. quorum posterior etiam vocem *legatos* omittit. Sed Putean. solus veram lectionem servavit.

Nuncio misso a Scipione exciti, arma capiunt] Habet Pal. 1. *nuncio misso a Scipione arma capiunt,* relegato τοῦ *exciti.* GEBH. *exerciti,* pro *exciti,* Cant. V. ad 10, 33, 1. Tum τὸ *misso* exsulat a Lovel. 4. Mox vero *provinciam Karthaginiensium*, omissa copula *que,* praefert Lov. 3.

§. 8. *Quindecim millia hostium occiderunt*) *millia hominum* Ber. V. ad 23, 37, 11. Tum *ceciderunt* Lovel. 5. Gaertn. et Hav. *cecidere* Lovel. 4. V. ad 36, 36, 6. Paullo ante *oppida expugnant,* omissa media voce, Lovel. 4. et 5. Inde *cum ipso Hasdrubale egregie pugnant,* pro *pugnantes,* Flor. et ita legit Put. in fine tamen addens *ac,* unde Cl. Crevier. legendum conjicit, *egregie pugnant, ac quindecim millia hostium occidunt.* V. ad 10, 12, 4. Si Florentini lectionem probamus, nulla opus est emendatione; quin et mitius videtur, uno cod. adsentiente *ac* in Put. expungere, quam, invitis omnibus Mstis, *occiderunt* mutare in *occidunt.* Neque displicere debent tempora verborum diversa *pugnant, occiderunt, capiunt.* Supra enim ad 3, 46, 9. ex Livio exempla laudavi, ubi itidem jun-

Digitized by Google

vecto. Ea classis ingens agmine onerariarum pro- 2
cul visa, cum magna laetitia civium sociorumque,
portum Tarraconis ex alto tenuit. ibi milite exposi- 3
to, profectus Scipio fratri se conjungit: ac deinde
communi animo consilioque gerebant bellum. Oc- 4
cupatis igitur Karthaginiensibus Celtiberico bello,
haud cunctanter Iberum transgrediuntur: nec ullo
viso hoste, Saguntum pergunt ire, quod ibi obsides
totius Hispaniae custodiae traditos ab Hannibale fa-
ma erat modico in arce custodiri praesidio. id unum 5

guntur *jubet*, *ejecit*, *comparat*; *consultant*, *addidit*, *locat*; et contra *excepit*, *resupinat*, *adfixit*. (* Ita *retulere*, *vertunt*, *petierunt* 33, 15, 11. *fecerunt*, *vertunt*, *fugerunt* c. 18, 18.) His igitur inlustrari possunt, quae obcurrunt 10, 44, 4. 5. *terruerant*, *cepit*, *fecerant*. Mox *quatuor millia militum* Hav.

§. 1. *Magnoque commeatu adjecto*] Vet. lib. *advecto*. SIG. Ita et omnes mei, nisi quod *advectu* sit in Lovel. 4. *advento* in Gaertn. Solent autem *adjectus* et *advectus* in Mstis commutari. V. ad 31, 45, 8. Paullo ante *cum XX longis navibus* Lovel. 2. et 4. Reliqui nihil mutant. Nihilominus Polyb. etiam tantum viginti naves agnoscit. 3, 97. *Προχειρισάμενοι ναῦς εἴκοσι, καὶ στρατηγὸν ἐπιστήσαντες Πόπλιον Σκιπίονα κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, ἐξαπέστειλαν μετὰ σπουδῆς πρὸς τὸν ἀδελφὸν Γνάϊον.*

§. 2. *Ea classis ingens agmine onerariarum*] *ingens agmine onerariorum* Voss. Lov. 2. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *ingens onerariorum* Ber. a m. 1. et Hafn. Mox *civium suorum sociorumque*, addita media voce, Rec. Tum *in portum Tarraconis ex alto tenuit* Harl. *portum Carthaginis* Lovel. 2. et Hafn. Vox *portum* deficit in Gaertn. sequens in Hav.

§. 3. *Milite exposito profectus Scipio fratri conjungitur*] Pal. sec. *fratri se conjungit*. GEBH. *exposito profectus fratri se conjungit* Flor. Recepi autem *se conjungit*, et quidem tanto fidentius, quod videam, Cl. Crevier. in Put. *fratris conjungit* invenisse, et inde *fratri se conjungit* scribendum conjecisse.

Ac deinde communi animo consilioque gerebant bellum] Habet Pal. tert. *communi consilio animoque*. GEBH. *atque inde communi animo* Lovel. 5. et Harl. *atque deinde communi animo* Lovel. 4. Omnia septem haec vocabula librarii neglegentia non adparent in Ber.

§. 4. *Obsides totius Hispaniae custodiae traditos*] Exemptum est *τὸ custodiae* a Pall. duobus. GEBH. Exsulat eadem vox a Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hav. Hearnii N. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Digitized by Google

pignus inclinatos ad Romanam societatem omnium Hispaniae populorum animos morabatur, ne sanguine liberûm suorum culpa defectionis lueretur.
6 Eo vinculo Hispaniam vir unus, solerti magis quam fideli

quae tamen sensui necessaria est, nisi legamus *obsides totius Hispaniae traditos Hannibali.* In praecedentibus τὸ *igitur* deficit in Lovel. 4. et *Celtibero bello*, pro *Celtiberico*, legit Hav. Ita infra 28, 2, 4. *Erant autem in Celtibero exercitu quatuor millia scutatorum.* ubi vide.

§. 5. *Id unum pignus inclinatos ad Romanam societatem omnium Hispaniae populorum animos morabatur*] Pall. pr. ac tert. *inclinatos a Romana societate.* Dein pr. *memorabantur.* Forte legendum *remorabatur.* GEBH. *id ob unum pignus* Lovel. 1. Tum *inclinatos ab Romana societate* Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hearnii D. et edd. principes. *inclinaturum Romana societate* Lovel. 2. Tum *memorabant* Lovel. 3. *morabantur* Voss. Ber. et Gaertn. *memorabantur* Lov. 1. *memorabatur* Lov. 1. [?] *remorabatur*, quod Gebhardo placebat, Hav. Sed *morari* et *memorari* etiam supra commutabantur 7, 34, 14. *Remorari* ex emendatione Gronovii infra obcurrit 27, 12, 3. *Ne remorandi quidem caussam in Italia fore.* Hic tamen uni credere nequeo.

Ne sanguine liberorum suorum] Put. manus prior *liberûm suorum.* 1, [9, 14.] *Illas in societate fortunarum omnium et, quo nihil carius humano generi sit, liberûm fore.* Et [c. 13, 2.] *Nepotum illi, liberûm hi progeniem.* Et [c. 39, 4.] *Puerum liberûm loco coeptum haberi.* Sic 21, 17, 2. ex nostris dedimus: *et sociûm quantum ipsis videretur.* J. FR. GRON. Hanc contractionem tum in illa, tum in aliis vocibus Livius saepius usurpavit. 1, 42, 1. *Qualis Anci liberûm animus adversus Tarquinium fuerat.* 3, 50, 5. *Neu se ut parricidam liberûm aversarentur.* 8, 7, 18. *Me quidem ingenita caritas liberûm movet.* c. 28, 6. *Suae conditionis liberûmque suorum respectu.* 45, 41, 11. *Neque ex tanta stirpe liberûm superest, qui L. Aemilii Paulli nomen ferat.* V. etiam ad 1, 53, 6. et 27, 45, 7. Ita *mediûm* pro *modiorum.* V. ad 26, 47, 8. *sociûm* pro *sociorum.* V. ad 21, 17, 2. *Celtiberûm* pro *Celtiberorum.* V. ad 30, 8, 8. *duûm* pro *duorum.* V. ad 3, 25, 4. Similia etiam alibi passim obcurrunt.

§. 6. *Solerti magis quam fideli consilio*] Pall. pr. et tert. *solertia magis, quam fideli consilio.* GEBH. Put. Pet. mel or, duo Pall. Voss. *solertia magis, quam fideli consilio.* J. FR. GRONOV. Ita et Lov. 1. 2. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. (quorum unus *solerti* praefert in margine) et edd. usque ad Froben. qui anno 1531. *solerti* substituit. *solertia magis, quam consilio fideli* Lovel. 3. *solertia magis quam fide consilio* Lovel. 5.

Consilio ex societate dux erat Sagunti nobilis Hispanus] Vos ita mutastis (cum dico mu-

Digitized by Google

fideli consilio, exsolvit. Abelux erat Sagunti nobilis Hispanus, fidus ante Poenis: tum (qualia plerumque sunt barbarorum ingenia) cum fortuna mutaverat fidem. ceterum, transfugam, sine magnae 7
rei proditione venientem ad hostes, nihil aliud quam

tastis, errasse vos ajo, atque induxisse) mutastis autem, faciente ex binis dictionibus singulas, de *ex societate, exsolvendam*: de *dux erat, duxerat*. Ego sic *consilio exsolvit*: estque finis superioris sententiae. Tum sequitur altera. *Aceduxerat Sagunti nobilis Hispanus*. Siquidem *Acedux* nomen hominis est, ut in sequentibus patet. VALLA. Hic a Polyb. dicitur *Ἀβίλυξ* [3, 98.] constantissima libri fide, ut *Abilux* vocandus esse videatur. SIG. Pal. pr. *consilio ex societate duxerat. Sagunti*. sec. *consilio exsolvendum duxerat. Sagunti*. tert. *consilio exsolvit. ex societate duxerat Sagunti*. GEBH. Editiones quasdam habere video *Acedux*. Scriptus Cantabrigiae et Men. cum Voss. *exsocietate dux erat*. Put. Pet. *exsollicitate luxerat*. Unde duntaxat apparet, ab Livio etiam fuisse appellatum *Abelux* vel *Abelyx*. non *Abelox*, quod editos occupat. Neque mihi dubitandum unquam duxi, vestigia hujus ipsius nominis elucere in altero nomine principis Celtiberorum adolescentis, quod Livio 26, 50, 2. editur *Allucius*, in MSS. *Luccius*. JAC. GRON. *consilio ex societate dux erat Sagunti* Cant. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Hafn. Brancal. Latinii, et Hearnii L. 1. *consilio exsolvit dux erat Sagunti* Ber. Rec. Gaertn. et Hav. *consilio ex societate exsolvit. dux erat Sagunti*, utraque lectione juncta, Hearnii N. *consilio ex societate Poenorum ad Romanos aspirans liberandam decrevit. dux erat Sagunti* plurimum interpolatus Hearnii D. *consilio ex sollicitate luxerat Sagunti* Flor. a m. 1. pro quo alia manu in margine emendatur *consilio exsolvit. Abelox erat Sagunti*. quomodo etiam praefert Lovel. 5. Verum primigenia optimi Flor. ut et aliorum codd. vestigia, ut Gronov. monuit, potius *Abelux*, quam, ut Lipsius ad §. 20. hujus cap. putat, *Abelox* legendum demonstrant; praesertim accedente Polybii auctoritate.

Qualia pleraque sunt barbarorum ingenia] Pall. *qualia plerumque sunt*. Amplius tert. *tamen qualia*. GEBH. Omnes *plerumque sunt barbarorum ingenia*. J. FR. GRON. Ita et Flor. Cant. Lovel. 3. 4. Harl. Hav. et Brancal. Latinii. *sunt plerumque* Lovel. 2. Ber. et Hafn. *tamen qualia*, pro *tum qualia*, etiam Brancal. Latinii, et Harl. V. supra hoc lib. ad cap. 17, 5.

§. 7. *Nihil aliud quam unum vile atque infame corpus esse ratus*] Fortassis legendum *nihil aliud, quam onus vile atque infame corpus esse ratus*. Nam haud scio, an Latini dicant *unum vile*, quomodo hic ponitur. Quod si locus bene habet, notandum sane id locutionis genus, ut rarum atque infrequens. GLAR. *Unum corpus* vocat, quod proditores non tantum se solos, sed multos saepe secum tradunt. Quare inepta est Glareani correctio *onus vile*. Ceterum *infame* ab odio eorumdem. Justinus 3, 7.

Digitized by Google

unum vile atque infame corpus esse ratus, id age-
bat, ut quam maximum emolumentum novis sociis
8 esset. Circumspectis igitur omnibus, quae fortuna
potestatis ejus poterat facere, obsidibus potissimum
tradendis animum adjecit: eam unam rem maxime
ratus conciliaturam Romanis principum Hispaniae
9 amicitiam. Sed quam, injussu Bostaris praefecti,
satis sciret, nihil obsidum custodes facturos esse,
10 Bostarem ipsum arte adgreditur. Castra extra ur-
bem in ipso litore habebat Bostar, ut aditum ex

Sperantes se Pericli acquirere posse aut periculum ex invidia, aut ex suspicione proditionis infamiam. GEBH. A Glareano etiam dissentit Gronov. 1. de Pec. Vet. 10, 45. V. supra ad 7, 34, 3. Mox *quam proximum emolumentum*, pro *quam maximum*, Hafn. et Ber. Solent passim has voces commutare librarii. V. Cel. Burm. ad Suet. Claud. 33. Vitell. 2. et Corte ad Plinii 4. ep. 3, 3. et 5, 12. Adde infra hoc lib. ad c. 53, 2. 25, 9. 25. et 26, 10, 3.

§. 9. *Injussu Bostaris praefecti satis sciret, nihil obsidum custodes facturos esse*] *sine jussu Bostaris* Rec. quod ex glossa natum est. Supra 2, 12, 4. *Consulum injussu et ignaris omnibus.* 7, 15, 2. *Injussu imperatoris proelium inituros.* 9, 10, 9. *Injussu populi Romani Quiritium.* 10, 3, 8. *Ut dictatoris injussu dimicaret.* 22, 10, 1. *Injussu populi voveri non posse.* 23, 2, 10. *Ne quis adire curiam injussu suo possit.* 25, 21, 1. *Injussu praetoris signis convulsis in aciem exirent.* 26, 33, 10. *Agi de Campanis injussu populi non video posse.* 28, 18, 3. *Cum hoste agere injussu senatus.* 37, 19, 2. *Cui rata ista pax erit, quam injussu populi Romani peregerimus.* 39, 55, 2. *Gentis injussu profecti occupare agrum. Hostaris* Lovel. 1. saepius hoc cap. Tum vox *satis* exsulat a Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et priscis edd. quam primus recepit Aldus. Aldo consentit Flor. et Cant. V. ad 6, 28, 7. Deinde *obsidium* Voss. et Lovel. 2. V. ad §. 14. hujus cap. Mox vocem *arte* omittunt edd. Sigonii nomine inscriptae, quam omnes manu exarati et editi reliqui servant.

§. 10. *Ut aditum ex portu intercluderet Romanis*] Toleranda forsitan scriptura. Nihilominus si Saguntus portum habuit, mirari profecto oportet, nullam ejus in tam notabili obsidione vel a Livio vel a Polybio mentionem factam, nec etiam ullo alio in loco, praeter hunc; et qui ne semel quidem aliqua classis sive Punica, seu Romana illuc applicuerit. Cur denique ipse nunc P. Scipio cum exercitu illuc ire dicitur maluisse itinere terrestri? Sed nec Polybius, quem nunc exprimit Livius, Saguntini portus mentionem hoc loco facit, ac tantummodo Bostarem ait [3, 98.] ἐκπορευόμενον τῆς Ζακάνθης ἐν τοῖς πρὸς θάλασσαν μέρεσι.

Digitized by Google

portu intercluderet Romanis. ibi eum in secretum abductum, velut ignorantem, monet, quo statu sit res. *Metum continuisse ad eam diem Hispanorum* 11
animos, quia procul Romani abessent: nunc eis Iberum castra Romana esse, arcem tutam perfugiumque novas volentibus res. itaque, quos metus non 12
teneat, beneficio et gratia devinciendos esse. Miranti Bostari percunctantique, quodnam id subitum tantae rei donum possit esse? *Obsides*, inquit, *in* 13
civitates remitte. id et privatim parentibus, quorum

Tum sitam eam dixit praecedenti libro [c. 7, 2.] non in litore, non ad fluviolum quendam, sed passus mille à mari reductam. Ut scias, quid velim. Tam suspecta mihi occurrit vulgata lectio, quam arridet Cantabrig. et Petav. *ut aditum ea parte intercluderet Romanis.* JAC. GRON. *ex parte* praeferunt Flor. et Hearnii L. 1. atque N. in margine; ubi tamen alia manu iterum delendum esse monetur. Hinc lectio a Gronovio probata, quae etiam vera esse videtur, plurimum firmatur. *ea* enim et *ex*, sive *A* et *X*, passim in Mstis confunduntur. V. infra ad 40, 59, 8. Crevierius tamen vulgatum tuetur, *aditum ex portu* exponens aditum ad urbem ex ea parte, qua portus est, ac docens ex Cellar. 2. Geogr. ant. 1. p. 85. inter oppida maritima habitam esse Saguntum; neque obstare, quo minus portum ad mare habuerit, quod vel mille, vel, ut alii, tria millia passuum, remota a mari fuerit; quum inter Piraeeum et Athenas quadraginta stadia, sive quinque millia passuum, interfuisse dicantur. *intercluderet ex portu* praeferunt Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum editis Aldo prioribus.

Monet, in quo statu sit res] Optimi praepositionem ignorant. Cic. 15. Fam. 20. *Ut existimare possimus, quo statu simus.* Revise ad 3, 68, 3. J. FR. GRON. Nostri omnes praepositionem agnoscunt, quae nec a Flor. nec a Cant. abesse notatur: at, ea trajecta, *quo in statu* praeferunt Ber. et Gaertn. Livius autem in hac locutione praepositionem vel addere, vel omittere solitus est. V. ad 26, 28, 1. Paullo ante *ibi eum*, pro *ibi eum*, Harl. *ibi tum* Lovel. 4. et 5. V. ad 9, 35, 7.

§. 11. *Metum continuisse ad eam diem Hispanorum animos*] *Hispaniarum animos* Flor. Voss. Lov. 1. et Hav. Mox *profugiumque*, pro *perfugiumque*, idem Hav. V. ad 37, 57, 2. Praeterea *devincendos*, pro *devinciendos*, Lovel. 3. et Hav.

§. 12. *Quodnam id subitum tantae rei donum possit esse*] *quidnam* Lovel. 4. et 5. Tum *posset esse* Flor. Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. et Gaertn. *esse posset* Hav.

§. 13. *Id privatim parentibus*; etc. *et publice populis gratum erit*] Malim, *id privatim parentibus*, etc. *id publice populis*

Digitized by Google

maximum nomen in civitatibus est suis, et publice
14 *populis gratum erit. Vult sibi quisque credi, et habita fides ipsam plerumque obligat fidem. Ministerium restituendorum domos obsidum mihimet deposco ipse, ut opera quoque inpensa consilium adjuvem meum, et rei suapte natura gratae, quantam*
15 *insuper gratiam possim, adjiciam.* Homini, non ad cetera Punica ingenia callido, ut persuasit, nocte clam progressus ad hostium stationes, conventis quibusdam auxiliaribus Hispanis, et ab iis ad Scipio-
16 nem perductus, quid adferret, expromit. Fide accepta dataque, ac loco et tempore constituto, ad obsides tradendos, Saguntum redit; diem insequentem absumsit cum Bostare, mandatis ad rem agen-

gratum erit. Vel potius *id et privatim parentibus*, etc. *et publice.* Nam in MSS. *inde.* J. FR. GRON. *inde privatim* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. a manu 1. Hav. et Hearnii L. 1. et D. *id enim privatim* Lov. 5. *id et privatim*, ut Gronov. conjiciebat, Hearnii N. Qui paullo ante perperam legebat *remittere*, pro *remitte.*

§. 14. *Vult sibi quisque credi*] Pal. pr. *Votis ibi quisque credi.* tert. *Voti sibi quisque credi.* GEBH. *Votis ibi quisque credi* Voss. et Lovel. 1. *Voti sibi quisque credi* Cant. Harl. Hafn. et Rec. *Voti sibi cujusque credi* Lovel. 3. *Voti sibi unusquisque credi* Lovel. 2. Mox *obsidium*, pro *obsidum*, Flor. V. supra hoc cap. ad §. 9.

Quantam insuper gratiam possim, adjiciam] Pal. sec. *quantum insuper possim, adjiciam.* tert. *quantam super possim, gratiam adjiciam.* GEBHARD.

§. 15. *Et ab iis ad Scipionem perductus, quid adferret, expromit*] Prima vocula abest a Gaertn. duae sequentes a Flor. Deinde *productus* legit Hav. De his verbis a librariis inter se commutatis v. ad 38, 50, 1. et mox hoc cap. ad §. 18. *deductus* Gaertner. Sed de verbo *perducere* v. ad 5, 15, 8. Hinc *exprimit* Lov. quinque, Ber. Hav. Hearnii D. L. 1. et vett. edd. usque ad Frobenium, qui anno 1535. recte reposuit *expromit:* de quo verbo infra v. ad 39, 12, 4. (* 34, 61, 8.)

§. 16. *Mandatis ad rem agendam accipiendis*] Pal. sec. habet *ad rem gerendam.* GEBH. Ita et Lovel. 3. Hearnii N. in contextu, et, quas vidi, edd. ante Aldum. V. infra hoc lib. ad c. 28, 1. Paullo ante *Et fide accepta*, addita ab initio vocula, Flor. Tum *Saguntum rediit* Lovel. 3. et Harl. V. ad 36, 35, 2. Hinc *insequentem diem absumsit* Rec. *diem insequentem assumsit* Lo-

Digitized by Google

dam accipiendis. dimissus, quum se nocte iturum, 17
ut custodias hostium falleret, constituisset, ad compositam cum iis horam excitatis custodibus puerorum profectus, veluti ignarus in praeparatas sua fraude insidias ducit. In castra Romana perducti. 18
cetera omnia de reddendis obsidibus, sicut cum Bostare constitutum erat, acta per eumdem ordinem, quo si Karthaginiensium nomine sic ageretur. Major aliquanto Romanorum gratia fuit in re pari; 19
quam quanta futura Karthaginiensium fuerat. illos enim, graves superbosque in rebus secundis expertos, fortuna et timor mitigasse videri poterat. Ro- 20
manus primo adventu, incognitus ante, ab re clementi liberalique initium fecerat: et Abelux, vir

vel. 1. 4. Ber. et Gaertn. V. ad 9, 17, 17.

§. 17. *In praeparatas sua fraude insidias ducit*] *in praeparata sua fraude insidias* Lov. 4. *in praeparatas suas fraude insidias* Flor. a m. 1. Voss. et Lov. 1. Tum *ducitur* Gaertn. et Hearnii D. atque N. quorum tamen hic in margine *ducit* ostentat. Paullo ante *custodes hostium*, pro *custodias*, Lovel. 4.

§. 18. *Quasi Karthaginiensium nomine sic agerentur*] Pal. sec. *nomine res ageretur*. GEBH. Put. Pet. Pal. Voss. aliique non malae notae *sic ageretur*. J. FR. GRON. *quo si Karthaginiensium* Flor. a m. 1. quod etiam Crevier. in Put. invenit, ejusque auctoritate recepit. *sic ageretur* non tantum omnes mei, et Hearnii L. 1. atque N. verum etiam omnes, quas vidi, edd. ante Mog. quae prima vulgavit *agerentur*. Sed *ageretur* accipiendum inpersonaliter. Insuper *Karthaginiensium nomine res ageretur* scribendum conjicit Crevier. quod Gebh. in Pal. 2. invenit. In verbis praecedentibus *In Romana castra perducti* Ber. *In castra Romana producti* Lovel. 2. V. modo ad §. 15. *In castra perducti* Gaertn.

§. 19. *Quam quanta futura Karthaginiensium fuerat*] *quam empta futura* sine sensu Hafn. *quam quanta fuerit Carthaginiensium*, ultima voce omissa, Harl. *quam quanta Carthaginiensium fuerat* Ber. a m. 1. Mox τὸ *enim* non est in Lovel. 2. Deinde *graves superbos*, sine *que*, Flor. Hinc *in rebus secundis expertus* Lov. 1. et Flor. a m. 1. *in rebus secundis expertis* Lov. 3. quod quidem accipi potest commodo sensu, *mitigasse expertis illos graves*, pro mitigesse erga expertos: potius tamen inscitiae illi librariorum tribuendum, de qua dixi ad 6, 3, 8. Nihil itaque mutandum, et *expertos* hic capi

Digitized by Google

21 prudens, haud fruſtra videbatur ſocios mutaſſe, itaque ingenti consensu defectionem omnes spectare: armaque extemplo mota forent, ni hiems, quae Romanos quoque et Karthaginienses concedere in tecta coëgit, interveniſſet.

1 XXIII. Haec in Hispania quoque secunda aeſtate Punici belli geſta, quum in Italia paullum inter-

debet paſſive, de quo v. ad 5, 54, 6.

§. 20. *Et Acedux vir prudens*] Scriptum meum *et Abelox*. idque verum hominis Hispani nomen. Polybius ubique Ἀβίλυξ, quod tamen bonus interpres ille mutandum sibi in *Acedux* putavit. LIPS. 2. Ep. Quaeſt. 14. Quia Polybius Ἀβίλυξ, Sigonius reſtituendum censet *Abilux*. Quanto rectius Pall. tres *Abelox* et *Habelox*, ut secund. monuitque Cl. Lipsius. GEBH. *et a bello* Lov. 3. Harl. Rec. et Gaertn. *Habelox* Flor. et Ber. *Abelox* reliqui; quam scripturam Gruterus, Lipsianam emendationem probans, in poſtremam ed. recepit. Sed v. supra hoc cap. ad §. 6.

§. 21. *Itaque ingenti consensu ad defectionem omnes spectare*] Habetur in Pal. pr. *defectionem omnes spectare*. sec. plane ignorat τὸ *ad defectionem*. GEBH. Iidem [Put. Pet. Voſſ. aliique non malae notae] *consensu defectionem omnes spectare*, sine praepositione. 3, [69, 2.] *Juventus, quae inter tales metus detrectationem militiae telum acerrimum adversus Patres habere solita erat, bellum et arma spectabat*. 10, [11, 7.] *Samnites arma et rebellionem spectare*. Hoc libro [c. 53, 5.] *Nobiles juvenes quosdam, quorum principem L. Caecilium Metellum, mare ac naves spectare*. J. FR. GRON. *Ita ingenti consensu* Hearnii D. V. ad 21, 53, 7. *Itaque ingenti assensu* Lovel. 4. et 5. Tum *ad defectionem* mihi tantum obvium fuit in Lovel. 3. Rec. et Gaertn. Sed noſtri reliqui, ut et Hearnii Oxon. praepositionem ignorant. Quamvis itaque, Livium saepius *spectare ad aliquid* dixiſſe, supra docuerim ad 1, 47, 1. hic tamen codicum, praepositionem abjicientium, auctoritatem sequor, praesertim quum et ita Livius haud raro loquatur. Ita 5, 16, 8. *Fata et Deos spectabant*. c. 21, 5. *Hostium templa novasque sedes spectare*. 6, 33, 1. *Quum Antiates deditionem spectarent*. 7, 32, 14. *Summum quodque spectate decus*. 8, 19, 6. *Fugam magis retro, quam proelium aut hostem, spectante milite*. 9, 10, 4. *Arma cuncti spectant et bellum*. 10, 18, 5. *Spectantes jam arma Etruriae populos*. 23, 34, 10. *Bellum ac defectionem omnes spectare*. ubi ante Gronov. etiam vulgo *ad bellum* edebatur. Et ita Juſtin. locutum eſſe, probat Voſſ. ad ejus 12, 3. Ceterum *socios omnes spectare* Lovel. 1. cujus librario vox *socios* ex §. praec. obversabatur. *Τὸ omnes* deeſt in Hearnii L. 1. *omnes spectare* in Hav. Mox *nisi hiems*, pro *ni*, Lovel. 4. et 5. V. ad 23, 1, 8.

§. 1. *Quum in Italia paullulum intervalli*] *paullum inter-*

Digitized by Google

valli cladibus Romanis solera cunctatio Fabii fecisset: quae ut Hannibalem non mediocri sollicitum 2
cura habebat, tandem eum militiae magistrum delegisse Romanos cernentem, qui bellum ratione, non fortuna, gereret; ita contemta erat inter cives, ar- 3
matos pariter togatosque; utique postquam, absente eo, temeritate magistri equitum, laeto verius di-

valli Flor. et Lov. 3. ac 4. quod se etiam in Put. invenisse auctor est Crevier. Id igitur admittendum judicavi. V. ad 36, 9, 8.

§. 2. *Quae ut Hannibalem non mediocri sollicitum cura habebat*] Vocula *ut* non adparet in Lovel. 2. et 5. Tum *non mediocri cura sollicitum* legit Lovel. 1. et mox *eum magistrum militiae* Lovel. 2.

§. 3. *Ita contemta erat inter cives, armatos pariter togatosque*] *ita contemtus erat* Lov. 2. *tam contemta erat* Lovel. 4. *tamen contemta erat ejus cunctatio* Lov. 5. Hinc *inter cives Romanos, armatos pariter togatosque* Hearnii N. *inter cives Romanos, armatosque pariter togatosque* Gaertn. *cognatosque* Lovel. 1.

Laeto, ut verius dixerim, quam prospero eventu] Pal. pr. *laeti, ut prius dixerim, quam prospero eventu.* sec. *laeto, ut prius dixerim.* neque dissentit priscus editor. Tertius vero, *levo, ut dixerim, quam prospero eventu. Laevum* vocat infelicem eventum; quia quinque millia Romanorum caesa a Poenis. GEHHARD. Elegantius τὸ *ut* omittit Put. cum socio Pet. Alluduntque alii *laeto ut prius*, aut *laeto ne prius* exhibendo. Suetonius Caligula 13. *Populum Romanum vel dicam hominum genus.* ut ibi liber Pithoei. Cicero 9. ad Atticum ep. 7. *Unum illud extimescebam, ne quid turpiter facerem, vel dicam, jam effecissem.* Alibi *ne dixerim* quidem addit noster. 27, [9, 3.] *Ab Romanis extra Italiam in exilium verius, quam in militiam, ablegari.* 40, [27, 10.] *Ab Liguribus latronibus verius, quam hostibus justis.* 41, [18, 3.] *Pecora in fanis trucidant verius passim, quam rite sacrificant.* J. FR. GRON. *et ut propius dixerim*, omissa voce *laeto*, Lovel. 4. *leva ut prius dixerim* Gaertn. *laeva ut prius dixi* Rec. *levone prius dixerim* Ber. *laeve*, pro *laeto*, etiam est in Vaticano Latinii. *leno ut prius dixerim* Lovel. 5. *laeti ut prius* Voss. et Lovel. 1. *laeto prius dixerim* Lov. 3. *laeto ut prius dixerem* Hafn. *laeto ut prius dixerim* Lov. 2. Harl. Hav. et vett. edd. *laetova prius dixerim* Flor. unde, unica litera relegata, reliquis vero aliter in voces distinctis, oritur id, quod ex suis Gronov. probat, *laeto verius dixerim.* Vulgatum *laeto ut verius dixerim* neque in ullo cod. mihi obviam fuit, neque in excusis ante ed. Ascens. anni 1513. Cic. 2. de Orat. 4. *Quaecumque causa vos huc adtulisset, laetarer; sed tamen, vere dicam, quaevis, mallem, fuisset, quam ista.*

Digitized by Google

21 prudens, haud fruſtra videbatur ſocios mutaſſe, itaque ingenti consensu defectionem omnes spectare: armaque extemplo mota forent, ni hiems, quae Romanos quoque et Karthaginienses concedere in tecta coëgit, interveniſſet.

1 XXIII. Haec in Hispania quoque secunda aeſtate Punici belli geſta, quum in Italia paullum inter-

debet paſſive, de quo v. ad 5, 54, 6.

§. 20. *Et Acedux vir prudens*] Scriptum meum *et Abelox*. idque verum hominis Hispani nomen. Polybius ubique Ἀβίλυξ, quod tamen bonus interpres ille mutandum sibi in *Acedux* putavit. LIPS. 2. Ep. Quaeſt. 14. Quia Polybius Ἀβίλυξ, Sigonius reſtituendum censet *Abilux*. Quanto rectius Pall. tres *Abelox* et *Habelox*, ut secund. monuitque Cl. Lipsius. GEBH. *et a bello* Lov. 3. Harl. Rec. et Gaertn. *Habelox* Flor. et Ber. *Abelox* reliqui; quam scripturam Gruterus, Lipsianam emendationem probans, in poſtremam ed. recepit. Sed v. supra hoc cap. ad §. 6.

§. 21. *Itaque ingenti consensu ad defectionem omnes spectare*] Habetur in Pal. pr. *defectionem omnes spectare*. sec. plane ignorat τὸ *ad defectionem*. GEBH. Idem [Put. Pet. Voſſ. aliique non malae notae] *consensu defectionem omnes spectare*, sine praepositione. 3, [69, 2.] *Juventus, quae inter tales metus detrectationem militiae telum acerrimum adversus Patres habere solita erat, bellum et arma spectabat*. 10, [11, 7.] *Samnites arma et rebellionem spectare*. Hoc libro [c. 53, 5.] *Nobiles juvenes quosdam, quorum principem L. Caecilium Metellum, mare ac naves spectare*. J. FR. GRON. *Ita ingenti consensu* Hearnii D. V. ad 21, 53, 7. *Itaque ingenti assensu* Lovel. 4. et 5. Tum *ad defectionem* mihi tantum obvium fuit in Lovel. 3. Rec. et Gaertn. Sed noſtri reliqui, ut et Hearnii Oxon. praepositionem ignorant. Quamvis itaque, Livium saepius *spectare ad aliquid* diximus, supra docuerim ad 1, 47, 1. hic tamen codicum, praepositionem abjicientium, auctoritatem sequor, praesertim quum et ita Livius haud raro loquatur. Ita 5, 16, 8. *Fata et Deos spectabant*. c. 21, 5. *Hostium templa novasque sedes spectare*. 6, 33, 1. *Quum Antiates deditionem spectarent*. 7, 32, 14. *Summum quodque spectate decus*. 8, 19, 6. *Fugam magis retro, quam proelium aut hostem, spectante milite*. 9. 10, 4. *Arma cuncti spectant et bellum*. 10, 18, 5. *Spectantes jam arma Etruriae populos*. 23, 34, 10. *Bellum ac defectionem omnes spectare*. ubi ante Gronov. etiam vulgo *ad bellum* edebatur. Et ita Juſtin. locutum eſſe, probat Voſſ. ad ejus 12, 3. Ceterum *socios omnes spectare* Lovel. 1. cujus librario vox *socios* ex §. praec. obversabatur. *Τὸ omnes* deeſt in Hearnii L. 1. *omnes spectare* in Hav. Mox *nisi hiems*, pro *ni*, Lovel. 4. et 5. V. ad 23, 1, 8.

§. 1. *Quum in Italia paullulum intervalli*] *paullum inter-*

Digitized by Google

valli cladibus Romanis solera cunctatio Fabii fecisset: quae ut Hannibalem non mediocri sollicitum 2
cura habebat, tandem eum militiae magistrum delegisse Romanos cernentem, qui bellum ratione, non
fortuna, gereret; ita contemta erat inter cives, ar- 3
matos pariter togatosque; utique postquam, absente eo, temeritate magistri equitum, laeto verius di-

valli Flor. et Lov. 3. ac 4. quod se etiam in Put. invenisse auctor est Crevier. Id igitur admittendum judicavi. V. ad 36, 9, 8.

§. 2. *Quae ut Hannibalem non mediocri sollicitum cura habebat*] Vocula *ut* non adparet in Lovel. 2. et 5. Tum *non mediocri cura sollicitum* legit Lovel. 1. et mox *eum magistrum militiae* Lovel. 2.

§. 3. *Ita contemta erat inter cives, armatos pariter togatosque*] *ita contemtus erat* Lov. 2. *tam contemta erat* Lovel. 4. *tamen contemta erat ejus cunctatio* Lov. 5. Hinc *inter cives Romanos, armatos pariter togatosque* Hearnii N. *inter cives Romanos, armatosque pariter togatosque* Gaertn. *cognatosque* Lovel. 1.

Laeto, ut verius dixerim, quam prospero eventu] Pal. pr. *laeti, ut prius dixerim, quam prospero eventu.* sec. *laeto, ut prius dixerim.* neque dissentit priscus editor. Tertius vero, *levo, ut dixerim, quam prospero eventu. Laevum* vocat infelicem eventum; quia quinque millia Romanorum caesa a Poenis. GEHHARD. Elegantius *τὸ ut* omittit Put. cum socio Pet. Alluduntque alii *laeto ut prius*, aut *laeto ne prius* exhibendo. Suetonius Caligula 13. *Populum Romanum vel dicam hominum genus.* ut ibi liber Pithoei, Cicero 9. ad Atticum ep. 7. *Unum illud extimescebam, ne quid turpiter facerem, vel dicam, jam effecissem.* Alibi *ne dixerim* quidem addit noster. 27, [9, 3.] *Ab Romanis extra Italiam in exilium verius, quam in militiam, ablegari.* 40, [27, 10.] *Ab Liguribus, latronibus verius, quam hostibus justis.* 41, [18, 3.] *Pecora in fanis trucidant verius passim, quam rite sacrificant.* J. FR. GRON. *et ut propius dixerim*, omissa voce *laeto*, Lovel. 4. *leva ut prius dixerim* Gaertn. *laeva ut prius dixi* Rec. *levone prius dixerim* Ber. *laeve*, pro *laeto*, etiam est in Vaticano Latinii. *levo ut prius dixerim* Lovel. 5. *laeti ut prius* Voss. et Lovel. 1. *laeto prius dixerim* Lov. 3. *laeto ut prius dixerem* Hafn. *laeto ut prius dixerim* Lov. 2. Harl. Hav. et vett. edd. *laetove prius dixerim* Flor. unde, unica litera relegata, reliquis vero aliter in voces distinctis, oritur id, quod ex suis Gronov. probat, *laeto verius dixerim.* Vulgatum *laeto ut verius dixerim* neque in ullo cod. mihi obviam fuit, neque in excusis ante ed. Ascens. anni 1513. Cic. 2. de Orat. 4. *Quaecumque caussa vos huc adtulisset, laetarer; sed tamen, vere dicam, quaevis, mallem, fuisset, quam ista.*

Digitized by Google

xerim, quam prospero eventu, pugnatum fuerat.
4 Accesserant duae res ad augendam invidiam dictatoris: una fraude ac dolo Hannibalis, quod, quum a perfugis ei monstratus ager dictatoris esset, omnibus circa solo aequatis, ab uno eo ferrum ignemque et vim omnem hostium abstineri jussit, ut occul-
5 ti alicujus pacti ea merces videri posset: altera ip-

§. 4. *Quum a perfugis ei monstratus ager dictatoris esset*] *a profundis* Lovel. 1. *a profugis* Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Brancal. Latinii, et edd. antt. usque ad Aldum, qui *a perfugis* primus substituit. Supra 10, 40, 1. *Haec comperta perfugarum indiciis.* et eodem cap. *Exeunti jam forte in aciem nunciat perfuga.* ubi similiter turbant nonnulli codd. et edd. Hoc lib. c. 28, 1. *Perfugis multa indicantibus.* ubi quoque eodem modo variant codd. 24, 20, 6. *Recepti perfugae trecenti septuaginta.* 25, 29, 10. *Aliam suam ac perfugarum caassam esse.* ubi olim edebatur *transfugarum.* 27, 15, 11. *Pro perfuga jussus Tarentum transire.* 28, 23, 6. *Perfugae a Gadibus venerunt, pollicentes, urbem prodituros esse.* 30, 37, 3. *Perfugas, fugitivosque, et captivos omnes redderent Romanis.* c. 43, 11. *Perfugas, fugitivos, captivorum quatuor millia tradiderunt.* 38, 11, 4. *Perfugas, fugitivos, captivosque reddito Romanis.* et alibi saepe. Similiter *perfugere* et *profugere*, ut et *perfugium* ac *profugium* in Mstis commutari, infra videbimus ad 37, 57, 2. De caussa erroris dictum est ad 9, 10, 7. Ceterum strategema hoc Hannibalis illustrarunt viri docti ad Justin. 8, 7, 8.

Ab uno eo ferrum ignemque et vim omnem hostium abstineri jussit] Pall. duo *vim omnium hostium.* tert. *vim omnem hostium obsideri jussit.* perperam. Idem factum Archidami, de quo Trogus 3, 7. *Periclis agros in populatione caeterorum intactos hostes reliquerant, sperantes acquirere se illi posse aut periculum ex invidia, aut ex suspicione proditionis infamiam.* GEBH. *vim omnium hostium abstineri* etiam Flor. Cant. Lovel. 2. et Gaertn. *vim omnium abstineri hostium* Ber. Male. V. ad 6, 22, 6. *vim omnem hostilem* legere jubet Cl. Crevier. Praeterea *ab eo uno* editi ante Ald. qui in contextu lapsu operarum edidit *ab non eo*, sed inter errata *ab uno eo* reposuit.

§. 5. *Altera ipsius facto*] *ipso facto* Voss. Lov. 1. 3. Ber. et Hav. V. ad 6, 3, 8. Mox *τὸ est* non adparet in Cant. ut nec voces *in maximam* in Gaertn.

§. 6. *Quod, sicut primo Punico bello factum erat*] *quod sic primo* Lov. 4. et Gaertn. *quo sint primo* Lovel. 1. *quo sic primo* Lovel. 2. *quod sit primo* Harl. *quo sit primo* Cant. et Flor. a m. 1. *quod primo* a m. 2. et Hav.

Convenerat inter duces Romanos Poenumque] Omnes auctores hoc tribuunt uni e Romanis Fabio. Etiam Livius vocat *ipsius factum*, quod ipsi uni

Digitized by Google

sius facto, primo forsitan dubio, quia non exspectata in eo senatus auctoritas est; ad extremum haud ambigue in maximam laudem verso, in permutandis captivis: quod, sicut primo Punico bello fa- 6
ctum erat, convenerat inter duces Romanum Poenumque, ut, quae pars plus reciperet, quam daret, argenti pondo bina et selibras in militem prae-

conflaverit invidiam, quoniam non consuluisset Patres. Scribendum haud dubie *inter duces Romanum Poenumque*; quod clarissime etiam ex eo patet, quod paulo post sequitur *quum plures Romanus, quam Poenus, recepisset*: quo evidenter haec verba, quae emendamus, respici, nec intelligi Romanum populum, sed ipsum ducem, unum illum Fabium, ex contextu verborum satis perspici potest. Infra 24, 15, 7. *Quum utrinque duces Romanus Bruttium Lucanumque, Poenus Romana mancipia verbis obtereret.* 30, 13, 5. *Duos imperatores Poenum Romanumque.* JAC. PERIZ. In Voss. *Romanos* quidem scriptum est, sed duabus postremis literis *τῷ um* superimposito. Sed et in scedis suis Salmasium ista ex Msto Puteanaeo scripsisse cerno *inter duces Romanorum Poenumque.* Lege *inter duces Romanum Poenumque.* JAC. GRON. Putean. lectio docet, ejus librarium in cod. suo duplicem invenisse scripturam *Romanos* et *Romanum*, quam utramque eo modo conjunxit, quod incertus foret, utra praeferenda esset. V. ad c. 20, 2. Vera autem est virorum doctorum conjectura *duces Romanum Poenumque*, quod servant Lovel. 5. Gaertn. et apud Crevierium Tellerianus. *Ro. Poenumque* habet Ber. a m. 1. Formata autem est haec locutio eodem modo, atque infra 29, 2, 5. *Cornua dextrum Ilergetes, laevum ignobiles tenebant Hispani populi.* ubi alia vide.

Quae pars prius reciperet, quam daret, argenti pondo bina et sex libras in milites praestaret] Vos mutatis *prius* in *plus*, ego in *plures*, et *milites* in *militem*, et *sex libras* in *selibras*, id est in singulas libras cum dimidiata, ut *semodius* unus modius est et dimidiatus, et *sescunx*, uncia et media. VALLA. Plutarchus [in Fabio p. 178.] vertit δραχμὰς πεντήκοντα καὶ διακοσίας. SIG. Put. *quae pars prius rec.* An fuit *plures*, nempe captivos? Nec moverim tamen vulgatam, ad quam intelligis *captivorum.* J. FR. GRON. *prius reciperet* etiam Flor. Cant. et Hafn. Solent hae voces *prius* et *plus* interdum a librariis perperam confundi. V. ad 2, 56, 6. 8, 36, 7. et alibi. (* v. Burmann. ad Lucani 3, 66.) Vulgatum igitur *plus*, in quod reliqui codd. conspirant, servandum puto; praesertim quum Livius ita loqui soleat. Supra 4, 52, 7. *In legationes non plus singulis senatoribus invenientes.* 8, 25, 7. *Samnitium plus, quam vellent, intra moenia esse rebantur.* 23, 16, 15. *Vix equidem ausim adfirmare, non plus quingentis*, vel *quingentos, Romanum amisisse.* Ita Gronov. ibi legendum censet: o.

Digitized by Google

7 ſtaret. Ducentos quadraginta septem quum plures Romanus, quam Poenus, recepiſſet, argentumque pro eis debitum, saepe jactata in senatu re, quoniam non consuluiſſet Patres, tardius erogaretur: 8 inviolatum ab hoſte agrum, miſſo Romam Quinto

44, 5. *Poenorum prima eruptione perculsi ceciderunt haud plus, quam triginta.* c. 46, 4. *Hostium plus quinque millia caesa eo die.* 24, 41, 10. *Supra duodecim millia hominum caesa duobus proeliis: plus mille captum.* c. 42, 7. *Plus octo millia hominum caesa, haud multo minus, quam mille, capta.* ubi *minus* similiter ponitur pro pauciores. 27, 1, 13. *Quum tredecim millia alibi, alibi haud plus, quam septem, inveniam.* 32, 12, 9. *Non plus duobus millibus hominum amissis.* 33, 30, 6. *Ne plus quingentis armatorum haberet.* 44, 10, 9. *Quingentos ferme occiderunt, et non minus ceperunt.* c. 42, 8. *Ex victoribus ceciderunt non plus centum.* V. etiam Vorſtium ad Val. Max. 1, 8, 5. Deinde *sex libras* Voſſ. Lovel. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. pro quo recte Valla *selibras* reposuit. Perperam tamen *selibras* exponit singulas libras cum dimidiata, *semodium* unum modium cum dimidiata: quum *selibra* sit libra dimidiata, *semodius* modius dimidiatus. Varro 4. de Ling. Lat. 40. *Se valet dimidium, ut in selibra et semodio.* Alia ratio eſt *sescuncis*, quae vox non cum *semi*, sed *sesqui*, componitur. Deinde *in milite* Flor. Lovel. 2. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. quae voces desunt in Lovel. 1.

§. 7. *Ducentos quadraginta septem quum plures*] Plutarchus [in Fab. 178.] *ducentos quadraginta* vertit. Vereor, ne scriptum fuerit *CCXLII.* SIG. Omnes noſtri in numerum receptum consentiunt; unus Hav. *CC. et quadraginta septem* legit. Mox *plures Romanos quam Poenus recepisset* Lovel. 1. sed additis voci *quam* notis, quibus eam delendam eſſe indicatur. Tum *jactatum in senatu*, omiſſa voce *re*, Lovel. 3. et Ber. *jactata frustra in senatu re* Lovel. 5.

Tardius rogaretur] *rogaretur*, pro *erogaretur*, dictum videtur. SIG. Pal. sec. *erogaretur.* GEBH. Scribe omnino *tardius erogaretur.* ut sane et nonnulli habent libri. nam *rogare* veteres dixiſſe pro *erogare* non persuadet Sigonius. J. FR. GRON. Neque mihi verisimile videtur, eo sensu *rogare* in usu fuiſſe. Sed *rogare argentum* notabit legem ferre de pecunia tribuenda. Ita apud Cic. pro Flacco 13. *Quum L. Flaccus in Asia remiges imperabat, nos hic in mare superum et inferum sestertium ter et quadragies rogabamus.* ubi v. Gruter. Et ita *rogare provinciam* in orat. pro Sext. 24. *Mihi reique publicae pernicies, Gabinio et Pisoni provincia rogata est.* Id tamen hic ferri nequit. Jus enim statuendi de hac pecunia non penes populum in comitiis, sed penes senatum erat. Ita in hac ipsa hiſtoria Valer. Max. 4, 8, 1. *Captivos ab Hannibale, interposita pactione nummorum, receperat. qui quum a senatu non praestarentur.* et Plut. in Fab. 178. *Τούτων ὑ σύγκλητος ἔγνω τὰ λύτρα μὴ πέμ-*

Digitized by Google

filio, vendidit, fidemque publicam inpendio privato exsolvit. Hannibal pro Geronii moenibus, cujus 9
urbis, captae atque incensae ab se, in usum horreorum pauca reliquerat tecta, in stativis erat. inde frumentatum duas exercitus partes mittebat: 10

πειν. Nihil itaque verius est, quam ut, addita una litera, cum Gronovio, cujus emendationem probat etiam Crevierius, legamus *erogaretur*. Et ita praeferunt Harl. Ber. Hafn. Hav. Brancal. Latinii, et Hearnii N. a m. 2.

§. 8. *Inviolatum ab hoste agrum, misso Romam filio, vendidit*] Trogus vocat *intactum*. Pericles vero aliter, de quo idem [Justin. 3, 7.] *Quod ante prospiciens Pericles et futurum populo praedixerat, et, ad invidiae impetum declinandum, agros ipsos Reipublicae dono dederat*. GEBH. Put. *misso Romam qui filio*. Emenda *misso Romam Quinto filio*. J. FR. GRON. Non adversor. V. eumdem Gronov. infra ad c. 27, 2. Nihil tamen aut mei, aut Hearnii Msti mutant. Et ita Val. Max. *misso in urbem filio*. Plut. *ἔπεμψε τὸν υἱὸν εἰς Ῥώμην*.

§. 9. *Pro Gerionis moenibus*] Pall. pr. et sec. *pro Geniori montibus*. tert. *pro Gerioni montibus*. GEBH. Put. et alii *Gerioni*. Lege *Gerunii*, vel *Geronii*. J. FR. GRON. *Geniori* Voss. in contextu. *Gerioni* Flor. et Harl. utrumvis autem, transpositis literis, datum est pro *Geronii*. V. ad c. 18, 7. Deinde *montibus* Flor. Voss. a m. 1. Lov. 4. Harl. Recan. et Hav. Solent has voces librarii commutare. V. Cel. Burm. ad Ovid. 4. Metam. 646.

Ab se usum horreorum] Vet. lib. *in usum horreorum*. Polybius [3, 100.] *βουλόμενος σιτοβολίοις χρήσασθαι πρὸς τὴν παρασκευασίαν*. SIG. *in usum* non tantum omnes mei et Hearnii L. 1. et D. verum etiam omnes edd. quas vidi, praeter unam vel alteram ab ipso Sigonio procuratam, quae praepositionem omittunt.

Pauca legi qua erat tecta, institui senserant] Vos sic *pauca reliquerat tecta*, quod ego non damno, quodque ego per me animadverteram. id si vos non conceditis, nec ipse concedam vobis, istud vos invenisse; sed aut e libro, aut ex homine didicisse. Et alioqui altius ipse, et plura, quam vos, emendavi, sic: *in usum horreorum, si qua reliqua erant, tecta restitui jusserat*. VALLA. Pal. pr. *pauca legi qua erat tecta institui senserat*. sec. *institui censuerat*. tert. *institui senserat*. Vulgatae subscribit Andreas. GEBH. Put. *Caucaleqiquatratecta instituiseserant*. Alii *institui senserant*. Valla *restitui jusserat*. Propius est: *pauca reliquerat tecta, in stativis erat*. J. FR. GRON. *pauca legi qua erat tecta* Flor. Harl. et Hearnii L. 1. *pauca legi quae erat tecta* Voss. *pauca legi quam erat tecta* Lovel. 1. *pauca legi quae reliquerat tecta* Lovel. 2. reliqui cum omnibus editis *pauca reliquerat tecta*. Deinde *stativa habebat*, ut typis inpressi ante Gronov. omnes, etiam Ber. Hafn. et Hav. *stativa tenet* Hearnii N. in margine. *aciem instrui jusserat* Lovel. 5. *institui cen-*

Digitized by Google

cum tertia ipse expedita in statione erat, simul castris praesidio, et circumspectans, necunde inpetus in frumentatores fieret.

1 XXIV. Romanus tunc exercitus in agro Larinati erat. praeerat Minucius magister equitum, profecto, 2 sicut ante dictum est, ad urbem dictatore. Ceterum castra, quae in monte alto ac tuto loco posita fuerant, jam in planum deferuntur: agitabanturque pro ingenio ducis consilia calidiora, ut inpetus aut in frumentatores palatos, aut in castra, relicta cum 3 levi praesidio, fieret. Nec Hannibalem fefellit, cum

suerat Lovel. 2. et 3. *institui senserat* Cant. Lovel. 4. et Hearnii L. 1. *institui senserant* Lovel. 1. Harl. Gaertn. et Oxon. reliqui. Mox §. seq. *castris et praesidio circumspectans* Lovel. 4. et 5.

§. 1. *In agro Larinati*] *Larinate* Ber. forte ex c. 18, 8. hujus libri. Utraque forma apud Liv. obcurrit: *Larinate*, loco modo laudato; *Larinati*, 45, 2, 11. V. ad 5, 32, 4. et 8, 12, 3. Hic igitur vulgatum praefero, quod firmant reliqui; nisi quod *Labinati* sit in Hearnii N. et Exc. Pithoei. Sed *B* et *R* ob ductuum similitudinem saepe commutantur. V. ad 7, 22, 2. 37, 43, 7. et Gronov. Diatr. Stat. c. 52. p. 346. *Labirinati*, utraque lectione juncta, est in Flor. *Latinati* in Lovel. 2. *Lucerino* in Lovel. 3. Mox *to est* exsulat a Voss. Lov. quinque, Ber. et Harl.

§. 2. *In frumentatores palantes, aut in castra, relicta cum levi manu praesidioque, fieret*] Palat. sec. *aut in frumentatores palatos, aut in castra relicta cum levi praesidio fieret*. Reliqui quoque duo *palatos*, ut et antiqua impressio. GEBH. Meliores *palatos, aut in castra relicta cum levi praesidio fieret. Tà manu* et *quae* exulant. J. FR. GRON. *palatos* etiam Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. Rec. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. V. ad 1, 11, 1. Praeterea *levi praesidio*, reliquis omissis, etiam Flor. Cant. et Voss. V. Jac. Gronov. Diss. epist. in Livii loca Geogr. ep. 2. p. 15. Utram lectionem exhibuerint Oxonienses, ex Hearnii excerptis intelligi nequit. Paullo ante *agitabantur*, sine copula *que*, Lovel. 3. Harl. Ber. et Hearnii D. atque N.

§. 4. *Quod minime quis crederet*] Quum haud difficile creditu sit, ducem, qui, hoste procul remoto, duas militum partes frumentatum mittebat, postea, quum hostis prope accessisset, jam solummodo tertiam partem militum misisse: hinc Crevier. parenthesin hanc Livio parum dignam, et aut corruptam, aut penitus tollendam judicavit: praesertim quum simile quidquam apud Polybium, quem Livius hic sequitur, non reperiatur. Mox *cum hostibus propius esset* Lovel. 5.

Digitized by Google

duce mutatam esse belli rationem, et ferocius, quam consultius, rem hostes gesturos. Ipse autem, (quod 4
minime quis crederet) quum hostis propius esset, tertiam partem militum frumentatum, duabus in castris retentis, dimisit: dein castra ipsa propius ho- 5
stem movit, duo ferme a Geronio millia, in tumulum hosti conspectum; ut intentum sciret esse ad frumentatores, si qua vis fieret, tutandos. Propior 6
inde ei, atque ipsis imminens Romanorum castris tumulus adparuit: ad quem capiendum si luce palam iretur, quia haud dubie hostis breviore via

et Hearnii D. De hoc genere errorum v. ad hujus lib. c. 8, 7. et Gronov. infra hoc cap. §. 6. Tum *frumentatum* deest in Lovel. 1.

§. 5. *Duo ferme a Gerione millia*] Polybius [3, 101.] *ἀπὸ τῆς πόλεως ἑκκαίδεκα σαδίους*. SIG. Paullo ante *dein castra*, pro *deinde*, Flor. Voss. et Harl. quod recepi. V. ad 3, 3, 6.

In tumulum hosti conspectum] Melius liber MS. *tumulum hostium in conspectu*. LIPS. 2. Epist. Quaest. 14. Non longe recedit Pal. sec. *in tumulum in conspectu hostium*. Reliqui duo, exque illis pr. *in tumulum hostium conspectum*. tert. *in tumultum hostium conspectum*. GEBH. Restituimus veterem lectionem. Lipsius e codice suo notarat *hostium in conspectu*. id continuo editores in contextum. Poterat utrosque prohibere, qui Titium docuit, quid esset *conspectus locus*, 9. Anim. 1. J. FR. GRON. *hostium in conspectu* etiam Lovel. 1. 3. 5. et Voss. *hostiumque conspectum* Hafn. et Hav. *hostium conspectum* Cant. Ber. Lovel. 2. 4. et Gaertn. neque aliter Flor. a m. 1. pro quo manus altera interpolavit *hostium in conspectu*. quod postrema Gruteri ed. recepit; cujus loco recte Gronov. vulgatum revocavit. *Tumulus hosti conspectus* est hosti conspicuus. Ita *tumulus conspectus* supra 10, 40, 8. et 32, 5, 13. *aperta undique et conspecta via* 27, 27, 3. *conspecta statio* 34, 30, 6. V. supra ad 4, 13, 3. et Cel. Burmann. ad Suet. Claud. 4.

§. 6. *Quia haud dubie hostibus breviore via praeventus esset*] Pal. sec. *praeventus erat*. Boni libri omnes *praeventurus erat*. Recte, sed et finge *hostis*: quod genus mendi non insolens libris antiquis jam ante notavimus. J. FR. GRON. *quia dubie*, media voce omissa, Hav. *aut quia dubie* Lov. 1. 2. Harl. et Gaertn. *aut quia haud dubie* Cant. *haud quia dubie* Lov. 4. *haud dubie quia* Flor. et Lov. 5. Tum *hostibus breviore via praeventus esset* servant Lovel. 3. et Hearnii L. 1. quod sensum haud incommodum habet, si *hostibus* accipiatur pro ab hostibus, et *praeventus esset* pro praeveniretur.

Digitized by Google

praeventurus erat, nocte clam missi Numidae cepe-
7 runt. quos tenentes locum, contemta paucitate, Ro-
mani postero die quum ejecissent, ipsi eo transferunt
8 castra. Tum itaque, ut exiguum spatii vallum a val-
lo aberat, et id ipsum totum prope compleverat Ro-
mana acies, simul et per aversa castra a castris Han-

Haud raro autem plusquamperfecta pro inperfectis poni, infra videbimus ad 34, 11, 2. Eam tamen veram lectionem non esse, codd. dissensus ostendit. *hostibus breviore via praeventus erat* Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hav. *hostis breviore via praeventurus erat* Voss. et Lovel. 1. *hostib. praeventurus erat* Flor. a m. 1. pro quo *hostis* emendat manus 2. Et, ita in D. et N. superesse, Hearnius notavit, quod etiam a Cant. confirmari videtur, et Gronov. ex conjectura in contextum admisit. De errore plerorumque librariorum, *hostibus*, pro *hostis*, scribentium, modo vidimus ad §. 4.

Missi Numidae ceperunt] Facile paterer ita finiri hoc colon: *nocte clam missi Numidae*, et *τὸ ceperunt* abigi in malam crucem. J. FR. GRONOV.

§. 7. *Postero die quum ejecissent*] Lego, *dejecissent*. Ut Horatius [2. ep. 2, 30.] *Praesidium regale loco dejecit*. Senec. de Prov. c. 4. *Aut explorent iter, aut praesidium loco dejiciant*. J. FR. GRON. *postero cum vidissent* Lov. 2. *postero cum ejecissent* Gaertn. *postero cum jecissent* Voss. *postero die cum jecissent* Flor. et Harl. *postero die conjecissent* Cant. et Lovel. 1. *postero die cum rejecissent* Lov. 4. et 5. quae lectio Gronovii conjecturam *dejecissent* firmat: nam alibi saepe *dejicere* et *rejicere* commutantur. V. ad 21, 31, 7. *Dejicere* autem in hac re frequens est. 4, 53, 9. *Dejectis, qui in praesidio erant, arcem recipit*. 34, 8, 6. *Praesidium Hispanorum vi dejectum*. 36, 44, 6. *Dejectis caesisque propugnatoribus navem capiunt*. 39, 1, 5. *Ex praeoccupatis dejicere hostem*. 44, 35, 7. *Macedonas ex tot castellis priore anno dejectos*. Ibid. §. 11. *Dejici praesidia posse*. c. 39, 9. *Dejectis hostium praesidiis novum iter aperui*.

§. 8. *Exiguum spatii vallum a vallo aberat*] *exiguum intervallum a vallo aberat* Lovel. 5. *exiguum spatium a vallo aberat* Ber. Librario displicuit repetitio ejusdem vocis *vallum*, *vallo*. unde etiam voces *a vallo* omittuntur in Lovel. 4. Sed v. ad 1, 3, 9. *exiguum spatii* autem dictum, ut *exiguum campi* 27, 27, 3. Plura v. ad 27, 2, 9. *vallum vallo aberat* sine praepositione Lovel. 3. At Livium saepissime praepositiones, ex quibus verba componuntur, repetiisse, et quidem, ut hic, verbo *abesse* addidisse praepositionem *a*, infra videbimus ad 37, 26, 5. Mox *tota*, pro *totum*, Flor. Voss. Ber. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Hafn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Per aversa castra a castris Hannibalis] Gestio inducere *τὰ a castris Hannibalis*, tamquam ab interprete apposita. J. FR.

Digitized by Google

nibalis equitatus, cum levi armatura emissus in frumentatores, late caedem fugamque hostium palatorum fecit. nec acie certare Hannibal ausus; quia 9
tanta paucitate vix castra, si obpugnarentur, tutari poterat. Jamque artibus Fabii, (pars exercitus ab- 10
erat) jam ferme sedendo et cunctando bellum gere-

GRON. Gronovio tres illas voces delenti favet Crevier. Omnes tamen codd. in iis servandis consentiunt; nisi quod *adversa castra* habeant Voss. Lov. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. Sed *aversa castra* intellige castrorum pars a castris hostilibus remota. V. ad 4, 22, 4. Tum *e castris* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. et Gaertn. quorum librarii perperam conjunxerunt *e castris emissus*, quum deberent *aversa a castris*. Flor. praefert *castra castris*. Sed praepositionem intercepit vocis praecedentis litera finalis. V. ad 5, 52, 10.

§. 9. *Vix castra, si obpugnarentur, tutari poterat*] *tutari poterant* Flor. Voss. Lovel. 2. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hearnii L. 1. N. D. Exc. Pithoei, et edd. vett. pro quo *poterat* jam editum vidi Ven. anno 1498. idque subinde aliae edd. receperunt.

§. 10. *Jamque artibus Fabii pars exercitus aberat, jam fame sedendo* etc.] Ego *ferme* potius legerim. Tu vide, utrum malis. SABELL. Fabius Romae erat. negotium hic inter Minutium ac Hannibalem agitur. Itaque haec verba consideranda lectori, quomodo Hannibal cunctando bellum gerebat etc. nam ego plane hic haesito. GLAR. Scribimus de conjectura, *Jamque artibus Fabii, dum pars exercitus aberat, ferme sedendo et contando, bellum gerebat*. Schelius tamen noster putabat salvum locum, modo illa, *pars exercitus aberat*, virgulis includerentur. ut etiam Franc. Sanctius. Muretus, *Jamque artibus Fabii par erat: jam ferme sedendo*. J. FR. GRONOV. Gronovius in priori ed. notarum conjicit, *Jamque, quia pars exercitus aberat, ferme artibus Fabii sedendo*; quod merito, ut nimis a vulgato discedens, deseruit. Doujatius professus sensum planiorem futurum, si conjectura Gronovii, quam hic edidimus, recipiatur, non tamen repudiandam existimabat Saxonii sententiam, qui putat, Fabii cunctatione securiorem factum Hannibalem ad partem exercitus frumentatum mittendum descendisse, et bellum ejus Fabii more gerere incepisse. Clericus, Schelii sententiam secutus, verba, *pars exercitus aberat*, virgulis inclusit. nec aliter Cl. Crevierius edidit, qui tamen tria illa verba *pars exercitus aberat* hoc loco sensum turbare et vitiare existimat. Hannibalem enim non uno die, sed per aliquantum temporis, Fabianam illam cunctationem imitatum esse: neminem autem credere posse, partem exercitus ab Hannibale tunc, quum a Minucio valde premeretur, in longum temporis spatium alio fuisse ablegatam. Ea igitur hic deleta superius iterum §. praec. inserebat hoc modo: *quia tanta paucitate (pars exercitus aberat) vix castra, si obpugnarentur, tutari*

Digitized by Google

bat, receperatque suos in priora castra, quae pro
11 Geronii moenibus erant. Justa quoque acie et conlatis signis dimicatum, quidam auctores sunt. primo concursu Poenum usque ad castra fusum, inde eruptione facta repente versum terrorem in Romanos: Num. Decimii Samnitis deinde interventu proe-
12 lium restitutum. Hunc, principem genere ac divitiis

poterat. ubi optime iis locum esse posse putat; ceteroquin enim non esse, unde judicabitur, quanta Karthaginiensium in castris paucitas fuerit. Ipse etiam lectionem Clerici, sive potius Schelii servavi: verum, ut locus ab omni menda liberetur, integriores codices exspectandos esse censeo. Scripti enim omnes, quos consului, nihil mutant, nisi quod plerique, et optimus etiam Flor. *fame*, pro *ferme*, ut ante Sabell. edebatur, legant; et *artibus Fabiis* praeferat idem Flor. quomodo etiam *Fabiis artibus* alius cod. infra c. 34, 7. quod dictum videri posset, quemadmodum *jussa magistra*, de quo latius dixi ad Silii 3, 387. Id tamen poëticum magis, quam Livianum, videtur.

§. 11. *Primo concursu Poenum*] *occursu* Voss. V. ad 36, 24, 4.

Numerii Decimi Samnitis deinde adventu] In vet. lib. est *interventu.* Porro autem *Decimii* legendum est. Nam *Numerius* praenomen est. *Decimiorum* autem saepe mentio fit. SIG. *Tò adventu* propugnant Pal. sec. et prisca ed. Primus autem *Numeris Deciri Samnitis deinde ventu.* et ita tert. habet, nisi quod *deinde ventum proelium.* GEBH. Optimi libri *deinde ventu.* Repone, ut voluit Sigonius: *Decimii Samnitis deinde interventu.* 10, [19, 20.] *Ibi interventu Gellii cohortiumque Sabellarum paulisper recruduit pugna.* J. FR. GRON. Duae priores voces desunt in Lovel. 4. et 5. relicta tamen lacuna. *Numeris dextra* admodum corrupte praeferunt Voss. et Lovel. 1. *Numidis dextra* ed. Parm. *Numeris Deciri* Flor. et Lovel. 3. *Numeris Decirii* Lovel. 2. *Numeriis Decimi* Hafn. *Minerii Decii* Gaertn. *Numeris Decii* Harl. *Numerii Decii* Hearnii Oxonienses. Praeter Romanos aliorum Italiae populorum nominum ratio adeo anceps est, ut, quid sequar, dubitem. Tum *deinde adventu* Lovel. 4. Harl. et Ber. *deinde aduetu* Lovel. 2. *deinde ventu* Flor. Voss. Lovel. 1. et Gaertn. Scriptum fuerat *deiñ iniventu*; literae deinde *int'* ab ultimis vocabuli praecedentis absorptae sunt.

§. 12. *Et equites ducentos adducentem in castra*] Nesciunt MSS. *τὸ ducentos.* Lege *et equites D ducentem.* J. FR. GRON. Unus tantum meorum Hav. lectionem, quae ante Gronovium vulgo circumferebatur, probat: at *et CC equites adducentem* legant Ber. Gaertn. et Rec. *et equites adducentem* Flor. Voss. Lovel. quinque, Hafn. et Harl. *et equites ducentem* Cant. Nihil itaque propius video, quam quod

Digitized by Google

tiis non Boviani modo, unde erat, sed toto Samnio, jussu dictatoris octo millia peditum, et equites quingentos ducentem in castra, ab tergo quum adparuisset Hannibali, speciem parti utrique praebuisse novi praesidii, cum Q. Fabio ab Roma venientis: Hanni- 13
balem insidiarum quoque aliquid timentem recepisse suos: Romanum insecutum, adjuvante Samnite, duo castella eo die expugnasse: sex millia hostium 14

Gronovio in mentem venit. Nescio tamen, unde venerit, ut in contextu ediderit *et equites ad quingentos ducentem;* quod eum secuti recentiores servarunt. *To ad* igitur ejeci.

Spem parti utrique praebuisse novi subsidii: tumque Fabio ab Roma veniente, Hannibalem] Vitiavit haec paulum operarum negligentia. Pall. pr. et sec. *speciem parti utrique* (pr. *utriusque*) *praebuisse* (pr. *praebuisset*) *novi praesidii.* Tert. *speciem parti utrique praebuisse novi auxilii.* Prisca ed. *speciem partis utriusque praebuisse novi subsidii.* GEBH. Probi codices *speciem.* 24, [30, 6.] *Erroris speciem haud vanam mendacio praebuerant verberati ac securi percussi transfugae.* Sed et meliores *novi praesidii*, non *subsidii.* Continua: *tum quasi Fabio ab Roma veniente.* non *tumque.* neque enim veniebat, sed venire falso Hannibali credebatur. Melius tamen omnia MSS. *tum Q. Fabii ab Roma venientis.* J. FR. GRON. *speciem* tantum non omnes apud me codd. et edd. antiquiores; *spem* enim demum inveni in Ven. anni 1498. Saepissime has voces confundi, dictum est supra ad 3, 9, 13. V. et Cl. Ducker. ad 6, 5, 2. Deinde *novi praesidii* Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hearnii Oxon. et omnes Crevierii codices. In ultimis verbis scribunt priscae edd *cumque Fabio ab Roma veniente*, pro quo Ascensius demum *tumque Fabio* anno 1513. substituit, in margine vero *tamquam Fabio* conjecit, quod Gronov. anno 1665. in contextum recepit, sed in nullo apud me cod. superest. *tum quasi Fabio ab Roma venienti* legit Hafn. *tum q2 Fabio a Roma venienti* Gaertn. *Q. Fabio Romam venienti* Lov. 5. *cumque Fabium ab Roma venientem* Lov. 1. *eumque Fabio ab Roma veniente* Voss. *cumque Fabio ab Roma venienti* Lov. 4. et Harl. *cumque Fabio ab Roma venientis* Put. Flor. et Lovel. 2. *cum Q. Fabio ab Roma venientis* Ber. et Hav. quod unice verum puto, et in contextum recipere non dubitavi. Eamdem lectionem etiam Cl. Crevier. in Victor. reperisse, ac probatam in contextum recepisse lector. Quum Num. Decimius Hannibali ab tergo adparuisset, praebuit speciem novi subsidii vel praesidii, quod cum Q. Fabio ab Roma veniebat. V. infra hoc libro ad c. 31, 7.

§. 14. *Sex millia hostium caesa, quinque admodum Romanorum*] *quinque admodum Romanorum militibus deperditis* Brancal Latinii, qui forte *millibus* dare voluit. Sed duo poste-

Digitized by Google

caesa, quinque admodum Romanorum. tamen in tam pari prope clade famam egregiae victoriae cum vanioribus literis magistri equitum Romam perlatam.

1 XXV. De his rebus persaepe et in senatu et in
2 concione actum est. Quum, laeta civitate, dictator unus nihil nec famae, nec literis crederet; ut vera omnia essent, secunda se magis, quam adversa, ti-

riora vocabula ex interpretis glossa addita sunt, qui ea subintelligenda putavit, quum ex praecedentibus potius supplendum sit *millia caesa*. V. ad 31, 34, 7. Ex alia glossa etiam natum est, quod praeterunt edd. vett. *quinque admodum Romanorum nunciatum est*, quum pendeat omnis oratio ex illis, quae §. 11. praemissa sunt *quidam auctores sunt*.

In tam pari prope clade] *pari quoque clade* Lovel. 3. 4. 5. V. ad 38, 17, 6. *pari clade*, omissa voce media, Ber. V. ad 6, 27, 11. *parva clade* Gaertner. Mox *jactatoriis literis*, pro *vanioribus*, Lovel. 3.

§. 1. *Persaepe in senatu et in concione*] Ita Cl. Jac. Gronov. edidit, eamque lectionem se in omnibus codd. Oxon. atque edd. Rom. et Sig. invenisse Hearne testatur. Apud me tamen *et in senatu et in concione* superest in Flor. Voss. Lovel. quinque, Ber. Rec. et Hav. Id etiam inveni in edd. Rom. anni 1472. Parm. Mediol. anni 1480. Tarv. utraque, Venetis, aliisque, quas consului, ut et illis, quae sub Sigonii nomine exstant. Hinc in contextum revocandum censui. V. ad 2, 44, 3.

§. 2. *Crederet, ut si vera omnia essent*] Vet. lib. *et ut vera omnia essent*. SIG. Pall. duo, et vet. ed. *ut vera omnia essent*. tert. *et ut vera omnia essent*. GEBH. Sigonius *et ut vera*: quod nos etiam forte alicubi, sed in Put. Pet. Reg. Men. Voss. duobus Pal. Andrea, et ejus aemulis invenimus *crederet; ut vera*. Asyndeton est elegans. *Tò ut* autem pro quamvis. V. 3. Obs. 6. J. FR. GRON. *ut si vera* primum vidi in Mog. ed. *et ut vera* solus servat meorum Lov. 5. Reliqui cum edd. Moguntina prioribus *τὸ et* ignorant; quod natum est ex praecedentis vocis literis ultimis. V. ad 39, 18, 8. Recte autem Gronov. *ut* exponit quamvis. Supra 2, 38, 2. *Ut omnia obliviscamini alia, hodiernam hanc contumeliam quo tandem animo fertis?* c. 40, 8. *Nec, ut sim miserrima, diu futura sum*. 21, 52, 7. *Tum, ut alia vetustate obsolevissent, ob recentem Bojorum perfidiam*. 28, 12, 7. *Qui, ut omnis coleretur, exiguus tamen tanto alendo exercitui erat*. Et ita alii passim loquuntur. V. Gronov. ad Livii 23, 27, 12. ad Senec. 1. de Clem. 1. et epist. 19. Similiter ex optimo Mogunt. aliisque codd. infra legendum 38, 46, 3. *Ut non tela ex superiore loco mitterent, sed corpora sua nuda injicerent, obruere nos potuerunt*. Vulgo nunc editur *ut, si non* etc. *potuerint*.

§. 3. *M. Metellus tribunus plebis*] Hic a Plutarcho (in Fab.

Digitized by Google

mere diceret: tum M. Metilius tribunus plebis, *id* 3
enim ferendum esse negat. *Non praesentem solum* 4
dictatorem obstitisse rei bene gerendae, sed absen-
tem etiam gestae obstare: et in ducendo bello sedu-
lo tempus terere, quo diutius in magistratu sit, so-
lusque et Romae et in exercitu imperium habeat.
Quippe consulum alterum in acie cecidisse; alterum, 5

Max. 178.] *Μετίλιος* dicitur. Fuit autem etiam gens *Metilia*, e qua tribuni pl. multi. atque ita puto legendum. Nam *M. Caecilius Metellus* dixisset, ut infra [c. 53, 5.] *L. Caecilium Metellum* deserendae Italiae auctorem nominabit. Hujus *M. Metilii*, legati cum *L. Laetorio*, meminit etiam l. 25, [22, 2.] SIG. V. etiam Pighium in Annal. ad ann. 10XXXVI. p. 156. *M. Marcellus* Lovel. 3. *M. Metellius* Lovel. 2. Miror eruditionem ac diligentiam Doujatii, qui ideo *M. Metilius* legendum censet, quod Metellorum gens patricia fuit. Hunc Livio, quem in usum inlustrissimi juventutis Francicae principis edidit, animum adtendisse dicen, qui non Caecilios Metellos tribunos plebis et aediles plebejos, magistratus vere plebejos, ex ipso observavit.

Id unum enimvero ferendum esse negat] *unum* abest a vet. lib. SIG. Pal. pr. *id enim referendum esse negat*. sec. et tert. *id enim ferendum esse negat*. GEBHARD. Optimi quique *τὰ unum* et *vero* non agnoscunt, sed ita: *id enim ferendum esse negat*. Purissime. et hic usus particulae tamquam adversativae Plauto frequens. J. FR. GRON. *id enim unum ferendum* Hav. *id enim referendum* Lovel. 1. et 3. *id enim ferendum* reliqui mei, et omnes Hearnii Oxon. V. Torren. ad Val. Max. 3, 7, 8.

§. 4. *Et in ducendo bello sedulo tempus terere*] Cl. Jac. Gronov. in Diss. epist. ad Liv. loca quaed. geogr. cp. 2. p. 16. testatur, optimum Putean. legere *ac sedulo*: Quum autem frequentissime in illo Msto litera *a* cum *s* commutetur, illud *ac* natum putat ex sequentis vocis priori syllaba *se*. Verum similiter etiam praeferunt Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. a m. 2. Hav. Hearnii N. et priscae edd. Quia vero dici nequit, in omnibus illis codd. easdem literas commutari, videndum est, an non potius ea vera lectio sit, atque illud *ac* hic ponatur pro *et quidem*: ut Metilius criminetur, Fabium bellum ducere, et quidem ducere sedulo. Mox *quod justus*, pro *quo diutius*, Harl. *quod justius* Cant. et Lov. 2. *quo justius* Lovel. 1. Voss. Gaertn. Hafn. et Hav. *quod unus* Lovel. 3. *quod inscius* Lovel. 4. *quo inscius* Lovel. 5. Deinde *solusque Romae* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad §. 1.

§. 5. *Consulum alterum in acie cecidisse*] *consulem alterum* Lovel. 3. et Harl. V. ad 9, 32, 3. Tum *occidisse* Hav. V. ad 36, 36, 6. Mox *allegatum*, pro *ablegatum*, idem Hav. V. ad 7, 13, 8.

§. 6. *Duos praetores Sicilia atque Sardinia occupatos*] T.

Digitized by Google

specie classis Punicae persequendae, procul ab Italia
6 *ablegatum. Duos praetores Sicilia atque Sardinia occupatos, quorum neutra hoc tempore provincia praetore egeat. M. Minucium magistrum equitum, ne hostem videret, ne quid rei bellicae gereret, pro-*
7 *pe in custodiam habitum. Itaque, Hercule, non Samnium modo, quo jam, tamquam trans Iberum agro, Poenis concessum sit, et Campanum, Cale-*

Otacilius Crassus Siciliam, A. Cornelius Mammula Sardiniam obtinuisse videtur. *Cornelius* quidem sequenti anno in ea pro praetore fuit, et *Crassus* classem hoc anno obtinuit. Reliqui duo praetores fuerunt *M. Aemilius*, qui urbanam, *M. Pomponius Matho*, qui peregrinam provinciam obtinuit. SIG. Mox *quarum neutra hoc tempore provincia praetore egeat* Ber. et Hav. Et ita manu docta emendatum erat in margine ed. Parm. Contra Crevier. vocem *praetore* tollebat, et *quorum* intelligit nempe praetorum. Tam enim dici *egere alicujus rei*, quam *aliqua re*. Sed duorum codd. auctoritatem rejicere non audeo, nisi forte vulgatum *quorum* defendi possit ex illis, quae dicta sunt ad 4, 54, 4. Voces *hoc tempore provincia* desunt in Lovel. 1. Tum *egebat* Lovel. 3.

Ne quid rei bellicae gereret, prope in custodia habitum] Pall. pr. tert. ac vet. ed. *ne quid reip. gereret, prope in custodiam habitum.* sec. *ne quid bellicae rei gereret, prope in custodiam habitum.* Ut aliquoties loqui Livium jam adnotavi. GEBH. *ne quid bellicae rei* Flor. *ne quid in rep. gereret* Hearnii L. 1. *ne quid reip.* vel *reipu.* vel *reipublicae* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. Aldo priores: quod non displiceret, si certiores codd. accederent. V. ad 2, 64, 5. Praeterea *in custodiam habitum* recepit J. Fr. Gronov. ita optimos codd. legere testatus supra ad 2, 14, 4. Ex meis ita praeferunt Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. et forte Cant. unde nihil notatur. Neque aliter est in edd. ante Ascens. anni 1513.

§. 7. *Quo jam* etc. *Poenis concessum sit*] *congressus sit* Voss. *congressum sit* Flor. a m. 1, Lovel. quinque, Harl. Hafn. Gaertn. et Hav. Male. *Concedere* est cedere. V. ad 2, 47, 3. Ut autem non tantum *cedo tibi hanc rem*, sed etiam *hac re*, dici solet, ita eadem constructione *concedere* usurpatur. Infra 28, 12, 6. *Cedendoque in angulum Bruttium cetera Italia concessum.*

Sed Campanum Calenumque] Vet. lib. *et Campanum Calenumque.* SIG. Pal. pr. *et Campanum.* sec. *sed et Campanum.* GEBH. *sed Campanum* Mediolani natum. Andreas ut Put. Voss. Pal. *Itaque, Hercule, non Samnium modo, quo jam, tamquam trans Iberum agro, Poenis concessum sit, et Campanum, Calenumque, et Falernum agros pervastatos esse.* Et, quod mirum, sic etiam Sigonius. V. 3, 71, 6. J. FR. GRON. *item*

Digitized by Google

numque, et Falernum agros pervastatos esse, sedente Casilini dictatore; et legionibus populi Romani agrum suum tutante. exercitum cupientem pugnare, 8
et magistrum equitum, clausos prope intra vallum retentos; tamquam hostibus captivis arma ademta. tandem, ut abscesserit inde dictator, ut obsidione 9
liberatos, extra vallum egressos fudisse ac fugasse hostes. Quas ob res, si antiquus animus plebi Ro- 10

et Campanum Florent. a m. 1. *sed et Campanum* a m. 2. *et Campanum* Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Hafn. Gaertner. Hav. Hearnii L. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quo etiam tendunt Hearnii D. et N. *ut Campanum* exhibentes. *agros* autem, pro *agrum*, Lovel. 3. et Hearnii N. Hanc lectionem etiam probat Cl. Crevierius, vel delet vocem *agros*; quae non tantum exsulat ab edd. Andreae et Campani, quas consuluit, sed et ab omnibus, quas vidi, Aldina antiquioribus.

§. 8. *Exercitum cupientem pugnare*] Vet. lib. *verum etiam exercitum cupientem pugnare.* SIG. Reperitur in Pal. tert. *verum etiam exercitum.* GEBH. Ita et Harl. Ber. et Gaertn. Sed *vò verum etiam* nata sunt ex glossa alicujus, qui praecedentia *non modo* eas voces requirere existimavit. Verum, si haec periodus cum praecedenti cohaerere censenda est, qui ita locum interpolati sunt, nesciverunt, *verum et, verum etiam* et similia saepe post *non modo, non solum, non tantum* eleganter omitti. V. ad 1, 25, 3. Vel, si haec verba non pendent a praecedentibus *non modo*, non viderunt, jam habuisse *non modo*, quod respondeat, nempe voculam *et*, hoc modo, *non modo Samnium, et Campanum*, pro sed et Campanum. Similiter *non solum, etiam* pro sed etiam est apud Cic. 1. de Off. 22. *Haec quidem res non solum ex domestica est ratione; adtingit etiam bellicam.* Et ita *non solum, quoque* ex conjectura emendamus infra 36, 35, 13. In verbis sequentibus *arma demta*, pro *ademta*, legi, se non probare testatur Gebhard. infra hoc lib. c. 44, 6. Nullum tamen, qui ita legerit, inveni. Omnes etiam codd. quibus utor, in *ademta* conspirant.

§. 9. *Ut abscesserit inde dictator, ut obsidione liberatos*] *ut abscessit* Hav. V. ad 40, 14, 11. *ut abscesserat* Hearnii N. in cujus tamen margine *abscesserit* emendatum est. Hinc *ab obsidione liberatos* Gaertn. Utrumque in usu esse, vidimus ad 6, 20, 10. Nihil igitur muto. Mox *progressos* Lovel. 4. et 5.

§. 10. *Audacter se laturum fuisse*] Vetus *audaciter*. Scimus Ciceronem ipsum sic locutum. LIPS. 4. Epist. Quaest. 10. Pall. pr. ac tert. *audaciter*, ut monere praevertit ex suo libro Cl. Lipsius. GEBH. *audaciter*, quod ex suo Lipsius, consentientium fere omnium vett. lib. scriptura est. M. Seneca contr. 20. *Dic, puer, quis patrem tuum occiderit: dic audaciter.* L. Seneca de Provid. c. 4. *Audaciter veteranus cruorem suum spectat.* Et-

Digitized by Google

manae esset, audaciter se laturum fuisse de abrogando Q. Fabii imperio; nunc modicam rogationem promulgaturum de aequando magistri equitum et di-
11 *ctatoris jure: nec tamen ne ita quidem prius mittendum ad exercitum Q. Fabium, quam consulem in*

si judicium Quintiliani sit 1, 6. *Inhaerent tamen quidam molestissima diligentiae perversitate, ut audaciter potius dicant, quam audacter, licet omnes oratores aliud sequantur.* J. FR. GRON. V. quae ad locum Quintil. disputant viri docti, et quae ad Cic. de Senect. 20. adnotant Guilielmius et Graevius. *audacter* usu receptum esse, quum potius dicendum fuisset *audaciter*, tradunt Charis. 2, 165. et Priscian. 15, 1014. At Velius Longus de Orthogr. p. 2246. scribit, *audacter* Latinum, sed *audaciter* melius esse. Non tam melius, quam magis analogum est. Nec tamen admodum usitatum fuisse, ex eo colligo, quod id ex nullo vetusto poëta, cujus versus ingredi potuerat, proferri video. Nam quod Muretus in Ter. Phorm. prol. v. 2. ex uno MS. legendum contendit,

Minus multo audaciter, quam laedit, laederet,

non est contra omnium aliorum auctoritatem, qui habent,

Minus multo audacter, quam nunc laedit, laederet,

admittendum: etsi Tan. Faber et illius Filia cum Mureto faciant. Nec debuerat Muretus, quum ex Prisciano l. d. adnotabat, Ciceronem *audaciter* dixisse, dissimulare, verba Terentii non aliter a Prisciano lecta fuisse, quam nunc vulgo leguntur. Ad locum autem Quintiliani quod attinet, nonnihil miror, eum vel ignorasse, Ciceronem hac voce usum; vel, si scivit, hunc quoque *diligentiae perversitatis* arguere ausum fuisse. Sed, ut, quod sentio, dicam, ex hoc ipso suspicor, illius aetate *audaciter* in Cicerone lectum non fuisse: eo magis, quod omnes oratores aliud sequi addit. DUK. *audaciter* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 5. Gaertn. Harl. Hafn. Bec. et Hearnii Oxon. quod Gronov. iterum Livio restituit infra 40, 55, 7. (* v. ad 38, 29, 8.) alii Val. Max. 8, 1, 5. Eodem etiam utitur Apulej. 3. Met. 131. et 5, 167. ed. Elm.

De abrogando Q. Fabii imperio] Sic 27, 20, 11. *Et jam de imperio ejus abrogando agebat.* Et, *nec de imperio ejus abrogando absente ipso ageretur.* Sed ibi Sigonius et Gronov. emendant *ei abrogando.* Si non potest Latine dici *imperium alicujus abrogare*, hic quoque scribendum est *Q. Fabio.* Et 27, 21, 4. *Ut non rogatio solum de imperio ei abrogando antiquaretur.* Et 29, 19, 6. *Ut de imperio ei abrogando ferret ad populum.* non *de imperio ejus abrogando*; quod utroque loco vulgatum est. DUK. Voces *de abrogando* desunt in Lovel. 1. 3. 4. *de Q. Fabii imperio* legunt Voss. Lovel. 2. Ber. Gaertn. et Hav. *de Fabii imperio* edd. vett. *de Q. Fabii imperio abrogando* Lov. 5. *de abrogando Q. Fabio imperio* Harl. V. ad 27, 20, 11.

§. 11. *Ne ita quidem prius dimittendum ad exercitum*] Pall. tres *prius mittendum.* GEBH.

Digitized by Google

locum C. Flaminii subfecisset. Dictator concionibus se abstinuit, in actione minime popularis. ne in senatu quidem satis aequis auribus audiebatur, tunc quum hostem verbis extolleret, bienniique clades per temeritatem atque inscientiam ducum acce- 12

Scripti *mittendum.* eadem sententia. J. FR. GRON. Ita et omnes mei, et Hearnii Mss.

(§. 12. *In actione minime popularis*] Malim, quamvis non faveant libri, *in actione minime populari.* plebs enim fatebat temeritati magistri equitum. J. FR. GRON. Ita unus Lovel. 3. *minime populare ministerium* supra dixit 4, 11, 6. Si Fabius in concionem prodiisset, adversari debuisset Metilio aliisque Minucio faventibus: ea autem actio minime popularis futura fuisset; hinc concionibus se abstinuit. Hunc sensum emendationis Gronovianae non vidit Doujatius, et hinc vulgatum tuebatur. Per me fruatur ingenio suo.

Aequis auribus audiebatur] Habet Pal. tert. *aequis animis audiebatur.* GEBH. Prima vox exsulat a Cant.

Bienniique clades per temeritatem atque inscitiam ducum acceptas referret] Pall. pr. ac sec. *per temeritatem atque inscientiam.* GEBH. Omnes et Andreas *inscientiam.* Atque illam vocem ubique fere apud Ciceronem, Caesarem, Livium inepte curiosi homines deleverant. Restituenda est etiam Caesari 3. Gall. [10.] *Factum est opportunitate loci, hostium inscientia ac defatigatione, virtute militum* etc. Sic enim Andinae membranae. Nascitur suspicio, et aliud vitium hujus loci esse, dedisseque Livium: *bienniique clades temeritati atque inscientiae ducum acceptas referret.* Cicero Philipp. 2, [12.] *Omnia denique, quae postea vidimus, (quid autem non vidimus?) uni accepta referemus Antonio.* Valerius Maximus 1, 5. *Successum suum omini acceptum referentes, et tunc Aeanti ut Deo immolaverunt,* etc. Sic enim vett. edd. et boni scripti: quae pessime Pighius mutavit. Utitur idem proprie l. 4, 4, 10. Livius 5, [22, 1.] *Quod retulere secum praedae, nec duci nec senatui, sed Liciniae familiae acceptum referebant.* J. FR. GRON. *biennioque clades* Hearnii N. in margine. Deinde *atque scientiam* Lov. 2. et Flor. a m. 1. in quo manus altera emendavit *atque inscientiam,* quod servant Cant. Voss. Lovel. 1. Harl. Hafn. Hav. et Hearnii L. 1. et N. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quam vocem Gronov. etiam infra Livio restituit 26, 2, 7. et unus meorum codd. supra exhibebat 8, 33, 17. Et ita optimus cod. Sangerm. Columellae legit 3, 10. *Quae est orta ex inscientia seminum eligendorum.* ubi etiam vulgo *inscitia* editur. V. plura apud Cel. Burm. ad Quinctil. 9, 4, 841. Gronov. ad Cic. 1. de Offic. 40. et Parad. 3, 1. Davis. ad Cic. 1. de Nat. Deor. 1. Mercer. ad Non. Marc. p. 92. et Viros doct. ad locum Caes. laud. Quod autem insuper Gronov. *temeritati atque inscientiae* emendabat, Doujatio displicuit, quia nullus huic lectioni favet cod. vetus. *referret* itaque exponit diceret, narrando adseveraret, cla-

Digitized by Google

13 ptas referret: *magistroque equitum, quod contra dictum suum pugnasset, rationem* diceret *reddendam*
14 *esse. Si penes se summa imperii consiliique sit, propediem effecturum, ut sciant homines, bono imperatori haud magni fortunam momenti esse: mentem*
15 *rationemque dominari. Se in tempore et sine ignominia servasse exercitum, quam multa millia ho-*
16 *stium occidisse, majorem gloriam esse.* Hujus generis orationibus frustra habitis, et consule creato

des acceptas fuisse per temeritatem et inscientiam ducum; quomodo etiam locum intellexerunt librarii Harl. et Lovel. 4. ac 5. *acceptas esse referret* scribentes. Paullo ante *hunc quum hostem* Flor. Lovel. 2. 3. 4. et Gaertn. *nunc quum hostem* Voss. *hic quum hostem* Lovel. 5. Ber. et Hav. *hunc custodem* Lovel. 1. Praeterea, transpositis vocibus, *extolleret verbis* Lovel. quinque, Ber. Gaertn. et Hav.

§. 13. *Quod contra edictum suum pugnasset*] Pall. tres *contra dictum suum.* GEBH. Boni omnes *dictum.* Recte: nam et sic *dicto audiens, dicto obediens, dicto parere.* 8, [34, 4.] *Ei, qui adversus dictum suum turbatis religionibus ac dubiis auspiciis pugnasset.* J. FR. GRON. Parendum est libris scriptis. alioqui rectum est *contra edictum suum.* 8, 7, 15. *Adversus edictum nostrum extra ordinem in hostem pugnasti.* DUK. *dictum* etiam Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hearnii Oxon. et, quibus usus sum, edd. antt. usque ad Ascens. qui demum *edictum* substituit. Se etiam *dictum* in Pal. 1. ac 3. invenisse, auctor est Gebh. infra ad 29, 20, 11. Gellius 17, 21. *Filium suum, quod contra suum dictum in hostem pugnaverat, securi necavit,* ubi recte Oisel. invitis libris *edictum* legendum conjiciens, a viro docto reprehensus est. V. Oudend. ad Caes. 7. Gall. 71. *dicta* et *edicta* etiam supra confunduntur 8, 7, 15. ubi vide. et c. 35, 11.

§. 14. *Bono imperatori haud magni fortunam momenti esse*] *bono imperatore* Flor. Voss. Lovel. 1. 5. et Harl. neque aliter Hearnii N. a m. 2. quum ante scriptum fuisset *in bono imperatore.* Horum codd. lectio si placet, ad verba *bono imperatore* subintelligi debet participium verbi substantivi, quod alibi saepe per ellipsin omittitur. Non displicet tamen vulgatum.

§. 15. *Se saevo tempore et sine ignominia servasse exercitum, quam multa millia hostium occidisse, ducere majorem gloriam esse*] Vet. lib. *Se in tempore, et sine ignominia.* Est autem *in tempore* idoneo tempore, ubi tempus tulit ac postulavit. Quod qui ignorarunt, *saevo* addiderunt. SIG. *Se saevo tempore* prisca ed. neque reor male. Interim Pall. pr. ac tert. *Se in tempore.* sec. vero *Et in tempore.* Sigonius admodum probat *Se in tempore.* GEBH. *Se*

Digitized by Google

M. Atilio Regulo, ne praesens de jure imperii dimicaret, pridie quam rogationis ferendae dies adesset, nocte ad exercitum abiit. Luce orta, quum 17
plebis concilium esset, magis tacita invidia dictatoris favorque magistri equitum animos versabat, quam satis audebant homines ad suadendum, quod vulgo placebat, prodire: et, favore superante, auctoritas tamen rogationi deerat. Unus inventus est 18
suasor legis C. Terentius Varro, qui priore anno

in tempore, ut Sigonius, omnes boni nostri: quibus etiam mox abest *τὸ ducere:* et cancellandum putamus. Put. *Set in tempore.* Scribe, *Se et in tempore et sine ignominia servasse exercitum, quam multa millia hostium occidisse, majorem gloriam esse.* Sensus integer est: quod ipse tum, cum maxime opportunum et opus esset, exercitum et sine dedecore servarit; eam gloriam majorem esse, quam si multa millia hostium occidisset. Sallustius 1. Hist. *Ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi.* Nisi praeferes: *Se integrum et sine ign. ser. ex. q. m. m. hostium occidisse, majorem gloriam censere.* J. FR. GRON. *Se in tempore et sine ignominia* Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. *Se in tempore sine ignominia* Lovel. 2. *Set in tempore et sine ignominia* Flor. De locutione *in tempore* v. ad 8, 7, 5. Alia ejus exempla apud Livium habes 23, 40, 6. 24, 13, 4. c. 41, 2. 25, 9, 4. c. 30, 1. c. 31, 15. c. 40, 6. 28, 8, 1. 30, 10, 21. c. 35, 1. Deinde *millia hominum occidisse* Hav. et edd. Rom. anni 1472. Parm. Tarv. utraque, et aliae. V. ad 23, 37, 11. *millia occidisse hominum* Lovel. 4. *millia hominum cecidisse* Lovel. 2. et Hafn. V. ad 36, 36, 6. Tandem *ducere* etiam abest omnibus nostris, solo forte excepto Rec. unde nihil notatur. Ejicere itaque non dubitavi.

§. 16. *Consule creato M. Atilio Regulo*] Hunc postea, [c. 32, 1.] ut male habent quidam codices, vocat *M. Attilium Fabianum*, qui Flaminio suffectus etiam a Polybio dicitur: sed et Polybius *Regulum* cognominat, ut hoc loco Livius: GLAR. Polybius [3, 106.] *Μάρκον Ῥηγοῦλον* vocat. Iterum creatum esse, post scribit Livius. Fuerat enim ante consul cum P. Valerio Flacco. SIG.

Rogationis ferendae dies adesset] Pal. sec. *dies esset.* GEBH. *tempus adesset* Hearnii D. Est ex glossa. V. ad 23, 38, 5.

§. 17. *Auctoritas tamen rogationi deerat*] *nulla auctoritas tum erat rogationi* Lovel. 5. *auctoritas tum erat rogationi* Lovel. 4. *auctoritas tamen deerat rogationi* Voss. Lovel. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. omnesque editi ante Aldum.

§. 18. *Qui priore anno praetor fuerat*] Hujus praetoris priore anno non meminit. Urbanus autem praetor fuit. SIG. Mox *sordido natus*, pro *ortus*, Lov.

Digitized by Google

praetor fuerat, loco non humili solum, sed etiam
19 sordido, ortus. patrem lanium fuisse ferunt, ipsum institorem mercis, filioque hoc ipso in servilia ejus artis ministeria usum.

1 XXVI. Is juvenis, ubi ex eo genere quaestus pecunia a patre relicta animos ad spem liberalioris fortunae fecit, togaque et forum placuere, procla-

2. Hafn. et Ber. quod est ex glossa. (* v. ad 39, 53, 3.)

§. 19. *Ipsum institutorem mercis*] Ego reor, non *institutorem*, sed *institorem* legendum. VALLA.

Filioque hoc ipso in servili ejus artis ministerio usum] Habet Pal. 2. *filiumque hoc ipso in servilia ejus artis ministeria usum*. GEBH. Optimi *servilia ministeria*. Videtur autem locus omnis ita scribendus: *patrem lanium fuisse ferunt ipsum, institore mercis filio hoc ipso in servilia ejus artis ministeria usum*. Nec putes inane esse τὸ *ipsum*. 10, [37, 13.] *Postumium auctor est Claudius in Apulia fusum fugatumque, saucium ipsum cum paucis Luceriam compulsum*. 23, [24, 6.] *L. Postumium consulem designatum in Gallia ipsum atque exercitum deletos*. J. FR. GRONOV. A vulgato non abit Flor. a m. 1. nisi quod *ministeria* legat. sed a m. 2. emendatur *filiumque hoc ipso in servilia ejus artis ministeria usum*. Reliqui omnes, ut et Hearnii codd. vix a vulgato recedunt. Utrumque dici potest, *uti in ministerio*, et *in ministeria*. Prius est apud Val. Max. 4, 3, 4. *Nihil praeter equum, quo in acie uteretur, accipere voluit*. et 6, 4, ext. 2. *Defensione in judicio uteretur*. Alterum apud Quinctil. 9, 3, 818. ed. Burm. *Quibus exemplis sum in aliud usus*. et apud Tacit. vit. Agric. 18. *Prosperitate rerum in vanitatem usus*. Quod ut praeferatur, optimis Gronovii dandum est. Doujatius, quod rarum est, omnem hic Gronovii conjecturam probat.

§. 1. *Is juvenis utrum ex eo genere quaestus pecunia a patre relicta animum ad spem liberalioris fortunae adjecit*] Ego pro *utrum* legendum reor *multa* sive *grandi*; vos *utrum*: quum tamen necessarium sit suum adjectivum habere *pecunia*. Non enim quantacumque pecunia a patre relicta facit animos, sed multa. VALLA. Pall. pr. ac tert. *jecit*. sec. *animos ad spem liberalioris fortunae jecit*. GEBH. Omnes fere codices: *Is juvenis utrum ex eo*. Deinde optimi *animos ad spem liberalioris fortunae jecit*: a quibus hactenus discedunt citerioris aetatis membranae, quod habeant *animum*: caeterum non hae modo, sed etiam Andreas, Tarvis. duae Venetae, *utrum* et *jecit*. In Ascensio reperi primo, quod editur. Livii certe fuit *animos fecit*. 1, [34, 4.] de L. Tarquinio: *Cum divitiae jam animos facerent*. Infra hoc libro [c. 28, 13.] *Tantum animorum fecerat prospere ante paucos dies res gesta*. 24, [42, 6.] *Animosque ad tentandum de integro certamen fecit*. 31, [14,

Digitized by Google

mando pro sordidis hominibus cauſſisque adversus
rem et famam bonorum, primum in notitiam popu-
li, deinde ad honores pervenit. quaeſtura quoque et 3
duabus aedilitatibus, plebeja et curuli, poſtremo et
praetura perſunctus, jam ad consulatus spem quum
adtolleret animos, haud parum callide auram favo- 4
ris popularis ex dictatoria invidia petiit, scitique

5.] *Sed animos ei faciebat praeter ferociam insitam foedus ictum cum Antiocho.* Duo autem Florentini optimae quoque notae, sed tamen poſt Put. *Is juvenis utrum ex eo genere quaestus an pecunia a patre relicta.* Unde Alb. Rubenius: *Juveni lucrum ex eo genere quaestus, an pecunia a patre relicta animos ad spem liberalioris fortunae fecit.* J. FR. GRON. Nuperrime adscripsit exemplari suo pater, Forte, *Is juvenis* (*etenim ex eo generis quaestus* etc. *placuere*) *proclamando.* JAC. GRONOV. Quum *Is juvenis utrum* habeant omnes fere codices, *τὸ utrum* videtur ortum ex *ut prim.* id eſt, *ut primum*, quibus perpetue gaudet Livius. 25, 26, 13. *Siculi ut primum videre.* 36, 19, 3. *Ut primum signa et arma errorem aperuerunt.* 40, 54, 7. 41, 2, 1. et 42. [?] et pluries. JAC. PERIZ. *Is juvenis ex eo genere* Lovel. 2. 3. Ber. et Harl. in quo poſteriori tamen lacuna, vocis omiſſae signum, supereſt. *Is juvenis tum ex eo genere* Lov. 5. *Is juvenis interim ex eo genere* Hav. *Is juvenis utrum ex eo genere* Flor. Cant. Lovel. 1. 4. Gaertn. et Hearnii Oxon. nisi quod in N. a m. 2. poſtea deletum sit. Et ita ex editis priores. *Is juvenis ubi ex eo genere* primum obcurrit in ed. Mediol. anni 1505. Perisonii conjectura quam minimum ab optimorum codd. veſtigiis recedit. Deinde *animum jecit* Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Hafn. Gaertn. Ber. Hav. Hearnii Oxon. et editi ante Mogunt. *animum fecit* Voſſ. et Lovel. 1. *animos jecit* Flor. Sed recte Gronov. *animos fecit.* Similiter *animos* de uno homine mox hoc cap. *Jam ad consulatus spem quum adtolleret animos.* V. ad 2, 27, 12. et ad 6, 23, 8. *jecit* autem et *fecit*, ut et *injicere* et *inficere* saepe in Mſſis commutantur. V. ad 41, 4, 2. Noscio, quos codicum optimos Doujatius consuluerit, in quibus *animos ad spem liberalioris fortunae gessit* repererit, nisi forte neglegentius notas Gronovii inspexerit.

Togaque et forum placuere] V. J. Fr. Gronovium ad Taciti 11. Ann. 7.

§. 2. *Ad honorem pervenit*] Latinius antiqui *ad honores pervenit.* Quibus etiam ita junxiſſe, quod sequitur, Livium censeo: *quaesturaque et duabus aedilitatibus*, non *quaestura quoque.* J. FR. GRON. *ad honores* etiam Flor. Cant. et Lovel. 1. ac 4. Mox *quaesturaque* Ber. Quod sibi quoque magis placere Crevier. teſtatur. V. ad 5, 27, 1. Deinde *ad consulatum quum attolleret animum* Lovel. 2.

§. 4. *Auram favorabilis populi ex dictatoria invidia petit, sicque plebis unus gratiam tulit*]

Digitized by Google

5 plebis unus gratiam tulit. Omnes eam rogationem, quique Romae, quique in exercitu erant, aequi atque iniqui, praeter ipsum dictatorem, in contume-
6 liam ejus latam acceperunt. ipse, qua gravitate animi criminantes se ad multitudinem inimicos tulerat, eadem et populi in se saevientis injuriam

Pal. sec. *auram favoris popularis ex dictatoria invidia petit.* Praeterea idem Pal. sec. ac tert. *scitique plebis.* pr. *scitisque plebis.* Vulgatam lectionem defendit quoque Andreas. GEBH. Praeclare optimi: *auram favoris popularis ex dictatoria invidia petit, scitique plebis unus gratiam tulit.* Appellatur eodem vocabulo et infra [c. 30, 4.] *Itaque plebiscitum, quo oneratus magis, quam honoratus, sum, primus antiquo abrogoque.* Neque eo tamen offendor ad illa; *acceptisque in ipso itinere literis senatusconsulti de aequato imperio:* quae ratio non incommodam conjecturam subjecit Lipsio *literis senatus.* Nam post legem Horatiam sive Hortensiam plebeiscitorum Patres fiebant auctores, et, ut plebis eluderent auctoritatem, eadem senatusconsultis confirmabant. Sed haec ipsa locutio, *literae senatusconsulti,* me offendit, et propterea malim, si liceat: *acceptisque in ipso itinere literis senatusque consulto.* ut ante *scitique plebis.* 31, [5, 8.] *Senatus inde consulto.* Voss. *senatusconsulto.* Unus e Pall. *literis consulis.* Cic. ad Plancum 16. ad Att. [1. post ep. 16.] *Quin et SC. et lex, et consulum decretum ac literae apud te plurimum auctoritatis haberent.* J. FR. GRON. *Fabium avium favorabilis populi* Lov. 1. *auium favoralis populi* Voss. *auram favorabilem populi* Hearnii L. 1. *auram favoris populi* ejusdem N. et D. *auram favoris popularis* Flor. et Cant. quod recte Gronov. probavit. V. ad 6, 11, 7. Hinc *dictatoris invidia* Lovel. 4. 5. Rec. Gaertn. Hearnii L. 1. et Brancal. Latinii. ut cap. praec. *Magis tacita invidia dictatoris favorque magistri equitum animos versabat.* At alterum est in melioribus. Ita *dictatoria majestas* 4, 14, 2. *et* 8, 30, 11. *dictatorium imperium* hoc lib. c. 34, 2. Deinde *scitisque plebis* Voss. Lovel. 3. Hafn. et Hav. *scitique plebis* Flor. Lovel. 1. 2. 4. 5. Cant. Harl. et Gaertner.

§. 5. *Omnes eam rogationem*] *eam gratiam sive rogationem* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii D. *eam gratiam atque rogationem* Lovel. 4. 5. et Hearnii L. 1. Paullo post Cl. Ant. Perizon. ad oram Livii scribendum conjiciebat *ut in contumeliam ejus latam,* addita priori vocula, quae facile ob similitudinem sequentis intercidere potuit. Verum nihil mutari necesse est.

§. 6. *Populi in se saevientis injuriam*] Ita primum Ascens. anno 1513. edidisse vidi. Omnes priores, quas consului, edd. *populi in se saevientem injuriam.* Neque aliter Flor. Cant. Voss. Lovel. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *populi in se venientem ruinam* Hafn.

§. 7. *Acceptisque in ipso itinere literis senatusconsulti*] Quo-

Digitized by Google

tulit: acceptisque in ipso itinere literis senatusconsulti de aequato imperio, satis fidens, haudquaquam cum imperii jure artem imperandi aequatam, cumque invicto a civibus hostibusque animo ad exercitum rediit. 7

XXVII. Minucius vero, quum jam ante vix tole- 1

mode est, ut senatusconsultum de aequato imperio Fabius acceperit, cum nullum fuerit? Nam planissime hoc plebiscitum fuit; non SC. Nec quidquam magis invito senatu extortum. Audi Minutium ipsum [c.30,4.] *Itaque plebiscitum, quo oneratus magis, quam honoratus, sum, primus antiquo abrogoque.* Ait *plebiscitum.* Ergo emendo, *acceptisque in ipso itinere literis senatus de aequato imperio.* Nam senatus haec atque talia de republica scribere ad provinciales magistratus solet. Exempla infinita. LIPS. 5. Epist. Quaest. 10. Habuerim pro spurio illud *senatusconsulti.* Lipsius decurtat. Sed cur, quaeso, id ei nunciaret senatus? GRUT. Nullum omnino exstitit senatusconsultum, ut rectissime quoque adnotavit Cl. Lipsius. Et hoc ipsum, quod aequatus fuit dictatori magister equitum, senatu connivente, latum plebiscitum; ideoque restituendum censet *literis senatus de aequato imperio.* Prisca ed. exhibet, *acceptisque in ipso itinere literis, sicut de aequato imperio.* Placet mihi lectio Pal. sec. *acceptisque in ipso itinere literis consulis de aequato imperio.* ut intelligatur, praemonitum fuisse literis Q. Fabium Maximum a M. Atilio Regulo consule. GEBH. *literis senatus de aequato imperio*, ut Lipsius conjicit, legunt Lovel. 3. 4. et 5. Tota vox *senatusconsulti* deerat in Harl. relicta tamen lacuna. *literis senatusconsultum* praefert Gaertn. *literis senatusconsultus* Lovel. 1. *literis senatusconsultu* Voss. *literis sicut de aequato imperio* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Admodum verisimiliter Gronov. supra hoc cap. §. 4. conjicit *acceptis literis senatusque consulto*, eamque conjecturam firmat ad 40, 41, 10. Infra 24, 14, 9. *Literas inde consulis ac senatusconsultum recitavit. senatusque consulto*, media interposita copula, ut infra 23, 10, 3. 31, 5, 8. et auctor Epit. Liv. 84. Similiter *resque publica* supra hoc lib. c. 9, 10. *plebisque scitu* 25, 7, 5. *jurisque dictio* 41, 9, 12. *jusque jurandum* apud Cic. pro Rosc. Am. 3. (* *postque ea* pro *posteaque* 41, 9, 9.)

Cumque invicto a civibus hostibusque animo] Recide pro spurio et supervacuo prius *que.* et abest a Gud. J. FR. GRON. Abest etiam a Lovel. 2. Hav. et Ber. a m. 2. Eradendum esse censet quoque Crevier. qui in duobus scriptis non superesse monuit. In hac autem parte Livii codd. scriptos et editos passim turbare in copulativa *que* perperam vel addenda vel auferenda, monuit Cl. Jac. Gronov. in Diss. epist. in Liv. loca quaed. Geogr. epist. 2. p. 15. *tum quoque invicto* legit Lovel. 5.

§. 1. *Quum jam ante vix tolerabilis fuisset*] Postremum verbum si detraxeris, nihil sententiae detraxeris. J. FR. GRON.

Digitized by Google

rabilis fuisset secundis rebus ac favore vulgi, tum
2 utique inmodice inmodesteque, non Hannibale ma
3 gis victo ab se, quam Q. Fabio, gloriari: *Illum in rebus asperis unicum ducem ac parem quaesitum Hannibali, majorem minori, dictatorem magistro equitum, quod nulla memoria habeat annalium, jussu populi aequatum in eadem civitate, in qua magistri equitum virgas ac secures dictatoris treme-*

§. 2. *Ab se, quam Fabio, gloriari*] Meliores *quam Q. Fabio.* quod praenomen et supra c. 23, 8. restituendum esse monuimus, et monebimus infra c. 55, 4. J. FR. GRON. Ita et Cant. ac Lov. 2. ut praecedens vox *quam*, sive *qm*, ut per compendium scribitur, praenomen *Q.* eliserit. *quam a Fabio* perperam Lovel. 5.

§. 3. *Unicum ac parem ducem*] Iidem elegantius transponunt voces: *illum in rebus asperis unicum ducem ac parem quaesitum Annibali. Parem* intellige adversarium. Ut 9, [17, 12.] *Cessisset videlicet in acie oblatus par Manlius Torquatus.* 28, [44, 9.] *Habebo parem, quem das, Hannibalem.* J. FR. GRON. Transpositionem probant Flor. Cant. Voss. 1. Lovel. 1. et alii.

Quod nulla memoria habeat annalium] Sic Plutarchus [in Fab. 179.] πράγμα μὴ πρότερον ἐν Ῥώμῃ γεγονός. id est, ut magister equitum aequo esset cum dictatore imperio. Item Polybius [3, 103.] ὃ πρότερον οὐδέποτε συνεβεβήκει κατὰ Ῥωμαίους. SIG. Val. Max. 5, 2, 4. *Quod numquam antea factum erat.* Ipse Fabius infra 28, 40, 10. *quod fando numquam ante auditum erat.* GEBH.

In eadem civitate, in qua magistri equitum] Exhibet Pal. sec. *in qua magistri etiam equitum.* GEBH. *in ea civitate* Lovel. 4. V. ad 10, 10, 6. Mox *horrere soliti sunt* Flor. Lovel. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. omnesque edd. usque ad Gronov. qui anno 1665. primus dedit *soliti sint.* Sed vox *sint* deficit in Cant. et Lovel. 1. 4. ac 5.

§. 4. *In tantum suam felicitatem virtutemque enituisse*] *tantum suam felicitatem* Lovel. 4. Infra 37, 57, 12. *Id quum aegre paterentur tot nobiles, novum sibi hominem tantum praeferri.* ubi vide. Praeterea *emicuisse* Lovel. 3. 4. 5. Frustra. Liv. 1, 42, 3. *In eo bello et virtus et fortuna enituit Tullii.* 2, 24, 8. *Neque aliorum magis in Volsco bello virtus atque opera enituit.* 3, 63, 2. *Non aliorum eo proelio virtus magis enituit.*

Si dictatoris cunctatio in segnitie, Deorum hominumque judicio damnata, perstaret] Put. uterque Pet. et alii *cunctationi ac segnitiae Deorum.* Scribe, *si dictator in contatione ac segnitie, Deorum hominumque judicio damnata, perstaret.* J. FR. GRON. Licet admodum varient codd. nullus tamen servat scripturam, quae ante Gronov. vulgo in editis circumferebatur. Omnes legunt *si dictatoris*, nisi quod *se dictatoris* sit in Flor. In verbis sequentibus *cunctio*

Digitized by Google

re atque horrere soliti sint. In tantum suam felici- 4
tatem virtutemque enituisse. Ergo secuturum se fortunam suam, si dictator in cunctatione ac segnitie, Deorum hominumque judicio damnata, perstaret. Itaque, quo die primum congressus est cum 5
Q. Fabio, *statuendum omnium primum*, ait, *esse, quemadmodum imperio aequato utantur. Se opti-* 6
mum ducere, aut diebus alternis, aut, si majora

in segnitieique habet Lovel. 3. *cunctatio ac segnitie* Rec. *cunctatori segnitie* Lovel. 1. *cunctationem segnitiem* Lovel. 5. *cunctationem segnitiemque* Brancal. Latinii. *cunctationi segnitie* Voss. et Lovel. 4. *cunctationi segnitiei* Hafn. *cunctationi segnitieique* Hav. *cunctationi segnitieque* Gaertn. *cunctationi et segnitie* Harl. *cunctationi ac segnitie* Flor. *cunctatione segnitiem* Ber. *cunctatione segnitieque* Lovel. 2. Ex his patet, verisimillimam esse Gronovii conjecturam. *in cunctatione perstare*, ut *perstare in incepto* 8, 33, 6. ubi v. alia. *perstare in societate* 23, 14, 7. *perstare in pertinacia* c. 18, 1. (* *perstare in simulatione* 38, 14, 13.) *perstare in coepto* 42, 10, 11. Deinde *judicio, damnare* Lovel. 4. et 5. *damnate* Voss. Lovel. 1. 3. Harl. Gaertn. Hafn. et Ber. a m. 2. qui *damnante* habet a m. 1. quod etiam supereſt in Flor. Lovel. 2. et Brancal. Latinius in V. C. invenit *si dictatoris cunctationi, segnitiaeque Deorum, hominumque judicio damnatae praestaret.* Unde legendum conjicit, *si dictatoris cunctatio, insigni jam Deorum hominumque judicio damnata, perstaret.*

§. 5. *Congressus est cum Q. Fabio*] Ita primus edidit Jac. Grovius, consentientibus Lov. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Priores edd. omiserunt Fabii praenomen. V. hoc cap. ad §. 2. *cum M. Fabio* Flor. Lov. 1. 2. 4. Harl. Hearnii L. 1. N. et Voss. qui in margine habet *cum Maximo Fabio.* at *cum M. Q. Fabio*, duplici lectione recepta, Hearnii D. V. ad 2, 61, 1. *cum Minucio Fabius* Rec. *cum M. Minucio* Hafn. *cum Q. Fabio Minucius* Hav.

Quemadmodum imperio adaequato utantur] Optimus et alii *aequato.* J. FR. GRON. Ita et tantum non omnes mei, et Hearnii Oxon. Supra c. 25, 10. *De aequando magistri equitum et dictatoris jure.* c. 26, 7. *De aequato imperio.* Hoc cap. *Dictatorem magistro equitum jussu populi aequatum.* Paullo ante *statuendum omnium primum esse ait*, alio ordine, Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldo priores. Verum Harl. insuper legit *primo*, Gaertn. τὸ *esse* omittit.

§. 6. *Partitis temporibus alternis*] Membranae: *partitis temporibus alterius summum jus imperiumque esset.* Sic corrige, alioqui supervacuum esset τὸ *partitis.* J. FR. GRON. Et hic plerique codd. mei, ut et Hearnii Oxonienses, omnesque edd. ante Frobenianam anni 1531. Gronovianis consentiunt. Exempla

Digitized by Google

intervalla placerent, partitis temporibus, alterius
7 *summum jus imperiumque esse: ut par hosti non*
solum consilio, sed viribus etiam esset, si quam oc-
8 *casionem rei gerendae habuisset.* Q. Fabio haud-
quaquam id placere: *omnia enim fortunam habitu-*
ram, quaecumque temeritas collegae habuisset. Si-
bi communicatum cum illo, non ademtum, impe-
9 *rium esse. Itaque se numquam volentem parte, qua*
posset, rerum consilio gerendarum cessurum: nec
se tempora aut dies imperii cum eo, exercitus divi-
surum,

hujus erroris v. ad 4, 53, 11. Adde supra ad 8, 30, 13. 9, 18, 15. infra hoc libro c. 41, 3. et Cort. ad Plin. 5. ep. 6, 35.

§. 8. *Q. Fabio haudquaquam id placere; omnia enim fortunam habituram, quaecumque temeritas collegae habuisset*] In Pal. pr. haec desiderantur, quibus supplendis alia manu ad marginem adpictum est: *Q. Fabius cui omnia, quae sub temeritate Fotii erant, minime fortunae subesse placebat.* sec. legit, *id placere omnia, fortunam enim habituram* etc. GEBH. Eadem desunt etiam in Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Hafn. et Hearnii L. 1. Sed error commissus est ex vocis *habuisset* repetitione. V. ad 9, 11, 11. *omnia fortunam eram habituram, quaecumque* praefert Flor. *omnia enim fortunam ejus habituram, quamcumque* Ber. An igitur cum Cel. Burmanno legendum *omnia enim fortunam eam habitura, quamcumque temeritas collegae habuisset?* Lov. 3. *quantumque*, pro *quaecumque*, legebat.

Sibi communicatum cum illo, sed non ademtum imperium esse] *sed* vacat ex vet. lib. SIG. Reperitur in Pall. tribus *sibi communicatum cum alio, non ademtum imperium esse.* GEBHARD. *communicatum cum aliquo* Hearnii L. 1. *communicatum cum alio* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et priscae edd. pleraeque. Saepius ita turbasse librarios, videbimus ad 23, 7, 3. Iidem omnes scripti et edd. ignorant voculam *sed*, quam primus Ascensius anno 1513. recepit. Aldus in contextu ediderat *communicatum cum alio, non ademtum*; inter errata vero reposuit *cum illo, sed non.*

§. 9. *Nec se tempora aut dies imperii cum eo, sed exercitus divisurum*] Voss. Gud. *cum eo exercitu divisurum.* Put. Voss. Cant. *nec se tempora aut dies imperii cum eo, exercitus divisurum.* Id omnino Livii est, et elegantissimus adversativae intellectus. Plane ut 1, 25, 3. *Nec his, nec illis periculum suum; publicum imperium servitiumque obversatur animo.* 3, 71, 6. *Non juvenem, vicesima jam stipendia*

Digitized by Google

surum, suisque consiliis, quoniam omnia non li-
ceret, quae posset, servaturum. Ita obtinuit, uti 10
legiones, sicut consulibus mos esset, inter se divi-
derent. prima et quarta Minucio, secunda et tertia
Fabio evenerunt. Item equites pari numero, soci- 11
ùmque et Latini nominis auxilia diviserunt: castris
se quoque separari magister equitum voluit.

XXVIII. Duplex inde Hannibali gaudium fuit: 1
neque enim quidquam eorum, quae apud hostes
agerentur, eum fallebat, et perfugis multa indican-
tibus, et per suos explorantem. nam et liberam Mi- 2

merentem. ubi vide. Quin etiam, ut nunc scripturam Livii constituimus, ita allegatam eam video a patre 4. Obs. 2, 29. JAC. GRON. *cum exercitu divisurum* Lovel. 2. 4. Hafn. et Gaertn. *cum aequo exercitu divisurum* Lov. 5. *cum eo exercitu divisurum* Lovel. 3. *cum eo, exercitum divisurum* Ber. Voss. Harl. et Hearnii N. *cum eo, exercitus divisurum* Flor. Hearnii L. 1. et edd. vett. usque ad Ascens. qui anno 1513. τὸ *sed* adscivit; quod recte abesse posse, et hinc ob codd. integerrimorum fidem et auctoritatem abesse debere, censuit Cl. Jac. Gronov. V. ad 6, 32, 8.

§. 10. *Obtinuit, ut legiones*] Meliores *uti legiones.* J. FR. GRON. Ita et Voss. Praeterea *Id obtinuit* Hearnii L. 1.

Prima et quarta Minucio, secunda et tertia Fabio] Plutarchus [in Fab. 180.] primam et quartam legionem Fabio, secundam et tertiam Minucio evenisse tradit. SIGON.

§. 11. *Sociûmque et Latini nominis auxilia*] *sociorumque* Lovel. 2. V. ad 21, 17, 2. Deinde *Latini nominis auxilium* Voss. Lovel. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett. Sed v. ad 5, 5, 8.

§. 1. *Quae apud hostes agerentur*] Voss. Gud. Mureti *gerebantur.* J. FR. GRON. Ita et Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. atque edd. antt. ante Aldum. Alibi saepe haec verba commutari solent. V. ad 4, 24, 4. 5, 49, 8. 7, 40, 9. c. 42, 2. 8, 25, 9. 9, 14, 4. c. 34, 23. c. 45, 10. 10, 1, 4. hoc lib. c. 22, 16. 27, 15, 12. c. 17, 1. 28, 9, 4. c. 46, 15. 29, 6, 8. c. 23, 1. 35, 8, 1. ubi etiam quaedam vide. 38, 3, 11. et ad Epit. Liv. 49. et 98.

Et perfugis multa indicantibus] Pall. duo *et profugis.* GEBH. Similiter Lovel. 2. 4. Harl. Ber. Rec. et Gaertn. cum edd. vett. V. ad 22, 23, 4.

§. 2. *Suo modo captaturum*] *suo modo capturum* saepius obvio errore Voss. Lovel. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. V. ad 26, 12, 15.

Digitized by Google

nucii temeritatem se suo modo captaturum, et so-
3 lertiae Fabii dimidium virium decessisse. Tumulus
erat inter castra Minucii Poenorumque. eum qui oc-
cupasset, haud dubie iniquiorem erat hosti locum
4 facturus. eum non tam capere sine certamine vo-
lebat Hannibal, (quamquam id operae pretium erat)
quam caussam certaminis cum Minucio, quem sem-
per obcursurum ad obsistendum satis sciebat, con-
5 trahere. Ager omnis medius erat prima specie in-
utilis insidiatori, quia non modo silvestre quid-

§. 3. *Inter castra Minucii Poenorumque. eum qui occupasset*] Vet. lib. *Minucii et Poenorum, quem qui occupasset.* Plutarchus [in Fab. 180.] ad verbum ita: ἦν δέ λόφος κατὰ μέσον, καταληφθῆναι μὲν ὀν χαλεπὸς, etc. SIG. Exhibet Pal. tert. *Minutii et Poenorum, quem qui occupasset.* ad quam lectionem alludit quoque Pal. pr. *Minucii et Poenorum, qui eum qui occupasset.* GEBH. *Minucii et Poenorum* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii N. et omnes usque ad Aldum typis excusi. Tum *qui eum occupasset* Voss. Lovel. 2. 3. Harl. Ber. Hav. et Hearnii N. cum edd. vett. *qui eum praeoccupasset* Lov. 4. et 5. *quem qui occupasset* Gaertn.

§. 4. *Quem semper obcursurum ad obsistendum satis sciebat, et contra iturum*] Illud *et contra iturum* recte mutatum est in *contrahere* absque conjunctione: tametsi vetustiores quidam codices reclament. GLAR. *et contra iturum* soli meorum Ber. et Hafn. exhibent, eamque lectionem praeferunt principes editiones; pro quo aliae, et inter eas Mediol. anni 1480. legunt *et contrahere*, consentientibus Voss. Lovel. 1. et Harl. Reliqui codd. omissa copula *et*, legunt *contrahere*, quomodo etiam primus Frobēn. anno 1531. edidit, et post eum omnes alii. *Contrahere certamina* Livio frequens est locutio. Exempla v. 23, 26, 11. 25, 34, 10. 26, 46, 3. 29, 4, 9. 35, 28, 10. 40, 48, 3. 44, 35, 21. et c. 40, 3. Verum ut hoc loco *caussam certaminis contrahere*, ita *contrahere necessitatem ad bellum* infra dixit 44, 27, 12. In praecedentibus *semper* exsulat a Flor.

§. 5. *Ager omnis medius erat prima specie inutilis insidiatori*] *Ager enim omnis* Ber. Librarios saepe hanc particulam de suo interposuisse, dictum est super ad 10, 39, 4. Quum tamen τὸ *erat* omittat, videri potest, hic dare voluisse *Ager erat omnis medius prima specie.* Praeterea *inutilis insidiatoris* Hafn. *inutilis insidiatoribus* Ber. a m. 2. et Hearnii N. Mox *ne stramento quidem vestitum* Lovel. 5.

§. 6. *Re ipsa natus tegendis insidiis*] Pal. pr. *de tegendis* divisim. sec. conjunctim *detegendis.* tert. *re ipsa natus de gerendis insidiis.* GEBH. *detegen-*

Digitized by Google

quam, sed ne vepribus quidem vestitum habebat: re ipsa natus tegendis insidiis, eo magis quod in 6
nuda valle nulla talis fraus timeri poterat. et erant in amfractibus cavae rupes, ut quaedam earum ducenos armatos possent capere. In has latebras, 7
quot quemque locum apte insidere poterant, quinque millia conduntur peditum equitumque. necubi 8
tamen aut motus alicujus temere egressi, aut fulgor armorum fraudem in valle tam aperta detegeret, missis paucis prima luce ad capiendum, quem

dis insidiis Put. integerrimum praeferro, ex Cl. Sallierio didici. Neque aliter legunt Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et omnes edd. usque ad Froben. anni 1531. Et hanc lectionem laudat Gerard. Voss. ad Velleji Paterc. 1, 15. inde probaturus, *detegere* Livium pro simplici *tegere* usurpasse. Sed, *tegendis* legendum esse, ad eumdem locum Velleji monuit Cel. Burm. Gronovius vero 3. Obs. 20. *detegendis* ex mero scribarum errore natum docet, et similia eorum peccata enumerat. Certe scriptura illa nata videtur ex duplicis lectionis *degendis* et *tegendis* conjunctione: *degendis* autem datum esse ob minus distinctam praeeuntis pronunciationem. Quam antiquus hic error exstiterit, ex plerorumque, etiam optimorum, codicum in eam consensu patet.

§. 7. *Quot quemque locum apte insidere poterant*] Habet Pal. sec. *quocunque locum insidere apte poterant.* GEBH. Ita et Flor. a m. 2. quum *quodcumque* a m. 1. datum fuisset, *quod quemque* Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harl. et Hav. *quo quemque* Lovel. 3. Tum *insidere poterat* Voss. Lovel. 2. 3. Harl. Hav. et Flor. a m. 1.

Quinque millia conduntur peditum equitumque] Polybius [3, 104.] πεντακοσίους μὲν ἱππεῖς, ψιλοὺς καὶ πεζοὺς τοὺς πάντας εἰς πεντακισχιλίους. Numquid igitur et Livius: *equites quingentos*? J. FR. GRON. *quinque millia concluduntur* Lovel. 1. et Hearnii N. a m. 1.

§. 8. *Missis paucis prima luce ad capiendum, quem ante diximus, tumulum*] Disparent in Pal. sec. illa, *quem ante diximus.* Et meo judicio non necessaria sunt. Vix tribus enim praegressis lineis ejus tumuli fecit mentionem. GEBH. Eamdem ob caussam voces, *ut praediximus*, in Vell. Pat. 1, 4, 1. glossematis suspectas habet Rapheleng. Verum hoc loco in servandis tribus vocabulis, *ut antea diximus*, conspirant omnes apud me scripti et editi, quos ob morem Livii audiendos existimo. Nam tumuli hujus mentio facta erat §. 3. hujus cap. Jam autem similiter infra 26, 39, 2. memorat, classem viginti ferme navium Rhegii stetisse, et deinde, paucioribus, quam hoc loco, interjectis, §. 5.

Digitized by Google

9 ante diximus, tumulum, avertit oculos hostium. Primo statim conspectu contemta paucitas: ac sibi quisque deposcere pellendos inde hostes. ad locum capiendum dux ipse inter stolidissimos ferocissimosque ad arma vocat; et vanis animis et minis in-
10 crepat hostem. Principio levem armaturam dimittit, deinde conferto agmine mittit equites: postremo, quum hostibus quoque subsidia mitti videret, in-
11 structis legionibus procedit. Et Hannibal, laboran-

repetit, *classem viginti navium, sicut ante dictum est, effecit.* (* v. ad 37, 6, 4.) Ceterum *missis prima luce paucis*, Voss. Lovel. 1. 2. Ber. et Gaertn.

§. 9. *Ac sibi quisque deposcere* etc.] A Moguntinis distinguitur ante *dux*, et recte; modo legas, *ac sibi quisque deposcere pellendos inde hostes ac locum capiendum. Dux ipse inter* etc. Sic plane c. 42, 3. *Clamor inde ortus, ducerent ad persequendos hostes ac protinus castra diripienda. Et consul alter velut unus turbae militaris erat.* Idem factum 28, 19. JAC. PERIZ. Eadem distinctio ante Moguntinos exstitit etiam in tribus edd. Ascens. Alibi autem saepe *ad* et *ac* commutari, vidimus ad 21, 32, 2. Codd. nihil mutant.

Et vanis animis et minis increpat hostem] Stabilitur haec lectio auctoritate Pal. sec. atque priscae ed. Interim Pall. reliqui duo dissentiunt; quorum pr. *et vanis animis increpat hostem.* tert. *et vanis minis increpat hostem.* GEBH. *vanis animis increpat* Lovel. 1. 2. 3. 4. Ber. et Hav. *vanis minis increpat* Voss. Hafn. et Gaertn. *variis minis increpat* Harlej. V. ad 22, 7, 4. Paullo ante *interim stolidissimos ferocissimosque ad arma vocat*, pro *inter stolidissimos*, Flor. a m. 2. Male. Non enim stolidissimos ad arma vocabat, sed erat ipse inter stolidissimos, qui ad arma vocarent. Hinc neque Doujatii conjectura, qui *inter* delebat, probanda est. Displicuisse videtur et Doujatio et interpolatori, *vocare* absoluto sine casu poni. At similiter 3, 3, 4. *Cursus clamorque vocantium ad arma.* Eodem modo sine casu *in senatum vocare, ad consilium vocare, ad concionem advocare* apud Livium obcurrunt. V. ad 2, 55, 10.

§. 10. *Principio levem armaturam dimittit*, etc.] Plutarchus [in Fab. 180.] πρῶτον μὲν ἀπέστειλε τὴν κούφην στρατιὰν, ἔπειτα τοὺς ἱππεῖς. Τέλος δ' ὁρῶν τὸν Ἀννίβαν παραβοηθοῦντα τοῖς ἐπὶ λόφου πάσῃ δυνάμει, κατέβαινε συντεταγμένος. SIG. Scribe *emittit:* aut potius totum illud verbum pro alieno dele. J. FR. GRON. Omnes codd. *dimittit:* neque aliter editiones; nisi quod ultima Gruteri dederit *demittit*, quod recentiores reliquae servarunt. Alterutra Gronovii emendatio admittenda videtur.

Conferto agmine mittit equites] Bene ita quoque Pal. sec.

Digitized by Google

tibus suis alia atque alia, crescente certamine, mittens auxilia peditum equitumque, jam justam expleverat aciem, ac totis utrimque viribus certabatur. Prima levis armatura Romanorum, praeoc- 12
cupatum inferiore loco subcedens tumulum, pulsa detrusaque terrorem in subcedentem intulit equitem, et ad signa legionum refugit. peditum acies 13
inter perculsos inpavida sola erat, videbaturque, si justa aut si recta pugna esset, haudquaquam in-

Reliqui *conserto agmine*. GEBH. *conserto* etiam Voss. Lovel. 2. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. omnesque edd. ante Modium. Alibi saepe ita peccant librarii. V. ad 3, 70, 6. 9, 27, 11. 21, 4, 8. (*34, 39, 3. 38, 22, 9.) Pierium ad Virg. 2. Aen. 347. et Torren. ad Val. Max. 1, 8, 6. Similitudo literarum *s* et *f* hujus erroris caussa extitit. Hinc confunduntur etiam *desero* et *defero*. V. ad 4, 37, 11. *secundus* et *fecundus*, vel *foecundus*. V. ad 8, 12, 14. *jussasque* et *jus fasque*. V. ad 8, 39, 13. *senator* et *foen'ator*. V. ad 10, 23, 11. *assero* et *affero*. V. ad 31, 12, 5. Deinde *emittit equites* Lovel. 2. Quod non displicet, si supra cum Gronovio *dimittit* deleas; nisi potius prima litera *τοῦ emittit* voci adcreverit ex fine praecedentis. V. ad 37, 29, 8.

Quum hostibus quoque subsidia mitti videret, instructis legionibus procedit] *subsidia itura jubet, instructisque* Voss. Lovel. 1. 2. Harl. Hafn. Ber. et Hearnii D. ac N. quorum posterior in marg. et Ber. a m. 2. *mitti jubet* praeferunt. Et ita legunt etiam Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. *subsidia initura mitti jubet, instructisque* Lovel. 3. duplici lectione juncta. Pariter etiam *subsidia quoque itura mitti jubet, instructisque* edd. Aldo priores. Voces *subsidia mitti videret, instructis* desunt in Lovel. 4.

§. 11. *Alia atque alia, crescente certamine, mittens auxilia peditum equitumque*] Pal. sec. praebet *accrescente certamine*. GEBH. Ita et Flor. a m. 2. *aut crescente* a m. 1. Sed subficit *crescente*, cui syllaba accrevit ex prima hujus et ultima praecedentis vocis litera. V. ad 5, 50, 5. Livius 27, 48, 11. *Crescente certamine et clamore*. 37, 38, 7. *Crescente certamine pepulerunt hostes*. Deinde *auxilia equitum peditumque* Lovel. 4. et Gaertn. V. ad 34, 26, 2. In praecedentibus copulam *et* omittit Hearnii N.

Totis utrimque viribus certabatur], *totis utriusque viribus* Gaertn. V. ad 21, 45, 1. Tum *certatur* Flor. Cant. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et MSS. Hearnii. Paullo ante *explicuerat*, pro *expleverat*, edd. ante Aldum.

§. 13. *Si justa, aut si recta pugna esset*] *justa recta* Lovel. 5. *justa aut recta* Lov. 2. Gaertn. Ber. Hearnii N. a m. 2. et edd. Aldo priores. *justa ac si recta* Flor. V. ad 21, 53, 3. Tum *pugna fuisset* Hafn. et Ber.

Digitized by Google

par futura. tantum animorum fecerat prospere ante
14 paucos dies res gesta. Sed exorti repente insidiatores eum tumultum terroremque, in latera utrimque ab tergoque incursantes, fecerunt, ut neque animus ad pugnam, neque ad fugam spes cuiquam superesset.

1 XXIX. Tunc Fabius, primo clamore paventium audito, dein conspecta procul turbata acie, *Ita est*, inquit, *non celerius, quam timui, deprehendit for-*

§. 14. *Eum tumultum terroremque, in latera utrimque ab tergoque incursantes, fecerunt, ut*] *cum tumultu terroreque* etc. *incursantes* Lovel. 1. *tantum tumultum terroremque* Lovel. 5. quae lectiones ex interpretum glossis natae videntur. *is, ut* supra inlustravimus ad 3, 53, 3. Tum *latera utrimque*. Ber. Utrumque apud Livium obcurrit, et *incursare latera*, et *in latera*. V. ad 6, 36, 1. et 8, 38, 6. Praestat itaque reliquis vulgatum servantibus, quam uni mutanti, obedire. Hinc *ab tergo* Harl. et Gaertn. *a tergo* Lovel. 4. et Ber. *et ab tergo* Lovel. 5. Mox *nec animus* Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Qui *neque* substituerunt, forte ad id permoti sunt, quod mox aequatur *neque ad fugam*. Quam ob caussam etiam in Ber. utrobique *nec* datum est. Sed v. ad 9, 9, 14.

§. 1. *Ita est, inquit: non celerius, quam timui, deprehendit fortuna temeritatem*] Hunc autem locum iidem cum interrogatione legendum praeceperunt, quod mihi neutiquam verisimile videtur, nec quenquam puto illis assensurum. Iidem in Minutii verbis ad milites paulo post, ubi Hesiodi dictum allegat, *quid in re sit*, legunt, cum omnes vetusti codices habeant, *quid in rem sit*. GLAR. Hic Plutarchus [in Fab. 181.] Ὦ Ἡράκλεις, ὡς ταχίων μὲν, ἢ ἐγὼ προσεδόκων, βραδίων δ', ἢ αὐτὸς ἔσπευδε, ἑαυτὸν ἀπολώλεκε. SIG. Ex Plutarcho, qui multa a Livio, videtur hic, inducta negatione, legendum, *Ita est, inquit, celerius, quam timui*. Nisi placet, interrogantem pronunciasse. LIPS. 5. Ep. Quaest. 10. Congruit vulgatae lectioni prisca ed. neque degenerant Pall. pr. ac tert. Nam in sec. haec omnia desiderantur. GEBH. Particulam negantem habent libri scripti. Puto hoc cum ea ita accipi posse: satis celeriter, nec tamen celerius, quam timueram, ut qui praecipitem Minucii temeritatem cognitam haberem. DUK. Paullo ante *Tum Fabius*, pro *Tunc*, Flor. V. ad 2, 12, 15.

§. 2. *Fabii aequatum imperio Hannibalem et virtute et fortuna superiorem videt*] Hoc vos in regio cod. reliquistis inemendatum, quod sic emendandum erat: *Fabio aequatus imperio*. VALLA. Lectio vetus erat, *Fabio aequatum imperio*, primusque Valla immutavit. Credo verius fore, *En Fabio aequatum imperio*.

Digitized by Google

tuna temeritatem. Fabio aequatus imperio Hanniba- 2
lem et virtute et fortuna superiorem videt. Sed aliud jurgandi succensendique tempus erit. nunc signa extra vallum proferte. Victoriam hosti extorqueamus, confessionem erroris civibus. Jam magna ex parte 3
caesis aliis, aliis circumspectantibus fugam, Fabiana se acies repente, velut coelo demissa, ad auxilium ostendit. Itaque, priusquam ad conjectum teli 4
veniret, aut manum consereret, et suos a fuga effu-

Annibale et virtute et fortuna superiorem videte. Illud *En* repetii ex syllaba vocis prioris. Est autem amara et viro gravi apta irrisio, quam Sarcasmon vocant. LIPS. 5. Epist. Quaest. 5. Nihil opus est mutatione, quam Lipsius tentat. Vulgata lectio, quam etiam librorum scriptorum esse ex silentio Gronovii colligo, plana est. DUK. Quod vitiosum in regio cod. relictum Valla carpit, in nullo vel manu vel typis exarato obvium fuit; contra omnes servant, quod ejus loco reposuit, nisi quod *Fabii aequatus* sit in Ber. a m. 2. *Fabio aequato* in Lovel. 4.

Victoriam hosti extorqueamus, confessionem erroris civibus] Imitatus est hunc locum Val. Max. 5, 2, 4. de hoc ipso Fabio scribens, *Imprudentis vulgi errorem gratae mentis significatione correxit.* Pall. tres hunc locum depravant; quorum pr. ac tert. *victoriam hosti extorqueamus confessione errore. Civibus jam magna ex parte caesis, aliis circumsp.* etc. sec. quoque distinctione delinquit. GEBH. Duobus Pall. Gebhardi perperam quidam meorum adsentiuntur. Tum *victoriam hostis extorqueamus* Flor. ut forte librarius dedisse voluerit *hostibus extorqueamus.* Ceterum Val. Max. verba, quae Gebhardus laudavit, non de hoc ipso Fabio, sed de ejus magistro equitum Minucio, scripsit.

§. 3. *Jam magna ex parte caesis aliis, aliis circumspectantibus*] Cantabr. omisso priore *aliis*, refert: *Jam magna ex parte caesis, aliis circumspect.* Video itidem in Voss. et Gud. sic a patre deprehensum. Cur igitur retinemus, quod venit a lasciva, sed inepta manu? Est enim dictum, ut 3, 37, 8. *Jam ne tergo quidem abstinebatur; virgis caedi, alii securi subjici.* Ubi, si placet, vide. JAC. GRON. Eamdem vocem omittunt etiam Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et quatuor ex illis, quos Crevier. inspexit. Si Putean. Florent. aut similis fidei ac bonitatis codices consentirent, Cl. Gronovii sententiam probarem. Nunc timeo, ne altera vox alteram interceperit: quod frequens esse, infra videbimus ad 33, 27, 4. Transpositis vocibus *aliis caesis* legunt vett. edd. Paullo post *coelo dimissa* Voss. a m. 1. Lovel. 1. Gaertn. et Hearnii N. De hoc errore v. ad 7, 23, 6.

§. 4. *Suos a fuga effusa, et ab animis feroci pugna hostes*

Digitized by Google

sa, et ab nimis feroci pugna hostes continuit. qui solutis ordinibus vage dissipati erant, undique con-
5 fugerunt ad integram aciem; qui plures simul terga dederant, conversi in hostem, volventesque orbem, nunc sensim referre pedem, nunc conglobati restare. ac jam prope una acies facta erat victi atque inte-
6 gri exercitus, inferebantque signa in hostem; quum

continuit] Emendare debuistis *et a feroci pugna*. VALLA. Pal. pr. recisa a principio particula *et*, repraesentat *suos a fuga effusa et ab animis feroci pugna hostis continuit*. sec. *et ab armis feroci pugna h. c.* Alludunt ad veram lectionem habitantem in Pal. tert. et prisca ed. *et ab nimis feroci pugna hostis continuit*. GEBH. Pat. Pet. melior Pal. *et ab animis feroci*. Pal. sec. *et ab armis feroci*. Tertius *et ab nimis feroci*. Ea vera lectio est. J. FR. GRON. Primus Aldus edidit *et suos a fuga*. Sed particulam connectentem non modo ignorant priores excusi, verum eadem etiam deest a Voss. Cant. Lov. quinque, Harl. Ber. et Hav. quam intercepisse videntur praecedentis vocis literae ultimae. V. ad 35, 41, 7. Tum vox *effusa* exsulat ab Hearnii L. 1. Deinde *et ab omni feroci pugna hostis* Lovel. 2. *et ab armis feroci pugna hostes* Hearnii L. 1. *et ab animis feroci pugna hostes* Hearnii N. ac Lovel. 1. 3. et Ber. a m. 1. *et ab nimis* a m. 2. *et ab animis feroci pugna hostis* Voss. Lovel. 4. Harl. et Flor. a m. 1. *et ab nimis* a m. 2. *et a nimis feroci pugna hostis* Gaertn. et Hav. *et ab nimis feroci pugna hostis* Lov. 5. Sed Gronovius verum vidit. *ab animis* ortum videtur ex duplici lectione *ab nimis* et *a nimis*, quam librarii ita jungere voluerunt. V. ad 3, 44, 4. ex *animis* autem deinde factum est *armis*: quas voces saepe a scribis commutari, dictum est ad h. lib. c. 5, 8. Paullo ante *ad jactum teli*, pro *ad conjectum*, Hearnii N. reliquis omnibus invitis.

§. 5. *Volventesque orbem nunc sensim referre pedem, nunc conglobati restare*] Conspicitur in Pal. tert. *volventesque in orbem*. GEBH. Male. Livius 4, 28, 3. *Jam orbem volventes suos increpans*. Neque melius *volentesque* Flor. V. ad 4, 49, 16. Tum *conglobati instare* Lovel. 3. Sed vulgatum verum est. V. ad 9, 15, 3. *conglobatim* quaedam ex vetustis edd.

§. 6. *Quum Poenus receptui cecinit, palam ferente Hannibale*] *tum Poenus repente receptui cecinit* Ber. Deinde *referente Hannibale* Harl. et Rec. Male. *Palam ferre* est publice dicere, fateri. Ita 2, 54, 10. *Palamque ferretur, malo domandam tribuniciam potestatem*. 28, 40, 2. *Acturum se id per populum aperte ferret, si senatus adversaretur*. Contra *occulte ferre* Ter. Ad. 3, 1, 30. *Neque id occulte fert*. Mox *a se Minucium* Lovel. 4. et Ber. Contra *se ab Fabio* Flor. et Lovel. 2.

§. 7. *Quum in castra reditum esset*] Pal. pr. *in castris*. GEBH. Ita et Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber.

Digitized by Google

Poenus receptui cecinit, palam ferente Hannibale, ab se Minucium, se a Fabio victum. Ita per variam 7 fortunam diei majore parte exacta, quum in castra reditum esset, Minucius, convocatis militibus, *Saepe* 8 *ego*, inquit, *audivi, milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat, quid in rem sit; secundum eum, qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere,*

Hafn. Gaertn. Hav. et edd. vett. pro quo recte Mogunt. *in castra* dederunt. Paullo ante *Itaque per variam*, pro *Ita*, Lovel. 1. 2. 3. 5. Gaertn. Hearnii N. et edd. ante Aldum. Male. Solent autem passim hae voces commutari. V. ad 21, 53, 7.

§. 8. *Saepe ego, inquit, audivi, milites, eum primum esse virum, qui* etc.] Hanc sententiam expressit ex Hesiodo, qui ait [*ἐν ἔργ. καὶ ἡμ.* 293.]

Οὗτος μὲν παγάριστος, ὃς ἀυτῷ πάντα νοήσει,
Φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ἧσιν ἀμείνω·
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ ἐιπόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήτ' ἀυτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὅδ' ἄυτ' ἀχρηΐος ἀνήρ.

Hanc eandem sententiam sic vertit Cic. pro Cluentio [31.] *Sapientissimum esse dicunt eum, cui, quod opus sit ipsi, veniat in mentem; proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperat. In stultitia contra est. Minus enim stultus est is, cui nihil in mentem venit, quam ille, qui, quod stulte alteri venit in mentem, comprobat.* Eadem ita adumbravit Plutarchus [in Fabio, 181.] *Τὸ μὲν ἁμαρτεῖν μηδὲν ἐν πράγμασι μεγάλοις, μεῖζον ἢ κατὰ ἄνθρωπόν ἐστι· τὸν δ' ἁμαρτόντα χρήσασθαι τοῖς πτάισμασι διδάγμασι πρὸς τὸ λοιπόν, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ νοῦν ἔχοντος.* SIG. V. etiam Baptist. Pium Annot. poster. c. 22. Viros doctos ad Cic. l. l. et Graev. in Lection. Hes. c. 6. Ceterum alio ordine *Saepe, inquit, ego, milites, audivi* Ber. et Hav.

Qui ipse consulat, quid in rem sit] *in re sit* Cant. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et editi usque ad Froben. qui *in rem* dedit anno 1531. nisi quod Ascens. ita etiam annis 1513. et 1516. excudi curarit. Ita etiam legendum esse, patebit ex illis, quae notavi supra hoc lib. ad c. 3, 2. Hinc tamen constat, quam vere Glareanus supra hoc cap. §. 1. adversus Aldum, qui ipse etiam *in re* edidit, scripserit, omnes vetustos codices, per quos vetustas edd. intelligere solet, habere, *quid in rem sit.*

Nec alteri parere sciat] *parere scit* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Hearnii Oxon. et edd. omnes usque ad Gronov. qui in prima notarum ed. testatur, optimos praeferre *nesciat*, eumque negationis pleonasmum jam alibi, ut Livio frequentissimum, a se notatum esse, respiciens ad ea, quae notavit ad 3, 26, 5. In contextum tamen recepit *parere sciat*, et

Digitized by Google

nec alteri parere sciat, eum extremi ingenii esse.
9 *Nobis quoniam prima animi ingeniique negata sors est, secundam ac mediam teneamus: et, dum imperare discimus, parere prudenti in animum indu-*
10 *camus. Castra cum Fabio jungamus: ad praetorium ejus signa quum tulerimus, ubi ego eum parentem adpellavero, quod beneficio ejus erga nos*
11 *ac majestate ejus dignum est; vos, milites, eos, quorum vos modo arma dexteraeque texerunt, patronos salutabitis, et, si nihil aliud, gratorum certe nobis animorum gloriam dies haec dederit.*

1 XXX. Signo dato, conclamatur inde, ut conli-

adnotationem in repetita ed. omisit. Recte. Certe optimus Florent. *nesciat* quidem a m. 1. praefert, sed a manu altera legit, *sciat*, quod et in aliis apud me superest.

§. 9. *Quoniam prima animi ingeniique negata sors est*] *quia primi ingenii animique negata sors est* Ber. Sed *quoniam* et *quia* alibi etiam librarii commutare soliti sunt. V. ad 40, 13, 7. *animi ingeniique* etiam Lov. 2.

§. 10. *Quod beneficio ejus erga nos ac majestate ejus dignum est*] Postremum *ejus* fortasse ejiciendum. J. FR. GRON. Id tamen servant constanter omnes scripti. Paullo ante *salutabo*, pro *appellavero*, quod ex sequenti *salutabitis* receptum videtur.

§. 11. *Vos, milites, eos, quorum vos modo arma dexteraeque texerunt*] Aliter paullo Valer. Max. [5, 2, 4.] in hunc maxime modum. *Fabio alteri etiam incolumi summa cum gloria gratia relata est. Dictatori ei magister equitum Minucius scito plebis, quod numquam antea factum fuerat, aequatus partito exercitu separatim in Samnio cum Annibale conflixerat. Ubi, temere inito certamine, pestiferum habiturus exitum, subsidio Fabii conservatus, et ipse eum patrem appellavit, et a legionibus suis patronum salutari voluit: ac, deposito aequalis imperii jugo, magisterium equitum, sicut par erat, dictaturae subjecit, inprudentisque vulgi errorem gratae mentis significatione correxit.* MOD. Vocula *modo* deficit in Cant. Deinde *arma dextera texerunt*, et postea *dies hic* praefert Flor. quod posterius firmat etiam Gaertn.

§. 1. *Profecti et agmine incedentes ad dictatoris castra*] *profecti agmine incedentes dictatoris castra* Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. et Hav. Copulam *et* omittunt etiam omnes ante Gronov. edd. cum Hearnii N. Illa autem locutio formata esse posset ad exemplum ejus, quae inlustra-

Digitized by Google

gantur vasa: profecti et agmine incedentes ad dictatoris castra in admirationem et ipsum, et omnes, qui circa erant, converterunt. Ut constituta sunt 2
ante tribunal signa, progressus ante alios magister equitum, quum *patrem* Fabium adpellasset, circumfusosque militum ejus totum agmen *patronos* consalutasset, *Parentibus*, inquit, *meis*, *dictator*, (*quibus* 3
te modo nomine, *quo fando possum*, *aequavi*) *vitam tantum debeo: tibi quum meam salutem*, *tum omnium horum. Itaque plebeiscitum*, *quo oneratus* 4
magis, *quam honoratus*, *sum*, *primus antiquo abrogoque: et*, *quod tibi mihique*, *quod exercitibus-*

tur supra ad 10, 35, 9. Verum optimi *τὸ et* agnoscunt. Praepositio *ad* etiam male deest in Flor. et Cant. Paullo ante *Signo ergo dato*, addita media voce, legunt Ber. et Gaertn. *conclamatum inde* Lovel. 3.

§. 2. *Circumfusosque militum ejus totum agmen patronos consalutasset*] *circumfusosque milites ejus* Ber. et Hav. Male. V. ad 30, 9, 1. Hinc alio ordine *patronos totum agmen* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et editi ante Aldum. Tandem *cum salutasset* Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. et Hav. *salutasset* Ber. De verbo *consalutare* v. ad 1, 7, 1.

§. 3. *Parentibus* (*inquit dictator*) *mediis*, *quibus te modo* etc.] Vos emendastis *Parem*, *inquit dictator*, *te Diis modo nomine*. Ego sic *Parentibus*, *inquit*, *dictator*, *meis quibus te modo* etc. VALLA. Pal. pr. *Parentibus inquit dictator mediis*. sec. *Parem inquit dictator te Diis modo nomine*. Locus adhuc aegrotat. GEBH. Lectio, his verbis praeposita, superest in Voss. et Lovel. 4. sed eorum prior inter versus adscriptum habet *Parentibus*, *inquit*, *dictator vel Diis*, *quibus te*. Sed alio ordine *Parentibus*, *inquit*, *mediis*, *dictator*, *quibus te* legunt Flor. et Cant. *Parentibus*, *inquit*, *dictator*, *quibus te* Lovel. 1. *Parentibus inquit dictator Diis te quibus* Lovel. 2. *Parentibus inquit dictator ne Diis quibus te* Lovel. 3. *Parentibus*, *inquit*, *dictator*, *meis*, *quibus te* Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Aldum, qui primus reposuit, ut nunc circumfertur. Ea autem lectio eur Gebhardo suspecta sit, videre nequeo. Mox *tibi cum mea salute tum omnium horum* Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. Male.

§. 4. *Plebeiscitum*, *quo oneratus magis*, *quam ornatus sum*, *primus antiquo abrogoque*] *plebiscitum* Flor. a m. 2. et plerique reliqui codd. Deinde *honoratus eram* Lovel. 3. sed ultima vox non adparet in Voss. Lov. 1. 4. Harl. Ber. a m. 1. Gaertn. et Hav. ut nec sequens *primus* in

Digitized by Google

que his tuis, servato ac conservatori, sit felix, sub imperium auspiciumque tuum redeo, et signa haec
5 *legionesque restituo. Tu, quaeso, placatus me magisterium equitum, hos ordines suos quemque tenere*
6 *jubeas.* Tum dextrae interjunctae, militesque, con-

Lovel. 2. Hinc *abdico abrogoque* idem Lovel. 2. et Hearnii N. in marg. quod ex interpretis glossa inrepsisse videtur.

Quod meo exercitui tuoque, servato ac conservatori] Pal. pr. *quod exercitus is tuus servato ac conservatori.* sec. *quod exercitibusque tuis iis servato et conservatori.* GEBH. Modestius et ambitiosius Put. *quod exercitibusque* (manus prima *exercitusque*) *his tuis servato ac conservatori.* Eoque omnes alii, etiam vitiosissimi, satis alludunt. J. FR. GRON. Satis tamen insolens est, copulam *que* hic post *exercitibus* poni; cui potius locus videtur esse post *quod.* Scriptor bell. Afric. 54. *Quod in Italia milites populi Romani contra rempublicam instigasti, rapinasque per municipia fecisti, quodque mihi reique publicae inutilis fuisti.* Liv. 36, 3, 3. *Qui senatores essent, quibusque in senatu sententiam dicere liceret, quique minores magistratus essent.* non *quod mihique*, nec *qui minoresque.* DUK. Lectio, quae ante Gronov. vulgo exstabat, primum adparuit in edit. Ascensii anni 1531. et nullius cod. antiqui fide nititur. Recte igitur vel ob hanc caussam mutata est. Verum praeterea non convenit, ut Minucius exercitum, quem Fabio restituebat, *suum* vocaret. Neque illud *meo* in ullo Msto obvium fuit. Antea edebatur *quod exercituique tuo, servato ac conservatori*; a quo non abit Hav. nisi quod primam voculam omittat. Ne reliquorum Mstorum, quorum neuter alteri consentit, lectiones enumerem, breviter dicam, emendationem Gronovii probare Flor. et forte etiam Cant. ex quo nihil notatum invenio; proxime autem accedere Lovel. 3. et 5. quorum prior praefert *quod exercitibus his tuisque servato ac conservatori*, alter *quod exercitibus his servato ac conservatori.* Si quem autem copula *que* post secundam vocem rejecta offendit, plures sunt codd. qui eam omittant, vel ejus loco *τὸ et* voculae *quod* praeponant. Mox *et haec signa legionis restituo* Voss. et Lov. 1. ac 2. *et hic signa legionis restituo* Gaertn. *et signa haec legionis restituo* Lovel. 3. 4. 5. Hafn. et Hav. In hunc errorem librarii inciderunt, quod antique scriptum esset *legionisque*, ut exstat in Flor. pro *legionesque:* quod non intelligentes *τὸ que* delerunt.

§. 5. *Me magistrum equitum, hos ordinibus suis quemque teneri jubeas*] Castigatissima est lectio Pal. sec. sincerissimi: *Tu, quaeso, placatus me magisterio equitum, hos ordinibus suis quemque teneri jubeas.* Imitatus Val. Max. 5, 2, 4. *Deposito aequalis imperii jugo, magisterium equitum, sicut par erat, dictaturae subjecit.* GEBH. Non potest cuiquam docto satisfacere. Pal. *me magisterio equitum, hos ordinibus suis quemque teneri.* Sed in omnium optimo est: *magistrum equitum hos ordinibus suis quemque tenere.* Quae lectio

Digitized by Google

cione dimissa, a notis ignotisque benigne atque hospitaliter invitati: laetusque dies, ex admodum tristi paullo ante ac prope exsecrabili, factus. Romae, ut est perlata fama rei gestae, dein literis 7
non magis ipsorum imperatorum, quam vulgo mili-

per se menti Minucii est adversaria, sed ad veram tamen nobis viam aperuit. Quomodo enim peteret, ut sibi magistro equitum liceat hos tenere quasi separatos? Immo ea de caussa reducit eos, quod tenendis indignum se fatetur: ideo dixit *tuis his exercitibus*, ut emendavimus. Scribe: *Tu, quaeso, placatus me magisterium equitum, hos ordines suos quemque tenere jubeas*. Disciplina Romana poscebat, ut hoc beneficium vitae servatae et magister equitum et exercitus cum ignominia aliqua in exemplum aliorum acciperent. Sic cum L. Minucius consul ad Corbionem obsidione Aequorum ab L. Quinctio Capitolino liberatus esset, dictator praedam omnem suo tantum militi dedit; consularem exercitum ipsumque consulem increpans: *carebis parte praedae, miles, ex eo hoste, cui prope praedae fuisti: et tu, L. Minuci, donec consularem animum incipias habere, legatus his legionibus praeeris*. Livius 3, [29, 2.] Sic de sententia Appii Claudii senatus eos, qui a Pyrrho rege capti et postea remissi erant, equites ad pedes redegit, pedites ad levem armaturam, omnes extra vallum jussit tendere, donec bina hostium spolia referrent. Frontinus 4. Strateg. 1. Hanc ignominiam a mitissimo imperatorum et sibi et militibus suis deprecatur. *ordinibus* factum ex *ordinis*. eo genere mendi, quo supra c. 8, 7. idem codex *ac penatibus*, pro *ad penates*, et infra c. 37, 4. *adonibus fidelibusque sociis*, pro *a bonis fidelibusque*. Postea aliquis, ut omnia convenirent, *suis*, pro *suos*, rescripsit. J. FR. GRON. *tenere* fere quidquid est codicum, quorum plerique ceteroqui vulgatae lectioni consentiunt. Sed Flor. legit *me mag. equitum, hos ordinibus suis quemque*; a manu autem altera *me magisterio equitum* postea emendatum est. Deinde *hos ordinibus suis suum locum tenere jubeas* Lovel. 5. Doujatius, qui, ut Gronov. emendavit, in cod. Pal. scriptum esse monet, non ea, qua par erat, adtentione ac cura, notas Gronov. consuluit.

§. 6. *Concione dimissa, a notis ignotisque benigne atque hospitaliter invitati*] *adgnotis ignotisque* exhibet Pal. sec. GEBH. Ea lectio indicat, *ab notis ignotisque* legendum esse, quemadmodum etiam exstat in Flor. *concione dimissi*, et *hospitaliter accepti* Ber. ex interpretis glossa. In praecedentibus autem *inter se junctae*, pro *interjunctae*, Lovel. 5. In sequentibus praepositio *ex* deest in Hearnii D. et ed. Rom. princ. Tum *factus est* legit Lovel. 2.

§. 7. *Quam vulgo militum ex utroque exercitu*] Lege *vulgi militum*. J. FR. GRON. Omnes codd. ἀκριβὲς *vulgo* retinent. Quare priorem lectionem a Gronovio loco motam revocavi, quod etiam Crevier. fecit. Mox *Maximum laudibus coelum ferre* Voss. et Lovel. 1. *Maximum laudibus in coelum ferre* Lovel. 2.

Digitized by Google

tum ex utroque exercitu adfirmata, pro se quisque
8 Maximum laudibus ad coelum ferre. Par gloria
apud Hannibalem hostesque Poenos erat: ac tum
demum sentire, cum Romanis atque in Italia bellum
9 esse. Nam biennio ante adeo et duces Romanos et
milites spreverant, ut vix cum eadem gente bellum
esse crederent, cujus terribilem eam famam a patri-
10 bus accepissent. Hannibalem quoque ex acie rede-

3. Hearnii N. et edd. Aldina priores. *Maximum ad coelum ferre laudibus* Ber. *Maximum ad coelum ferre*, voce *laudibus* omissa, Lovel. 4. ut 7, 36, 7. *Diis laudes gratesque agunt, Decium in coelum ferunt.* Sed nihil muto. Supra 9, 10, 3. *Postumius in ore erat, eum laudibus ad coelum ferebant.* ubi plura vide.

§. 8. *Cum Romanis atque in Italia bellum esse*] Pall. pr. ac tert. *cum Romanis atque Italia.* GEBH. Ita et Voss. Lovel. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Sed praepositionem *i* interceperat sequentis vocis litera initialis. V. ad Epit. Liv. 85.

§. 9. *Cujus terribilem eam famam a patribus accepissent*] Vocem *eam* abundare, vel per ἄνεσιν accipi posse, vir doctus ad marg. ed. Curionis notavit. At Cl. Ant. Perizon. ad oram Livii emendavit *cujus tam terribilem famam.* Non est necesse.

§. 10. *Tandem eam nubem, quae sederet in jugis montium, sollicitatam procella imbrem dedisse*] Plutarchus [in Fab. 181.] *Τὴν ἐπὶ τῶν ἄκρων ταύτην καθημένην νεφέλην ὅτι μετὰ θάλης ποτὲ καὶ καταιγίδων ὄμβρον ἐκρήξει.* SIG. Pal. sec. *quae sedere in jugis montium solita sit, cum procella imbrem dedisse.* GEBH. Non ineleganter fictum est. Tamen Put. Petav. melior, Pal. *eam nubem, quae sedere in jugis montium solita sit, cum procella imbrem dedisse.* Put. etiam *sidere.* Plinius 18, 35. *Cum in cacuminibus nubium montes considerent, hiemabit.* Plutarchus καθημένην νεφέλην. Haud dubie verior scripta lectio. 6, [8, 7.] *Ingentibus procellis fusus imber certam magis victoriam, quam proelium, diremit.* Et iterum [c. 32, 6.] *Prosperae spei pugnam imber ingentibus procellis fusus diremit.* 23, [44, 4.] *Ni ingentibus procellis effusus imber diremisset pugnantes.* Trogus 29. [3.] *Videre tonantem ac fulminantem ab occasu procellam, quam, in quascumque terrarum partes victoriae tempestas detulerit, magno cruoris imbre omnia foedaturam.* Curtius 8, [13.] *Procella imbrem vix sub tectis tolerabilem effudit.* Statius 10. Theb. [532.]

Qualiter aut Malean, aut alta Ceraunia supra
Cessantes in nube sedent, nigrisque leguntur
Collibus, et subitae saliunt in vela procellae.

Credere possis, ipsius Hannibalis dictum Homero deberi: Ἰλ. Ε. [522.]

Digitized by Google

untem dixiſſe ferunt, *tandem eam nubem, quae sedere in jugis montium solita sit, cum procella imbrem dedisse.*

XXXI. Dum haec geruntur in Italia, Cn. Servilius Geminus consul cum claſſe centum viginti navium, circumvectus Sardiniae et Corsicae oram, et obsidibus utrimque acceptis, in Africam transmisit: et, priusquam in continentem exscensiones faceret, 2

— — *νεφέληϊσιν ἐοικότες, ἅστε Κρονίων*
Νηνεμίης ἔτησεν ἐπ' ἀκροπόλοισιν ὄρεσσιν,
Ἀτρέμας ὄφρ' ἐυδῆσι μένος βορέαο καὶ ἄλλων
Ζαχρειῶν ἀνέμων, ὅτε νέφεα σκιόεντα
Πνοιῇσιν λιγυρῇσι διασκιδνάσιν ἄεντες.

Socrates ad *Νεφέλας* apud Ariſtophanem [v. 269.] *ἔιτ' ἐπ' Ὀλύμπου κορυφαῖς ἱεραῖς Χιονόβλητοισι κάθησθε.* J. FR. GRON. Liv. 24, 46, 4. *Imber* etc. *sonitu largioris procellae strepitum molientium portam exaudiri prohibuit.* Curtius 4, 7, 14. *Ut largum quoque imbrem excusserunt procellae.* Codicibus a Gebh. et Gronov. laudatis consentit Flor. Reliqui et mei et Hearnii Oxon. nihil mutant, nisi quod plerique legant *procellae imbrem.* De verbo *sidere* v. supra ad 2, 29, 6. et 9, 21, 6. Adde Nic. Heins. ad Ovid. 1. Met. 307.

§. 1. *Cum classe navium circumvectus*] Videndum, ne desit numerus navium. Certe Livius, nisi de numero monere voluiſſet, non addidiſſet vocem *navium*, scripsiſſetque *cum classe circumvectus.* Quin et numerum hiſtoria poſtulat exprimi: qui Polybio l. 3, [96.] auctore fuit cxx. quinqueremium. Inseratur igitur Livio *cum classe C. et XX. navium.* LIPS. 4. Epiſt. Quaeſt. 21. Continet Pal. tert. *cum classe navium circumvertit.* GEBH. Numerus conſtanter a meis et Hearnii codicibus abeſt. Sed similem errorem Gronovius notavit infra hoc lib. c. 37, 13. *circumvertit* autem praeferunt etiam Gaertn. et edd. antt.

§. 2. *Priusquam in continentem descensiones faceret*] Legendum; *exscensiones*, quia Pal. sec. refert *escensiones.* Pal. tert. *in concinantem descensiones faceret.* Livius 28, 8, 8. *Profectus ad Erythras Aetolorum, quae prope Eupalium sunt, exscensionem fecit.* 29, 28, 5. *Quibus exscensiones in agros maritimos factae erant.* GEBH. *escensiones* etiam Flor. *exscensiones* autem legendum eſſe, jam ante Gebhard. vidit Lips. 2. Epiſt. Quaeſt. 20. V. supra ad 8, 17, 9.

Moenia insula vastata] Plinius eam insulam *Moenicem* vocat, Ptolemaeus *Myrinta.* Tu, quid potiſſimum sequare, maturius videto. SABELL. Hanc insulam *Cercinam* vocat Polybius [3, 96.] *Μετὰ δὲ ταῦτα καταπλεύσας τῆς Λιβύης ὡς ἐπὶ τῶν Κερκινητῶν νῆσον, καὶ λαβὼν παρ' αὐτῶν χρήματα τοῦ μὴ πορθῆσαι τὴν χώραν ἀπαλλάγη.* In vet. lib. *Menia insula* eſt. Duae

Digitized by Google

Menige insula vastata, et ab incolentibus Cercinam, ne et ipsorum ureretur diripereturque ager, decem talentis argenti acceptis, ad litora Africae accessit,
3 copiasque exposuit. Inde ad populandum agrum ducti milites, navalesque socii juxta effusi, ac si in-
4 sulis cultorum egentibus praedarentur. itaque in insidias

hae finitimae insulae sunt ad Sirtim. SIG. Pal. pr. *Menie insula.* sec. *in cenis insula.* tert. *media insula.* vet. ed. *Maenia insula.* GEBH. Antiquissimae veterum edd. *Moenia*, vel *Menia insula.* aliae *Moenice insula*, Sabellico, ut videtur, praecunte. *Meninge insula* ed. Mogunt. *Menia insula* Recan. et Hearnii L. 1. *Moenie*, vel *Menie insula* Cant. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. *Menige* Put. Flor. et Gud. quod probat Gronov. in Diss. epist. in Liv. loca quaed. geogr. ep. 2. p. 19. Similiter apud Ptolem. 4, 3. et 8. p. 232. ed. Bert. pro *Μήνιγξ* codd. Coislin. legit *Μήνιξ*. V. Montfauc. Bibl. Coislin. p. 665. et 760. Adde Casaub. ad Strab. 2. Geogr. 123. et Cl. Jac. Gronov. ad Pomp. Mel. 2, 7. lin. 57.

Ab incolentibus circa eam] Hoc etiam malum. Nam *incolere circa aliquem* quisquiliae sermonis. Luculenter emendabitur *ab incolentibus Cercinam.* Auctor idem Polybius super hac re [3, 96.] Rideamus merito illos fungos et bardos, qui ex *Cercinam* fecerunt *circa eam.* LIPS. 4. Ep. Quaest. 21. Hearnius in scriptis suis et vett. edd. *circa eam* esse scribit. Gronovius, quia nihil adnotat, in suis, si non omnibus, at corte quibusdam, *Cercinam* videtur invenisse. Altera ratio, qua vulgatam scripturam impugnat Lipsius, quod *incolere circa aliquem* quisquiliae Latini sermonis sint, nulla est. Livius 21, 26, 6. *Colunt autem circa utramque ripam Rhodani. colere* et *incolere* saepe absolute dicuntur pro habitare, sedes habere. V. Gronov. ad Liv. 1, 1. et 21, 31. et Graevium ad Flori 3, 6. DUK. Omnes mei constanter *circa eam* servant. Lipsii conjecturam Gruterus in postrema ed. contextui inseruit.

§. 3. *Ac si insulas cultorum egentes praedarentur*] Jam dictum [ad c. 3. h. lib. §. 6.] in vett. libb. esse *insulis cultorum egentibus.* J. FR. GRON. Ita et Flor. *insulas cultorum egentibus* Voss. et Lovel. 1. *insulas cultorum agentibus* Lov. 2. Vox *cultorum* perperam omittitur in Gaertn. *cultores* sunt incolae. V. ad 28, 28, 6. Paullo ante *ad depopulandum* Lovel. 2. reliquis invitis. V. ad 2, 62, 2.

§. 4. *Quum a sequentibus palantes, et locorum ignari circumvenirentur*] Malim, ut ante, *frequentibus*, quia praecessit *insulas cultorum egenteis:* et post *litoribus hostium plenis.* SIG. Deest una pars antitheseos. Put. Petav. melior, optimus Florent. *palantes ad locorum et ignari gnaris* (hanc vocem omittunt posteriores) *circumvenirentur.* Repone *a frequentibus palantes*,

Digitized by Google

sidias temere inlati, quum a frequentibus palantes, ab locorum gnaris ignari circumvenirentur, cum multa caede ac foeda fuga retro ad naves compulsi sunt. Ad mille hominum, cum his Sempronio 5 Blaeso quaestore, amissum: classis, a litoribus hostium plenis trepide soluta, in Siciliam cursum tenuit: traditaque Lilybaei T. Otacilio praetori, ut 6

ab locorum gnaris ignari circumvenirentur. J. FR. GRON. *sequentibus* in solis tantum Sigonii edd. invenio; reliqui non tantum excusi, sed et calamo scripti, recte *frequentibus* servant. Paullo ante *ita in insidias temere illati*, pro *itaque*, Lovel. 1. V. ad 21, 53, 7. Totam hanc periodum ita exhibet Ber. *ita in insidias illati a frequentibus palantes et locorum ignari circumveniuntur, et cum multa caede atque fuga* etc.

§. 5. *Ad mille hominum, cum his Sempronio Bleso quaestore amisso*] *Blaeso* ex Capitol. lapidibus et Graecis libris. SIG. Optimi *amissum*. Illud suffecerunt, qui non videbant, illa *cum his Sempronio Blaeso quaestore* poni defectu participii verbi substantivi. J. FR. GRON. Participium verbi substantivi saepe per ellipsin deesse, idque Livio corrumpendo librariis ansam praebuisse, supra vidimus 4, 47, 7. Adde, quae notantur ad 4, 27, 6. 6, 10, 8. c. 31, 1. 22, 49, 4. 28, 36, 12. et alibi. (* Id non observatum tenebras obfudit. v. ad 36, 6, 2.) Illud autem *amisso* ortum etiam esse potest ex eo fonte, quem indicavi ad 6, 3, 8. Gronovii conjectura displicet Doujatio, qui vulgatum servandum, idque ita accipi posse existimat, ut intelligatur, quum quaestor una cum aliis esset amissus: recepta tamen ejus emendatione, locum faciliorem fore, si deleto pronomine *his*, legamus *cum Sempronio Blaeso amissum*. Omnes mei, etiam reliquis integriores, in vulgatum *amisso* conspirant; quod commode servari potest, mutata tantum distinctione, *Ad mille hominum, cum his Sempronio Blaeso quaestore, amisso, classis a litoribus* etc. ut *amisso* ad voces *Ad mille hominum* referatur, et ad illa *cum his Sempronio Blaeso quaestore* itidem intelligatur participium verbi substantivi. Si tamen Gronovii Put. aliique primi ordinis codd. *tò amissum* servent, ei controversiam motam nolo: certe cum Doujatio pronomen *his*, invitis omnibus Mstis, delendum non existimabo. *Blaeso*, non *Bleso*, scribendum esse, monuit etiam Sigon. ad 26, 2, 7.

§. 6. *Traditaque Lilybaei tota Atilio praetori*] Jam ostendi [ad c. 10, 10.] hoc anno *Atilium* nullam praetorem fuisse, *T. Otacilium* fuisse. Ea res me admonuit, ut turpe mendum delerem, et, pro *tota Atilio, T. Otacilio* scriberem. SIG. Residet contumaciter in Pall. pr. ac tert. veterique ed. *Lilibei tota Acilio praetori*, in sec. *Lilibei Tito Atilio*. GEBH. *tota Acilio praetori* Lov. 1. 3. 5. et Harl. *tota Accilio praetori* Hafn. *tō Atilio praetori* Gaertner. *tiro Accilio*

Digitized by Google

7 ab legato ejus P. Sura Romam reduceretur. ipse, per Siciliam pedibus profectus, freto in Italiam trajecit, literis Q. Fabii adcitus et ipse, et collega ejus M. Atilius, ut exercitus ab se, exacto jam pro-
8 pe semestri imperio, acciperent. Omnium prope annales Fabium dictatorem adversus Hannibalem rem gessisse tradunt. Coelius etiam eum primum a
9 populo creatum dictatorem scribit. Sed et Coelium

praetori Lov. 2. *T. Attilio praetori* Hav. *ora Attilio praetori* Ber. *T. Acilio praetori* Flor. *Tito Acilio praetori* Hearnii N. *tota Otacilio praetori* Lov. 4. Ex Voss. et Cant. nihil notatum video, ut forte *T. Otacilio praetori* exhibuerint, quod certe in uno e suis superesse, Crevier. monuit. Eamdem lectionem etiam probavit Pigh. in Ann. ad ann. DXXXVI. p. 156.

§. 7. *Literisque Fabii adcitus et ipse, et collega ejus*] Lege *literis Q. Fabii*. perspicue. SIG. Pal. tert. *literis Q. Fabii*, ut quoque indicavit Sigonius: quod genuinum credo. GEBH. Ita etiam Ber. Harl. et Put. optimus, ex quo Crevier. recte hanc lectionem in contextum recepit. Alibi saepe praenominis *Quinti* nota *Q.* et copulae *que* compendium *q;* in Mstis commutari solent. V. exempla ad 6, 6, 13. 8, 31, 4. c. 32, 17. c. 33, 20. 9, 7, 15. 10, 9, 10. hoc lib. c. 10, 10. c. 24, 12. c. 55, 4. 23, 30, 18. 26, 1, 11. c. 33, 5. 37, 60, 2. Epit. Liv. 77. 89. 99. et viros doctos ad Val. Max. 2, 4, 7.

Ut exercitum ab se, exacto jam prope semestri imperio, acciperent] Iidem [optimi] *exercitus ab se*. Fabianum nempe et Minucianum, uti mox appellantur. J. FR. GRON. *exercitus* etiam Flor. et Hav. quod recepi.

§. 8. *Coelius etiam eum a populo creatum dictatorem scribit*] Pall. tres, et vet. ed. *eum primum a populo creatum dictatorem*. GEBH. Scripti *Coelius etiam eum primum a populo*. J. FR. GRON. *primum* agnoscunt etiam Flor. et plerique reliqui codd. cum priscis ante Curionem edd. *primo* male legit Ber. unde sequeretur, postea ab alio, quam a populo, dictatorem dictum fuisse. *creatum a populo dictatorem* Lovel. 1.

§. 9. *Et Coelium et ceteros fugit*] *et Coelius et ceteri scribunt* Lovel. 3. Mox *qui tum procul*, pro *qui tunc procul*, primus edidit J. Fr. Gronov. et ita Flor. et plerique reliqui. V. ad 2, 12, 15. Vox etiam *provincia* exsulat a Lovel. 2.

§. 10. *Qui pro dictatore esset*] *prodictator* vera est lectio, ut sit *prodictator* velut *proconsul*, *propraetor*. SABELL. Quidam divisim *pro* et *dictatore* legunt, ut paullo post composite, *ut dictator pro prodictatore diceretur*, bis repetita praepositione *pro* per appositionem et compositionem, ut loquuntur grammatici. Ideoque superius in hoc libro [c. 8, 6.] ubi Fabius creatur prodictator, legendum, *Nec dictatorem populus creare poterat, quod nunquam ante eam diem*

Digitized by Google

et ceteros fugit, uni consuli Cn. Servilio, qui tum procul in Gallia provincia aberat, jus fuisse dicendi dictatoris: quam moram quia exspectare territa 10 jam clade civitas non poterat, eo decursum esse, ut a populo crearetur, qui pro dictatore esset: res 11 inde gestas gloriamque insignem ducis, et augentes titulum imaginis posteros, ut, qui pro dictatore, dictator diceretur, facile obtinuisse.

factum erat. Prodictatorem populus creavit Q. Fabium Maximum. Haec ideo admonenda duxi, quod in quibusdam codicibus haec corrupta vidimus. Quae vero sequuntur verba, *adeoque inopia est coactus Hannibal*, non videntur huc pertinere, neque ea sunt in omnibus libris. GLAR. Praestat, ut *pro dictatore* divisis vocibus legatur: ceteroquin dicendum foret, *qui prodictator esset.* V. ad 23, 30, 19. Paullo ante *eodem cursum est* Flor. a m. 1. et Lovel. 5. *eo concursum est* Gaertn. *eo decursum est* Flor. a m. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. Ber. et Hav. cum edd. Rom. anni 1472. Parm. ac Mediol. anni 1480. Sed hi librarii non adverterunt, pendere haec ex praecedenti *fugit*, ideoque *esse* legi debere.

§. 11. *Et augendae titulum imaginis posteris*] Nihil hic sani sensus. Petav. recentior, et Men. *et in augendis titulum imagines posteris.* Put. Petav. Voss. *et augendis titulum imagines posteros.* Illud *augendis* pro *augentis* plurali accusativo scriptum est, et *imagines* ἀντὶ τοῦ *imaginis.* J. FR. GRON. Admodum etiam variant mei. *et augendi titulum imagines posteris* Lovel. 3. *et augendae titulum imaginis posteris* Ber. et Hafn. *et augendas titulis imagines posteris* V. C. apud Latinium. *et augentibus titulum et imagines posteris* Lovel. 2. *et augendis titulorum imagines posteris* Lovel. 5. *et augendis titulis imagines posteris* Hearnii L. 1. *et augendis titulis et imagines posteris* Res. *et augendis titulis imaginum posteros* Hearnii N. *et augendis titulum in imagines posteris* Gaertn. *et in augendis titulum imagines posteris* Harl. *et augendis titulum imagines posteris* Lovel. 1. 4. et Hav. *et augendis titulum imagines posteros* Flor. et Exc. Pithoei. Gronovium verum vidisse puto.

Ut dictator pro dictatore diceretur] Ex hac lectione nihil sequitur. Legendum igitur *pro prodictatore:* sit sensus, Fabius factum est ut dictator sit dictus, quum vere prodictator fuisset. SABELL. Notat Glareanus, a quibusdam legi, *ut dictator pro prodictatore dic.* quod non improbat. Pall. tres *ut qui prodictatore diceretur.* Reliqua in Pall. ita sunt concepta. *facile obtinuisse. Adeoque inopia est coactus Annibal, ut nisi cum fugae speciem* (sec. *specie abeundum*) *abeundi timuisset, Galliam repetiturus fuerit,* (pr. *fuerat*) *nulla relicta ope alendi exercitus in eis locis, si insequentes consules eisdem artibus* (tert. *actibus*) *bellum gereret. Consules Atilius Fabianus Geminus Servilianus*

Digitized by Google

7 ab legato ejus P. Sura Romam reduceretur. ipse, per Siciliam pedibus profectus, freto in Italiam trajecit, literis Q. Fabii adcitus et ipse, et collega ejus M. Atilius, ut exercitus ab se, exacto jam pro-
8 pe semestri imperio, acciperent. Omnium prope annales Fabium dictatorem adversus Hannibalem rem gessisse tradunt. Coelius etiam eum primum a
9 populo creatum dictatorem scribit. Sed et Coelium

praetori Lov. 2. *T. Attilio praetori* Hav. *ora Attilio praetori* Ber. *T. Acilio praetori* Flor. *Tito Acilio praetori* Hearnii N. *tota Otacilio praetori* Lov. 4. Ex Voss. et Cant. nihil notatum video, ut forte *T. Otacilio praetori* exhibuerint, quod certe in uno e suis superesse, Crevier. monuit. Eamdem lectionem etiam probavit Pigh. in Ann. ad ann. IDXXXVI. p. 156.

§. 7. *Literisque Fabii adcitus et ipse, et collega ejus*] Lege *literis Q. Fabii*. perspicue. SIG. Pal. tert. *literis Q. Fabii*, ut quoque indicavit Sigonius: quod genuinum credo. GEBH. Ita etiam Ber. Harl. et Put. optimus, ex quo Crevier. recte hanc lectionem in contextum recepit. Alibi saepe praenominis *Quinti* nota *Q.* et copulae *que* compendium *q;* in Mssis commutari solent. V. exempla ad 6, 6, 13. 8, 31, 4. c. 32, 17. c. 33, 20. 9, 7, 15. 10, 9, 10. hoc lib. c. 10, 10. c. 24, 12. c. 55, 4. 23, 30, 18. 26, 1, 11. c. 33, 5. 37, 60, 2. Epit. Liv. 77. 89. 99. et viros doctos ad Val. Max. 2, 4, 7.

Ut exercitum ab se, exacto jam prope semestri imperio, acciperent] Iidem [optimi] *exercitus ab se*. Fabianum nempe et Minucianum, uti mox appellantur. J. FR. GRON. *exercitus* etiam Flor. et Hav. quod recepi.

§. 8. *Coelius etiam eum a populo creatum dictatorem scribit*] Pall. tres, et vet. ed. *eum primum a populo creatum dictatorem*. GEBH. Scripti *Coelius etiam eum primum a populo*. J. FR. GRON. *primum* agnoscunt etiam Flor. et plerique reliqui codd. cum priscis ante Curionem edd. *primo* male legit Ber. unde sequeretur, postea ab alio, quam a populo, dictatorem dictum fuisse. *creatum a populo dictatorem* Lovel. 1.

§. 9. *Et Coelium et ceteros fugit*] *et Coelius et ceteri scribunt* Lovel. 3. Mox *qui tum procul*, pro *qui tunc procul*, primus edidit J. Fr. Gronov. et ita Flor. et plerique reliqui. V. ad 2, 12, 15. Vox etiam *provincia* exsulat a Lovel. 2.

§. 10. *Qui pro dictatore esset*] *prodictator* vera est lectio, ut sit *prodictator* velut *proconsul*, *propraetor*. SABELL. Quidam divisim *pro* et *dictatore* legunt, ut paullo post composite, *ut dictator pro prodictatore diceretur*, bis repetita praepositione *pro* per appositionem et compositionem, ut loquuntur grammatici. Ideoque superius in hoc libro [c. 8, 6.] ubi Fabius creatur prodictator, legendum, *Nec dictatorem populus creare poterat, quod nunquam ante eam diem*

Digitized by Google

et ceteros fugit, uni consuli Cn. Servilio, qui tum procul in Gallia provincia aberat, jus fuisse dicendi dictatoris: quam moram quia exspectare territa 10 jam clade civitas non poterat, eo decursum esse, ut a populo crearetur, qui pro dictatore esset: res 11 inde gestas gloriamque insignem ducis, et augentes titulum imaginis posteros, ut, qui pro dictatore, dictator diceretur, facile obtinuisse.

factum erat. Prodictatorem populus creavit Q. Fabium Maximum. Haec ideo admonenda duxi, quod in quibusdam codicibus haec corrupta vidimus. Quae vero sequuntur verba, *adeoque inopia est coactus Hannibal*, non videntur huc pertinere, neque ea sunt in omnibus libris. GLAR. Praestat, ut *pro dictatore* divisis vocibus legatur: ceteroquin dicendum foret, *qui prodictator esset.* V. ad 23, 30, 19. Paullo ante *eodem cursum est* Flor. a m. 1. et Lovel. 5. *eo concursum est* Gaertn. *eo decursum est* Flor. a m. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. Ber. et Hav. cum edd. Rom. anni 1472. Parm. ac Mediol. anni 1480. Sed hi librarii non adverterunt, pendere haec ex praecedenti *fugit*, ideoque *esse* legi debere.

§. 11. *Et augendae titulum imaginis posteris*] Nihil hic sani sensus. Petav. recentior, et Men. *et in augendis titulum imagines posteris.* Put. Petav. Voss. *et augendis titulum imagines posteros.* Illud *augendis* pro *augentis* plurali accusativo scriptum est, et *imagines ἀντὶ τοῦ imaginis.* J. FR. GRON. Admodum etiam variant mei. *et augendi titulum imagines posteris* Lovel. 3. *et augendae titulum imaginis posteris* Ber. et Hafn. *et augendas titulis imagines posteris* V. C. apud Latinium. *et augentibus titulum et imagines posteris* Lovel. 2. *et augendis titulorum imagines posteris* Lovel. 5. *et augendis titulis imagines posteris* Hearnii L. 1. *et augendis titulis et imagines posteris* Rec. *et augendis titulis imaginum posteros* Hearnii N. *et augendis titulum in imagines posteris* Gaertn. *et in augendis titulum imagines posteris* Harl. *et augendis titulum imagines posteros* Lovel. 1. 4. et Hav. *et augendis titulum imagines posteros* Flor. et Exc. Pithoei. Gronovium verum vidisse puto.

Ut dictator pro dictatore diceretur] Ex hac lectione nihil sequitur. Legendum igitur *pro prodictatore:* sit sensus, Fabius factum est ut dictator sit dictus, quum vere prodictator fuisset. SABELL. Notat Glareanus, a quibusdam legi, *ut dictator pro prodictatore dic.* quod non improbat. Pall. tres *ut qui prodictatore diceretur.* Beliqua in Pall. ita sunt concepta. *facile obtinuisse. Adeoque inopia est coactus Annibal, ut nisi cum fugae speciem* (sec. *specie abeundum*) *abeundi timuisset, Galliam repetiturus fuerit,* (pr. *fuerat*) *nulla relicta ope alendi exercitus in eis locis, si insequentes consules eisdem artibus* (tert. *actibus*) *bellum gereret. Consules Atilius Fabianus Geminus Servilianus*

Digitized by Google

1 XXXII. Consules, Atilius Fabiano, Geminus Servilius Minuciano exercitu accepto, hibernaculis

Musicanus (tert. *Attilius Fabianus Cn. Servilius Musicanus.* secundi lectionem adnotabo paullo post) *exercitu accepto, hibernaculis mature communitis, tum autumni erat tempus*, (sec. omittit τὸ *tempus*) *Fabii artibus cum summa inter se concordia bellum gerebant.* (reliqui duo, pr. et sec. *gesserunt*) *Frumentatum* (pr. *Frumenta hinc*) *exeunti Annibali diversis locis opportune* (pr. *opportuna*, tert. *opertum*) *aderant, carpentes agmen, palatosque excipientes. in casum universae dimicationis, quam omnibus artibus petebat hostis, non veniebant. Cum ad Gerionium, jam hieme impediente, constitisset bellum.* Insignem hanc trajectionem, qualem adhuc nullam in hoc scriptore deprehendi, hic animadvertere volui. GEBH. Put. Petav. melior, et Florent. *et qui prodictatore caederetur.* Tres Pall. *ut qui pro dictatore*: ut et Men. et Pet. duo cum his, *diceretur*, tertius *crederetur.* Scribendum existimo: *et augentes titulum imaginis posteros, ut Prodictatore dictator crederetur, facile obtinuisse.* Accipe *Prodictatore* nominandi casu per intellectum articuli ὁ, ut solent in talibus. Sic Ovidius 1. Met. [20.] *sine pondere habentia pondus.* Nisi forte verius simplicissimum, *pro Prodictatore*, ut quosdam voluisse testis Glarcanus [ad §. praec.] Lib. 8. extremo [c. 40. 4.] *Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor, falsisque imaginum titulis, dum familia ad se quaeque famam rerum gestarum honorumque fallente mendacio trahunt.* J. FR. GRON. *ut prodictatore diceretur* Lovel. 2. et Hearnii N. qui *ut dictator crederetur* in margine praefert. *ut quasi prodictatore diceretur* Lovel. 5. *ut qui dictator diceretur* Hav. *ut qui pro dictatore cederetur* Flor. *ut qui prodictatore crederetur* Ber. *ut qui pro dictatore diceretur* Voss. Lovel. 1. 4. Harl. Hafn. Bec. Gaertn. et V. C. Latinii. *ut, qui pro dictatore, dictator diceretur* Lovel. 3. quomodo ex optimorum codd. vestigiis legendum existimat Perizon. in Animadv. Hist. c. 1. p. 23. *ut, qui pro dictatore* accipiens quasi esset, *ut, qui pro dictatore erat*: quod verius esse puto, ideoque admisi.

§. 1. *Consules M. Attilius Fabianus, Cn. Servilius Musitanus*] Ita habent plerique codd. sed legendum est *M. Attilius Regulus et Cn. Servilius Geminus.* Hi sequentis anni proconsules fuere, ut author est Polybius [3, 106.] Ab initio autem hujus anni cum C. Flaminio Cn. Servilius consul factus est. Flaminio autem subrogatus M. Attilius. Quidam hoc loco et novos consules et novum annum collegere, *Attilium Fabianum*, et *Servilium Musitanum* vocitantes, utrumque inusitato cognomine. GLAR. Mira et prodigiosa hic scriptio veterum librorum *M. Atilius Fabianus, Cn. Servilius Musicanus*, aut *Nusitanus.* Nec aliter etiam antiquitus excusi. Glareanus et Sigonius, tam multi in studiis ac celebrati nominis, non hic par ceteris factis suis fecere, et audacter potius, quam feliciter, haec, quae habemus, substituerunt. Non enim illa cognomina consulum, inquiunt, ut e Fastis patet. Fateor; sed nonne tamen attentius cogitandum erat super librorum pertinace illo

Digitized by Google

mature communitis, (extremum autumni erat) Fabii artibus cum summa inter se concordia bellum ges-

consensu? Ego non is sum, qui sciam divinitus, dicam tamen, quod in mentem mihi venit, et, cruditis, ut spero, viris approbantibus, rescribam, *M. Atilius Fabiano, Cn. Servilius Minuciano exercitu accepto.* Consules nempe pro more veteri copias inter se diviserunt, et Atilius quidem Fabianum exercitum accepit, Servilius Minucianum. Ista autem divisio paullo ante inter duos dictatores facta: *cum prima et quarta legio Municio, secunda et tertia Fabio evenerunt.* Ita enim Livius ipse supra [c. 27, 10.] PH. RUBEN. 1. Elect. 31. Pal. sec. *Consules Attilio Fabiano Geminus Servilianus Musicano exercitu accepto.* GEBH. Codicum alii magis, alii minus, plerique tamen prodigiose corrupti sunt; in id tantum non omnes consentiunt, ut praenomina *M.* et *Cn.* omittant, et loco posterioris exhibeant *Geminus:* in quo ultimo accinunt etiam editiones Moguntina priores. Ne reliquorum Mstorum lectiones referam, *Consules Atilio Fabiano, Geminus Servilianus Musicano exercitu accepto* legit Flor. *Consules Attilius Fabiano, Servilianus Minuciano exercitu accepto* Ber. *Consules Atilius Fabiano Geminus Servilius Minutiano exercitu accepto* Lov. 3. Pighius in Ann. ad ann. 10XXXVI. p. 254. vestigiis Rubenii insistens, propius tamen edd. principum lectioni inhaerens, scribendum conjecit *Consules M. Atilius Fabiano, Geminus Servilius Minuciano exercitu accepto.* quod Gruterus in postuma, et hinc reliqui omnes editores receperunt. Licet autem apud Livium interdum evenire, ut duorum vel plurium memoratorum unus praenomine careat, reliquis addatur, supra docuerim ad 4, 49, 1. hic tamen codicum consensu inductus existimo, quemadmodum Servilii, ita etiam Atilii praenomen delendum, ac scribendum esse *Consules Atilius Fabiano, Geminus Servilius Minuciano exercitu accepto.* Ceterum eamdem trajectionem, ut §. 3. hujus capitis duobus prioribus praemittatur, quam Gebhard. ex tribus Pall. ad cap. praec. §. ult. notavit, inveni quoque in Flor. Cant. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et omnibus edd. usque ad Frobenium, qui anno 1531. primus luxata suo loco reposuit.

Tum enim autumni erat tempus] Meliores codd. *tum autumni erat:* caetera desunt. Scribe, *hibernaculis mature communitis, (medium autumni erat) Fabii artibus* etc. Sic 38, [27, 9.] *Ipse (jam enim medium autumni erat) locis gelidis excedere properans.* J. FR. GRON. *cum autumni esset tempus* Lovel. 3. *cum autumni erat tempus* Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Gaertn. *tum autumni erat tempus* Lov. 5. et Hav. *tum autumni tempus erat* Ber. *tum autumni erat* Hearnii L 1. et N. *cum autumni erat* Flor. omissa in tribus his codd. voce *tempus.* Horum omnium codd. auctoritate delevi vocem *enim*, quam etiam omnes edd. ante Ascensianam anni 1513. ignorant. Gronovius insuper legendum putat *medium autumni erat.* Eam locutionem a stilo Livii non abhorrere, patet ex illis, quae notantur ad 27, 2, 9. Magis tamen placet, id quod Crevier. ex Mto probae notae eruit, *extremum autumni erat.* Ita in-

Digitized by Google

2 scrunt. Frumentatum exeunti Hannibali diversis locis opportuni aderant, carpentes agmen, palatosque excipientes. in casum universae dimicationis, quam omnibus artibus petebat hostis, non venie-
3 bant. adeoque inopia est coactus Hannibal, ut, nisi tum fugae speciem abeundo timuisset, Galliam repetiturus fuerit, nulla relicta spe alendi exercitus in eis locis, si insequentes consules eisdem artibus bel-
4 lum gererent. Quum ad Geronium jam hieme inpediente constitisset bellum, Neapolitani legati Ro-

fra 28, 37, 5. *Et jam extremum autumni erat.* 29, 35, 15. *Haec in Africa usque ad extremum autumni gesta.* 35, 13, 4. *Extremo jam hiemis Ephesum pervenit.* Similiter *extremum anni* 39, 23, 3. ubi plura vide. Puto igitur recte hanc lectionem in contextum admissam esse. Non ferenda est neglegentia Doujatii, qui lectoribus persuadere conatur, Gronovium scripsisse *medium autumni erat tempus.*

§. 2. *Diversis locis opportune aderant, carpentes agmen, palantesque excipientes*] Pal. pr. *opportuna*, eleganti Hellenismo. GEBH. Meliorum scriptura *opportuni aderant, carpentes agmen, palatosque excipientes.* Sallustius Catil. [52.] *Si paullulum modo vos languere viderint, jam omnes feroces aderunt.* J. FR. GRON. *opportuna aderant* Voss. a m. 1. et Hav. quod nollem Gebhardo placuisse. *variis locis opportunis aderant* Lovel. 3. V. ad 6, 3, 8. *variis locis opportuni aderant* Flor. pluresque meorum cum Hearnii Oxon. Sall. Catil. 20. *Nequidquam opportuna res cecidisset.* ubi v. Cortium. Saepissime adjectiva pro adverbiis usurpantur. Infra hoc cap. *Voluntate eorum, qui libentes darent.* V. supra hoc lib. ad c. 12, 7. Praeterea *palatosque* omnes mei, et Hearnii Oxon. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 1, 11, 1.

§. 3. *Adeoque inopia est coactus Hannibal*] Vix Latina oratio. Tentabam *et ad id inopiae est redactus Hannibal.* J. FR. GRON. Si haec conjectura non displicet, propius tamen ad vulgatum accedet, si legamus *ad idque inopiae est redactus.* — Cel. Burm. ad Lucani 7, 406. *eoque inopiae* legendum conjicit. —

§. 4. *Ad Gerionem, jam hieme inpendente, constitisset bellum*] Put. Pet. Men. Voss. *ad Gerionium jam hieme impediente.* J. FR. GRON. *impediente* etiam Flor. Lov. 1. 2. aliique meorum, cum omnibus Hearnii Oxon.

Neapolitani legati Romam venere] Pal. sec. *venerunt Romam.* GEBH.

§. 5. *Scire res esse populi aerarium bello exhauriri*] Opinor sic legendum. *scire sese populi*, vel *scire se reipublicae aerarium* etc. VALLA. Pall. duo *scire res esse populi aerarium.* tert. vero, *scire se populi Romani*

Digitized by Google

mam venere. ab iis quadraginta paterae aureae magni ponderis in curiam inlatae, atque ita verba facta, ut dicerent: *Scire sese, Romani populi aerarium bello exhauriri: et, quum juxta pro urbibus agrisque sociorum, ac pro capite atque arce Italiae, urbe Romana atque imperio geratur, aequum censuisse Neapolitanos, quod auri sibi quum ad templorum ornatum, tum ad subsidium fortunae a majoribus relictum foret, eo juvare populum Romanum. Si quam opem in sese crederent, eodem studio fuis-*

5 6 7

aerarium. Vulgatae lectioni *scire se Romani populi aerarium* adstipulatur Andreas. GEBH. *sese* fecimus, quia sic in optimis: aliis *scire res esse*. Sed τὸ *Romani* vix in scriptis reperitur. Gudianus tamen *aerarium po. R. bello*. Pall. unus *po. Ro. aerarium*. J. FR. GRON. *se scire Ro. po. aerariumque bello exhauriri* Lovel. 3. *scire res populi Romani et aerarium bello exhauriri* Lovel. 2. *scire se res populi aerariumque bello exhauriri* Hav. *scire se populi Romani aerarium bello exhauriri* Ber. *scire sese populi aerarium bellis exhauriri* Harl. et Gaertn. *scire res Romani populi aerarium bello exhauriri* Lovel. 5. *scire res esse Romani populi aerarium bello exhauriri* Lov. 4. *scire res esse populi Romani aerarium bello exhauriri* Lov. 1. *scire res esse populi aerarium bello exhauriri* Flor. et Voss. Ex *esse* recte Gronov. *sese*, transpositis literis, formavit. V. ad 40, 26, 5. De ordine hoc verborum *Romanus populus* v. ad 10, 16, 6.

Atque imperio geratur] Put. Voss. Gud. *gerantur*. Utrum *cernatur*? an potius scribendum: *id quum juxta* etc. *geratur*. Alioqui duriuscule subauditur τὸ *bellum*. J. FR. GRON. *gerantur* etiam Flor. Lovel. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. L. 1. ac quaedam ex vetustis edd. *atque imperio bellum geratur* Ber. quod ex glossa esse videtur. Si *bellum* subintelligi duriusculum judicetur, vide, num legendum sit *quod quum juxta* etc. *geratur*. certe *que quum juxta* est in Gaertner.

§. 6. *Quum ad ipsorum ornatum, tum ad subsidium fortunae*] Pal. pr. *cum ad temporum ornatum*. tert. *tum ad temporis ornatum*. Forte legendum *cum ad templorum ornatum*. ut habet expresse Pal. sec. GEBH. Immo *ad templorum*. Sic enim Petav. Pal. margo Vossiani. Put. et alii omnes fere *temporum*. J. FR. GRON. *ad temporum ornatum* Flor. et Lov. 1. *ad templorum ornatum* Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Rec. Hav. Hearnii Oxon. et ed. Aldina, ubi tamen inter errata *ipsorum* revocatur.

§. 7. *Si quam opem in sese crederent*] Sententia mihi videtur postulare *Si quam aliam opem in sese crederent*. DUK.

Digitized by Google

se oblaturos. gratum sibi Patres Romanos populum-
que facturum, si omnes res Neapolitanorum suas
8 *duxissent; dignosque judicaverint, ab quibus do-*
num, animo ac voluntate eorum, qui libentes da-
9 *rent, quam re, majus ampliusque, acciperent.* Le-
gatis gratiae actae pro munificentia curaque. patera,
quae ponderis minimi fuit, accepta.

1 XXXIII. Per eosdem dies speculator Karthagi-
niensis, qui per biennium fefellerat, Romae depre-
2 hensus, praecisisque manibus dimissus: et servi

Gratum sibi Patres Romanos populumque facturum] Pal. tert. *Patres conscriptos.* Mox lege, auctoribus Pal. pr. ac sec. *si omnes res Neapolitanorum suas duxissent.* GEBH. Gruter. in edd. prioribus vulgarat *suas dixissent*, sine dubio errore operarum; quod etiam praeferunt Lovel. 3. Harl. et quaedam ex antiquioribus excusis. Hinc medicinae adhibendae occasionem nactus est Gebhardus. Verum in postrema jam ipse Gruter. *duxissent*, ut reliquae pleraeque praeferunt cum ceteris scriptis, emendavit.

§. 8. *Voluntate eorum, qui libentes darent, quam rem majus ampliusque*] Emendare debuistis, *quam re majus.* VALLA. *quam rem majus* superest in Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. Sed ultima litera vocis *rem* adscita est ex prima sequentis. V. ad lib. 40, 7. 8. Praeterea *libenter darent* Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. D. Brancal. Latinii, et omnes edd. quas vidi, ante Aldum, qui recte *libentes* restituit. V. supra hoc cap. §. 2.

§. 9. *Patera, quae ponderis minimi fuit*] Cavillatur Camillus Peregrinus 4. Diss. [de Camp. Felic. sect. 15.] p. 728. J. FR. GRON. *minimi ponderis* Ber. Gaertn. et Hav. Vox *minimi* exsulat a Lovel. 4.

§. 1. *Speculator Karthaginiensis* etc. *deprehensus praecisisque manibus dimissus*] Vitiose Pall. tres *spectator.* Tum ex iisdem duo *dimittitur.* GEBH. *spectaturos* Lov. 1. *spectator* etiam Flor. Lov. 2. 3. Harl Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. vett. Primus deinde Asc. anno 1513. *speculator* in margine exhibuit, quod Moguntini in contextum receperunt. V. ad 7, 11, 10. *praecisisque manibus dimitteretur* Hav. *praecisisque manibus dimittitur* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. et Hearnii D. N. atque L. 1. *praecisis manibus dimittitur* Lovel. 3. Gaertn. et edd. ante Aldum.

§. 2. *Quod in campo Martio conjurassent*] Conjurarant haud dubie contra rempublicam. Sed quod eos *in campo Martio* conjurasse dicit, non magis ad notitiam historiae, aut augendam atrocitatem facinoris facere videtur, quam si in foro, circo, vel alio loco conjurassent. DUK.

Digitized by Google

quinque et viginti in crucem acti, quod in campo Martio conjurassent. indici data libertas et aeris gravis viginti millia. Legati et ad Philippum Macedo- 3
num regem missi ad deposcendum Demetrium Pharium, qui, bello victus, ad eum fugisset: et alii in 4
Ligures ad expostulandum, quod Poenum opibus auxiliisque suis juvissent: simul ad visendum ex propinquo, quae in Bojis atque Insubribus gererentur. Ad Pineum quoque regem in Illyrios legati missi ad 5
stipendium, cujus dies exierat, poscendum; aut, si

§. 3. *Ad deposcendum Demetrium Pharium, qui, bello victus, ad eum fugisset*] Hic rex Illyriorum fuit, paullo ante hoc bellum a Romanis bello superatus. auctor Polybius l. 3. qui item [c. 19.] eundem ad Philippum ex acie confugisse ait. SIG. *Demetrium Plinium* Gaertn. *Demetrium Phalereum* Lovel. 4. Tum *ad eum cunfugisset* Ber. *ad eum confugisset* Lovel. 2.

§. 4. *Alii in Ligures*] Veteres *et alii in Ligures*. J. FR. GRON. *et alii Ligures* Flor. Cant. Voss. in contextu, et Harl. *et ad Ligures* Lovel. 1. et 3. *et alii ad Ligures* Lov. 2. Ber. Gaertn. Voss. in margine, et Hearnii N. *et alii in Ligures* reliqui codd. cum edd. prioribus. Primi deinde Basil. anno 1539. *et* omiserunt; quod licet alii subinde restituerint, plerique tamen editores usque ad Gronov. obedire neglexerunt. Mox *quod Poenos* Lovel. 3. Dejinde *Bojis Insubribusque* Lovel. 4. 5. Voces *simul ad visendum* etc. *gererentur* desunt in Harl.

§. 5. *Ad Pineum quoque regem in Illyricos*] Is erat Agronis filius, teste Appiano in Illyricis [p. 760.] HENR. VALES. Olim, *Illyrios*. J. FR. GRON. *Illyrios* etiam Flor. Lovel. 3. 4. 5. Harl. aliique. V. ad Auctor. Ep. Liv. 20. De Pineo rege, quem *Pinneum* vocat, v. Vales. ad Exc. Peiresc. p. 85. ubi patre Agrone natum docet. Avum Pleuratum fuisse, colligitur ex Polyb. 2, 11.

Ad stipendium, cujus dies exierat, poscendum; aut, si diem proferre vellet, obsides accipiendos] *ad stipendium cujus dies accipiendos*, reliquis neglectis Cant. Lovel. 1. et Harl. *ad stipendium ejus dies accipiendos* Hafn. et Lov. 4. *ad stipendium ejus diei accipiendos* Lov. 3. *ad stipendium cum dies accipiendos* Gaertn. *ad stipendium cum die accipiendum* Lovel. 2. *ad stipendium per eos dies accipiendum* Ber. Hav. Hearnii N. et priscae edd. *ad stipendium (ejus dies venerat) accipiendum* Lovel. 5. *ad stipendium cum dies accipiendos et si diem* etc. Voss. Lectio, quae nunc exstat, primum obvia fuit in ed. Asc. anni 1513.

§. 6. *Adeo, etsi bellum ingens in cervicibus erat*] Prima vox non adparet in Lovel. 1. 2. 3. 4.

Digitized by Google

6 diem proferre vellet, obsides accipiendos. adeo, et-
si bellum ingens in cervicibus erat, nullius usquam
terrarum rei cura Romanos, ne longinqua quidem,
7 effugiebat. In religionem etiam venit, aedem Con-
cordiae, quam per seditionem militarem biennio
ante L. Manlius praetor in Gallia vovisset, locatam
8 ad id tempus non esse. itaque duumviri ad eam rem
creati a M. Aemilio praetore urbis, Cn. Pupius et
K. Quinctius Flamininus, aedem in arce faciendam
9 locaverunt. Ab eodem praetore ex senatusconsulto
literae ad consules missae, ut, si iis videretur, al-

Harl. et Gaertn. De ejus emphasi et usu hoc loco v. ad 2, 43, 10. Hinc *bellum esset ingens in cervicibus* legunt Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldo antiquiores. *bellum ingens esset in cervicibus* Lov. 1. Mox *nulli usquam terrarum rei*, pro *nullius*, Flor. Voss. et Harl. *nullius unquam terrarum rei* Lovel. 2. *nullius usquam orbis terrarum rei* Hav. et Hearnii N.

§. 7. *Biennio ante L. Manlius praetor in Gallia vovisset*] Miror dixisse *biennio ante* de eo, qui anno ante praetor in Gallia fuerit, ut l. 21, [17, 7.] tradidit. SIG.

§. 8. *Ab Aemilio praetore urbis Cn. Pupius*] Put. *a M. Aemilio praetore*. J. FR. GRON. *praetor urbis* saepe legitur in Livio. 25, 1, 11. et 12, 3. 26, 3. 9. 27, 4, 4. 22, 12. 23, 5. 31, 9. [? 31, 4, 2.] et 32, 26, 8. quod Sigonius fere omnibus his locis emendat *praetor urbanus*. Hoc frequentius est, et *urbis* potuit fieri e compendio scribendi *urb.* DUK. Flor. *ambaemilio praetore*. Sed prius *m* postea deletum est. Trajectum maluissem, ut esset *ab M. Aemilio*. Tum *C. Puppius* Flor. *C. S. Pupius* Voss. et Lovel. 1. *C. Pupius* Lovel. 4. et Ber. *Con. Pupius* Lovel. 2. *Cris. Pupius* Lov. 3. *Cossus Papirius* Lov. 4. Passim librarios in praenomine *Cn.* errasse, saepius antea dictum est. De gente *Pupia* v. ad 4, 54, 3.

Caeso Quintius Flaminius] Lege, *K. Quinctius Flamininus*. Sic enim et antiqua praenominis nota, et nominis cognominisque hujus vera scriptura custodietur. ut enim *Augurinus* Minuciorum, *Censorinus* Marciorum cognomen est, sic *Flamininus* Quinctiorum, lapidibus Capitolinis et quibusdam etiam vet. lib. testibus. SIG. De nota hujus praenominis v. ad 2, 41, 11. de vera scriptura nominis gentilis ad 1, 30, 2. *Flamininus* autem Flor. V. ad 41, 28, 10.

§. 9. *Ab eodem populo Romano S. C. literae ad consules missae*] Debuistis emendare *ab eodem praetore ex S. C. literae*. VALLA. MSS. *ex senatusconsulto*. Et eam scripturam alibi iterat. Sane antiqui *jussum* et

Digitized by Google

ter eorum ad consules creandos Romam veniret: se in eam diem, quam jussissent, comitia edicturum. Ad haec a consulibus rescriptum, *Sine detrimento* 10 *reipublicae abscedi non posse ab hoste. itaque per interregem comitia habenda esse potius, quam consulum alter a bello avocaretur.* Patribus rectius visum est, dictatorem a consule dici comitiorum habendorum caussa. dictus L. Veturius Philo, M'. Pomponium Mathonem magistrum equitum dixit. His vitio creatis, jussisque die quartodecimo se ma- 12 gistratu abdicare, ad interregnum res rediit.

jussus, *consultum* et *consultus* dixerunt, taliaque. Plautus Trinummo [1, 2, 130.]

Me absente atque insciente, inconsultu meo,
Aedes venales hasce inscribit literis.

LIPS. 4. Ep. Quaest. 10. *Ab eodem P. R.* Flor. *Ab eodem pplo Ro.* Lovel. 1. et Gaertn. De quo errore v. ad 31, 10, 4. *Ab eodem praetore Aemilio* Lovel. 3. Sed vox addita rectius abest. *Ab eodē inde praetore* Ber. Verum illud *inde* sive *iñ* ex ultima litera vocis praecedentis natum est. V. ad 9, 44, 7. Tum *ex senatusconsultu* Voss. et Lovel. 1. Sed v. quae dicta sunt ad 5, 13, 5.

Se in eam diem, qua jussissent, comitia edicturum] Meliores *quam jussissent.* J. FR. GRON. *in eamdem diem* Lovel. 4. V. ad 10, 10, 6. Tum *quam jussissent* Flor. Cant. Lovel. 1. 2. 5. Voss. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hearnii Oxon. *quam dixissent* Rec.

§. 10. *Quam consulum alter a bello avocaretur*] *consul alter* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Hafn. Gaertner. et Hearnii Oxon. Sed v. ad 9, 32, 2. Tum *a bello vocaretur* Lovel. 3. 4. 5. Harl. Hav. et editi ante Aldum. Male. 37, 38, 7. *Nullo a munimento castrorum milite avocato.* V. ad 37, 26, 5. *a bello revocaretur* Gaertn. Paullo ante *τὸ esse* exsulat a Lovel. 3.

§. 11. *M. Pomponium Mathonem*] Scribe *M'. Pomponium Mathonem* ob caussam, quam post dicam [ad c. 49, 16.] SIG. V. etiam Pighium in Annal. ad ann. 10XXXVI. p. 155. *Is M. Pomponium* legunt Ber. et Hav. Tum *Machonem* Hav. et Lov. 2. *Maconem* Lovel. 3. *Matonem* Lov. 4. 5. et Harl. Paullo ante *caussa* deficit in Cant. quae etiam vox sine damno abesse posset. V. ad 31, 12, 4. Sequens vox *dictus* exsulat ab Harl. et Gaertn.

§. 12. *Ad interregnum res rediit*] *res ad interregnum rediit* Hav. *ad interregnum rediit*, omissa voce *res*, Flor. Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Gaertn. Sed eam a verbo sequenti interceptam puto. Alibi enim semper Livius addit. V. loca conlata ad 4, 43, 7.

Digitized by Google

1 XXXIV. Consulibus prorogatum in annum imperium. interreges proditi a Patribus C. Claudius, Ap. filius, Centho, inde P. Cornelius Asina. In ejus interregno comitia habita magno certamine Pa-
2 trum ac plebis. C. Terentio Varroni, quem, sui generis hominem, plebei insectatione principum po-

§. 1. *Interreges proditi a Patribus Cn. Claudius Appii filius Cento*] Scribe *C. Claudius Ap. F. Centho*, ex Capitolinis consulibus. SIG. In pronomen *Cnaeus* conspirant tantum non omnes codd. Recte nihilominus Sigonius pro eo *Cajus* substituit. Alterum enim in gente Claudia, quod sciam, inauditum est. Tum bene emendat *Centho*. V. etiam ad 25, 2, 3. 31, 14, 3. et 40, 59, 6. Deinde *interreges prodiutius* Flor. *interreges prodicius* Lov. 2. *interreges prodit jus* Lov. 4. *interreges providit jus* Lov. 1. et Voss. cujus posterioris in margine emendatur *interreges proditi sunt*; idque in contextu praefert Lovel. 3. quod etiam verum esse videtur. Mox *M. P. Cornelius*, pro *in*, sive *inde P. Cornelius*, Voss. V. ad 4, 52, 4.

§. 2. *Terentius Varro, ne quem sui generis hominem plebs insectatione* etc.] Emendare debuistis *C, Terentium Varronem, quem sui generis hominem plebs insectatione principum* etc. VALLA. Plerique habent codices in dandi casu [*C. Terentio Varroni,*] ut sit sensus, *Patres obstabant C. Terentio*. Sed melius omittitur relativum *quem*, et in accusandi casu legitur, ut a nominativo *Patres* novus incipiat sensus. Praeterea *concussis* legendum, non *concussum*. Neque enim Varro concussus erat, sed Fabius. Meminit et Valla hujus loci. GEBH. Pal. pr. *C. Terentio Varrone, quem sui generis hominem plebes, insectatione principum popularibusque artibus conciliatum, absque Fabio opibus edictatorio concussum*. Et ita fere tert. nisi quod *Varroni*, dein *popularibusque auribus conciliatum*. sec. vero *C. Terentius Varro ne quem sui generis hominem plebs insectatione principum* etc. Vulgata lectio est *C. Terentium Varronem, sui generis hominem, plebi in sectatione principum popularibus artibus conciliatum*. Ea nihil sincerius produci posse puto. GEBH. Omnes *C. Terentio Varrone, quem sui generis*, vel *Varroni*: quam veram esse lectionem, distinctio mutata prodit. Scribendum enim, *C. Terentio Varroni, quem sui generis hominem* etc. *vulgus et* (nam et sic optimi) *extrahere ad consulatum nitebatur, Patres summa ope obstabant*. J. FR. GRON. *C. Terentium Varronem, quem sui generis hominem* Lovel. 2. Hafn. Gaertn. et Hav. *C. Terentio Varrone, quem sui generis hominem* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. et Harl. *C. Terentio Varroni, quem sui generis hominem* Ber. Tum *plebes insectatione principum* Voss. et Harl. *plebes insectationi principum* Lovel. 1. *plebs insectationi principum* Lovel. 2. *plebs insectationibus principum* Lovel. 5. *plebs insectatione principum* Lov. 3. 4. Gaertn. et edd. quas vidi, omnes usque ad Aldum. *plebis insectationi*

Digitized by Google

pularibusque artibus conciliatum, ab Q. Fabii opibus et dictatorio imperio concussis aliena invidia splendentem, vulgus et extrahere ad consulatum nitebatur, Patres summa ope obstabant, ne se insectando sibi aequari adsuescerent homines. Q. Baebius Herennius tribunus plebis, cognatus C. Teren- 3

principum Flor. Sed Aldus non male edidit *plebi insectatione principum*, pro quo Cl. Jac. Gronov. *plebei* substituit. Hinc *atque Fabio opibus et dictatorio imperio concusso* Lovel. 1. *absque Fabio opibus et dictatorio imperio concussum* Voss. *absque Fabio opibus e dictatorio imperio concussum* Lov. 2. et 5. *absque Fabio opibus est dictatorio imperio concussum* Lov. 3. *absque Fabii opibus e dictatorio imperio concussum* Lovel. 4. *a Q. Fabio opibus ex dictatorio imperio concussum* Ber. *ab Q. Fabio opibus dictatorio imperio concussum* Harl. *ab Q. Fabio opibus e dictatorio imperio concussum* Gaertn. et Flor. *ab Q. Fabii opibus ex dictatorio imperio concussum* Hafn. *ab Q. Fabii opibus e dictatorio imperio concussi* Hav. *ab Q. Fabii opibus et dictatorio imperio concussum* Cant. et Rec. Deinde *vulgus extrahere* Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. et Gaertn. *vulgus et extrahere* Flor. Voss. Lov. 4. et Hav. quod recepi, quum ederetur *vulgus etiam extrahere*. Gronovii emendatio verissima est. Ei enim, quam probat Gebhard. nullus codex consentit. Longior periodi ambitus librariis errandi ansam dedit, omniumque variantium lectionum caussa fuit.

§. 3. *Baebius Herennius tribunus plebis*] *Herennius* hic loco cognominis est, ut l. 9. praenominis in *Herennio Pontio*, C. Pontii patre; alio loco pro nomine est, ut in M. Herennio consule. Vereor tamen, ne et in praenomine et in cognomine vitii aliquid sit. Hoc autem loco suspicor, ne *Vibus Terentius* sit legendum. est enim *Vibus* cognomen, [immo praenomen] ut in *Vibo Sextio* et *Vibo Virio*. Hic autem cognatus fuisse C. Terentii a Livio dicitur. SIG. Pal. 2. *Q. Baebius Herennicus*. Sigonius legendum censet *Vibus Terentius* eo argumento, quod eum *cognatum* dixit *Varronis* Livius. Quod si *agnatum* dixisset historicus, specie aliqua ejus correctio blandiri aliquibus potuisset. Mihi ridicula videtur. GEBH. Sigonius facit *Vibum Terentium*. satis perspicue in Put. et duobus post illum optimis habetur *Q. Baebius Herennius*. Eamque veram scripturam esse existimo. Appellatur l. 31, [6,4.] tribunus plebis *Q. Baebius*, hujus fortasse filius. *Herennium* autem cognomen Baebiis et Octaviis fuisse, observatum est viris doctis, qui de gentibus nominibusque Romanorum scripsere. J. FR. GRON. Sigonio consentit Pighius in Ann. ad ann. 10XXXI. p. 127. *Bebius Herrentius* est in Lov. 4. *Q. Baebius Herenicus* in Flor. *Q. Baebius Herennius*, teste Doujatio, in Colb. *Herennius* in C. Pontii patre non praenomen, sed cognomen esse, supra suspicatus sum ad 9, 1, 2. Refellendae autem Sigonii conjecturae argumento ex voce *cognatus* cum Gebhardo

Digitized by Google

tii, criminando non senatum modo, sed etiam augures, quod dictatorem prohibuissent comitia perficere, per invidiam eorum favorem candidato suo
4 conciliabat. *Ab hominibus nobilibus, per multos annos bellum quaerentibus, Hannibalem in Italiam adductum: ab iisdem, quum debellari possit, frau-*
5 *de id bellum trahi. cum quatuor militum legionibus universis pugnari posse adparuisse eo, quod M. Mi-*
6 *nucius, absente Fabio, prospere pugnasset; duas legiones hosti ad caedem objectas, deinde ex ipsa caede*

non uterer. Non enim eadem diligentia, qua JCti solent, etiam alii inter *agnatum* et *cognatum* distinxere. Certe quum M. Livius Macatus ratione M. Livii consulis *cognatus homo* dicitur 27, 34, 7. quum mulieres Bacchis initiatae *cognatis aut in quorum manu essent* traditae; Publicia et Licinia, quae viros necarant, *cognatorum decreto* necatae dicuntur 39, 18, 6. et apud Auct. Ep. Liv. 48. agnatos, quam cognatos, intelligendos esse, verisimilius videtur. Mox *cognato suo*, pro *candidato*, Hafn. et Voss. in margine.

§. 4. *In Italiam abductum*] Vet. lib. *adductum*. SIG. Et ita non tantum omnes codd. verum etiam edd. praeter solas Sigonianas.

Fraude id bellum trahi] Pal. pr. *in bellum trahi*. tert. *fraude bellum trahi*. Qui et paullo ante *ab omnibus nobilibus, per multos annos bellum quaerentibus, Annibalem in Italia abductum*. GEBH. *fraudibus jam bellum trahi* Lovel. 5. *fraude in bellum trahi* Voss. Lovel. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *fraudem bellum trahi* Flor. a m. 1. *fraude bellum trahi* a m. 2. quod etiam superest in Lovel. 2. et Ber.

§. 5. *Cum quatuor militum legionibus universis pugnari posse adparuisset, ac eo*] Scribendum ex Put. Men. Voss. *cum quatuor* etc. *pugnari posse apparuisse eo*. Solenne vitium mutandis orationibus obliquis. J. FR. GRON. Lectio haec in nullo superest cod. neque in ulla exstat ed. ante Moguntinam. Priores legunt *cum quatuor* etc. *pugnari posset apparuisse*, consentientibus Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. et Gaertner. neque aliter etiam Harl. nisi quod *possit*, pro *posset*, praeferat. Reliqui Msti fere omnes Gronovii emendationem probant: quem etiam v. 2. Obs. 14. Praeterea *millia*, pro *militum*, Flor. et Put. auctore Crevierio, qui suspicatur, vocem illam ab inprudenti librario additam esse, inde aliquem correxisse *militum*, quum potius eradere debuisset, quia plane hic otiosa est.

§. 6. *Duas legiones hosti ad caedem objectas*] Ita primum Ascens. anno 1513. edidisse vidi. Priores legerunt *ab eodem objectas*, quod superest in Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn.

Digitized by Google

ereptas, ut pater patronusque *adpellaretur, qui prius vincere prohibuisset Romanos, quam vinci. Consules* 7
deinde Fabianis artibus, quum debellare possent, bellum traxisse. Id foedus inter omnes nobiles ictum: nec finem ante belli habituros, quam consulem vere plebejum, id est, hominem novum, fecissent. nam 8
plebejos nobiles jam eisdem initiatos esse sacris, et contemnere plebem, ex quo contemni desierint a Patribus, coepisse. Cui non id adparere, id actum et 9
quaesitum esse, ut interregnum iniretur, ut in Pa-

Rec. Gaertner. et Hav. Sed alterum, quod in Flor. fuisse videtur, praefero. Liv. 45, 10, 13. *Decimio in auctoribus ad piaculum noxae objiciendis adsensi sunt.* Cic. 3. ad fam. 4. *Ad omnes casus subitorum periculorum magis objecti sumus.*

§. 7. *Fabianis artibus, quum debellare possent*] *Fabiis artibus* Lovel. 1. V. supra hoc lib. ad c. 24, 10. *quum Fabianis artibus*, perperam trajectis vocibus, Lovel. 2. et Ber. *debellare posset* Harl. Ber. Hav. Flor. a m. 1. et Voss. a m. 1. *debellari posset* Voss. a m. 2. consentientibus excusis usque ad Francofurtenses, qui per errorem operarum dederunt *debellari possent*, pro quo mox Modius vulgavit *debellare possent*, quod est in Flor. a m. 2. et quibusdam aliis. Mox *inter eos nobiles ictum* Lov. 4. *inter omnes nobiles initum* Lov. 2. in margine: quod ex glossa ortum puto. Ita etiam peccant quidam supra 1, 25, 1. ubi locutionem *icere foedus* inlustravi, 31, 2, 11. (*40, 8, 9.) et in Epit. Liv. 93.

§. 8. *Ex quo contemni desierint a Patribus*] Pal. tert. *contemni desierint Patribus.* GEBHARD. Ita et Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. et Harl. V. ad 6, 11, 4. *contemni Patribus desierint* Flor. e *Patribus* idem, sed recenti manu.

§. 9. *Cui non id adparet? id actum*] Legendum ex Pall. *Cui non id apparere?* GEBH. Quidam *appareret.* Sed optimus et Pet. *apparere.* Videtur dedisse Livius: *Cui non apparere, id actum et quaesitum esse, ut interregnum iniretur, ut in Patrum potestate comitia essent?* Nam interreges non erant, nisi patricii. 1, [50, 4.] *Cui non apparere, affectare eum imperium in Latinos?* 8, [23, 16.] *Cui non apparere, quod plebejus dictator sit, id vitium auguribus visum?* J. FR. GRON. Vulgatum tuentur Flor. et Lovel. 3. *Cui id non apparet actum* Lovel. 4. *Cui id non apparet? id actum* Lovel. 5. *Cui non id apparet actum* Ber. a m. 1. *Cui non id apparet? id actum* a m. 2. *Cui non id appareret? id actum* Voss. Lovel. 1. 2. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. et N. cujus margo recte servat *apparere. Cui non appareret, id actum* ejusdem Hearnii D. Gronov. priori notarum ed. legebat *Cui non id apparere actum.* Ut autem hoc loco, ita etiam emendandum

Digitized by Google

10 *trum potestate comitia essent? Id consules ambos ad exercitum morando quaesisse: id postea, quia invitis iis dictator esset dictus comitiorum caussa, expugnatum esse, ut vitiosus dictator per augures fieret.*
11 *Habere igitur interregnum eos. consulatum unum certe*

conjecit 2. Obs. 14. nisi quod verbis seqq. malit *cum interregnum iniretur*, pro *ut interregnum.*

§. 10. *Id consules ambos ad exercitum morando quaesisse*] *consules ambo* Rec. Ita saepe Livio viri docti restituerunt. V. ad 8, 3, 9. et 35, 21, 5. Uni tamen hic testi credere, periculosum videtur. *exercitum morando quaesisse* Lovel. 4. *morando ad exercitum quaesisse* Ber. *ad exercitum quaesisse morando* Lovel. 2.

§. 11. *Abhorrere igitur interregnum eos*] Si meo fiet modo, furcillis ejicietur τὸ *Abhorrere*, et vacuam in sedem atque suam reducetur, quod in membranis est, *Habere*. PH. RUBEN. 2. Elect. 9. Pal. pr. *Haborret*. tert. *Abhorret*. sec. *Haberet igitur interregnum eos*. unde legit Ruben. *Habere*. Vet. ed. exhibet *Obhorrere igitur*. GEBH. *Abhorret igitur* Lovel. 2. 4. 5. et Gaertn. *Aborreret* Rec. *Abhorreret* Voss. Lov. 1. et Hearnii L. 1. et N. *Haberet* Flor. et Harl.

Populum liberius habiturum ac daturum ei] Ex ingenio distractis vocibus male junctis scribemus *liberum jus habiturum*. Dicit tribunus, Patres omnibus artibus rem ad interregnum duxisse, ut in eorum manu comitia essent; nulla tamen arte efficere posse, quin alter consulum sit e plebe. Populum igitur *liberum jus habiturum*, et illum saltem talem facturum, qui potius publica commoda, quam sua ipsius, spectet. Saxonius quidem aliter, et *liberum habiturum* Hellenismum esse ait: sed illud ἐμοῦ θυμῷ δοκεῖ εἶναι ἄριστα. PH. RUBEN. 2. Elect. 9. Pall. tres *liberum habiturum*. sec. praeterea *consulatum unum plebis Romanae etiam populum liberum habiturum*. GEBH. Phil. Rubenius *liberum jus*. Put. Pet. Men. tres Pall. Andreas, et aliquot priscae edit. *liberum habiturum*. Quidam etiam *Romanae esset*. Scribe *consulatum unum certe plebis Romanae esse, et populum liberum habiturum*. Nempe, cum unum consulatum. *Liberum habere* dicimur, quod in arbitrio et potestate nostra est. Sic infra [c. 60, 9.] *Noctem ad erumpendum liberam habuissent*. 23, [3, 2.] *Eam nunc potestatem tutam habetis ac liberam*. Cicero 3. Verr. *Quid aut quantum praeterea est, quod liberum possit habere ille arator*. Ovidius 1. Fast. [52.]

Verbaque honoratus libera praetor habet.

J. FR. GRON. Illud *liberius* demum apud Asc. obvium fuit, qui ita jam anno 1510. edidit, et in seqq. *liberum* in margine ostentavit, quod non tantum supererat in prioribus excusis, sed in omnibus etiam calamo exaratis. *esset* autem servant Flor. a m. 2. Lovel. 2. Harl. et Gaertn.

Digitized by Google

certe plebis Romanae esse: populum liberum habiturum ac daturum ei, qui magis vere vincere, quam diu imperare, malit.

XXXV. Quum his orationibus accensa plebs esset, tribus patriciis petentibus, P. Cornelio Merenda, L. Manlio Vulsone, M. Aemilio Lepido, duobus 1 2

Qui magis vincere, quam diu imperare, malit] Pal. 2. *qui magis vero vim cere, quam diu imperare malit.* GEBH. *qui vere vincere* MSS. Dele ergo *magis.* H. VALES. Put. et Pet. melior, *qui magis vere vincere.* J. FR. GRON. Ita et Flor. Quo minus autem Valesio *magis* delenti obediam, obstat omnium codd. et edd. vocem illam tuentium auctoritas. *Magis malle* autem suspectum esse nequit. V. Scipion. Gentil. Parerg. 1, 37. et quae supra notantur ad 9, 7, 6. Vox *diu* deficit in Lovel. 1. et Ber.

§. 1. *L. Manlio Volsone*] *Vulsone* ex consulibus Capit. et vet. saepe lib. SIG. V. eumdem Sigonium ad 26, 23, 1. 27, 6, 14. 32, 27, 7. 33, 42, 7. 39, 40, 2. et 40, 59, 4. Adde Schott. ad Aur. Vict. de Vir. Inlustr. 55. Eadem ratione *Volso* pro *Vulso* scribi posse videtur, qua *volnus* et *volgus*, pro *vulnus* et *vulgus*. *Manilio* est in Hearnii D.

§. 2. *Duobus nobilibus jam familiaribus plebi*] Inepta lectio et nulli rei. Quo enim illa distinctio pertinuit, duos nobiles, sed familiares plebi? In meo codice emergit se veritas, *duobus nobilibus ac familiarum plebei.* Lege *at familiarum.* Nam hoc sentit Livius, tres petitores fuisse patricios, duos alios, nobiles plebejos. Illud *plebei* antiquum est, pro *plebis.* LIPS. 4. Epist. Quaest. 24. Recenset Livius inter nobiles etiam illos, qui e familia plebeja tamen honores gesserunt. Pall. pr. ac sec. *duobus nobilibus jam familiarium plebei.* tert. *M. Aemilio Lepido jam familiarium plebi.* Lipsius legit *at familiarum plebei*, quod non displicet, allusu nostrorum codd. magis ac magis verisimilius. GEBH. Lipsii liber *nobilibus ac familiarum plebei:* ubi τὸ *ac* ille mutat in *at.* Put. et Petav. *duobus nobilibus jam familiarum plebei.* ut et duo Pall. nisi quod *familiarium:* unde Gruterus sic videtur edidisse. Freinshemius ad Taciti versiones malit *duobus nobilium jam familiarum plebejis.* Non tu: si memineris distinguere post τὸ *jam*, et hanc accipere sententiam: tres patricios petisse, et duos jam quidem nobiles, quod vel ipsi, vel majores eorum sella curuli sedissent, familiarum tamen plebei, sive de plebe. J. FR. GRONOV. Praeferenda est sine dubio conjecturae Lipsii scriptura codicum, quos laudat Gronovius. Sed si existimavit, etiam ipsos, qui primi ex sua familia curulem magistratum gesserant, nobiles dictos fuisse, quod facile quis ex his verbis, *quod vel ipsi* etc. *sella curuli sedissent*, colligat, vix ei adsentiri possum. V. Sigonium 1. de Ant. jur. civ. Rom. 20. DUK. *duobus nobilium*, fere ut voluit Freinshemius, etiam Crevierio legendum videtur. *jam familiaribus plebejis* Hearnii N. *jam familiarium plebeji* Lovel. 4. *jam*

Digitized by Google

nobilibus jam familiarum plebei, C. Atilio Serrano et Q. Aelio Paeto, quorum alter pontifex, alter augur erat, C. Terentius consul unus creatur, ut in
3 manu ejus essent comitia rogando collegae. Tum experta nobilitas, parum fuisse virium in competi-

familiarium plebeis Gaertner. *jam familiarium plebis* Ber. *jam familiarium plebei* Flor. Harl. et Hearnii L. 1. *ac familiarium plebei* Voss. et Lovel. 1. *jam familiarum plebei* Lov. 5. et Colb. apud Doujatium, quod merito Gronov. probavit.

Et Q. Aelio Paeto] Rescriptum est in Pal. pr. *et Attilio Paeto.* in sec. *et Quintilio Peto.* in tert. *et G. Attilio Peto.* in vet. ed. *et Acilio Peto.* Mox reperitur in Pal. tert. *ut cum in manus ejus essent.* GEBH. *et Attilio Paeto* Voss. Lovel. 1. 2. 4. Ber. et Hav. *et Actilio Paeto* Harl. et Gaertn. *et Atulio Paeto* Hafn. *et Atilio Paeto* Hearnii D. et N. *et A. Paeto* ejusdem L. 1. *et Aulio Paeto* Lovel. 3. *et Acilio Paeto* edd. vett.

§. 3. *Tum experta nobilitas, parum fuisse virium in competitoribus*] *Cum experta nobilitas* Lovel. 4. *Tum cum experta nobilitas*, utraque lectione juncta, Voss. Gaertn. Lovel. 1. 2. 3. Harl. Ber. et Hav. *Tum cum experta esset nobilitas* edd. ante Aldum. Hinc *in competitoribus ejus* Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertner. Hav. Hearnii N. D. et omnes typis impressi usque ad Gronov. qui anno 1665. nescio qua auctoritate, vocem *ejus* omisit.

Qui cum M. Laelio consul fuerat] *cum M. Livio* legendum ex Cassiodori catalogo. Praeterea ex poenae similitudine, de qua et hic et anno XII. hujus belli [27, 34.] Salinatorem esse puto, qui fuit consul cum L. Aemylio Paulo, proximo ante hoc bellum anno. GLAR. Vet. lib. *M. Livio.* Recte. Sic enim est apud Cassiodorum et apud Plinium l. 29, [1.] consules autem fuerunt biennio ante. SIG. Pall. pr. ac tert. *cum M. Libio consul.* sec. *M. Bibulo consule.* GEBH. *cum M. Julio* Ber. *cum M. Lavio* Lovel. 1. *cum M. Libio* Flor. Lovel. 2. 3. 4. et Harl. Tum *consul erat* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

Damnatione collegae et sua prope ambustus evaserat] De M. Livio Salinatore agit, qui consularis damnatus est a populo, quod praedam non aequaliter diviserat militibus. Auctor Frontinus l. 4, 2. SIG. Quasi fulmine. Nam damnationem et exsilium antiqui scriptores *fulmen* vocant. Huc pertinet festiva narratio Strabonis l. 14, [674.] de Athenodoro, a quo civitate ejectus fuit Boëthus cum suis, scribentis: Ἐχρήσατο δὲ τῇ δοξείσῃ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἐξουσίᾳ, καὶ ἐξέβαλεν ἀυτοὺς, καταγνοὺς φυγῆν· οἱ δὲ πρῶτον μὲν κατετειχογράφησαν ἀυτοῦ τοιαῦτα.

Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων,
πορδαὶ δὲ γερόντων.

Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ἐν παιδιᾶς μέρει δεξάμενος ἐκέλευσε παρεπιγράψαι, βρονταὶ δε γερόντων. Plinius 3. ep. 11. *Toi circa me jactis fulminibus quasi ambustus, mihi quoque impendere idem*

Digitized by Google

toribus, L. Aemilium Paullum, qui cum M. Livio consul fuerat, et damnatione collegae, et sua prope, ambustus evaserat, infestum plebei, diu ac multum recusantem, ad petitionem compellit. is proximo 4
comitiali die, concedentibus omnibus, qui cum Var-

exitium certis quibusdam notis augurabar. Idem Paneg. c. 90. *Utrumque nostrum ille optimi cujusque spoliator et carnifex stragibus amicorum et in proximum jacto fulmine afflaverat.* Juven. 8, 92.

— — — quum fulmine justo
Et Capito et Numitor ruerint, damnante senatu.

Livius infra c. 40, 3. non solum *fulmen*, sed *incendium* etiam appellat: *se populare incendium priore consulatu semiustum effugisse.* 39, 6, 4. *Ne incendio alieni judicii, quo L. Scipio damnatus erat, conflagraret.* Pal. tert. *et a sua prope ambustus.* GEBH. Post *prope* ponenda est distinctio. Nam hoc dicit Livius, parum abfuisse, quin Aemilius quoque una cum collega damnaretur. Ipse c. 40, 3. ad Fabium: *se populare incendium priore consulatu semiustum effugisse.* V. Gronov. Diatr. Stat. c. 33. DUK. Ita Val. Max. 8, 1. agens de judiciis publicis insignibus, id caput divisisse creditur in eos, qui damnati, qui absoluti, et quae *ambustae* sunt, per *ambustas* intelligens, quae neque damnatae, neque absolutae sunt. — Aliam, quam Sigonius ex Frontino memoravit, caussam, cur Livius Salinator damnatus fuerit, refert Aur. Victor in Vir. Inlustr. 50. —

Infestum plebi, diu ac multum recusantem, ad petitionem compellit. is proximo comitiali die] Vet. lib. *ita is proximo.* SIG. Pal. sec. *compellit. is vir proximo.* pr. vero *diu ac multum recusantem ad petitionem compulsum viris. proximo pro comitiali.* tert. *ad petitionem compunctum juris proximo* etc. Porro vitiosissimam vet. ed. lectionem advocare taedet. GEBH. *ad petitionem compulsum juris proximo pro comitiali* Voss. et Gaertn. *ad petitionem compulsum juris proximo comitiali* Lovel. 2. 4. et Harl. *ad petitionem compulsum viris proximo comitiali* Hafn. *ad petitionem compulsum vix proximo comitiali* Lov. 5. *ad petitionem compulsum. is jus proximo* Flor. *ad petitionem compulsum. pro comitiali* Lov. 1. *L. Aemilius Paullus* etc. *infestus plebi, diu ac multum recusans ad petitionem compulsus pro comitiali* Lov. 3. et ita fere Ber. et Hav. nisi quod praeferant *compulsus juris proximo pro comitiali*, et insuper Ber. omittat vocem *Paullus.*

§. 4. *Parque magis in adversando, quam collega*] Vet lib. *par magis.* SIG. In altero e scriptis codd. *compar* legitur, ac recte quidem. Intelligitur enim utroque vocabulo antagonista, qua ratione *paria gladiatorum* dicimus. SCHOTT. 3. Obs. 6. Dicit Livius, compositum fuisse, concedentibus omnibus competitoribus, L. Aemilium Paullum cum Varrone, adversandi magis caussa illius temerariis conatibus, quam ut collega ex animo et re esset, sumta translatio-

Digitized by Google

rone certaverant, par magis in adversandum, quam
5 collega, datur consuli. Inde praetoria comitia habita. Creati M.' Pomponius Matho et P. Furius Philus. Romae juri dicundo urbana sors Pomponio, inter cives Romanos et peregrinos P. Furio Philo
6 evenit. Additi duo praetores, M. Claudius Marcel-

ne a gladiatoribus, ubi paria dantur ac componuntur. Alii libri habent *compar.* male. neque adnotatu dignae Sigonii quisquiliae, *par magis.* Pal. pr. *parte magis in adversa, quam collega.* ut quoque habet prisca ed. Sec. *pars magis in adversandum, quam collega.* tert. *partem magis in id versa, quam collega.* Nullum ferme MSS. sensum fundunt, adeoque vulgatae lectioni adhaerendum, satius existimo. GEBH. Schottus *compar* e scripto laudat. Sed hoc necesse non est: nam *par*, ut supra c. 27, 3. Optimi vero et complures, *par magis in adversandum, quam collega.* Plinius 27, 2. *Cum eo solo colluctatur, velut pare intus invento.* J. FR. GRONOV. Vulgatum in Ald. ed. primum obcurrit. Ed. Rom. princeps apud Hearnium legit *par magis in adversa.* postea secutae *parte magis in adversa;* quod et praeferunt Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *pars magis adversa* Ascens. anni 1513. *pars magis in adversando* Mogunt. *partem magis in adversam* Lovel. 3. *parsque magis in adversa* Lovel. 5. *pars magis in adversandum* Flor. Voces *pars* et *par* in Mstis commutari, infra videbimus ad 36, 24, 8.

§. 5. *Inde praetoria comitia habita*] *Inde praetoriana* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. ed. Ascens. anni 1513. et aliae posteriores usque ad Froben. *Ante praetoriana comitia* edd. illa Ascensii priores. *Inde praetorum comitia* Flor.

Manius Pomponius Matho et P. Furius Philus] Ita primus vulgavit Gruter. in ed. postuma, secutus Pighium in Annal. ad ann. 1oxxxvii. p. 160. quum omnes praecedentes cum Mstis tantum non omnibus legant *M. Pomponius.* Verum M. Pomponius anno praecedenti praeturam gessit, teste Liv. c. 7, 8. Deinde *P. Servilius Philo* Hav. *Philo* etiam Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertner. Hav. et edd. ante Froben.

Romae juris dicundi urbana sors] Lege ex fidissimis *juri dicundo urbana sors.* Vel potius *jure dicundo.* 42, [28, 6.] *His praetoribus provinciae decretae, duae jure Romae dicundo.* Suetonius Caesare [7.] *ubi quum mandatu praetoris jure dicundo conventus circumiret.* V. Indicem Inscriptionum. J. FR. GRON. *Romae urbana sors juridicum* Voss. Lov. 1. 4. Gaertn. et Hearnii L. 1. N. et D. cum edd. vett. *Romae urbana sors vindicum* Lovel. 2. et Hav. *Romae urbana sors juridica* Lovel. 3. *Romae urbana sors juri dicundo* Harl. Ber. et Lovel. 4. quomodo etiam quaedam ex vett. edd. legunt. *Romae juri dicundo urbana sors* Flor. cum ed. Aldina. quod Gronov. recepit.

Digitized by Google

lus in Siciliam, L. Postumius Albinus in Galliam. Omnes absentes creati sunt; nec cuiquam eorum, 7 praeter Terentium consulem, mandatus honos, quem jam non antea gessisset, praeteritis aliquot fortibus ac strenuis viris; quia in tali tempore nulli novus magistratus videbatur mandandus.

Hinc *Pompejo*, pro *Pomponio*, Lovel. 2. 4. 5. Harl. Hafn. Hearnii N. D. et quaedam vett. edd. V. ad Epit. Liv. 7.

Inter cives Romanos et inter peregrinos P. Furio Philo evenit] Vet. lib. *inter cives et peregrinos*. Sic alias ubique. SIG. Ita et Pighius emendat in Annal. ad ann. ıɔxxxvii. p. 160. Verum omnes codd. constanter servant vocem *Romanos*, nisi quod Lovel. 1. legat *P. Furio inter peregrinos evenit*, reliquis omnibus omissis. Contra *τὸ inter* secundo loco non modo in nullo obcurrit cod. verum etiam ne in ulla quidem ed. ante Mogunt. De iterato *inter* vide, quae notantur ad 10, 7, 1. Deinde *Furio Philoni*, sine praenomine, Gaertn. *P. Furioni Philoni* Rec. Sed verba illa in reliquis, excepto Lov. 5. desunt, quorum loco margini Voss. *Furio iterum* adscribebatur. Similiter etiam eadem verba non adparent in edd. vett. Postea Mediol. anno 1504. *Furio Philoni* ediderunt; *P. Furio Philoni* Mogunt. *P. Furio Philo* Froben.

§. 6. *L. Postumius Albinus in Galliam*] *ac Postumius* Ber. *A. Postumius* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. Male. Est enim ille, qui anno proximo consul tertium absens creatur. V. Liv. 23, 24, 3. Jam autem primus et secundus ejus consulatus in marmoribus Capitol. annis ıɔxix. et ıɔxxiv. superest, ubi constanter *Lucius* vocatur.

§. 7. *Nec cuiquam eorum, praeter Terentium consulem, erat mandatus honos, quem jam non antea gessisset*] Pal. pr. ac tert. *nec quisquam praeter Terentium consulem erat, quem jam antea mandatus honos non gessisset*. GEBH. Expunge eisdem auctoribus *τὸ erat*. J. FR. GRON. Quemadmodum Gebhardus in duobus Pall. invenit, plerique meorum, paucis mutatis, legunt: unde haud multum abeunt Hearnii N. et edd. ante Aldum. Verum, ut Gronov. emendavit, praefert etiam Flor.

Quia in tali tempore nullus novis magistratus videbatur mandandus] *Novum hominem* hic intelligit, non ut paulo ante C. Terentium appellavit, id est, eum, qui primus ex familia sua magistratum curulem cepisset, sed eum, qui non antea magistratum eundem gessisset, quique novus ad munus illud tractandum veniret, id est, qui tum primum praeturam caperet. SIG. Pro *mandandus* Pall. duo exhibent *dandus*. sec. vero *quia in tali tempore nulli novus magistratus videbatur mandandus*. GEBH. Put. *nullis novos magistratus*. Scribe *nulli novus magistratus*. J. FR. GRON. *nullus novus magistratus* Lovel. 2. 3. 4. 5. Ber. Rec. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. antiquae. *nullis novus magistratus* Ald. quod Cl. Jac.

Digitized by Google

1 XXXVI. Exercitus quoque multiplicati sunt. Quantae autem peditum equitumque additae sint copiae, adeo et numero et genere copiarum variant auctores, ut vix quidquam satis certum adfirmare
2 ausim. Decem millia novorum militum alii scripta in supplementum; alii novas quatuor legiones, ut

Perizon. in margine Livii probavit. *nullus novis magistratus* Froben. Sed *nullis novos magistratus* Flor. a m. 1. in quo *nulli novus magistratus* emendatur a manu altera. Et ita Voss. Lov. 1. Harl. et Gaertn. Ceterum *dandus*, pro *mandandus*, etiam Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Rec. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum. *nullus novus magistratu videbatur clausus* reliquis corruptior legit Hafn.

§. 1. *Quantae autem peditum equitumque additae sint copiae*] Pal. pr. *sunt copiae, adeo ita numero*. sec. *Quantae enim copiae peditum equitumque adjunctae sunt, adeo et numero*. tert. *additae copiae, adeo numero*. GEBH. Posteriorem vocem ignorat Voss. J. FR. GRON. Similiter eam ignorant Lov. 1. 3. 4. Harl. et Berol. Sed, ea transposita, *Quantae autem copiae peditum equitumque additae sunt*, praeferunt Lov. 2. et Hav. Neque aliter Flor. nisi quod insuper legat *adtutae*, unde factum est *adjunctae*; ita tamen ut *additae* etiam margini adscriptum sit. *sunt* autem servant etiam Voss. cum codd. supra memoratis, et Gaertn. Hinc *adeo ita numero* Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *adeo numero* Harl. et pleraeque reliquae edd. ante Aldum.

Vix quidquam satis certum adfirmare ausim] Pal. sec. *satis certi affirmare ausus sim*. GEBHARD. *ausus sim* etiam Flor. *To quidquam* autem deest in Lovel. 4.

§. 2. *Novas quatuor legiones quinque legionibus additas, ut novem legionibus*] Veteres legiones *quatuor* fuisse, non *quinque*, apparet ex eo, quod Fabio prima et quarta, Minucio secunda et tertia evenerunt. Polybius quidem hoc loco octo legionibus rem gestam ait. non novem. [3, 107.] *Προὔθεντο δὲ στρατοπέδοις ὀκτὼ διακινδυνεύειν, ὃ πρότερον οὐδέποτε ἐγεγόνει παρὰ Ῥωμαίοις*. Haec autem sumit a Polybio Livius. SIG. Pall. pr. et tert. *alii novas quatuor legiones, et quinque legionibus rem gererent*. sec. *alii novas quatuor legiones, et ut octo legionibus rem gererent*. Quae omnino Polybii verbis consonant. GEBH. Recte observat Sigonius, quatuor fuisse veteres, non quinque, apparere ex eo, quod Fabio prima et quarta, Minutio secunda et tertia olim evenerint; Polybium etiam octo legionibus rem gestam narrare. Itaque suspicabar olim, et docuerunt postea me MSS. resectis ineptorum hominum somniis legendum: *alii novas quatuor legiones*, (scil. scriptas auctores sunt) *ut octo legionibus rem gererent*. Sic plane Put. et Pet. nisi quod hic *et VIII*. Sic et Pall. tres, Vossianusque, nisi quod hic (qui tamen in margine *ut VIII*.) et Pall. duo *et quinque*,

Digitized by Google

octo legionibus rem gererent: numero quoque pe- 3
ditum equitumque legiones auctas, millibus peditum
et centenis equitibus in singulas adjectis; ut quina
millia peditum, treceni equites essent; socii duplicem numerum equitum darent, pedites aequarent.
Septem et octoginta millia armatorum et ducentos 4

tertius *et ut octo:* nemo quisquam alia voce auctior. J. FR. GRON. *quatuor legiones, et ut legiones rem gererent* Lovel. 3. *quatuor legiones. et quinque legionibus rem gererent* Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Hafn. neque aliter Lovel. 5. nisi quod *ut quinque* legat. *quatuor legiones. et VIII. legionibus rem gererent* Flor. in quo a manu altera emendatur *et ut VIII.*

§. 3. *Millibus peditum et centenis equitibus in singulas adjectis, ut quina millia peditum, treceni equites essent*] Romulus primus legiones constituit ex *tribus millibus peditum* singulas, ut una quaeque tribus, tum cum tres erant, tria millia daret. Post *quatuor millium* facta est, unde quadrata dicta, *equitum ducentorum*. Hoc autem primum tempore *quinque millium peditum* reddita est, et *trecentorum equitum* Livio et Polybio [3, 107.] auctoribus. Postremo C. Marius, *sex millium* ut esset, instituit, ut ait Festus [v. *Sex millium.*] SIG. Ex Polybio et aliis locis Livii satis, ut mihi videtur, constat, dudum ante hoc tempus ordinarium numerum equitum in legione fuisse CCC, quidquid contra Lipsium disputent Rualdus ad Plutarchi Romulum Animadv. 2. et Salmasius de re mil. Roman. c. 20. Ob hanc caussam Lipsius 2. de Milit. Rom. 6. non sine ratione suspicatur, Livium scripsisse *CCCC*, idque etiam alias praeter morem factum fuisse docet ex Livii 40, 36, 8. Haec suspicio ex eo confirmatur, quod Livius 23, 34, 13. in historia anni sequentis scribit: *Decreverunt Patres, ut Q. Fulvius Flaccus quinque millia peditum, quadringentos equites scriberet, eamque legionem primo quoque tempore in Sardiniam trajiciendam curaret.* Obstat tamen ei, quod, si *CCCC* legamus, numerus militum in exercitu Romano superaturus sit summas Polybii, Plutarchi, et ipsius Livii. Nam si ad LXXX. M. peditum (tot enim efficiunt octo legiones Romanae et par numerus sociorum) addantur *CCCC* equites Romani in singulas legiones, et duplex numerus equitum sociorum, id est, equitum novem millia et sexcenti, et his denique auxilia Hieronis, mille sagittariorum et funditorum, infra c. 37, 8. quae III. M. fuisse scribit Silius 8, 615. exibit numerus plus XC. millium, quem nemo prodidit. Verum quia ipsi scriptores veteres de numero eorum, qui a Romanis ad Cannas pugnaverunt, quique ex iis ibi ceciderunt, multum variant, hoc apud me non tantum valet, ut ideo a sententia Lipsii, quam nondum satis firmis rationibus confutatam video, discedendum putem. DUK. Sententiam Lipsii firmat etiam, quod anno praecedenti supra apud Livium 21, 17, 3. in sex legiones scribuntur *quatuor et viginti peditum Romanorum millia et*

Digitized by Google

in castris Romanis, quum pugnatum ad Cannas est,
5 quidam auctores sunt. Illud haudquaquam discrepat, majore conatu atque inpetu rem actam, quam prioribus annis; quia spem, posse vinci hostem,
6 dictator praebuerat. Ceterum, priusquam signa ab

mille octingenti equites, ut quaelibet legio fuerit quatuor millium peditum et trecentorum equitum.

Pedites aequarent] Cantabr. *pediti*. Idem a Salmasio ex Put. annotatum adverto, adscripsitque, *forte peditum*. Mihi hujus mutationis causa non probatur, et potius videtur acquiescere scriptae lectioni, *pediti aequarent*, scil. numerum. Par numeri variatio 26, 4, 10. *Peditum equiti immiscendorum*. 31, 21, 15. *Et cornua ab equitibus, et medii a pedite pulsi*. JAC. GRON. *pediti* etiam Flor. et Exc. Pitboei. quod probavit idem Cl. Jac. Gronovius in Dissert. Epist. ad Livii loca quaed. geogr. ep. 2. p. 16. ubi et in caussas inquirit, cur in vulgatis *pedites* editum sit. *peditem aequarent* Lovel. 4. Adsentior, servandam esse numeri variationem. V. ad 35, 40, 6. Malim tamen vel cum uno cod. *peditem*, vel ex aliorum vestigiis *peditis*.

§. 4. *Septem et octoginta millia armatorum et CC in castris Romanis*] Pro *CC*, integre scribendum erat *ducentos*, ne ducenta millia stupidus aliquis supra septem et octoginta millia intelligat. Porro legiones hic millibus peditum, et centenis equitibus auctae, quod in ingenti necessitate fieri solebat; ut eleganter hoc apud Polybium quoque, unde huc descripsit Livius, legitur. GLAR. Plutarchus [in Fab. 182.] summam confecit octo et octoginta. Sic enim ait: *Μυριάδες ἐννέα δισχιλίων ἀνδρῶν δέουσαι*. At Polybius [3, 115.] *πεζῶν μὲν εἰς ὀκτὼ μυριάδας, ἱππεῖς δὲ μικρῷ πλείους τῶν ἑξακισχιλίων*. SIG. Pall. 1. et 3. *octoginta quinque millia*. GEBH. *septem et octoginta quinque millia* Lovel. 1. 4. 5. Hearnii Oxon. et edd. Aldo priores. Tum *in castris Romanorum* Lovel. 3.

Quidam auctores sunt] Crederes, his in verbis tres diversas historicorum sententias ab Livio exponi: primam decem millia novorum militum in supplementum esse scripta: alteram novas quatuor legiones prioribus quatuor esse adjunctas, auctumque in singulis earum numerum peditum equitumque: tertiam 87 millia armatorum, et quod excurrit, in castris Romanis fuisse. Sed, re accuratius considerata, patebit, duas tantum ab Livio memorari, et secundam ac tertiam eandem prorsus esse. Illi enim, qui tradiderunt, consules octo legionibus rem gessisse, ita auctis, ut essent singulae 5000 peditum ac 300 equitum, fuerunt ii ipsi, qui memoriae mandaverunt, tot millia armatorum in castris Romanis ad Cannas fuisse. Etenim octies quinque millia efficiunt 40000, et adjecto altero tanto sociorum, 80000 peditum. Similiter 300 equites per octo legiones sunt 2400. Quibus si addas bis tantum ab sociis, erunt septem millia ac ducenti. Fuisse ergo Livii videtur: *Septem et LXXX millia armatorum, du-*

Digitized by Google

urbe novae legiones moverent, decemviri libros adire atque inspicere jussi propter territos vulgo homines novis prodigiis. nam, et Romae in Aventino 7
et Ariciae, nunciatum erat, sub idem tempus lapidibus pluisse: et multo cruore signa in Sabinis cae-

centos in castris Romanis, quum pugnatum ad Cannas, fuisse auctores sunt. Nimirum *alii*, quae vox paullo longius abhinc posita causa fuit, quamobrem librarii insererent *τὸ quidam*, contra auctoris mentem et verborum sensum. JAC. PERIZ. *iidem auctores sunt* ad marginem Livii conjiciebat idem Perizon. Paullo ante *ad Cannas eet*, id est, *esset*, Gaertn. *esset*, *ad Cannas* edd. vett. ante Aldum. Solent librarii *ē*, sive *est*, et *eet*, sive *esset*, commutare. Tale exemplum habuimus 21, 19, 3. V. etiam Gronov. ad 30, 29, 4. et c. 30, 8. (*38, 12, 6.) *est ad Cannas* Lovel. 2.

§. 6. *Priusquam signa ab urbe novae legiones moverent*] *ab urbe signa novae legiones* Ber. *signa novae legiones ab urbe* Lovel. 4. et typis descripti ante Aldum. *signa novae legionibus ab urbe* Lov. 5. Voces mox *adire atque* desunt in Ber. et solet plerumque Livius in hac re tantum alterutro verbo vel *adire* vel *inspicere* uti: nisi quod utrumque, sed non ita junctum, adhibeatur supra hoc lib. c. 9, 8. *Decemviri libros Sibyllinos adire juberentur; qui, inspectis fatalibus libris, retulerunt.*

§. 7. *Et Aritiae, nunciatum erat, sub idem tempus lapidibus pluisse*] Pal. pr. *et Antiae.* Deinde cum tert. et vet. ed. *pluvisse;* ut in prioribus libris adnotare memini. GEBH. *sub id tempus* Ber. V. ad 10, 10, 6. *sub idem*, omissa sequenti voce, Lovel. 1. Tum *pluvisse* Flor. cum edd. vett. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliis. quomodo etiam Prisciani tempore hoc loco lectum fuisse, patet ex illis, quae dicta sunt ad 1, 31, 1.

Et multo cruore signa in Sabinis caedis, aquas e fonte calidas manasse] Priora puto Livium scripsisse *et multo cruore Signiae.* Ita restituo, pro *signa.* Et notum est Italiae oppidum. Deinde *in Sabinis Caedis aquas.* Illud *Caedis* nomen aliquod loci in Sabinis, mihi ignoti. Nec succurrit, quomodo emendandum. Aliter, quin haec ejus loci vera lectio sit, nemo mihi eripiet. LIPS. 5. Epist. Quaest. 1. Pall. pr. ac tert. *caedes aquasque e fonte calidas manasse.* sec. *caedes aquas fonte calidas manasse.* GEBH. Lipsius, fidenter ille quidem, 5. epist. q. 1. *Signiae, in Sabinis, caedis.* Sed habes 23, [31, 15.] *Mare arsit eo anno: ad Sinuessam bos equuleum peperit: signa Lanuvii ad Junonis Sospitae cruore manavere.* Deinde forsan, *signa in Sabinis, Caeretes aquas e fonte.* in quibus videlicet et prodigium cap. 1. hujus libri. Put. Pet. Men. *caedes.* J. FR. GRON. *signa in Sabinis caedes* Flor. Voss. Lovel. 4. Ber. et Hearnii L. 1. *signari in Sabinis caedes* Lovel. 2. *signa in Sabinis cecidisse* Lov. 5. *signa in Sabinis sudasse* Harl. Tum *aquas fonte callidos manasse* Flor. *aquasque e fonte calidas manasse* Voss. Lovel. quinque,

Digitized by Google

8 dis, aquas e fonte calidas manasse. Id quidem etiam, quod saepius acciderat, magis terrebat: et in via Fornicata, quae ad Campum erat, aliquot homines de coelo tacti exanimatique fuerant. Ea prodi-
9 gia ex libris procurata. Legati a Paesto pateras au-

Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *aquasque ex fonte callidas emanasse* Ber. Perperam Cl. Jac. Gronovius in Differt. epist. ad Liv. loc. quaed. Geogr. ep. 1. p. 7. Lipsium traducit, quasi conjecisset *Signiae in Sabinis*, quum Signia fuerit urbs Latii. Nam aliter eum interpunxisse, ex adposita ejus conjectura constat. Melioribus argumentis refellebat conjecturam patris, quae apud eum videri possunt. Eadem sufficiunt refellendae conjecturae Cl. Ant. Perizonii, qui ad oram Livii adscripsit, sibi legendum videri *in Sabinis*, *Caere aquas e fonte calidas*. ut 21, 62, 5. *Et Caere sortes extenuatas*. 28, 11, 3. *Caere porcus biceps natus erat*. Ipse deinde Jac. Gron. conjecit, *multo cruore signa in Sabinis Cereris*, *aquas e fonte calidas manasse*; ac Cererem magno in cultu ab Sabinis habitam fuisse, et in eorum regione plures fontes aquarum frigidarum reperiri docet. Haec iterum conjectura displicuit personato Jasitheo, sive Fabretto, in Apologem. p. 4. ubi vulgatam scripturam tuetur, ita distinguens: *et multo cruore*, *signa in Sabinis caedis*, *aquas e fonte calidas manasse:* ut aquae calido sanguine manantes proprium praesagium sive signum fuerint imminentis caedis. Verum callido in hac exegesi omisit voces *in Sabinis*, ut nescias, quo eas retulerit; utrum ad *τὸ signa*, an ad *caedis*, an ad *aquas*. Ad duas priores voces referri nequeunt: si autem junxerit *aquas in Sabinis*, id propter ordinem verborum nullo exemplo confusum tolerari nequit. Quin et, si id voluisset Livius, potius *signum*, quam *signa*, dicturus fuisse videtur. In eo tamen ipsi adsentior, argumentum, quo Gronov. Cererem magno in cultu ab Sabinis habitam esse, probare voluit, non persuadere; licet nihilominus, *Cereris* legendum esse, verisimile videatur. Me Davum hic, non Oedipum, profiteor. Quum tamen tot codices *aquasque* ostentent, vide, num legendum sit *et multo cruore signa in Sabinis Cereris*, *aquas VII e fonte calidas*, vel *aquas VII. et fontes calidos manasse*. De lacu *septem aquis*, qui in Sabinis est, v. Cluver. 2. Ital. ant. 9, 682. Cl. Crevier. potius inhaerens conjecturae J. Fr. Gronov. scribendum conjicit, *et multo cruore signa in Sabinis*, *Caerites aquas e fonte cruentas manasse*.

§. 8. *Id quidem et quod saepius acciderat*] Scripti, *Id quidem etiam*, *quod saepius*. J. FR. GRON. Quid illud sit, quod saepius acciderit, eoque magis terruerit animos hominum, dubium profecto est. A superioribus quidem isthaec τελεία σημεῖα et, ut sentio, recte sejunguntur. Ad sequens prodigium ut nihil pertinere videantur, facit interposita copula. Clara erunt omnia, si legas, ut solet Livius. *Et (id quidem etiam*, *quod saepius acciderat*, *magis terrebat) in via* etc. 35, 21, 4. *Et (quod maxime terrebat) consulis Cn. Domitii*

Digitized by Google

reas Romam adtulerunt. iis, sicut Neapolitanis, gratiae actae, aurum non acceptum.

XXXVII. Per eosdem dies ab Hierone classis 1
Ostiam cum magno commeatu accessit. Legati Sy- 2
racusani in senatum introducti nunciarunt: *Caedem*

bovem locutum esse. JAC. PERIZ. Vix etiam cum hac emendatione capio sententiam horum verborum. Primum, quod, quae saepe accidunt, minus terrent, quam rara et insolita; quod etiam Plutarchus in Fabio princ. de prodigiis, quibus clades ad Trasimenum denunciata est, loquens ostendit. *Σημεῖα δὲ, τὰ μὲν Ῥωμαίοις συνήθη ἀπὸ κεραυνῶν, τὰ δ' ὅλως ἐξηλλαγμένα, καὶ πολλὴν ἀτοπίαν ἔχοντα προσέπιπτε*, et his, quae ibi enumerat, quam illis, homines magis territos fuisse non obscure significat. Deinde, quod parum probabile est, in via Fornicata saepius de coelo tactos fuisse homines, quam in aliis. Nisi tamen quis putet, hoc ipsum fuisse, quod magis terrebat, quod id in hac via saepius factum fuerat, quam in aliis. DUK. Quod Gronov. in scriptis invenit, plerique meorum codd. tuentur. Neque aliter est in Hearnii Oxon.

Et in via Fornicata, quae ad Campum erat] Pal. sec. *Formicata.* tert. et vet. ed. *Fornicaria.* GEBH. *etiam in via* Lovel. 4. *et jam in via* Lov. 2. Tum *via Forcata* Lovel. 2. *via Formicata* Flor. *via Fornicaria* Lovel. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Exc. Pithoei, et Hearnii D. et L. 1. Hinc *ad Capuam* Lovel. 5. Nihil muto. De *via Fornicata*, per quam ex urbe *in campum Martium* descendebatur, v. Fam. Nardin. 6. Rom. vet. 10. *Viae Fornicatae* saepius Livium meminisse, auctor est Geogr. Fabric. Descr. Urb. Romae c. 5. quum alibi, quam hoc loco, non memorarit. Plinium etiam ejus mentionem fecisse docet Panvin. in Descr. urb. Rom. apud Graev. in Thes. ant. Rom. tom. 3. p. 271. apud quem tamen mentio ejus nulla obcurrit.

§. 1. *Classis Ostiam*] Voss. *hostica.* Scribe ex Cantabr. *Ostia.* V. ad 9, 19, 4. JAC. GRON. *hostium* Gaertn. et ed. Asc. prima. *hosticā* Harl. *hostica* Lovel. 1. Hafn. et Hearnii L. 1. *Ostia*, ut Gronov. conjecit, in Put. et aliis codd. non spernendis esse, testatur Crevier. V. etiam Jac. Gronov. ad Livii 27, 23, 3.

Cum magno commeatu accessit] Vet. lib. *cum magno apparatu.* Quod placet, ut non commeatum solum, sed etiam sagittarios et funditores ab Hierone missos intelligat. SIG. Pall. pr. ac tert. *cum magno apparatu.* quod admodum probat Sigonius; quem vide. GEBH. Sigonio consentiunt ex meis Lovel. 3. Ber. Rec. et Gaertn. Tum Hearnii L. 1. D. et N. insuper etiam edd. omnes, quas vidi, usque ad Aldum, qui *commeatu* reposuit, quod servant Flor. Lovel. 1. 2. plurescque alii, ut et Hearnii N. in margine. Proxime accedit Hav. *comitatu* praeferens. Similem in membranis errorem notavi supra ad 3, 24, 5. Sed tota vox omittitur in Voss. et Hafn. *cum magno numero frumenti* legit Lovel. 5. quod ex vocis *commeatu* glossa marginali in contextum inrepsit.

§. 2. *Legati in senatum introducti*] Vet. lib. *Legati Syracu-*

Digitized by Google

C. Flaminii consulis exercitusque adlatam adeo aegre tulisse regem Hieronem, ut nulla sua propria
3 *regnique sui clade moveri magis potuerit. Itaque, quamquam probe sciat, magnitudinem populi Romani admirabiliorem prope adversis rebus, quam se-*
4 *cundis, esse; tamen se omnia, quibus a bonis fidelibusque sociis bella juvari soleant, misisse: quae ne accipere abnuant, magno opere se Patres conscri-*

sani in senatum. SIG. *Τὸ Syracusani* ab Sigonio venit. Voss. Gud. eo carent. J. FR. GRON. Eodem carent Flor. Cant. Lovel. quinque, Gaertn. et Hearnii Oxon. nisi quod N. habeat a m. 2. Primus editorum Aldus hanc vocem omisit: neque etiam necessariam puto. Mox *introducti in senatum* alio ordine Lovel. 4. et 5. quorum etiam prior cum Harl. *nunciaverunt.*

Caedem C. Flaminii consulis exercitusque adlatam adeo aegre tulisse regem] Vet. lib. *adeo affecisse regem.* quod probo, quia rectior oratio est, et quia sequitur, *ut nulla sui propria regnique sui clade moveri magis potuerit.* SIG. Lectio Sigonii et in vet. ed. comparet. Pal. 1. ac 3. *quae allata adeo affecit regem.* GEBH. Vocem *consulis* non agnoscunt Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertner. Hav. Hearnii N. omnesque ante Aldum edd. Deinde *quae allata adeo affecit regem* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Hafn. Rec. Gaertn. et Ox. Hearnii, quasi distinguendum foret *nunciarunt caedem C. Flaminii consulis exercitusque, quae adlata* etc. *allatam adeo affecisse regem*, praeter edd. Aldina priores, Ber. et Hav. nisi quod ultimus etiam omittat vocem *regem. quae allata esset, adeo affecisse regem* Lovel. 5. Pro lectione, quam Sigonius damnavit, stant optimi codd. Neque ei mutandae subficiunt rationes a Sigonio adlatae.

Ut nulla sui propria] Exhibet Pal. 3. *ut nulla sua propriaque regni clade.* GEBH. Latinitas poscebat *sua.* idque optimi libri et vett. edd. servant. J. FR. GRON. *sua propria* etiam omnes mei et Hearnii codd. Eamdem lectionem apud Aldum invenio.

§. 4. *Missa tamen a se omnia*] Exigunt *τὸ tamen* Pall. tres. GEBHARD. Illi [optimi libri] *secundis esse mense omnia quibus a bonis* (Put. *adonibus*, ut indicatum [supra hoc lib. ad c. 30, 5.]) *fidelibusque sociis bella juvari soleant, misisse. quae ne accipere* etc. Apparet vel caeco, legendum esse: *tamen se omnia* etc. J. FR. GRON. De codd. suorum lectione nihil monet Hearnius, ut lectionem, quae ante Gronovium vulgo extabat, in iis superesse verisimile sit; certe eamdem servant omnes nostri, nisi quod, ad exemplum Pall. Gebhardi, ignorent *τὸ tamen*, et praeterea Ber. legat *quibus a bonis amicis fidelibusque sociis juvari soleant bella.* Hav. etiam *a bonis amicis.* Sed vocem illam a scribis insertam puto. Supra 9, 2, 5. *Haud erat dubium, quin Lucerinis opem Romanus*

Digitized by Google

ptos orare. Jam omnium primum ominis caussa 5
Victoriam auream pondo trecentûm viginti adferre
sese. acciperent eam, tenerentque, et haberent pro-
priam et perpetuam. Advexisse etiam trecenta mil- 6
lia modiûm tritici, ducenta hordei, ne commeatus
deessent: et, quantum praeterea opus esset, quo
jussissent, subvecturos. Milite atque equite scire, 7
nisi Romano Latinique nominis, non uti populum

ferret, bonis ac fidelibus sociis. 29, 17, 2. *Indignemini, bonis ac fidelibus sociis tam atroces injurias fieri.*

Magnopere se Patres conscriptos orare] Eximii *magno opere.* J. FR. GRON. *magno opere* etiam Flor. V. ad 28, 18, 4. Tum *per se pir. Ro. orare* Lovel. 5. *per se publice orare* Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *se publice orare* Lovel. 2. Hearnii Oxon. et reliquae, quas vidi, edd. Ascensiana anni 1513. antiquiores. Epitome, qua voces *patres conscripti* exarantur, non intellecta librariis errandi caussa fuit.

§. 5. *Ominis caussa Victoriam auream pondo CCC. XX. adferre se*] In Val. Max. codice L. 4. ad finem auri pondo *ducenta et quadraginta* leguntur. Quod ideo monendum duxi, ne temere vel hic author ex illo, vel ille ex hoc corrigatur, donec certiora argumenta appareant, quam quae ex codicum fide, ut plurimum vana, colligi queunt. GLAR. *honoris caussa victoriam auream* Lovel. 1. *ominis caussa coronam auream* Lov. 2. et Hafn. *honoris caussa coronam auream* Hearnii N. qui deinde *pondo trecentûm viginti lib.* praefert. at p. *CC. CCC* Lovel. 1. *pondo CXX* Lovel. 4. *pondo CCXX* Gaertn. *pondo CCCLX* Ber. vox *pondo* deest in Harl.

Acciperent eam, tenerentque, et haberent propriam et perpetuam] Pal. sec. *acciperent eam, tenerent, et haberent propriam et perpetuam.* tert. *acciperent eam, tenerentque, et acciperent propriam.* GEBH. *propriam atque perpetuam* Ber.

§. 6. *Et, quantum praeterea opus esset, quo jussissent, subvecturos*] Vet. lib. *et quo jussissent.* SIG. Particulam *et* intrusam Sigonio respuere nos jubent Pall. tres, nec non vet. ed. inter quos tert. *quantum postea opus esset.* GEBH. Iidem *quantum praeterea opus esset, quo jussissent*, deleta copulativa, quam frustra inculcat Sigonius. J. FR. GRON. *et quantum postea opus esset, et quo jussissent* unus praefert meorum Hav. Verum illud posterius *et* ex ultimis literis praecedentis vocabuli natum videtur. Alia exempla v. ad 39, 18, 8. Certe reliqui mei, et Hearnii Oxon. particulam ignorant. Paullo ante *modiorum tritici* Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. codd. Hearnii, et edd. quas consului, Frob. anni 1531. antiquiores. Malc. V. ad 26, 47, 8.

§. 7. *Milite atque equite sci-*

Digitized by Google

Romanum: levium armatorum auxilia etiam exter-
8 *na vidisse in castris Romanis. Itaque misisse mille sagittariorum ac funditorum, aptam manum adversus Baliares ac Mauros, pugnacesque alias missili*
9 *telo gentes.* Ad ea dona consilium quoque addebant, *Ut praetor, cui provincia Sicilia evenisset,*

re, nisi Romano Latinique nominis, non uti populum Romanum] V. ad 21, 55, 4. *Milites* saepe pro peditibus poni, ostenderunt Gronovius ad Livii 26, 19, 10. 28, 1, 5. et 35, 23, 8. Graevius ad Cic. 2. ad fam. ep. 10. et ad Justini 13, 3. ac deinde alii. De auxiliis externis levium armorum in exercitu Romano v. Schelium ad Hyginum p. 1037. DUK. *nisi Romani Latinique nominis* Flor. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertner. Hav. Oxon. Hearnii, et edd. Aldo vetustiores. Voces *populum Romanum* desunt in Lovel. 5. et Harl. relicta tamen lacuna.

Levium armatorum auxilia] Legimus *levium armorum*, quamvis deficientibus scriptis. Infra [c. 45, 7.] *Ex ceteris levium armorum auxiliis prima acies facta.* J. FR. GRON. Supra c. 3, 9. *Equitatu auxiliisque levium armorum.* infra c. 47, 1. *Pugna levibus primum armis commissa.* 21, 21, 11. *Supplementa jaculatorum levium armis.* 27, 18, 7. *Levium armorum Baliares et Afros.* V. Gronov. ad 25, 34, 13. et 43, 18, 4. Voces *armorum* et *armatorum* etiam alibi in membranis commutantur. V. ad 5, 39, 1. 10, 4, 7. 24, 30, 14. 28, 36, 13. Similiter *scutorum* et *scutatorum.* V. ad 8, 8, 5. Doujatius aut Gronovii conjecturam probat, aut legit *leviter armatorum.* Hinc *in castris Romanis vidisse* alio ordine Ber.

§. 8. *Itaque misisse mille sagittariorum, ac funditorum aptam manum*] Silius mihi paene persuadet, legendum *III. mille*, quia nimis exiguae et non pro regia munificentia copiolae illae fuerint; et diserte illo sic tradit [8, 615.]

Addiderat ter mille viros, in Marte sagittae
Expertos, fidus Sicula regnator in Aetna.

Mendum autem esse potest in Livio, non potest in Silii versu. PH. RUBEN. 2. Elect. 15. Pall. tres *Itaque missi sunt millia sagitt. ac fund. apta manu.* sec. *apta manus.* GEBH. *Itaque missi sunt mille sagittariorum ac funditorum apta manu* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hearnii L. 1. ac N. Neque hinc differunt Lovel. 5. Ber. et Hav. nisi quod legant *apta manus*; quod etiam est in Rec. et margine N. *Itaque missa sunt mille sagittariorum ac funditorum apta manu* Hearnii D. Si quid mutandum, cum Rubenio certe non legam *III. mille*, sive *ter mille:* ea enim locutio poëtis, quam Livio, convenientior. V. ad 33, 4, 5. Potius scribendum foret *tria millia sagittariorum ac funditorum aptam manum.* Potuit enim scriptum fuisse *III^{m}* V. ad 34, 13, 2. vel. *III M. sagittariorum*, et partim ternarii numeri nota intercepta esse a sequentis vocis compendio *M.* de quo v. ad 5, 35, 5. partim ipsum illud compendium errandi ansam dedisse

Digitized by Google

classem in Africam trajiceret; ut et hostes in terra sua bellum haberent, minusque laxamenti daretur iis ad auxilia Hannibali submittenda. Ab senatu ita 10
responsum regi est: *Virum bonum egregiumque socium Hieronem esse, atque uno tenore, ex quo in amicitiam populi Romani venerit, fidem coluisse, ac*

librariis, qui exposuerunt *mille*, quum debuissent *millia*; de quo v. ad 25, 9, 16. Potius tamen vulgatum servo: nam codd. omnes in omittenda ternarii numeri nota et legendo *mille* conspirant. Silius autem licentia poëtica auxiliariorum Hieronis numerum auxisse censeri debet.

Adversus Baleares ac Mauros, pugnacesque alias missili telo gentes] Legitur in Pal. pr. *pugnacesque alias missile telo gentes*. in tert. *pugnantesque alias gentes*. GEBH. *adversus funditores ac Mauros* edd. usque ad Ascensianam anni 1513. quae dedit *Baleares funditores*. Aldus demum vocem *funditores* omisit, quae etiam in nullo exstat cod. *adversus Baliares* est in Flor. a m. 1. V. ad 21, 21, 12. *adversus Baleareas atque Mauros* in Lovel. 5. Deinde *pugnacesque alias gentes*, omissis duabus vocibus, Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Ber. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. eadem Ascensiana antiquiores. Neque aliter Lovel. 2. et Hafn. nisi quod insuper *pugnantesque* dederint. V. quae notavi ad Silii 4, 235. *pugnacesque alias missile telo gentes* Flor.

§. 9. *Ad ea dona consilium quoque addebant*] Pall. 1. et 3. *consilio quoque*. sec. *consilia quoque*. GEBH. Eadem est varietas in codd. meis. Nam *consilio quoque* est in Flor. Voss. et Lovel. 1. 2. ac 4. *consilia quoque* in Harl. Ber. Lovel. 3. 5. Gaertn. et Hav.

Cui provincia Sicilia evenisset] Continent Pall. 1. ac 3. *Sicilia esset*. GEBH. Ita et Voss. Lovel. 1. 2. 5. Ber. Rec. Gaertn. et Hearnii Oxon. *cui Sicilia provincia esset* Lovel. 3. 4. Hav. et edd. Aldina priores. *cui Sicilia esset* Harl. *cui provincia Sicilia venisset* Flor. a m. 1. *evenisset* a m. 2. V. ad 5, 12, 6. Mox *darent*, pro *daretur*, Lovel. 2. et Voss. V. ad 38, 40, 1. Tum praepositio *ad* exsulat a Lovel. 1. 3. et Voss. Unde legi posset *minusque laxamenti darent iis auxilia Hannibali submittendo*. Sed vulgatum superest in optimis.

§. 10. *Uno tenore, ex quo in amicitiam populi Romani venerit, fidem coluisse*] Pall. tres *tenuisse*. Sic loquitur 35, 16, 8. *Uno et perpetuo tenore juris semper usurpato, numquam intermisso*. GEBH. *fidem tenuisse* etiam Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. Oxon. Hearnii, et editi usque ad Aldum. De locutione *tenere fidem* v. Vorst. de Lat. falso susp. c. 8. Alterum tamen, quod in optimis superest, malo. Cic. pro Flacc. 4. *Testimoniorum religionem et fidem numquam ista natio coluit*. Ita colere *amicitiam*, de quo v. Cortium ad Sall. Jugurth. 14, 12. Mox *munifice* non adparet in Lovel. 3. *omni loco ac tempore miri-*

Digitized by Google

rem Romanam omni tempore ac loco munifice adju-
visse. id, perinde ac deberet, gratum populo Roma-
11 *no esse. Aurum et a civitatibus quibusdam adla-*
tum, gratia rei accepta, non accepisse populum Ro-
12 *manum. Victoriam omenque accipere; sedemque ei*
se Divae dare, dicare Capitolium, templum Jovis Op-
timi Maximi. in ea arce urbis Romanae sacratam,
volentem propitiamque, firmam ac stabilem fore po-
pulo

fice adjuvisse legit Lov. 4. *omni tempore, omni loco munifice adjuvisse* edd. Aldo antiquiores.

Id, perinde ac deberet, pergratum populo Romano esse] Put. alii *deberet, gratum esse.* J. FR. GRON. Ita et Flor. omnesque mei, ut et Hearnii Oxon.

§. 11. *Aurum et a civitatibus quibusdam adlatum, gratia rei accepta, non accepisse populum Romanum*] *non accepisse populum Romanum. gratia regis victoriam* etc. Hav. et pleraeque edd. vett. *non accepisse. gratia regis accepta populum Romanum victoriam* Hearnii L. 1. et N. in quorum posteriore voces *accepta pop. Romanum* manus altera erasit. *Aurum et a civitatibus quibusdam allatum gratia regis victoriam*, reliquis omissis, ed. Aleriens. apud Hearnium. Quin et omnium horum verborum loco non nisi *gratiam regis acceptam* exstat in Hearnii D. Ceterum *gratia regis*, pro *rei*, in plerisque codd. obvium fuit. Vulgatum, quod nunc exstat, ab Aldo primum restitutum est.

§. 12. *Sedemque ei se Divae dare, dicare Capitolium*] *sedemque ei se dare dicare* Hearnii N. a m. 2. *sedemque ei dare dicareque* Ber. a m. 1. *sedemque ei dare dicareve* Hav. *dicareve* omnes edd. ante Aldum.

Firmam ac stabilem fore populo Romano] *stabilem fore Romano populo* Lovel. 1. *stabilem fore R. p.* Gaertn. et Lovel. 5. *stabilem fore remp.* Lov. 4. *stabilem remp.* Lovel. 2. *stabilem fore reip.* Hearnii L. 1. Alibi saepe *populus Romanus*, vel *p. R.* abiit in *r. p.* vel *respublica.* V. ad 3, 56, 10. 25, 31, 4. 31, 4, 2. contra *r. p.* abiit in *p. R.* V. ad 9, 26, 8. Paullo ante *in ea arce urbis Romae sacrata* edidit Hearnius, invitis omnibus codd. et edd. nisi quod in una vel altera ed. sit *urbis Romae.* Hearnii lectionem sequitur nupera ed. Londin.

§. 13. *Quinqueremes ad navium classem, quae cum T. Otacilio propraetore in Sicilia erant*] Periculum erat, ne *classem populi* intelligeremus, ni adjectum foret *navium.* Sed deest haud dubie numerus, ut et defuerat c. 31, 1. ante Lipsium. Si legatus Otacilii non deduxit Romam, quas ei reliquerat deducendas Servilius, fuerunt cxx. sed nihil certi potest statui. Scri-

Digitized by Google

pulo Romano. Funditores, sagittariique, et frumentum traditum consulibus. Quinqueremes ad navium classem, quae cum T. Otacilio propraetore in Sicilia erant, quinque et viginti additae, permissumque est, ut, si e republica censeret esse, in Africam traiceret. 13

XXXVIII. Delectu perfecto, consules paucos morati dies, dum socii ab nomine Latino venirent. Milites tunc, quod numquam antea factum erat, ju- 1 2

bo etiam *erat*, ut et habet Andreas. J. FR. GRON. *erat* etiam invenerunt Hearnius in L. 1. et N. ac Crevier. in duobus e suis, et in edd. principe ac Campani. Otacilio *Marci* cognomen tribuunt Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et vett. edd. usque ad Aldum, qui ei *Titi* praenomen restituit. Deinde *praetore* Ber. *propraetore* R. Lovel. 1. *propraetore Romano* Harl. *pro p. Ro.* Lov. 5. *pro ppl'o Romano* Hav. V. ad 31, 8, 10. Mox *e re populi Romani* Hav.

§. 2. *Milites tunc, quod numquam antea factum erat, jurejurando ab tribunis militum adacti, jussu consulum conventuros, neque injussu abituros*] Ad haec et sequentia verba haesit Lipsius 1. de Milit. Rom. 6. neque se plene et ad votum suum extricabat. Postea de iis adcuratius egit Inl. Schelius in Differt. post Hygin. Gromat. c. 1. Ex ipsius sententia olim, quum milites conscriberentur, sacramento rogati dicebant, se jussu consulum conventuros, neque injussu abituros. Quum postea convenirent, ut decuriarentur aut centuriarentur, sponte inter se conjurabant, sese fugae atque formidinis ergo non abituros, ne, que etc. In utraque autem re mutationem hoc tempore factam existimat: atque non tantum priori sacramento, sed posteriori etiam conjurationi spontaneae jusjurandum, in quod legitime milites a tribunis militum adigebantur, substitutum esse. Id si placet, huic pericopae proxima verba *nam ad eam diem nil praeter sacramentum fuerat* adjungenda, et majori distinctione a sequentibus separanda sunt. Non nihil scrupuli tamen adversus hanc sententiam injicit, quod post haec tempora adhuc sacramenti militaris mentio fiat. Exempla v. 25, 5, 8. 28, 27, 4. aliisque locis. An igitur verba illa *jussu consulum conventuros, neque injussu abituros* expungenda sunt, tamquam olim margini adscripta, et perperam in contextum recepta? certe omittuntur apud Frontin. 4. Strateg. 1, 4. tres etiam posteriores voces exsulant ab Hafn. quamvis tamen ibi errore librarii excidisse credam. Vel an potius transponenda sunt hoc modo? *jurejurando ab tribunis militum adacti: nam ad eam diem nihil praeter sacramentum fuerat, jussu consulum conventuros, neque injussu abituros. Et ubi ad decuriatum* etc. Olim milites, quo tempore conscribebantur, sacra-

Digitized by Google

rejurando ab tribunis militum adacti, jussu consu-
3 lum conventuros, neque injussu abituros. nam ad
eam diem nihil praeter sacramentum fuerat; et, ubi
ad decuriatum aut centuriatum convenissent, sua vo-
luntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pe-
4 dites conjurabant, sese fugae atque formidinis ergo

mento dicebant, jussu consulum etc. cum vero decuriarentur aut centuriarentur, sponte conjurabant, sese fugae atque formidinis etc. Voluntaria illa conjuratio nunc mutata est, ejusque loco milites legitime in eadem verba a tribunis militum adacti sunt jurejurando. Ultimam hanc emendationem etiam Cl. Crevierio in mentem venisse, lector; qui tamen insuper addit, forte, pro *Et ubi ad decuriatum*, legendum esse *At ubi*. Quae Modius ad hunc locum notarat, formata sunt ex Lipsio loc. laud. ubi videri possunt. Ceterum *Militesum* Flor. Lovel. 1. 2. Harl. et Gaertn. V. ad 2, 12, 15. Hinc *factum fuerat* Ber. *ab tribunis*, pro *a tribunis*, Gronovius edidit, consentiente Flor. Accedit proxime Voss. *ac tribunis* scribens a m. 1. Deinde *sunt adacti milites* Ber. Vocem *milites* etiam agnoscunt Flor. Lovel. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav.

§. 3. *Nam ad eam diem nihil praeter sacramentum fuerat*; etc.] Hic plane videmus, *jusjurandum* majus quiddam fuisse *sacramento militari*. Caeterum praeter etymon utriusque dictionis, nihil nos differentiae posuimus: quippe l. 10, [38.] ubi de linteata Samnitium legione, etiam *jusjurandum* vocat, tametsi per sacra fieret. Ideoque lectori hoc quoque judicandum relinquimus. GLAR. Quod hoc loco aït interesse Livius inter *sacramentum* et *jusjurandum*, id tradit Servius in 8. Aeneïd. [1.] interesse inter *conjurationem* et *sacramentum*. †. „ Sigonius o„ stendere debebat, *conjuratio„ nem* et *jusjurandum* esse, quod „ non facit. „ †. Nam, cum ipsi, qui convenerant, simul jurabant, conjuratio; cum singuli jurejurando adigebantur, sacramentum erat, auctore Servio. *Conjurationem* autem *et sacramentum* idem esse, apparet ex eo, quod Livius in *sacramento* explicando *conjurandi* verbum adhibuit. *Sacramentum* ergo voluntarium, *jusjurandum* necessarium et legitimum aït fuisse. SIG. Meliora v. apud Inl. Schelium loco laud. *Tò nil* autem primum exstitit in ed. Paris. anni 1573. Omnes priores legunt *nihil*. Et ita Flor. Voss. Lovel. 1. 2. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon.

Ubi ad decuriatum aut centuriatum convenissent] Ex hoc loco lexica vulgata tradunt, *decuriatus* et *centuriatus* esse substantiva, pro praefectura decuriae, et centuriae. Sed quid hoc est, *convenire ad praefecturam decuriae* aut *centuriae*? Nihil quidem varietatis ex libris scriptis hic adnotari video; sed tamen credo, delendum esse *ad*. Lipsius certe et Scholius ll. dd. sublata praepositione citant. *ubi decuriatum aut centuriatum convenissent* est, ut decuriarentur equites, aut centuriarentur pedites. DUK. Praepositionem *ad* constanter omnes codd. tuentur.

Digitized by Google

non abituros, neque ex ordine recessuros, nisi teli sumendi, aut petendi, et aut hostis feriendi, aut civis servandi caussa. id ex voluntario inter ipsos foe- 5
dere a tribunis ad legitimam jurisjurandi adactionem translatum. Conciones, priusquam ab urbe si- 6
gna moverentur, consulis Varronis multae ac fero-

Tum *vel centuriatum* Lov. 4. 5. *et centuriatum* Lovel. 2. 3. Harl. Hav. Hearnii N. et edd. ante Aldinam. Mox *ipsi inter sese decuriati equites* Flor. Vox *ipsi* deest in Lovel. 4. et 5.

§. 4. *Fugae atque formidinis ergo non abituros*] Pro *ergo* redhibet Pal. 2. *causa*. Malim omnino *τὸ ergo* vel *τὸ causa* recidi; quod factum est in Pall. reliquis duobus, quibus auscultandum censeo. GEBH. *ergo* non adparet etiam in Voss. Lovel. 1. 4. et Hafn. Eamque aut similem vocem Livium interdum omisisse, infra videbimus ad 31, 12, 4. Codicum tamen eorum auctoritas levior videtur, quam ut tuto illos sequi possim. *caussa* vel *cā*, pro *ergo*, legunt Lovel. 2. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. usque ad Aldum. Verum *caussa* mox sequitur. Similiter *gratia* pro *ergo* alibi librarii substituerunt. V. ad 37, 47, 4. Praestare igitur videtur, ut *ergo* cum Flor. aliisque optimae notae libris tueamur.

Nisi teli sumendi aut petendi] Quum inter *sumere* et *petere telum* nihil intersit, Cl. Crevier. legendum putat *repetendi*, nempe ex hostium acie, si gladio militis Romani, aut pilo, aut hasta potiti sunt hostes. Vel etiam suspicatur voces *sumendi aut*, quas Frontin. ignorat, spurias esse. Mox *et aut hostis*, addita vocula, Voss. Lovel. 3. 5. Harl. et Gaertn. Eamdem particulam etiam in Put. esse, Crevier. monuit; quare recepi.

§. 5. *A tribunis ad legitimam*] Voss. *ad tribunos*. Gud. *ad tribunos et ad legitimam*. Quod praeferendum. J. FR. GRON. *ad tribunos* etiam Flor. Cant. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. et N. quod similiter se in omnibus suis reperisse, Cl. Crevier. testatur. Si plures membranae lectionem Mssi Gud. firmarent, cum Gronov. eam probarem. Nunc codd. vitiosa hac scriptura indicasse videntur, *ab tribunis* legendum esse.

§. 6. *Priusquam urbe signa moverentur*] MSS. *ab urbe*. J. FR. GRON. *ab urbe* non tantum omnes mei, et Hearnii Oxon. sed etiam vett. edd. usque ad Froben. qui praepositionem anno 1535. omisit. Recte igitur Gronov. eam restituit. Mox vocabulum *consulis* deficit in Lovel. 2. Tum *fuerunt* Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et editi ante Aldum. Hinc *denunciantis* Oxon. N. quod probat Hearnius, ita cum Gronov. distinguens *denunciantis*, *bellum* (*arcessitum in Italiam ab nobilibus, mansurumque in visceribus reipublicae, si plures Fabios imperatores haberet*) *se*, *quo die hostem vidisset*, *perfecturum*. Deinde *in Italia* Flor. Harl. Gaertn. et Ber.

Digitized by Google

ces fuere, denunciantes, bellum arcessitum in Italiam ab nobilibus, mansurumque in visceribus rei-
7 publicae, si plures Fabios imperatores haberet; se,
8 quo die hostem vidisset, perfecturum. Collegae ejus Paullí una, pridie quam ex urbe proficisceren-

§. 7. *Se, quo die vidisset hostem, profecturum*] Tu vide, ne *profligaturum* legendum sit potius. SABELL. Meus liber *conflicturum*. Id verius apparet ex adversa oratione Paulli, qui, ad hanc partem respiciens, aït, mirari se, quomodo Varro *diem quoque praedicere posset, qua cum hoste signis collatis esset dimicaturus*. Aldo et Silium, qui ita vertit, sive nectit [8, 307.] LIPS. 4. Ep. Quaest. 24. Maluit ex suo Lipsius *conflicturum*: forsan minus recte. cornua enim heic sumit jactatque se. GRUT. Exagitat turbulentus consul moras Fabii in bello conficiendo Punico; neque id voluit, quod censuit Lipsius, legens *conflicturum*, sc, simul vidisset hostem, collatis signis dimicaturum, sed ultimam manum huic bello impositurum. Hanc meam sententiam confirmat Pal. 2. praeferens: *se, quo die vidisset hostem, perfecturum*. alluduntque reliqui duo pr. et tert. *se, quo die vidisset hostem, profecturum*. dixitque paullo ante Livius *mansurum in visceribus reipublicae, si plures Fabios imperatores haberet*. Quod si dubium alicui inicitur hac lectione, suspicari tamen licebit, legendum esse *perrecturum*. Justinus 5, 3. *Ita in bellum adversus Lacedaemonios pergit*. Videtur tamen Lipsii lectio propugnari non tantum verbis L. Aemilii hoc cap. sed et ipsius Fabii c. 39, 8. *Atqui si hic, quod facturum se denunciat, extemplo pugnaverit*. 27, 40, 8. de M. Livio: *ubi primum hostium agmen conspexisset, pugnaturum*. GEBH. Put. Pet. Men. Voss. Pall. Andreas, Aldus, et complures vett. edd. *se, quo die hostem vidisset, perfecturum*. Vulgatum in primo deprehendo Ascensii, secuta est Moguntina. Lipsius *conflicturum*. Sed verum est vetus: ominando victoriam, quo die hostem vidisset, non pugnaturum se, quod ambigui esset eventus, sed *bellum* (ea vox repetenda ex praecedentibus) esse *perfecturum*, seu debellaturum ait. 5, [4, 9.] *Aut non suscipi bellum oportuit, aut geri pro dignitate populi Romani, et perfici quam primum*. 21, [46, 8.] *Hic erit juvenis, penes quem perfecti hujusce belli laus est*. 45, [39, 8.] *Ad hoc fecimus consulem, ut bellum per quadriennium ingenti etiam pudore nostro tractum perficeret*. Justinus 6, [1.] *Indignum, aït, bella non perfici, sed redimi*. Censeo etiam scribas: *denunciantis*. Tum distinguendum: *denunciantis, bellum (arcessitum in Italiam ab nobilibus, mansurumque in visceribus reipublicae, si plures Fabios imperatores haberet) se, quo die hostem vidisset, perfecturum*. J. FR. GRON. *denunciantis* habet Lipsius l. l. Cap. seq. *Si hic, quod facturum se denunciat, extemplo pugnaverit*. DUK. *conflicturum* Lovel. 1. et margo Voss. *persecuturum* Gaertner. *profecturum* Lovel. 2. 3. *et profecturum* Lovel. 5. *et perfecturum* Lovel. 4. *perfecturum* Flor. Harl. Ber. Hav. Hearnii Oxon. et edd. Rom. anni 1472.

Digitized by Google

tur, concio fuit verior, quam gratior populo, qua nihil inclementer in Varronem dictum, nisi id modo; *Mirari se, quomodo quis dux, priusquam aut* 9 *suum, aut hostium exercitum, locorum situm, naturam regionis nosset, jam nunc locatus in urbe sci-*

Parm. ac variae Ven. cum prima Ascensii anni 1510. Quod recte viri docti probarunt. Liv. 31, 15, 11. *Bellum aluere; gloriamque ejus gesti perfectique Romanis concesserunt.* Et ita legendum esse, evincit etiam Silius Ital. qui hanc Varronis concionem referens *resolvere bella* dixit, quod Livius *perficere*, 8, 277.

— — *quae prima dies ostenderit hostem,*
Et Patrum regna, et Poenorum bella resolvet.

Illud *et*, quod in quibusdam ante *τὸ perfecturum* invenitur, ex praecedentis vocis literis ultimis duplicatis natum est. V. quae notantur ad 39, 18, 8.

§. 8. *Pridie quam ex urbe proficiscerentur*] *die qua mox urbe proficiscerentur* Lovel. 3. *pridie quam mox urbe* Ber. *pridie quam urbe* Hav. *pridie quam inde urbe* Voss. *pridie quam in urbe proficisceretur* Flor. in quo manus altera *ab urbe* emendavit. *ab urbe* servant etiam Lovel. 2. 4. 5. Harl. et Hearnii N. at *proficisceretur* Gaertn. Tum *in Varronem dr* Hearnii N. cujus margo tamen *dictum* ostentat.

§. 9. *Mirari se, quod ne quis priusquam*] Credo, sic legendum: *Mirari se, quomodo*, vel *quemadmodum, quis*, id est aliquis, *dux priusquam* etc. VALLA. Pot. Pet. melior, Men. Voss. *quod nequi dux.* Significant *qui numquam dux.* id est, quemadmodum qui numquam exercitum rexisset. Ut nempe Varro. Hoc etiam auget indignationem. J. FR. GRON. *quod nequi dux* Lovel. 2. 5. Gaertn. et Hearnii Oxon. Et ita etiam Flor. a m. 1. in quo postea *quod nequis dux* manus altera interpolavit, quod etiam supersit in Ber. et Hav. *quod nequit dux* Lovel. 3. 4. *que nequi dux* Cant. *qui nedum aut suum* Harl. Non adtendit ad Gronovii notam Doujatius, qui Delphino Franciae persuadere conabatur, eum ex Mstis legere *quod ne qui dux*, idque interpretari *qui numquam dux.*

Jam nunc locatus in urbe sciret] Muretus *togatus.* J. FR. GRON. Hanc conjecturam Mureti firmat eximie Livius 3, 10, 13. *Nisi, dum in integro res sit, dum togati sint, caveant.* 22, 23, 3. *Cunctatio Fabii contempta erat inter cives, armatos pariter togatosque.* 4, 10, 8. *Aequavit Quintius consul togatus armati gloriam collegae.* JAC. GRON. Mureti conjecturam plane confirmant, quae leguntur cap. seq. §. 7. *Et qui tantas jam nunc procellas proelia atque acies jactando inter togatos ciet, quid inter armatam juventutem censes facturum.* DUK. Mureti conjecturam in margine exemplaris sui probavit etiam Cl. Ant. Perizonius. Eamdem sibi quoque placere indicavit Cl. Crevier. inde vero consequens esse putat, voces *in urbe* glossema sapere, ac delendas esse.

Digitized by Google

10 *ret, quae sibi agenda armato forent; et diem quo-*
que praedicere posset, qua cum hoste signis conlatis
11 *esset dimicaturus. Se, quae consilia magis res dent*
hominibus, quam homines rebus, ea ante tempus
inmatura non praecepturum. optare, ut, quae cau-
te atque consulte gesta essent, satis prospere eveni-
12 *rent. Temeritatem, praeterquam quod stulta sit,*
13 *infelicem etiam ad id locorum fuisse.* Id sua spon-

§. 11. *Quae caute atque consulte gesta essent*] *caute ac consulte* Lovel. 2. 3. et Harl. *caute ac consulto* Lovel. 4. et 5. *caute ad consulta* Voss. a m. 1. *caute ac consulte* a m. 2. *caute ad consulta ea* Flor. *caute atque consulte gesta ea essent* Cant.

§. 13. *Eum sua sponte adparebat*] Scripti *Id sua sponte apparebat, tuta eum.* Scribe, *Et sua sponte apparebat, tuta celeribus consiliis praepositurum, et, quo id constantius perseveraret.* Muretus: *Id sua sponte apparebat, eum tuta.* J. FR. GRON. *Id sua sponte apparebat, tuta celeribus* omnes mei, nisi quod unus Hafn. legat *Ad sua sponte.* Sed Gronov. conjectura *Et sua sponte* vera videtur. Ceterum *celeriora* et *tutiora consilia* etiam obponuntur supra 9, 32, 3. *Ubi celeriora, quam tutiora consilia magis placuere ducibus.*

Et, quo id constantius perseveraret] Muretus *et quo in his.* Nemo succinit nostrorum. Cic. pro Quinctio [24.] *Neque te ipsum id, quod turpissime suscepisses, perseverare et transigere potuisse.* Auctor de bello Africo, [18.] *Cum equites jumenta ad insequendum hostem, perseverandumque cursum tardiora haberent.* Fragmentum Corneliae Gracchorum [subjunctum Cornelio Nep.] *Ne ille sirit Jupiter te ea perseverare, nec tibi tantam dementiam venire in animum.* J. FR. GRON. Doujatius in uno Colb. *quo in constantius* invenit, unde scribendum conjecit, *quo in id constantius perseveraret*, credens ex duabus voculis *in* et *id* librariorum alios priorem, alios posteriorem omisisse. Omnes mei in vulgatum conspirant, nisi quod Lovel. 2. 3. 4. et Voss. praeferant *et quod id*, tum autem *praestantius* Ber. Recte itaque Gronov. vulgatum adversus Muretum defendit, et locutionem aliis exemplis inlustravit. V. etiam viros doctos ad laudata Cic. et Auct. de bello Afr. loca. Huc etiam referendum foret, quod ex optimo cod. P. Danielis Colerus restituit Val. Max. 2, 7, 8. *Papirius jus in exigenda poena perseveravit.* Verum ex ingenti codicum numero, quos Torren. consuluit, nullus vocem *jus* agnoscit; quae ex repetitione ultimarum literarum vocis praecedentis nata videtur. Posset etiam in verbis Livii ellipsis statui τοῦ *facere*. quo constantius id facere perseveraret. Similiter *dicere* subintelligitur apud Cicer. de Amic. 7. *Quum Pylades Orestem se esse diceret, ut pro illo necaretur; Orestes autem, ita ut erat, Orestem se esse perseveraret.* et

Digitized by Google

te adparebat, tutar celeribus consiliis praepositurum: et, quo id constantius perseveraret, Q. Fabius Maximus sic eum proficiscentem adlocutus fertur:

XXXIX. *Si aut collegam (id quod mallem) tui* 1 *similem, L. Aemili, haberes, aut tu collegae tui similis esses, supervacanea esset oratio mea, nam* 2 *et duo boni consules, etiam me indicente, omnia e republica fide vestra faceretis: et mali nec mea*

apud Vellej. Pat. 2, 92. *Quum id facturos se perseverarent.* ubi v. Cel. Burm. Mox praenomen Fabii Q. deerat in Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertner. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. antt. usque ad Aldum, qui primus restituit. V. hoc lib. ad c. 27, 2.

§. 1. *Si aut collegam*] Pal. pr. *Si, ait, collegam.* GEBH. *Si aut tu collegam* Ber. a m. 2. Mox *aut tu nihil collega tui esset similis* Flor. Deinde *supervacue esset* Gaertn. *supervacua esset* Lovel. 2. et Hav. *supervacua fuisset* Ber. (Male. 45, 37, 13.) Ita etiam variabatur supra 10, 24, 12. V. Cortium ad Sall. Catil. 51, 19.

§. 2. *Etiam me tacente*] Depravate expressum ab exscriptoribus est in Pall. tribus *etiam me indigentes.* GEBH. Put. Pet. melior, Men. quatuor Florent. Barberin. tres Pall. Voss. *etiam me indigentes.* Pet. aliter *indignante.* An cessarem rescribere, *etiam me indicente?* ut apud Comicum in Adelphis [3, 4, 62.] *Non me indicente haec fiunt.* Pudet me nonnullius commentatorum ejus, qui ausus hanc duram dicere nimis compositionem. Ita est Midae auribus: nam veteres quidem delicias in ea faciunt. Sic *insperante atque invito* in Andr. [3, 4, 24.] sic *intolerans, inopinans, insciens.* Varroni *inficientes* ἄφρονοι 3. de re rust. [16.] *Neque ipsae sunt inficientes, nec non oderunt inertes.* 4. de L. L. [60.] *Et facere verba dicimus, et, qui aliquid agit, non esse inficientem.* Sic *intritus ab labore* Caesari pro non trito, 5. de Gall. [26.] *Eduetis quatuor cohortibus, quae, praesidio castris relictae, intritae ab labore erant.* Sic Andinae membranae, quibus multa debemus egregia: nec Florent. aliter, et alludunt alii *interritae* exhibendo. Vulgo *integrae* obsidet. *Indelictum* Accius in Hellenibus: *qui nisi probum omnia alia indelicta existimant.* Sic *innotitiam* dixit A. Gellius, si licuisset per corruptores, 16, 13. *Simul quia obscura obliterataque sunt municipiorum jura, quibus uti jam per innotitiam non queunt.* Sic duo scripti Petaviani. Vulgo *per ignorantiam.* Idem 19, 9. *Labos hic vigiliarum et inquies.* Sed et Guyetus *indicente* judicat indignum Terentiana perspicuitate, et subjicit fatuum *inticente.* At ego ne Ciceronis quidem perspicuitate indignum judico. Apud quem 2. de Finibus 3. *Eam si varietatem dicerem, intelligerem. ut etiam non dicente te intelligo.* Verso cum maxime optimae fidei membranas, in quibus est: *etiam indicente.* Itaque plane

Digitized by Google

verba auribus vestris, nec consilia animis accipere-
3 *tis. nunc et collegam tuum et te talem virum in-*
tuenti mihi tecum omnis oratio est: quem video

credo scripsisse Tullium: *ut etiam indicente te intelligo.* Neque *indicente*, pro non dicente, majus est monstrum, quam *indictum*, pro non dicto. J. FR. GRON. *etiam me indigentes* Lovel. 2. 3. 4. Cant. Harl. et Hearnii L. 1. ac D. *et me indigentes* Rec. *non me indigentes* Lovel. 1. *etiam me indignantes* Gaertn. Doujatius Gronovio adversatus vulgatum tuetur, partim quia nullam cod. adstipulatorem habet; partim quia, quidquid semel aut iterum ab auctore aliquo usurpatum fuit, non statim aliis auctoribus adfingendum est. Mihi aliter videtur. Nam vulgatum *etiam me tacente* vix tres meorum haud magnae fidei servant. Reliquorum autem consensus in vulgatissimo *tacente* repudiando aliud ignotius a Livio relictum fuisse indicat, cujus *tacente* interpretatio esse potest. Quam proxime vero ad scripturam illorum Mstorum accedit Gronovii *indicente*, quod facile per *tacente* aliquis exponere potuit. Hanc lectionem eo veriorem puto, quod illam unus meorum Lovel. 5. confirmet. *indictus* autem pro non dictus, quo majus monstrum non esse *indicens* recte Gronov. monuit, aliquoties apud Liv. obcurrit. Ita 5, 15, 10. *Ea se nec, ut indicta sint, revocare posse.* 29, 18, 19. *Non postulamus, ut indicta caussa credatis.* 38, 33, 2. *Pollicens illos nihil indicta caussa passuros.* et postea §. 11. *Quia perire caussa indicta nolebat.*

Omnia e republica fide vestra faceretis] Alibi addere solet copulativam. 25, 7, 4. *Faceret quod e republica fideque sua duceret.* 29, 10, 4. *Ut e republica fideque sua duceret.* 33, 31, 5. *Id e republica fideque sua facere, statuere jussi erant.* 38, 8, 5. *Quod e re Aetolórum fideque sua esse censerent.* JAC. PERIZ. 8, 4, 12. *Ageret diceretque, quae e republica nominis Latini fideque sua viderentur.* V. quae de hac formula notantur apud Briss. 2. de Form. 215. Non displicet igitur *e republica fideque vestra.* Cl. autem Jac. Gronov. in Diss. Epist. ad Liv. loca quaed. Geogr. ep. 2. p. 15. observat, in hac parte Liviana copulam *que* contra mentem Livii saepius a scribis vel additam, vel detractam esse. Si tamen id audacius habebitur, vide, an legendum sit *e republica ac fide:* ut illud *ac* ab ultimis vocis praecedentis literis interceptum sit.

Nec consilia animis reciperetis] Optimi *acciperetis.* Virgilius [3. Aen. 250. et 10, 104.]

Accipite ergo animis, atque haec mea figite dicta.

J. FR. GRON. Ita et Flor. Lov. 1. 2. et quidam alii. Infra 40, 5, 14. *Et animo magis, quam vultu, ea crimina accipiebat.* Insuper *animo* etiam Ber. et Hav. nempe quisque suo. Sed utrumque potest defendi. V. ad 10, 4, 9. Vulgatum ergo, pro quo et plures et meliores fiant codices, servo. Paullo ante *vestris* deerat in Lovel. 2.

§. 3. *Si altera parte claudicet respublica*] Non omittendum, in optimo et antiquissimo legi, *si altera parte claudet respublica.* Videant eruditi. nam ego, si probare illud me dixerim, ve-

Digitized by Google

nequidquam et virum bonum et civem fore, si altera parte claudicet respublica. malis consiliis idem ac bonis juris et potestatis erit. Erras enim, L. 4

reor, ne mihi veniat aliquis Sesquicaftalio observator, qui omnia me clauda et manca reddidisse occentet. Non poteft tamen negari, sic Caecilium dixiffe in Epiclero: *An ubi vos sitis, ibi consilium claudeat?* tefte Prisciano [10, 889.] Non Salluftium [3. Hift.] in oratione Macri [§. 25.] *Neque enim ignorantia claudit res.* Et iterum alibi: *Nihil socordia claudebat.* Sed et Cicero 5. Tuscul. 8. *Beatam vitam, etiamsi ex aliqua parte clauderet, tamen multo majore parte obtinere nomen suum.* si fides antiquissimo Fulvii, cui et Scioppius concedit, si quatuor codicibus Gruteri. Plinius, quem nos primi addimus, 18, 33. *Nec contra septentrionem paveris supra dictum: clodunt ita lippiuntve ab afflatu, et alvo cita pereunt.* Ubi Dalechampius *clodunt*, id eft, oculos aperire nequeunt. Unde haec significatio verbi? Gellius 1, 7. *At si, Explicuit, diceret, imperfecto et debili numero verborum sonus clauderet.* Sic Lipsius de conjectura, L. Fruterius e membranis. quibus nos addimus suffragantes et regias Parisiis, et quas domi sub oculis habemus. Idem 13, 19. *Ea judicii subtilitate, ut, si aliter dixeris mutaverisque, et aliquid tamen auris habeas, sentias suavitatem sonitus claudere.* Sic edidit Stephanus, et in MSS. deprehendimus ipsi, ubi vulgo *dividere.* Appulejus in Floridis [p. 359. ed. Elm.] *Quod utinam mihi pro amplitudine auditorii prolixa oratio suppeteret, ac non hic maxime clauderet, ubi me facundissimum cuperem.* Sic quidem primus Lipsius, ex codice tamen, neque repugnat Scioppius, et poft Colvium omnes admiserunt. Notat ibi Colvius, verbum hoc a Lipsio quoque repositum Livio. Forsan hunc ipsum locum designat. De Deo Socratis [c. 52.] *Ut, ubi dubitatione clauderet, ibi divinatione consisteret.* ut legitur Florentiae, et probat Mercerus. Ausonius in ludo Septem sapientum [Prolog. vers. 31.] *sed si memoria Rebus vetustis claudit.* Agnoverunt Vinetus, Lipsius, Scaliger. Symmachus l. 1. ad Ausonium, quae aliis 27, aliis 23. epiftola. *Diu scribendi operam protulisti, et vereor, ne forte in nos parentis claudat affectio.* Sic V. C. habere jam prioris Jureti, jam duarum Lectii orae professae erant: in altera recepit Juretus: addidit suorum auctoritatem Scioppius. J. FR. GRON. In Manilii 5, 646. pro eo, quod ibi vulgo legitur,

Engonasi, ingenicla juvenis sub origine constat,

ex MS. in quo eft *ingenicla laudes*, Is. Voffius ad Catull. p. 302. itidem legit *claudens*, id eft, claudicans. DUK. *claudiret respublica* Lovel. 5. *claudet reip.* Flor. Respicit autem Gronov. hac adnotatione ad Jos. Castalionem, qui, *claudere* pro claudicare veteribus in usu non fuisse, evincere conatus eft Decade 1. Obs. 2. Bentlejus etiam eo sensu cascum et obsoletum vocat, ac dignius quidem Naevio et opicis illis scriptoribus, quam Cicerone, pronunciat ad Cic. 5. Tusc. 8. Contra hunc usum multis probavit Voff. in Etymol. L. Lat. in v. *Claudus.* Adde Gronov. ad Gell. 1, 7. in fine. Praeterea *claudicet respublica ma-*

Digitized by Google

Paulle, si tibi minus certaminis cum C. Terentio, quam cum Hannibale, futurum censes. nescio, an infestior hic adversarius, quam ille hostis, maneat:
5 *cum illo in acie tantum, cum hoc omnibus locis ac temporibus certaturus es: et adversus Hannibalem legionesque ejus tuis equitibus ac peditibus pugnandum tibi est: Varro dux tuis militibus te est obpu-*
6 *gnaturus. Ominis etiam tibi caussa absit C. Flaminii memoria. tamen ille consul demum, et in provincia, et ad exercitum, coepit furere: hic, prius-*

lis consiliis. idem malis ac bonis juris et potestatis erit Ber. *claudicet respublica malis consiliis. idem bonis ac malis viris potestatis erit* Hav. *idem malis consiliis ac bonis viris et prophanatis erit* Lov. 3. *uiris*, quod etiam superest in Harl. Hafn. et Gaertn. cum *iuris* saepe commutari, vidimus ad 2, 44, 5.

§. 4. *Erras enim, L. Paulle, si tibi minus certaminis* etc.] Vide, quam gemina germana sint illa poëtae [Silii 8, 300.]

Si tibi cum Tyrio credis fore maxima bella
Ductore, invitus vocem hanc e pectore rumpam,
Frustraris, Paule, Ausoniam: te proelia dira,
Teque hostis castris gravior manet.

MODIUS.

§. 5. *Cum illo in acie tantum*] Ita primus edidit Dan. Heinsius apud Elzevir. Priores, consentientibus omnibus codd. meis, praeferunt una voce auctiores *et cum illo in acie tantum*. Gronovius in prima ed. notarum omnem hanc periodum Put. cum Pet. per omnia, in fine etiam cum Men. exhibere testatur hoc modo: *et cum illo in acie tantum, cum hoc omnibus locis ac temporibus sis certaturus: et adversus Hannibalem legionesque ejus tuis equitibus et peditibus pugnandum tibi sit, Varro dux tuis te militibus sit oppugnaturus. adversus Hannibalem*, pro *adversum*, dein *pugnandum tibi sit*, et denique *sit oppugnaturus* servant etiam tantum non omnes codd. et editiones usque ad Moguntinam. Ex his autem *adversus* recepi. V. ad Epit. Liv. 47.

§. 6. *Ominis etiam tibi caussa absit C. Flaminii memoria*] *Omnis* Flor. a m. 1. Lov. 2. 4. 5. et Gaertn. V. ad Epit. Liv. 117. *Hominis* Lovel. 1. et Harl. V. ad Liv. 3, 54, 6. Tum *etiam* deest in Lovel. 2. et Ber. a m. 1. Hinc *sit* Lovel. 4. *assit* Lovel. 3. *adsit* Voss. Lovel. 1. 2. 5. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum. V. ad 23, 8, 11. Deinde *consulis Flaminii* Lovel. 4. et 5. V. supra hoc lib. ad c. 14, 13. Mox *tunc ille consul* Lovel. 4. *tum ille consul* Lovel. 5. Ber. Hav. Hearnii N. in margine, et eaedem edd. V. ad hujus lib. c. 17, 5.

Digitized by Google

quam peteret consulatum, deinde in petendo consulatu; nunc quoque consul, priusquam castra videat aut hostem, insanit. et, qui tantas jam nunc pro- 7
cellas, proelia atque acies jactando, inter togatos ciet, quid inter armatam juventutem censes facturum, et ubi extemplo verba res sequitur? Atqui si 8
hic, quod facturum se denunciat, extemplo pugnaverit; aut ego rem militarem, belli hoc genus, hostem hunc ignoro, aut nobilior alius Trasimeno locus nostris cladibus erit. Nec gloriandi tempus adversus 9

Deinde in petendo consulatu] Vox postrema estne additamentum interpretis? J. FR. GRON. Cur ita existimemus, caussa non est. V. ad 1, 3, 9. *in petendo consulatum* Lovel. 1. 2. et Voss. V. ad 40, 49, 1. Flor. exhibebat *priusquam peteret, quos deinde in petendo consulatu.* Verum illud *quos* natum est ex compendio scribendi *cos.* pro *consulatum.* V. ad 9, 2, 15.

Priusquam castra videat aut hostem, insanit] Nescio, unde solus Cantabrig. *priusquam castra videat, et ad exercitum veniat, aut hostem.* 37, 45, 13. *Priusquam castra regia, priusquam aciem videremus.* JAC. GRON. Verba *et ad exercitum* perperam a librario ex praecedenti addita videntur; postea *venit* adjectum est sensui explendo. *videret* est in Lovel. 4. *viderit* in Lovel. 5.

§. 7. *Procellas, proelia atque acies jactando, inter togatos ciet*] Pall. tres et vet. ed. exclusserunt *τὸ jactando.* Amplius sec. *proelia atque iras inter togatos ciet.* GEBH. *jactando* etiam deest in Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum, ut *proelia atque acies* quasi per exegesin praecedentis *procellas* addatur. Sed optimi constanter eam vocem tuentur. Insuper *proelia atque rixas inter togatos suscitat* Hearnii N. in cujus margine *facit*, pro *suscitat*, adscriptum est. *inter rogatos* Gaertn. V. ad 4, 10, 8.

Quid inter armatam juventutem censes futurum] Multo verius *facturum* legerit aliquis. Nam si *futurum* scripsisset Livius, *quem* aut *qualem*, non *quid*, dixisset. SABELL. Sabellici emendationem jam recepit ed. Ven. anni 1495. Et recte. Ita enim legunt omnes nostri. V. ad 32, 8, 15. Mox *res verba sequitur* alio ordine Flor. Lovel. 3. 5. et Harl.

§. 9. *Nec gloriandi tempus adversus unum est; ut ego*] Corruptum hoc, corruptum. Sed parum in me auxilii. An *adversis civium?* an *adversus hunc?* Flaminium puta. *et* tamen, credo, scripsit, non *ut.* J. FR. GRON. Quaerit Doujatius, utrum per *unum* intelligendus sit Flaminius, quod Gronovio videbatur, an Minucius Fabii ope servatus, an

Digitized by Google

unum est; ut ego, contemnendo potius, quam adpetendo, gloriam, modum excesserim. Sed ita res habet. una ratio belli gerendi adversus Hannibalem
10 *est, qua ego gessi. nec eventus modo hoc docet, (stultorum iste magister est) sed eadem ratio, quae fuit, futuraque, donec res eaedem manebunt, inmu-*
11 *tabilis est. In Italia bellum gerimus, in sede ac solo nostro. omnia circa plena civium ac sociorum sunt.*

potius Terentius Varro? Tandem *adversus unum* interpretatur erga te unum; ut paullo post. *Sed ne adversus te quidem*, id est apud te. et c. 40, 1. *Adversus ea*, pro ad haec. Pariter locum intellexisse videtur Crevier. qui *adversus unum* interpretatur coram uno, uno teste. Verum Cel. Burm. ad Quinctil. Declam. 330. *adversus vanum est* legendum conjecit, et *vanus* atque *unus* saepe inter se commutari docuit; de quo etiam dixi ad Livii 8, 27, 2. Ita intelligendum erit *adversus vanum*, scilicet Varronem. *et* autem pro *ut* jam Frobenius anno 1531. restituerat; idque per plures sequentes edd. obtinuit, pro quo tandem Paris. anno 1573. *ut* perperam revocarunt.

Sed ita res habet] Pall. tres, *sed ita res se habet*. GEBH. Pronomen *se* addunt etiam Flor. Lovel. 1. 2. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et, teste Hearnio, L. 1. N. atque ed. Rom. princeps: praeterea ed. Rom. anni 1472. ac Parm. Ita 5, 5, 9. *Ut nunc res se habet, irati sunt*. ubi v. alia. Sed et vulgatum apud optimos scriptores in usu est. Ter. Ad. 3, 3, 10.

— — — *omnem rem modo seni,*
Quo pacto haberet, enarramus ordine.

Sall. Catil. 51, 20. *De poena possumus equidem dicere id, quod res habet*. V. Cel. Burm. ad Suet. Caes. 34. Similis est formula *bene habet*, de qua v. ad 6, 35, 8. Hic tamen tot codicum consentientium auctoritatem sequor, praesertim quum alibi Livius pronomen illud in hac locutione addiderit, et librarii interdum ejecerint. Exempla v. ad 7, 13, 7. et 37, 54, 7.

Una ratio belli gerendi] *bene gerendi* Hafn. *belligerandi* Ber. Eodem verbo et Livius supra usus est 21, 16, 4. *Cum Gallis tumultuatum verius, quam belligeratum*. Sed reliqui codd. nihil mutantes vulgatum verius esse docent. Pariter variant codd. 24, 48, 4. 25, 38, 21. Mox perperam *quam ego gessi* Voss. Hafn. Lovel. 2. 3. 4. 5. Hearnii N. et edd. ante Ascensium.

§. 10. *Nec eventus modo hoc docet, stultorum iste magister est*] Pal. pr. *nec eventus docet hoc*. tert. *nec modo eventus doceat hoc*. Hunc locum autem illustravi animadversionibus in Tibull. 1, 6, 52. ubi indicavi hunc locum Livii a Claudiano 2. in Eutr. 488. esse traductum.

— — *nec jam revocabile damnum*
Eventu stolido rerum didicere magistro.

Digitized by Google

armis, viris, equis, commeatibus juvant, juvabuntque. id jam fidei documentum in adversis rebus nostris dederunt. meliores, prudentiores, constantiores nos tempus diesque facit. Hannibal contra in aliena, in hostili est terra, inter omnia inimica infestaque, procul ab domo, procul ab patria. neque illi terra, neque mari est pax: nullae eum urbes accipiunt, nulla moenia: nihil usquam sui videt: in diem

12 13

Plutarchus dixit in hoc ipso Fabio [p. 181.] Χρῆσθαι παιδμασι διδόγμασι. Aristoph. Προμηθεύς ἐστι μετὰ τὰ πράγματα. GEBH. Pal primo Gebhardi consentiunt Voss. Lovel. quinque, et edd. ante Aldum. *nec eventus modo docet hoc* Harl. Hav. et Ber. a m. 2. qui *doceat* habet a m. 1. *nec eventus modo edocet hoc* Gaertn. Mox *τὸ est* exsulat a Florent.

Donec res eadem manebunt] Melius *eaedem*. SABELL. *res eaedem* etiam Ber. Haverk. et plures alii. *res eodem* Rec. Quum errore operarum Paris. anno 1573. et Francof. 1578. dedissent *donec eaedem manebunt*, Modius postea *eaedem res* restituit; quod an in ullo cod. sit, dubito. Flor. legit *sed eadem ratio, quae fuit ratio futura quae donec res eadem manebunt inmutabilis est.* sed *eaedem* mutatur a m. 2.

§. 13. *Procul a domo, procul a patria*] Pall. tres *procul ab domo, a patria.* Superius autem Pall. 1. et 2. *in aliena hostili est terra.* GEBH. Si ita scripsit Livius, recte est; sed vetus nemo defendit. Cantabrig. tamen et Voss. alterum *procul* abigunt, *procul ab domo, ab patria.* Nec aliter ex Puteanaeo Salmasius. Certe sic uno contentus fuit ipse Livius 25, 6, 17. *Non solum a patria procul Italiaque, sed ab domo etiam relegati sumus.* Potuit enim illic quoque repetere. JAC. GRON. Posterius *procul* non agnoscunt etiam Flor. Lov. 2. 3. 4. Ber. Hav. et Hearnii D. et N. Utrique locutioni suae insunt Veneres. Lector igitur eligat, quam malit.

Nullae eum urbes accipiunt] Pal. sec. *excipiunt.* Probe. Silius Ital. 8, 322.

— — *non hic domus hospita tecto*
Invitat patrio, non fidae moenibus urbes
Excipiunt.

GEBH. Omnes mei adversantur. Nec caussam video, cur vulgatum displicere debeat. Supra 21, 44, 8. *Illis timidis et ignavis licet esse, quos suus ager sua terra, per tuta ac pacata itinera fugientes, accipient.* V. supra ad 5, 21, 3. Mox *capto*, pro *rapto*, Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 4. et Hearnii N. in cujus tamen margine est *capto.* Utraque lectione juncta *crapto* praefert Lovel. 5. Saepe has voces commisceri, vidimus ad 6, 23, 5. Hic nihil mutandum esse, per se patet. Infra cap. seq. §. 8. *Nihil ex raptis in diem commeatibus superabat.*

Digitized by Google

14 *rapto vivit. Partem vix tertiam exercitus ejus habet, quem Iberum amnem trajecit. plures fames, quam ferrum, absumsit: nec his paucis jam victus*
15 *suppeditat. Dubitas ergo, quin sedendo superaturi simus eum, qui senescat in dies? non commeatus,*
16 *non supplementum, non pecuniam habeat? Quamdiu*

§. 14. *Quem Iberum amnem trajecit*] Ed. Mog. *quo Iberum amnem trajecit.* De re tota sic Silius, non vulgatus, sed noster, [8, 320.]

— — — *eget improbus arcto*
Jam victu Libys, et, belli fervore retuso,
Laxa fides sociûm est. etc.

MOD. Pall. 1. ac 2. *qui Iberum amnem.* tert. *exercitus sui habet, quae Iberum amnem.* Vet. ed. *quo Iberum amnem.* Nihil censeo immutandum. GEBHARDUS. Scripti, *quem Iberum.* Et pervulgatum est hoc nostro. J. FR. GRON. Edd. saepius variarunt. Rom. principem *quem Iberum* praeferre, monuit Hearnius. Proximae, quas vidi, Rom. anni 1472. Parm. Mediol. anni 1480. utraque Tarvis. plures Venetae, et aliae legunt *quo Iberum.* Ejus loco Aldus deinde *quem Iberum,* et vicissim Gruterus in ultima anni 1628. *quo Iberum,* Gronov. *quem Iberum* receperunt. Ex scriptis *quae Iberum* servant Harl. et Gaertn. *quo Iberum* Lovel. 3. 4. et Rec. *quam Iberum* Hav. *quem Iberum* reliqui omnes; quod recte Gronov. et Gebhard. probarunt. V. ad 2, 11, 2.

Plures fames, quam ferrum, absumsit] Pal. 2. *bellum.* GEBH. Voces *bellum* et *ferrum,* quod reliqui codd. tuentur, etiam alibi a librariis commutantur. Exemplum v. apud N. Heins. ad Silii 14, 559. Dubium non est, quin locutio *absumtus bello,* quum apud alios, tum etiam apud Livium, saepius obcurrat: at similiter etiam *ferro absumtus* infra est 30, 6, 6. *Quos non obpresserat ignis, ferro absumti.* Praestat igitur, ut, uno cod. repudiato, plures sequamur. Iisdem vocibus servatis, in forma tamen locutionis variat Flor. exhibens *plures fame, quam ferro absumsit;* quasi referendum sit ad Hannibalem. Sed neque hoc placet. Supra 2, 42, 4. *Plus tamen hostium fuga, quam proelium, absumsit.* 31, 7, 10. *Quos Puninicum postea bellum absumsit.* et alibi.

Nec his paucis jam victum subpeditat] Pall. sec. et tert. *jam victus suppeditat.* GEBH. Cogitabam *victus,* quod inveni postea in Voss. Gud. Mureti libris. Et saepe sic Livius. J. FR. GRON. Ita etiam est in multis meis, et in Hearnii N. et D. Supra 8, 13, 16. *Materia crescendi per summam gloriam subpeditat.* ubi alia vide. *nec paucis is jam victum suppedia* erat in Flor.

§. 15. *Dubitas ergo, quin eum sedendo superaturi simus*] In Pal. sec. animadverti alium ordinem: *quin sedendo superaturi simus eum.* GEBH. Idem est ordo in Flor. Atque ita Gronov. anno 1665. edidit. *quin sedendo eum superaturi simus,* alio iterum ordine, legunt Voss. Lovel. 1. 2. 3. Harl. et Ber.

§. 16. *Quamdiu pro Geryonis,*

Digitized by Google

pro Geronii, castelli Apuliae inopis, tamquam pro Karthaginis moenibus? Sed ne adversus te quidem ego gloriabor. Cn. Servilius atque Atilius, proximi 17 *consules, vide, quemadmodum eum ludificati sint. Haec una salutis est via, L. Paulle, quam difficilem infestamque cives sibi magis, quam hostes, facient.*

castelli Apuliae inopis, tamquam pro Karthaginis moenibus. sed ne adversus] Petrarcha addidit *pugnatum est*, ut esset *tanquam pro Carthaginis moenibus pugnatum est.* Vos addidistis *pugnabimus.* Ego *sed* muto in *sedet:* ut sit *tanquam pro Carthaginis moenibus sedet.* VALLA. Vet. lib. *Gerioni;* ut vere ita legendum esse videatur, quia Polybius *Γερούνιον* edit. SIG. Quam lectionem Petrarchae adscribit Valla, reperi in Pal. sec. atque ed. Andr. in Pall. reliquis duobus *pugnatum est* desideratur. Ceterum omnes libri *Gerioni.* GEBH. Postrema *pugnatum est* a Petrarcha esse addita, testis locuples Laur. Valla: neque ego id usquam in antiquioribus inveni. Ita autem intelligebam veterem scripturam, ut esset *ἀποσιώπησις* modesta in mentione ejus rei, quae ad laudem Fabii proprie pertinebat. Nempe silet *eum tenui, maceravi* Praesertim cum subsequatur: *sed ne adversus te quidem ego gloriabor.* Sic apud Silium 7,247. idem Fabius:

— — — — *quin inter caetera nostra*
Haud laude abfuerit, modo qui. sed parcere dictis
Sit melius.

Nisi malis: *tanquam pro Carthaginis moenibus, sedet. Ne adversus.* Illud quoque notandum, hic omnes et alibi fere semper antiquissimos *Gerioni* et *Gerionum*, vel *Gerionium*, non *Gerionis* et *Gerionem* praeferre. J. FR. GRON. *pugnatum est* non nisi in Gaertn. et Recan. inveni. *pugnabimus* Hearnius in L. 1. Ejus loco *pugnat* legit Lovel. 5. *instat* Ber. et Hav. Reliqui omnes mei cum Hearnii N. et D. integram illam vocem omittunt. Vallae et Gronovii vestigiis insistens Cl. Ant. Perizon. ad oram exemplaris sui legendum conjecit *tamquam pro Karthaginis moenibus, sedet. Sed ne adversus.* Ceterum *Gerioni* est in Voss. Lovel. 1. Harl. Hafn. et Rec. *Gereoni* in Gaertn. *Gerini* in Flor. *Geronii* vel *Gerunii* legendum esse, Gronovius supra monuit hoc lib. ad c. 23, 9.

Sed ne adversus te quidem ego gloriabor] Placet mihi admodum Pal. sec. scriptura: *Sed ne adversus te quid de me ego gloriabor.* Paulo superius hoc cap. *Nec gloriandi tempus adversus unum est, ut ego contemnendo potius, quam appetendo gloriam. modum excesserim.* GEBHARD. *Sed ne adversus te quid de me gloriandi* Flor. quod Cl. Salvin. adposito signo se probare indicavit. *Τὸ ἐγὼ* deest etiam in Gaertn.

§. 17. *Cn. Servilius atque Atilius*] Vet. lib. *atque M. Atilius.* SIG. Forte *et M. Atilius.* J. FR. GRON. *P. Servilius* Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. L. 1. D. N.

Digitized by Google

18 *idem enim tui, quod hostium milites, volent: idem Varro, consul Romanus, quod Hannibal, Poenus imperator, cupiet. duobus ducibus unus resistas, oportet: resistes autem, adversus famam rumoresque*

et edd. usque ad Moguntinam. quem tamen *Cnaei* praenomine adpellat supra 21, 57, 4. Sequenti consuli unus Hav. *Marci* praenomen tribuit: quod viri docti probarunt; forte ad id permoti, quod indecens ac praeter morem Livii videretur, si, alterius praenomine addito, alterius omitteretur. V. ad 4, 49, 1. Mox pronomen *sibi* deerat in omnibus ante Aldum editis. Ejus loco *tibi* scribendum, conjicit Doujatius, quod unius Lovel. 3. auctoritas firmat.

§. 18. *Idem enim tui, quod hostium milites, volent*] *idem enim cives* Hearnii N. Tum *quod hostis milites* Hav. *quod hostes* Hearnii N. in margine. Deinde *volunt*, et mox *cupit* Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. D. N. et edd. usque ad Aldum. *cupit* etiam Voss. Praeterea *id Varro consul*, pro *idem*, Lovel. 2. V. ad 10, 10, 6. Tandem *unus resistat* Voss. Lovel. 1. Harl. Ber. a m. 1. et edd. vett. qui non animadverterunt, *unus resistas*, quod primus Froben. anno 1531. revocavit, et reliqui codd. servant, poni pro tu unus resistas. V. ad 32, 21, 16.

Moverit a veritate. Laborare nimis saepe ajunt, exstingui numquam. Gloriam qui spreverit] Vos vero, nihil intellecta scriptura, sic emendatis: *Veritatem laborare nimis saepe ajunt, extingui nunquam.* Ego sic legendum censeo. *neque tua falsa infamia moverit a veritate. Laborare nimis jus saepe ajunt, extingui nunquam.* Est autem etiam hac aetate tritum hoc vulgi sermone proverbium, ut pinguioribus verbis efferam: *Aegrotat quidem ratio, sive jus, aliquando, sed nunquam moritur.* VALLA. Quidam ita sententiam extulerunt: *Jus laborat, non extinguitur.* Quidam autem ita, *Jus ajunt*, id est, fas, *laborare a veritate. At non est jus unquam extingui.* Neutri autem satis explicant, quo ista adverbia, *nimis* et *saepe*, referenda, quod simul explicatum oportuit. Ego sane obscuram fateor sententiam. D. Erasmus in adagio *Tempus omnia revelat, laborari* legit. Valla *a veritate* prioribus connectit, non posterioribus. et paulo post *Nec ego ut nihil agatur*, legit *nec eo.* GLAR. Vox *jus* non est in vet. lib. hoc sensu: tritum illud proverbium est, *Hominem veritatis caussa nimis saepe laborare, numquam vero extingui.* Haec autem vox *jus* ex ingenio a Valla allata est. SIG. *A veritate laborare nimis jus saepe ajunt* Valla. At prima ed. *moverit a virtute. Laborare nimis jus saepe ajunt* etc. Contra Pall. quorum pr. *moverit, duritate labore nimis id saepe ajunt, exstingui nunquam.* sec. *moverit a veritate laborare nimis his saepe* etc. tert. *moverit. Veritatem laborare nimis saepe ajunt, exstingui nunquam.* quam scripturam amplecterer pro veriori, si ei accederet firmamentum alterius adhuc MS. Sigonius reposuit vulgatum, ejecta voce

Digitized by Google

que hominum si satis firmus steteris: si te neque collegae vana gloria, neque tua falsa infamia moverit. Veritatem laborare nimis saepe, ajunt, exstingui 19
numquam. Gloriam qui spreverit, veram habebit. Sine, timidum pro cauto, tardum pro considerato, 20

jus. sed scire debebat, *veritatem* hic notare aequitatem et justitiam, Videatur Brissonii Lexicon Juridicum v. *Verum.* GRUT. *moverit a veritate. Laborare nimis jus saepe ajunt, exstingui numquam* legi in Camp. ed. Cl. Gruteri indicio consignavi in animadversionibus ad Tibullum 1. el. 6, 52. Est autem illa lectio Laur. Vallae, quam videtur quoque approbasse Loritus. Sigonius autem in vet. lib. *τὸ jus* abesse scribit, atque ex ingenio a Valla adjectum. Pal. pr. mire hic vitiosus est, *moverit. duritate laborare nimis id saepe ajunt.* sec. *neque te tua infamia moverit. Veritatem laborare nimis saepe ajunt.* quam lectionem in quodam vet. lib. inventam prodidit Muretus 8. Var. lect. 20. Pal. tert. *moverit a veritate laborare nimis hic saepe ajunt.* Ego in tanta varietate nihil deprehendo, quod delicatiori palato possit allubescere, nisi forte alicujus momenti existimanda sit lectio vet. ed. quam fateor mihi non displicere, utpote sensui aptissimam et apertissimam: *Ni neque te collegae vana gloria, neque tua falsa infamia moverit a virtute. Laborare nimis jus saepe ajunt, extingui nunquam.* GEBH. Put. Pet. et quisque antiquior *laborare nimisissaepe.* Scribe, *Veritatem laborare nimis saepe ajunt, extingui nunquam. Gloriam qui spreverit, veram habebit.* Sic conjecit olim Muretus, idque postea in scripto reperit. sic prorsus et unus e Pall. Sed *Gloriam vanam* frustra Muretus 8. Var. 20. Hieronymus dial. adversus Pelagianos. *Cum dixeris, quae volueris. audies, quae nequaquam velis. Veritas enim laborare potest, vinci non potest.* J. FR. GRON. Mureti emendationem valere jubet, et in vulgata scriptura elegantissimum hunc sensum esse, dicit Scipio Gentilis ad Apuleji Apolog. num. 6. jus veritatis probatione et luce destitui, quemadmodum Paullus JCtus dicit, *non jus, sed probatio deficit.* Sed hic nihil loci est juri; nam de fama, rumoribus, vana gloria, et falsa infamia sermo est. Barthius tamen 25. Adv. 5. *a veritate* exponens quoad veritatem, hoc eadem, qua Gentilis, significatione videtur accepisse. DUK. *moverit a veritate laborare nimis. is saepe* Flor. a m. 1. *nimis jus saepe* a m. 2. quemadmodum etiam praeferunt Hearnii Oxon. *moverit a veritate. Laborare nimis saepe ajunt* Cant. Lovel. 1. Harl. et Rec. neque differunt Voss. Lov. 2. 3. 4. Hafn. et Gaertn. nisi quod *nimis his, nimis iis,* vel *nimis hos* inserant, et postremus insuper *labore* legat. *moverit a veritate. Laborare nimis saepe ajunt, exstingui numquam gloriam* Hav. *moverint a veritate. Laborare nimis his saepe ajunt, exstingui numquam gloriam* Ber. *moverit a veritate laborare animos saepe ajunt, exstingui numquam* Lovel. 5. Sed Gronov. adsentior. Eidem etiam adsensus Crevier. *laborare* exponit defectum, deliquium pati: eodemque sensu

Digitized by Google

inbellem pro perito belli vocent. malo, te sapiens hostis metuat, quam stulti cives laudent. Omnia audentem contemnet Hannibal; nil temere agentem me-
21 *tuet. Nec ego, ut nihil agatur, moneo; sed ut agentem te ratio ducat, non fortuna: tuae potestatis semper, tuaque omnia sint. armatus intentusque sis, neque occasioni tuae desis, neque suam occasionem*
22 *hosti des. Omnia non properanti clara certaque erunt. festinatio inprovida est et caeca.*

lunaeque labores accipit apud Virgil. 2. Geogr. 478. Inlustrat autem hunc sensum ejus verbi ex eo, quod sequitur *exstingui numquam.*

§. 19. *Gloriam qui spreverit, veram habebit*] Muretus probat, *Gloriam vanam qui spreverit.* Falso: nam *τὸ vanam* irrepsit a liberalitate glossatorum. GEBH. *exstingui numquam gloriam. quam qui spreverit* Ber. et Hav. In cod. qui similiter praeferebat, Muretus incidit. Eaque scriptura ipsi ansam dedit *Gloriam falsam* conjiciendi: quod recte etiam Gronovio displicuit. *Falsam,* pro *Gloriam*, legebat Lovel. 3. *sprevit* Gaertn. et ed. Mediol. anni 1480.

§. 20. *Tardum pro considerato*] *pro providente* Hearnii N. in margine. Sed male. Nam, ut Cel. Burm. monuit ad Quinct. decl. 1, 2. *consideratus* obponitur inpetui, et notat id, quod lente et post cogitationem longam fit. Hanc autem virtutem a proximo vitio *tarditatem* vocabant, qui bellum primo quoque tempore finiendum clamabant. Mox *vocare*, pro *vocent*, Voss. et Lov. 1.

§. 21. *Nec ego, ut nihil agatur, sed ut agentem te ratio ducat*] Petrarcha, videns hoc in loco deesse verbum, addidit *moneo*, sic: *Nec ego, ut nihil agatur, moneo.* Sed haec additio supervacua est, tantumque mutandum *ego*, in *eo*, quod significat in eum finem. VALLA. Vox una *moneo* ex vet. lib. repetenda est ita: *Nec ego, ut nihil agatur, moneo, sed ut agentem.* SIG. Reperi in Pal. tert. *Nec ego, ut nihil agatur, sed ut agentem ratio inducat, non fortuna.* Solumque id *moneo* tuetur auctoritas Pal. sec. GEBH. Put. *Nec ego, ut nihil agatur, sed ut agentem te ratio ducat, non fortuna vae tuae potestatis.* Sic plane ille, exclusо *τῷ moneo*, quod nec Pet. Men. duo Pall. Voss. aliique admittunt: immo nec editiones ante Sigonium. Recte, modo pergas, quo manducit liber antiquissimus: *non fortuna velim: tuae potestatis.* J. FR. GRON. Illud *moneo* exsulat praeterea a Lov. 2. 4. Flor. Harl. Ber. Hafn. Rec. et Hav. Inlaudabilis neglegentiae, qua in Livio versatus est, hic iterum specimen edidit Doujatius, lectori persuadens, certissimam Gronovii conjecturam, quam unice veram puto, in antiquissimo cod. nempe Puteanco, conspici. Mox *tutaque omnia*, pro *tuaque*, Flor. V. ad 9, 23, 11. Deinde ne occa-

Digitized by Google

XL. Adversus ea oratio consulis haud sane laeta 1
fuit, magis fatentis, ea, quae diceret, vera, quam fa-
cilia factu, esse. *Dictatori magistrum equitum in-* 2
tolerabilem fuisse; quid consuli adversus collegam
seditiosum ac temerarium virium atque auctoritatis
fore? Se populare incendium priore consulatu semi- 3
ustum effugisse: optare, ut omnia prospere evenirent.
at, si quid adversi caderet, hostium se telis potius,
quam suffragiis iratorum civium, caput objecturum.

sionem, pro *neque suam occasionem*, Lovel. 3.

§. 1. *Magis fatentis, ea, quae diceret, vera, quam facilia factu, esse*] Pall. duo *quam facilia actu esse*. GEBH. *actu* etiam Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldinam. *Agere* et *Facere* etiam alibi in Mstis commutantur. V. ad 8, 17, 11. et sic etiam *actus* et *factus*. V. ad 6, 28, 2.

§. 2. *Quid consilii adversus collegam seditiosum ac temerarium virum*] Vet. lib. non *virum* habent, sed *virium*. Florebellus ingeniose pro *consilii*, *consuli* reponit: recte utrumque. argumentatur enim, si Minucius magister equitum dictatori Fabio gravis fuit, quas vires et auctoritatem habebit Paulus consul adversus collegam suum Varronem? SIG. Id ego non probo. Nam si consulum par potestas, quibus ergo alter erga alterum viribus utetur? Vult dicere hoc Livius, dictatori fuisse intolerabilem magistrum equitum, qui tamen virgas ac secures dictatoris tremere atque horrere debebat, multò minus consilio atque auctoritate adversus parem aliquid profectum iri. GEBH. Omnes mei, aut certe eorum longe plurimi, lectionem, quae ante Sigonium exstitit, probant; *consul* et *consilium* alibi quoque in Mstis permutantur. V. ad 36, 35, 8. *virum* etiam et *virium*. V. ad 2, 1, 10. Florebelli emendatio, quam Gronov. recepit, illi demum editioni notarum Sigonii, quae post ejus mortem anno 1592. Venetiis apud Aldum prodiit, inserta est. In prioribus edd. Sigonius vet. lib. lectionem probabat, jungens *quid consilii, virium, atque auctoritatis*. Florebelli conjectura haud temere spernenda est. Gebhardus autem, qui eam hoc praetextu inprobavit, quod consul erga consulem, parem potestatem, *viribus* uti haud possit, non animadvertit, similiter alterum erga alterum nulla *auctoritate* uti potuisse. Et hoc erat, quod Aemilius dicebat, consuli adversus collegam nihil virium atque auctoritatis esse, quia pari potestate erant.

§. 3. *Optare, ut omnia prospere evenirent*] *pro spe evenirent* Ber. de quo errore v. ad 28, 24, 3. *prospere venirent* Voss. Lovel. 3. Harl. et Hav. V. ad 9, 12, 1. Non aliter etiam erat in Flor. a m. 1. ubi *prospera evenirent* deinde substitutum est, quod et in Lov. 4. obvium fuit. Utrumque probe dici, vidimus

Digitized by Google

4 Ab hoc sermone profectum Paullum tradunt, prosequentibus primoribus Patrum. Plebejum consulem sua plebes prosecuta, turba, quam dignitate, con-
5 spectior. Ut in castra venerunt, permixto novo exercitu ac vetere, castris bifariam factis, ut nova minora essent propius Hannibalem, in veteribus ma-

ad 21, 21, 9. Paullo ante *semiustum* exsulat a Ber. ejus loco *se inustum effugisse* legunt Lovel. 1. 4. et Hav. *se injustum effugisse* Lovel. 5. *se semustum* Gaertn. et Flor. quod Cl. Salvinius addito signo sibi non displicere indicavit. Eodem modo idem Florent. infra scribit 26, 27, 13. V. ad 27, 1, 15.

At, si quid adversi caderet] Pal. tres *caperet*. Perperam, ut reor. Infra c. 44, 7. *Si quid projectis ac proditis ad inconsultam atque improvidam pugnam legionibus accideret, se omnis culpae exsortem, omnis tamen eventus participem fore.* GEBH. *caperet* itidem Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Hafn. et Hav. *caperent* Gaertn. In hunc errorem tot codd. etiam quosdam optimos, consensisse, vehementer miror. Liv. 36, 34, 3. *Quae tum maxime acciderant, casura praemonens.* 38, 46, 6. *Admonente fortuna, quid, si hostem habuissemus, casurum fuisset.* Cic. pro Mil. 30. *Si minus fortissimi viri virtus civibus grata cecidisset.* Suet. Tib. 14. *Durius et contra praedicta cadentibus rebus.* Mox *suffragio*, pro *suffragiis*, Lovel. 4. et 5.

§. 4. *Plebejum consulem sua plebes prosecuta, turba, quam dignitate, conspectior.*] Repraesentant Pall. tres *sua plebs prosecuta, turba conspectior, cum dignitates deessent.* GEBH. Ita et Lovel. 2. Harl. Gaertn. Hafn. et Rec. *sua plebe prosecuta turba conspectior quum dignitates deessent* in Put. utroque Pet. Men. tribus Pall. et Voss. esse, Gronov. in prima ed. notarum monuit. Neque aliter est in Flor. et Lovel. 1. Consentiunt etiam Lovel. 3. et 4. nisi quod in illo *quam dignitates*, in hoc *secuta* legatur. *sua plebe secuta turba conspectior* Lovel 5. *sua plebs prosecuta, turba conspectior, quam dignitate* Ber. *sua plebes prosecuta turba, quum dignitates deessent* Hearnii L. 1. et N. Sed receptum verissimum est, quod servat Hav.

§. 5. *Ut nova minora essent propius Hannibali*] Put. et Pet. *Annibalem.* Probe. Ut 4, [17, 5.] *Propius est fidem, obstringi Fidenatium populum conscientia tanti sceleris voluisse.* 23, [12, 3.] *Quo propius spem belli perficiendi sit.* 24, [41, 4.] *Cessere inde Romani propius pacata loca.* 26, [37, 8.] *Ipsae quoque Hispaniae quo propius spem venerant.* 33, [9, 4.] *Media acies, quae propior dextrum cornu erat.* J. FR. GRON. Quem etiam v. in priori ed. not. ad Liv. l. 8, 32. *prope Hannibale* est in Gaertn. *propius Hannibale* in Flor. ubi ultima litera *m* intercepta est a voce sequenti *in*. V. ad 37, 29, 5. *propius Hannibalem* Voss. et Hearnii Oxon. V. ad 2, 41, 11. Mox *robur virorum* edidit Ascens. Sed Aldus *virium* revoca-

Digitized by Google

jor pars et omne robur virium esset; tum consulum 6
anni prioris M. Atilium, aetatem excusantem, Romam miserunt; Geminum Servilium in minoribus castris legioni Romanae et sociûm peditum equitumque duobus millibus praeficiunt. Hannibal, quam- 7
quam parte dimidia auctas hostium copias cernebat,

vit. Utrumque in usu est Livio. Et quidem *robora virorum* obcurrit 22, 6, 2. 23, 18, 4. 37, 43, 7. *robora virium* 27, 46, 3. 33, 4, 4. aliisque locis. Quum igitur posterius illud in omnibus Mstis supersit; id etiam quin praeferendum sit, nullus dubito.

§. 6. *Tum anni prioris consulem*] Uterque idem, *tum consultum anni prioris M. Atilium*, statimque *Geminum Servilium*, non *Cnaeum*. Scribe: *tum consulum anni prioris, M. Atilium aetatem excusantem Romam miserunt, Geminum Servilium in minoribus castris*. J. FR. GRON. *consultum anni prioris*, omissa vocula *tum*, ex Put. laudat Crevier. Et ita est in Flor. a m. 1. pro quo mox factum *consulem anni prioris*. Sed *consulem tum anni prioris* Voss. Lov. 2. 3. 4. Ber. et Hav. *consulum tum anni prioris* Lov. 5. Harl. et Gaertn. *tum consulum anni prioris* Lovel. 1. Supra 9, 27, 8. *Consulum Sulpicius in dextro, Poetelius in laevo cornu consistunt*. ubi alia vide. 23, 29, 4. *Equitum Numidas Poenorum peditibus, ceteros Afris pro cornibus obponit*. Adde Gronov. ad Liv. 30, 41, 1. Sed vocula *tum* non opus hic esse, censet Cl. Crevier.

M. Atilium] Errorem Polybii, qui 3, 116. eum ad Cannas cecidisse scribit, notat Perizon. Animadv. Hist. cap. 1. pag. 35. DUKER.

Cn. Servilium] Pall. 1. ac 3. *Geminum Servilium*. Sic infra c. 45, 8. *Gemino Servilio media pugna tuenda datur*. GEBH. *Geminum Servilium* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. pluresque reliqui. Accedunt priscae edd. *Geminium Servilium* exhibentes, pro quo Mogunt. *Cn. Servilium* dedit. Supra hoc lib. c. 32, 1. *Consules Atilius Fabiano, Geminus Servilius Minuciano exercitu accepto*. ubi etiam olim *Cn. Servilius* edebatur. Duplicem caussam loco huic corrumpendo librarii habuisse potuerunt: alteram, quod Servilio praenomen addendum crederent, quo collega ejus ornabatur. Verum ea de re jam dictum est ad 4, 49, 1. alteram, quod cognomen nomini gentilitio haud recte praeponi putarent. De eo quoque videbimus infra ad 30, 1, 9. Mox *legionibus Romanis* Lovel. 3. Tum *sociorum peditum* Voss. et Lovel. 1. 2. ac 3. Male. V. ad 21, 17, 2.

§. 7. *Adventa consulum mire gaudere*] *adventum* Flor. V. Sanct. in Min. 3, 3. hac voce. At contra Livius 5, 21, 9. *Haec ad ostentationem scenae gaudentis miraculis aptiora*. Tum *mire gaudebat* Ber. *mire gaudere coepit* Hav. et Heavnii N. a m. 2. Saepe ita errarunt librarii, qui orationes infinitas, Livio usitatissimas, ferre non potuerunt. V. ad Liv. 1, 50, 5.

Digitized by Google

8 tamen adventu consulum mire gaudere. non solum enim nihil ex raptis in diem commeatibus superabat, sed ne, unde raperet, quidem quidquam reliqui erat, omni undique frumento, postquam ager parum
9 tutus erat, in urbes munitas convecto: ut vix decem dierum (quod compertum postea est) frumentum superesset, Hispanorumque ob inopiam transitio parata fuerit, si maturitas temporum exspectata foret.

1 XLI. Ceterum temeritati consulis ac praepropero ingenio materiam etiam fortuna dedit: quod in prohibendis praedatoribus tumultuario proelio, ac procursu magis militum, quam ex praeparato aut jussu imperatorum, orto, haudquaquam par Poenis

§. 8. *Ne, unde raperet, quidem quidquam reliqui erat*] Vox *quidem* exsulat a Lovel. 1. Sed v. ad 44, 36, 8. Deinde *quidquam reliquerat* Flor. Cant. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. omnesque edd. usque ad Mogunt. V. ad 23, 29, 16. *Quidquam reliqui erat*, ut 32, 13, 7. *Nec, quod ab hoste crudelius pati possent, reliqui quidquam fuit.* V. ad 32, 37, 5. Ita *nihil reliqui.* [*integri*] V. ad 36, 7, 6. Mox *evecto*, pro *convecto*, vel *evecto*, Lovel. 2. V. ad 4, 24, 4 7, 25, 4. 10, 32, 6. (* 37, 5, 5. 38, 13, 7.) ad Epit. Liv. 17. et alibi.

§. 9. *Si maturitas temporum exspectata foret*] Vet. lib. *temporis.* SIG. *temporum* omnes mei constanter servant, nisi quod *tempore* sit in Rec. V. Gronov. ad Liv. 1, 56, 8. Paullo ante *ab inopia* Hafn. de qua locutione v. ad 26, 1, 3. Uni tamen testi credere temerarium est.

§. 1. *Temeritati consulis ac praepropero ingenio*] Pal. pr. *prospero.* sec. *propero.* tert. *proprio.* Vera est lectio, quam vet. ed. quoque propugnat, *praepropero ingenio.* Infra 27, 33, 10. *Toto eo bello damnosa, praepropera, ac fervida ingenia imperatorum fuisse.* GEBH. *prospero* Flor. Cant. Lovel. 1. 2. et Voss. a m. 1. *propero* a m. 2. quod etiam servant Lovel. 3. Gaertn. et Hearnii N. *aspero* Lovel. 4. *perpropero* Ber. Sed nihil mutandum. V. supra hoc lib. ad c. 19, 10.

Procursu magis militum, quam ex praeparato aut jussu imperatorum] Pal. sec. *procursu militum, quam ex praeparato imperatorum, aut in jussu.* GEBHARD. *aut in jussu imperatorum* etiam Flor. Voss. Lovel. 1. 2. et Harl. *aut etiam jussu imperatorum* Lovel. 4.

§. 2. *Ad mille et septingentos caesi*] Alii numeris: sed integre Gudianus, *ad mille et septingenti caesi.* J. FR. GRONOV. *ad*

Digitized by Google

dimicatio fuit. ad mille et septingenti caesi, non 2
plus centum Romanorum sociorumque occisis. ceterum victoribus effuse sequentibus metu insidiarum obstitit Paullus consul; cujus eo die (nam alternis 3
imperitabant) imperium erat, Varrone indignante ac vociferante, emissum hostem a manibus; debellarique, ni cessatum foret, potuisse. Hannibal id 4
damnum haud aegerrime pati: quin potius credere, velut inescatam temeritatem ferocioris consulis ac novorum maxime militum esse. et omnia ei hostium, 5
haud secus quam sua, nota erant: dissimiles discordesque imperitare, duas prope partes tironum militum in exercitu esse. Itaque, locum et tempus 6

MDCCti Lovel. 3. *ad M. et CCti* Ber. *ad mille septingenti caesi* Hav. V. ad 10, 17, 8. *ad M. et CC caesis* pleraeque edd. principes, ut uno ambitu oratio contineatur, et haec praecedentibus jungantur. At nullus codex huic lectioni favet.

Metu insidiarum obstitit] Pall. pr. ac tert. *abstitit*. quibus adsentitur vet. ed. GEBH. Ita et Flor. ac Voss. ambo a m. 1. Harl. Rec. Hav. et editi antiquiores. V. ad 9, 34, 2. *absistit* Gaertn.

§. 3. *Nam alternis imperitabant*] Pal. sec. *alternis imperitabant vicibus*. tert. *imperabant*. GEBH. Sic c. 45. et Polyb. 3, 110. *Διὰ τὸ παρὰ μίαν ἐκ τῶν ἐθισμῶν μεταλαμβάνειν τὴν ἀρχὴν τοὺς ὑπάτους*. Ex his locis Dodwell. in Praelect. Camden. p. 668. putat confici, eo tempore consules non solum in castris, verum etiam in urbe, alternis diebus fasces habuisse. Bene ei respondit Cl. Wesseling. Probabilium c. 39. DUK. *imperabant* Lovel. 4. 5. Sed v. ad 21, 1, 3. Quod autem unus Gebhardi *alternis imperitabant vicibus* praeferat, ab librario profluxit, qui ellipsin ita supplere voluit. Sed v. ad 4, 53, 11. *alterius* perperam est in Gaertn. V. supra hoc lib. ad c. 27, 6. Mox *cessatum fuisset* Lovel. 4. 5. et Hav. *cessatum esset* Ber.

§. 5. *Et omnia ei hostium, haud secus quam sua, nota erant*] Repetunt Pall. sec. ac tert. *quam sua omnia nota erant*. Prim. vero paullo melius, *et omnium ei hostium haud secus quam sua omnia nota erant*. GEBH. *haud secus quam omnia* Harl. *haud secus quam sua omnia* Rec. *et omnium ei hostium haud secus quam sua omnia nota erant* Lovel. 4. et Gaertn. consentit Lovel. 5. nisi quod addat *quam sua omnia consilia*. Consentit etiam Lovel. 2. nisi quod transponat *quam omnia sua*. Totus §. 5. *et omnia ei* etc. *in ex-*

Digitized by Google

insidiis aptum se habere ratus, nocte proxima nihil praeter arma ferentes secum milites ducens, castra plena omnis fortunae publicae privataeque re-
7 linquit; transque proximos montes laeva pedites instructos condit, dextra equites, inpedimenta per
8 convallem, medium agmen, traducit: ut diripiendis velut desertis fuga dominorum castris occupatum in-
9 peditumque hostem obprimeret. Crebri relicti in

ercitu esse deest in edd. antt. usque ad Ascens. anni 1513. etiam §. praec. *maxime* exsulabat a vett. edd. quod primus addidit Aldus.

§. 6. *Locum et tempus insidiis aptum se habere ratus*] Habetur in Pal. tert. *Itaque locum et tempus insidiis esse ratus.* GEBH. Nostri nihil mutant, nisi quod *hinc*, pro *habere*, sit in Hav.

Nihil praeter arma ferentes secum milites ducens] *nihil secum praeter arma ferentes milites ducit* Ber. *ducit* etiam Hav. sed ea vox deficit in Flor. Lov. quinque, et Harl. Praeterea *secum ferentes*, vel *ferentis*, Lovel. 1. 3. 4. 5 Harl. et Gaertn. cum edd. ante Aldum. Mox *fortunae publicae et privatae* Ber. Tum *reliquit* Lovel. 2. 4. Gaertn. et eaedem edd.

§. 7. *Inpedimenta per cornua in medium agmen traducit*] Pal. tert. *per cornu in medium agmen producit.* GEBH. Hoc fecerunt ex prima scriptura *per cornuallem medium.* ita enim Put. Caeterum hic nulli usui ista *cornua.* Scribe *impedimenta per convallem*, *medium agmen*, *traducit.* Ipsa impedimenta per epexegesin dicuntur *agmen medium.* Sic 9, [40, 9.] *Dextrum cornu sacratos more Samnitium milites.* Et [cap. eodem] *Dextrum cornu*, *dictatoris acies*, *alienam pugnam sequetur?* 28, [14, 5.] *Medias acies, Romanum Poenumque*, *quos inter causa belli esset.* 29, [25, 10.] *Laevum cornu, totidem rostratas.* ubi etiam vulgo vitiatum. 39, [31, 3.] *Acerrime media acies*, *duae fortissimae legiones*, *dimicabant.* 42, [59, 2.] *In dextrum cornu*, *Italicos equites*, *incurrerunt.* J. FR. GRON. *per cornua in medium agmen*, quod demum vidi in ed. Mog. supereft tantum in Flor. et Lovel. 5. *per cornu in medium agmen*, quod est in editionibus prioribus, servant Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et Hav. *per cornu in mediam aciem ducit* Ber. *pecorum in medium traducit agmen* Harl. *per comu in medium agmen traducit* Cant. *impedimenta per cornuum medium agmina traducit* Colb. major apud Doujat. qui inde, una tantum litera mutata, legendum censet *impedimenta per cornuum medium agmine traducit.* Ut sensus sit, trans proximos montes laeva equites, dextra pedites conditos fuisse; per eorum autem equitum ac peditum, qui quasi duo cornua erant, medium traducta esse inpedimenta: interpretatio enim, quam ipse dedit, ex Livii verbis exsculpi nequit. Praefero tamen Gronovii emendationem, quae ex optimi Put. lectione, unica tantum litera expuncta, emergit. Ea tamen ma-

Digitized by Google

castris ignes, ut fides fieret, dum ipse longius spatium fuga praeciperet, falsa imagine castrorum (sicut Fabium priore anno frustratus esset) tenere in locis consules voluisse.

XLII. Ubi inluxit, subductae primo stationes, 1 deinde propius adeuntibus insolitum silentium admirationem fecit. Jam satis comperta solitudine, 2 in castris concursus fit ad praetoria consulum, nun-

gis placeret, si voces ex fide codd. trajicere, ac legere liceret *inpedimenta*, *medium agmen*, *per convallem traducit*. De simili epexegesi v. ipsum ad 29, 25, 10. et 30, 8, 6. et quae dicentur ad 25, 34, 10.

§. 9. *Dum ipse longius spatium fuga praeriperet*] Lege *praeciperet*, ex Pall. Mstis et vet. ed. Pal. sec. *dum ipsi longius spatium praeciperent* alludit ad veram lectionem. Liv. 3, 46, 7. 30, 8, 9. 31, 39, 2. GEBH. Libri scripti *praeciperet*. 3, [46, 7.] *Sedulo tempus terens, dum praeciperent iter nuncii*. 30, [8, 9.] *Aliquantum ad fugam temporis Syphax et Hasdrubal praeceperunt*. 31, [39, 2.] *Diei insequentis pars ad praecipiendum iter Philippo data est*. J. FR. GRON. Flor. Cant. et plerique mei cum Hearnii Oxon. et edd. Rom. anni 1472. Parm. atque Tarvis. utraque, itidem legunt *praeciperet*. Infra 32, 16, 5. *Jussis ceteris maturate sequi, ipse tribus quinqueremibus expeditis Piraeeum praecepit*. 36, 19, 9. *Aliquantum viae praeceperat rex*. Et ita hoc loco legendum esse, monuerunt Pierius ad Virg. 10. Aen. 277. et Inl. N. Heinsius ad Val. Flacci 4, 731. ubi verbum *praecipere* pluribus inlustrarunt, et passim cum τῷ *praeripere* commutari docuerunt. Exempla alia v. ad 3, 46, 7. 6, 5, 4. c. 26, 2. et in notis ad Silii 4, 804. Similiter etiam *rapere* et *capere*. V. ad 6, 23, 5.

Tenere in locis consules voluisse] Annon *tenere iis locis?* 23, 32, 19. *Locisque iis praesidio esset*. JAC. GRON. Fortassis non necessaria est emendatio. *in locis* potest esse, in locis, in quibus erant, id est, in castris. V. quae Cl. Burmann. ad Suet. Aug. 49. adnotavit. DUK. Codices nihil mutant, nisi quod alio ordine *in locis tenere* praeferant Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Aldum. Si Gronov. secutus *tenere iis locis* sine praepositione legas, vide, quae notantur ad 3, 2, 1. si vero vulgatum *tenere in locis* malis, consule, quae dicta sunt ad 8, 28, 8.

§. 2. *Concursus fit ad praetoria consulum, nunciantium*] *nunciatum* Lov. 2. Hafn. et Rec. *nunciatumque* Ber. et Hav. Mox *castra relinquerent* Lovel. 3.

§. 4. *M. Statilium praefectum cum turma Lucanorum exploratum misit*] Pal. pr. *Marium Statilium*. sec. *Manium Statilium*. Deinde tert. *cum turma Lucana*. GEBH. Scribe cum optimis, *Marium Statilium cum turma Lucana*. Aurel. Vict. [Vir. Inlustr. 43.] in Fabio. *Marium Statili-*

Digitized by Google

ciantium fugam hostium adeo trepidam, ut, taber-
naculis stantibus, castra reliquerint: quoque fuga
3 obscurior esset, crebros etiam relictos ignes. Cla-
mor inde ortus, ut signa proferri juberent, duce-
rentque ad persequendos hostes, ac protinus castra
diripienda. Et consul alter velut unus turbae mili-
4 taris erat. Paullus etiam atque etiam dicere, pro-
videndum praecavendumque esse. postremo, quum
aliter neque seditionem neque ducem seditionis su-
stinere posset, Marium Statilium praefectum cum
5 turma Lucana exploratum mittit. qui, ubi adequita-

um transfugere ad hostes volentem. Sic enim MSS. non *Manlium. Turma Lucana,* ut 10, 33, 1. *Cohortes duas, Lucanam Suessanamque.* 44, 40, 6. *Duae turmae equitum, Placentina et Aesernina.* Florus 1, 18. *Frontanae turmae praefectus.* J. FR. GRON. *Marium Statilium* etiam Flor. et optimi plerique, ac multi alii. V. etiam Gronov. p[illegible] ed. notarum ad 32, 2. Ita *Marius Blosius* memoratur 23, 7, 8. *Marius Alfius* 23, 35, 13. *Marius Egnatius* in Epit. Liv. 75. apud Vell. Pat. 2, 16. et App. Alex. 1. bell. civ. 375. Quae apud Romanos nomina gentilitia erant, interdum praenominum vicem apud alios Italiae populos obtinuisse, saepius dictum est. V. ad 1, 49, 9. et 23, 7, 4. Tum *turma Lucanorum equitum* Ber. *turma Lucane* Voss. et Lovel. 5. quorum prior inter versus *Lucanum* adscriptum habet. *turma Lucana* Flor. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Hafn. Rec. et Gaertn. Ita *cohortes Cumanae* 2, 14, 7. *cohors Peligna* 25, 14. 4. *cohors Placentina* 41, 1, 6. *Duae cohortes Marrucina et Peligna* 44, 40, 5. *tres cohortes Firmana, Vestina, Cremonensis* ibid. Praeterea *mittit,* pro *misit,* edidit Gronov. quod firmat Flor.

§. 5. *Subsistere extra munimenta ceteris jussis, ipse*] *ceteris jubet, ipse* Lovel. quinque, Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. *ceteris jubet, et ipse* Voss. Sed v. ad 27, 24, 3.

§. 6. *Ignes in parte castrorum, quae vergat in hostem, relictos*] Pall. tres *vergant.* Inde forte legendum *qua vergant in hostem.* GEBH. *quae vergant* etiam Flor. Lovel. 1. Harl. Ber. Hav. et edd. Aldina vetustiores. *quae vergunt* Gaertn. *quae vergerat* Lovel. 1. *quae vergeret* Lovel. 4. et 5. Tum *ad hostem* Flor. *ad hostes* Lovel. 3.

Argentum quibusdam locis temere per vias, velut objectum ad praedam, vidisse] Sisenna Histor. 4. de hac re ita, si quid doctissimo cuidam viro credimus, scripserat, *Profuse atque abunde sparsa vasa, magnum pondus auri argentique.* MOD. Est a stilo Grammatici alicujus verbum *vidisse.* auctor certe non panxit. GRUT. Expressum habent

Digitized by Google

vit portis, subsistere extra munimenta ceteris jussis, ipse cum duobus equitibus vallum intravit: speculatusque omnia cum cura renunciat, insidias profecto esse: ignes in parte castrorum, quae vergat in ho- 6
stem, relictos: tabernacula aperta, et omnia cara in promtu relicta: argentum quibusdam locis temere per vias, velut objectum ad praedam, vidisse. Quae 7
ad deterrendos a cupiditate animos nunciata erant, ea accenderunt; et, clamore orto a militibus, *ni signum detur, sine ducibus ituros*, haudquaquam dux defuit. nam extemplo Varro signum dedit pro-

tres Pall. *temere per vias objectum*, ejecto τῷ *velut*. GEBH. Eamdem vocem non admittunt Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. usque ad Aldam. Ejus loco *vel* praefert Flor. Praeterea *quibusdam in locis* legunt eaedem edd.

§. 7. *Quae ad detinendos a cupiditate animos*] Liber optimus *deterendos*. et supra τὸ *r* pictum inter versus *n*. Inde Petav. *detenendos*, et caeteri quod vulgatur. Sed verum est *deterrendos*. J. FR. GRON. *detenendos* etiam Flor. *detinere a cupiditate* vix admitti posse videtur. Saltem dedissent *retinendos*, quomodo *retinere a fuga* dixit Liv. 10, 41, 2. Sed verius est, quod Gronov. restituit, *deterrendos*. Ita *deterrere ab auxilio ferendo* 40, 47, 8. *deterrere a consilio* 3, 42, 7. ubi unus cod. similiter errans *detinere* praefert. Ita et commutantur *terrere* et *tenere*. V. ad 23, 1, 10. *deterritus* et *detentus*. V. ad 6, 38, 10. (* 37, 13, 10.) Error hic inde ortus est, quod literae *rr* coaluerint in *n*. V. ad 4, 10, 9. Mox *ea magis accenderunt*, addita media voce, Ber.

Et, clamore sublato a militibus, nisi signum detur] Pal. sec. *clamore suborto*. Probo vulgatam lectionem. Infra c. 60, 1. *Extemplo ab ea turba, quae in comitio erat, clamor flebilis est sublatus*. Dein Pal. pr. et tert. *ni signum detur*. GEBH. Optimi *et clamore orto a militibus, ni signum detur*. J. FR. GRON. *Tollere clamorem* etiam alibi Livio usitatam locutionem esse, agnosco. V. infra hoc lib. c. 47, 1. Hic tamen *clamore orto* praefert, optimis consentiens, Flor. cujus vulgatum videtur glossema esse. *clamor a militibus ortus* dictum, ut 24, 31, 4. *A Cretensibus clamor est ortus*. apud Ter. in Ad. 2, 1, 35. *Tibi a me nulla orta est injuria*. 4, 3, 2. *Quod peccatum a nobis ortum est*, corrigo. Hec. 2, 1, 26. *Aegritudo haec oritur mihi abs te*. Andr. 3, 2, 9. *Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum*. Praeterea *ni* etiam plerique meorum. V. ad 23, 1, 8.

Haudquaquam dux defuit] Vox media praecipue mihi suspecta est. Abest sane a Cantabrig. abest quoque a Voss. et per-

Digitized by Google

8 ficiscendi. Paullus, quum ei sua sponte cunctanti pulli quoque auspicio non addixissent, obnunciari 9 jam efferenti porta signa collegae jussit. quod quamquam Varro aegre est passus, Flaminii tamen recens casus, Claudiique consulis primo Punico bello memorata navalis clades, religionem animo in- 10 cussit. Dii prope ipsi eo die magis distulere, quam prohibuere, inminentem pestem Romanis. nam forte

commode subauditur, *haudquaquam signum defuit*, ex praecedenti et sequenti. JAC. GRON. Deest etiam vox illa a Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Aldum.

§. 8. *Pulli quoque auspicio non addixissent*] Pal. tert. *auspicia non addixissent*. Vulgatam lectionem recte tuetur prisca ed. eique alludit Pal. pr. *auspicio non adduxissent*. Nam *addicere* augurale verbum est. GEBH. Loca Livii ex 27, 16, 15. Senecae de Brev. vit. 14. Festi in v. *Praetor*, in quibus *aves* dicuntur *addicere*, collegit Brissonius 1. Formul. p. 121. Addidit Schottus ad Aur. Vict. de Vir. illustr. 3. Livium 1, 36, 3. et 55, 3. In his nusquam, nisi hoc loco, additur *auspicio*. Et potuisset sane hic quoque abesse. Sed nihil movendum est contra libros scriptos. *Non addicentibus auspiciis* ex Tacito 2. Ann. 14. adnotavit itidem Brissonius; unde intelligitur, etiam recte dici *auspicia addicunt*. DUK. *pulli quoque auspici adduxissent* Gaertn. *pulli quoque auspicia addixissent* Hav. *pulli quoque auspicium non adduxissent* Voss. pro varia lectione. Nihil mutandum. *auspicio* accipio pro in auspicio. ut *cadere acie*, pro in acie; quod inlustravi ad 9, 32, 2. *comitatus est patrem Syriaca expeditione* dixit Suet. in Calig. 10. ubi v. Cel. Burm. *omnibus conciliis fremerent*, pro in omnibus, Liv. 8, 39, 10. Vel etiam *auspicio* est, quo tempore auspicio operam dabat; quo sensu *ludis*, pro quo tempore ludi edebantur, et similia plura supra vidimus ad 2, 36, 1.

Nunciari jam efferenti porta signa collegae jussit] *obnunciari* verius. Quid *obnunciare* esset, Pedianus et Cicero docent. SABELL. *obnunciari*, itidem proprium augurum disciplinae verbum, corrumpunt Pall. codd. Quippe pr. et vet. ed. *nunciare*. sec. ac tert. *nunciari*. GEBH. *nunciare* etiam Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Ber. a m. 1. et Hav. *nunciari* Flor. Cant. Ber. a m. 2. Lovel. 3. et Gaertn. ut vitium satis antiquum esse pateat.

§. 9. *Claudiique consulis primo Punico bello memorata navalis clades*] *P. Claudium Pulchrum* intelligit, qui pullos pascere nolentes in mare projici jussit, ut biberent. Auctor Cicero de Divinatione. Valerius de contemta religione. SIG. *Claudii quoque consulis* Lovel. 2. V. ad 5, 27, 1. Tum *navalis cladis* Lovel. 3. V. ad 21, 57, 14.

Religionem animo incussit] Pall. pr. ac tert. *religione ani-*

Digitized by Google

ita evenit, ut, quum referri signa in castra jubenti consuli milites non parerent: servi duo, Formiani 11
unus, alter Sidicini equitis, qui, Servilio atque Atilio consulibus, inter pabulatores excepti a Numidis fuerant, profugerent eo die ad dominos: qui deducti ad consules nunciant, omnem exercitum Hannibalis trans proximos montes sedere in insidiis. Horum opportunus adventus consules imperii po- 12

mos incussit. GEBH. Ita et plerique meorum, optimis exceptis, qui vulgato adhaerent.

§. 11. *Inter pabulatores accepti a Numidis fuerant*] Lege *excepti.* Et ita MS. liber. LIPS. 2. Epist. Quaest. 1. Verius est *excepti;* quo pacto et ed. vet. Mogunt. habet, et alii in MS. suo extare profitentur. MOD. Libri omnes *excepti.* Gell. 17, 9. *Lacedaemonii autem veteres cum dissimulare et occultare literas publicas ad imperatores suos missas volebant, ne, si ab hostibus eae exceptae forent, consilia sua noscerentur, epistolas id genus factas mittebant.* ut legendum monui 2. Antiq. 18. GEBH. *excepti* etiam omnes codd. mei. *accepti* errore operarum primum inveni in ed. Paris. anni 1573. V. ad 5, 41, 6. Hearne monet, videndum esse Paraei Lex. crit. in v. *Excipere.* Adde Gifan. Observ. ling. Lat. eadem voce.

Qui deducti ad consules denunciant] Cantabrig. *nunciant.* Praeterea Put. Pet. non *qui deducti*, sed *deductique.* 25, 7, 14. *Missique, qui sequerentur, ab Tarracina comprehensos omnes retraxerunt. Deducti in comitio, virgisque, approbante populo, caesi de saxo dejiciuntur.* JAC. GRON. *deductique ad consules* etiam Flor. Locus Livii, quem Cl. Gronovius hic laudavit, indicare videtur, eum, et *qui* et *que* deleto, legendum putasse *deducti ad consules;* quod Cant. auctoritate firmari, ejus cod. excerpta docent. Mox *nunciant* Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quod recepi. Id quoque ex auctoritate complurium scriptorum recepit Cl. Crevier.

§. 12. *Adventus consules imperii potentes fecit*] *imperio potentes fecit* Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. et Hav. V. Gronov. ad 1, 33, 5. Sed nihil mutandum. V. ad 23, 16, 6.

Quum ambitio alterius suam primum apud eos prava indulgentia majestatem solvisset] Egregia haec sententia custoditur integra in vet. ed. quam obnoxiam edunt mendae Pall. MSS. quorum pr. ac tert. *pravam indulgentiam majestate solvisset.* sec. *parvam apud eos indulgentiam majestatem solvisset.* GEBHARD. *pravam indulgentiam majestate solvisset* Flor. a m. 1. Voss. Lovel. 2. 4. Harl. et Hafn. *pravam indulgentiam majestatem solvisset* Gaertn. *prava indulgentiam majestate solvisset* Lovel. 1. Vox *prava* deficit in Cant.

Digitized by Google

tentes fecit, quum ambitio alterius suam primum apud eos prava indulgentia majestatem solvisset.

1 XLIII. Hannibal, postquam motos magis inconsulte Romanos, quam ad ultimum temere evectos, vidit; nequidquam, detecta fraude, in castra rediit.
2 Ibi plures dies propter inopiam frumenti manere nequibat; novaque consilia in dies non apud milites solum, mixtos ex conluvione omnium gentium,
3 sed etiam apud ipsum ducem, oriebantur. nam quum initio fremitus, deinde aperta vociferatio fuisset exposcentium stipendium debitum, querentiumque annonam primo, postremo famem; et mercenarios milites, maxime Hispani generis, de transitione cepis-
4 se consilium fama esset: ipse etiam interdum Han-

§. 2. *Propter inopiam frumenti manere nequibat*] Pall. tres *manere nequit*. GEBH. Ita et Voss. Lovel. quinque, Harl. et Gaertn. *manere nequivit* Ber. et Hav. Tum *mixtos ex colluvione* Flor. Lovel. 1. 2. 4. et Gaertn. V. ad 3, 57, 9. *mixtos colluvione* Lovel. 3. Deinde *apud ducem ipsum* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 3. *Quum initio fremitus*] Pall. pr. ac sec. *cum in initio*. GEBH. Ita et Voss. Lov. 4. Harl. Gaertn. et Hav. V. ad 4, 7, 11. Mox τὸ *aperta* exsulat a Lovel. 4. et 5.

Querentiumque annonam primo, postremo famem] Penultima vox non extat in Lovel. 1. 2. et Voss. Verum est, saepius apud Livium aliosque solam obcurrere vocem *primo*, neque post eam inferri *postea*, *deinde*, *postremo*, vel similes. Exempla v. 10, 15, 9. ubi Sigonius vocem *primo* non recte expungebat. et 45, 38, 6. Similiter πρῶτον simpliciter est apud D. Lucam 12. Euang. 1. Adde Manut. ad Cic. 2. ad fam. 9. et Cel. Duker. ad Flor. 2. 18, 12. Eamdem formulam Rhenan. Livio reddere conatur infra 30, 3, 7. ubi tamen nihil mutandum esse, libri mei evincunt. Quin et hoc loco paucis codd. fidem non habeo adversus tantam aliorum, et inter illos optimorum, codd. τὸ *postremo* servantium, turbam.

De transitione cepisse consilium] Perperam Pall. tres exhibent *de traditione*. Nam hoc significatu *traditio* est idiotismus Italicus. GEBH. Ita et Florent. Cant. Voss. in contextu, Lovel. 1. 3. 4. Harl. Ber. a m. 1. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Ascens. Alibi etiam hae voces a librariis commutatae sunt. Exemplum habuimus 2, 25, 1. ubi etiam vocem *transitio* inlustravi.

§. 4. *Cum equitatu se proripere*] Quibus maxime fides, cum

Digitized by Google

nibal de fuga in Galliam dicitur agitasse, ita ut, relicto peditatu omni, cum equitibus se proriperet. Quum haec consilia atque hic habitus animorum es- 5
set in castris, movere inde statuit, in calidiora atque eo maturiora messibus Apuliae loca: simul ut, quo longius ab hoste recessisset, transfugia inpeditiora levibus ingeniis essent. Profectus est nocte, 6
ignibus similiter factis, tabernaculisque paucis in speciem relictis, ut insidiarum par priori metus contineret Romanos. Sed, per eumdem Lucanum 7
Statilium, omnibus ultra castra transque montes exploratis, quum relatum esset, visum procul hostium agmen; tum de insequendo eo consilia agitari coepta. Quum utriusque consulis eadem, quae sem- 8

equitibus. J. FR. GRON. Lectio illa non displicet; ut *peditatui* subjungens *equites*, non *equitatum*, Livius hac iterum ratione sermonem variare voluerit; quod ipsum omni modo passim captasse, saepe dictum est. Monendum tamen est, in vulgatum consentire omnes meos, exceptis forsitan Voss. Cant. et Ber. ex quibus nihil in excerptis notari video. Neque Hearne etiam, Gronovii emendationem referens, Oxoniensium ullam mentionem injecit.

§. 5. *Maturiora messibus Apuliae loca*] V. Dodwell. de Cyclis p. 539.

Simul ut, quo longius ab hoste recessisset] Pall. pr. et tert. *simul quo.* sec. *simul quod.* GEBH. *simul quo longius* Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. usque ad Ascens. anni 1513. *simul quod longius* Flor. Verum τὸ *ut*, ratione ductuum ultimis literis vocis praecedentis simile, perperam ab iis interceptum est. *quod longius*, in optimis ac tribus Gallic. Mstis a se visum, primo quidem probarat J. Fr. Gronovius; postea tamen, eo rejecto, vulgatum servavit. V. Syllog. Epist. a Cel. Burm. editarum tom. 3. ep. 111. et Gronov. ad Livii 25, 36, 16.

§. 7. *Tum die sequenti ejus insequendi consilia agitari coepta*] Mira narratio. Festinabant sequi Annibalem: et ecce, cum omnia tuta renunciarentur, non dicam rem, sed consilium sequendi in diem alterum rejiciunt. Vetus praefert, *tum die sequenti eo consilio agitare.* Inculcatis illis vocibus omissis, facilis restitutio, *tum de insequendo eo consilia a. c.* LIPS. 2. Epist. Quaest. 1. Pal. pr. *tum die sequenti eo consilia agitari coepta.* ut et in suo reperit libro Cl. Lipsius. Pal. sec. *tum die insequenti ea consilia a. c.* tert. *cum die sequenti consila a. c.* GEBH.

Digitized by Google

per ante, fuisset sententia; ceterum Varroni fere omnes, Paullo nemo, praeter Servilium prioris an-
9 ni consulem, adsentiretur; majoris partis sententia ad nobilitandas clade Romana Cannas, urguente fa-
10 to, profecti sunt. Prope eum vicum Hannibal castra posuerat aversa a Vulturno vento, qui campis
11 torridis siccitate nubes pulveris vehit. id quum ipsis castris percommodum fuit, tum salutare praecipue futurum erat, quum aciem dirigerent, ipsi aversi, terga tantum adflante vento, in obcaecatum pulvere effuso hostem pugnaturi.

XLIV. Con-

tum die sequenti eo consilia etiam Flor. Voss. Hafn. Lovel. 4. et Gaertn. *tum die sequenti consilia* Lovel. 3. 5. Harl. et Hav. *tum die sequenti agitari consilia coepta* Ber. *tum die sequenti ea consilia* Lovel. 2. *tum die insequenti consilia* Hearnii N. *tum die insequenti eo consilia* Lovel. 1. et Rec. Sed Lipsius verum restituit.

§. 8. *Eadem, quae semper ante, fuisset sententia*] Vet. lib. *Cum utriusque consulis eadem esset, quae semper ante fuisset, sententia.* SIG. Pall. pr. et sec. *quae ante semper.* tert. *Cum utriusque consulis eadem esset, quae semper fuisset, sententia.* GEBH. *eadem, quae ante semper, fuisset sententia* Flor. Lovel. 1. 2. 3. Harl. Gaertner. et Hav. *eadem, quae semper, fuisset sententia* Cantabr. et Lovel. 4. *eadem sententia, quae semper ante, fuisset* Ber. *eadem, quae ante semper fuisset, sententia esset* Lovel. 5. Mox *assentiret* Lovel. 5. *assentirent* Hav. et edd. Aldina priores. V. ad 39, 52, 1.

§. 9. *Ad nobilitandas clade Romana Cannas*] Miror, persuasum esse non paucis, Cannas eum fuisse locum, quem hodie *Canusium* dicunt; nec advertunt, Livium seorsum *Canusii* a *Cannis* mentionem fecisse. Sed is vicus fuit, qui hodie corrupta voce haud procul ab Aufido *Cannelae* vulgo dicuntur. Ipsius quoque fluminis voce immutata *Lophantum* locorum incolae, ut audio, appellant. Id admonui, quia illustres quidam rerum scriptores Aufidum diversa Italiae parte nominant, quum is, de quo nunc agitur, in Apulia sit. SABELL. Auctore Cluver. in Ital. antiq. 4, 11, 1211. Aufidus hodie vocatur *Ofanto*, et coalescente articulo *Lofanto*. At *Cannae* ibid. p. 1221. vulgari vocabulo *Canne* dicuntur.

Urguente fato] Mira est conjectura Scriverii ad Front. Strat. 2, 2, 7. *Urgello strato.* Liv. 5, 22, 8. *Fato tum denique urgente.* c. 36, 6. *Jam urgentibus Romanam urbem fatis.* Sic Virgilius et Ovidius saepe. DUK. Recte etiam

Digitized by Google

XLIV. Consules, satis exploratis itineribus, se- 1
quentes Poenum, ut ventum ad Cannas est, ubi in
conspectu Poenum habebant, bina castra commu-
niunt, eodem ferme intervallo, quo ad Geronium,
sicut ante, copiis divisis. Aufidus amnis, utrisque 2
castris adfluens, aditum aquatoribus ex sua cujus-
que opportunitate haud sine certamine dabat. ex 3
minoribus tamen castris, quae posita trans Aufidum
erant, liberius aquabantur Romani, quia ripa ulte-
rior nullum habebat hostium praesidium. Hannibal 4
spem nanctus, locis natis ad equestrem pugnam,
qua parte virium invictus erat, facturos copiam

Doct. Oudend. ad d. l. Frontini conjectura Scriverii displicuit.

§. 10. *Aversa a Vulturno vento*] Pal. tert. *aversa Vulturno vento*. neque aliter vet. ed. GEBHARD. Consentit unus Lovel. 5. recte dissentientibus reliquis.

§. 11. *Id quum ipsis castris percommodum fuit*] Vet. ed. *id cum ipsis castris praecommodum fuit*. tert. vero *id tum ipsis castris prope percommodum fuit*. Mox reperi in Pal. tert. *ipsi aversa terga tantum afflante vento*. Reliqui duo *adversi terga*. GEBH. *id tum ipsis castris* etiam Lovel. 1. 4. 5. V. ad 6, 23, 3. Hinc *ipsi aversa terga* Lovel. 4. *ipsi averso terga* Hafn. *ipsi aversi terga* Voss. Lovel. 1. 2. Harl. Ber. 2 m. 1. et Hav. Deinde *excaecatum* Lov. 3. Sed amat Liv. verbum *obcaecare*. Ita 5, 37, 1. *Adeo obcaecat animos fortuna*. 33, 7, 2. *Densa caligo obcaecaverat diem*. 38, 21, 7. *Ira et pavore obcaecatis animis*. 42, 43, 3. *Ni spes vana pacis obcaecasset consilia*. 43, 10, 3. *Spes cupiditati admota ita obcaecavit animum*. *Excaecare* apud Liv. nondum observavi.

§. 1. *Ut ventum ad Cannas est, ubi in conspectu Poenum habebant*] Put. Pet. uterque reg. Men. Voss. *ut ventum ad Cannas est, ut in conspectu*. quod improbare non ausim ob consensum librorum. nisi quis malit, *et in conspectu*. J. FR. GRON. *ut in conspectu* similiter Flor. Lov. 1. 2. 3. Hav. et Hearnii N. Paullo ante *statim exploratis* Lov. 3. In sequentibus *eodem fere*, pro *ferme*, Rec. V. ad 37, 38, 5.

§. 2. *Utrisque castris adfluens*] *utriusque castris* Harl. Gaertn. et Hearnii D. Male. Ambo enim tendebant in castris majoribus, ut ex cap. seq. constat: minoribus autem praefecisse videntur Geminum Servilium, qui iisdem ad Geronium praefuerat. V. supra c. 40, 6. Mox *ex sua quibusque opportunitate* Rec.

§. 4. *Spem nactus loci ad equestrem pugnam* etc. *facturus copiam pugnandi consulibus*] Vetus *facturos copiam pugnandi*

Digitized by Google

pugnandi consules, dirigit aciem, lacessitque Nu-
5 midarum procursatione hostes. Inde rursus sollicitari seditione militari ac discordia consulum Romana castra; quum Paullus Semproniique et Flaminii temeritatem Varroni, Varro speciosum timidis ac
6 segnibus ducibus exemplum Fabium objiceret: testa-

consules. optime, sic tamen, ut ante emendes *spem nactus loco.* Et plane hoc Livius dicere voluit. LIPS. 2. Epist. Quaest. 1. Legendum, ut praeeunt Pall. tres, indicavitque Cl. Lipsius, *facturos copiam pugnandi consules.* GEBH. Put. *spem nanctus locis natis ad equestrem pugnam, qua parte virium invictus erat, facturos copiam pugnandi consules.* V. 4. Obs. 17. p. 277. 38, [5, 6.] *Nicander praetor spem nactus solvendae inceptoforti obsidionis.* J.FR.GRON. *facturus copiam pugnandi in consules* Lovel. 3. *in futuros copiam pugnandi consules* Lov. 5. *in facturos copiam pugnandi consules* Lovel. 4. Reliqui mei consentiunt codd. a viris doctis excussis. quin et Gronov. in Obs. non aliter omnes suos praeferre monuit. Recte insuper ex optimo Put. recepit *locis natis ad equestrem pugnam*, et locutionem *natus alicui rei*, vel *ad aliquid*, d. loco in Obs. inlustravit: de qua etiam supra v. ad 4, 13, 11. De τῷ *nanctus*, ut Put. praefert, pro *nactus*, v. infra ad 24, 31, 14. Mox *procursione*, pro *procursatione*, Lovel. 2. et 4. adversantibus reliquis. Supra 5, 19, 9. *A procursationibus ad opus milites traducti.* 23, 40, 9. *Procursationes leviaque certamina vario eventu inita.* 25, 9, 7. *Pro argumento fuerit illa procursatio Numidarum.* Et ita *procursare*, de quo supra v. hoc lib. c. 16, 2.

§. 5. *Semproniique et Flaminii*] Sic optimi. Item, *Deos hominesque.* J. FR. GRON. Antea edebatur *Sempronii et Flaminii*, cui adhaerent omnes nostri. Male. V. ad 10, 30, 2. *Flaminii consulis anni praeteriti temeritatem* est in Hearnii N. Paullo ante *discordia militum sive consulum*, additis duabus mediis vocibus, Voss. Lovel. 2. 3. Ber. Hafn. Bec. Gaertn. et Hav. Praeterea *Paulli Aemilii* edd. ante Aldum.

Speciosum timidis ac segnibus ducibus exemplum Fabii objiceret] *exemplum Fabium obiceret* exhibet Pal. sec. GEBH. Cant. clare *Fabium.* quae appositio blandior elegantiorque est, quam ut ausim repudiare. Nec aliena aut ingrata Livio. 8, 35, 10. *Caeterum in oculis exemplum erat Q. Fabius M. Valerio legato.* 24, 45, 3. *Infidus socius, vanus hostis, ad Faleriorum Pyrrhive proditorem tertium documentum esset.* 28, 42, 1. *Africa eadem ista et M. Atilius insigne utriusque fortunae exemplum.* 31, 12, 2. *Ne Pleminium quidem tam clarum recensque noxae simul ac poenae exemplum homines deterrere.* JAC. GRON. *Fabium* etiam Flor. Quam lectionem Cl. Crevier. insuper Put. et duorum e regiis auctoritate firmari monuit. V. Gronov. 4. Obs. 1. p. 9. Quare recepi.

§. 6. *Testareturque Deos hominesque*] Ita Flor. et Lovel. 3. ita-

Digitized by Google

returque Deos hominesque hic, *nullam penes se culpam esse, quod Hannibal jam velut usucepisset Italiam; se constrictum a collega teneri; ferrum atque arma iratis et pugnare cupientibus adimi militibus:* **ille,** *si quid projectis ac proditis ad inconsultam atque inprovidam pugnam legionibus accideret, se om-* 7

que se in optimis invenisse, Gronov. ad §. praec. testatus est. Antea edebatur *Deos et homines*, ut reliqui praeferunt.

Quod Hannibal jam velut suam cepisset Italiam] Et hoc quoque debetur ingenio Florebelli *usucepisset*. Jam enim tertius agebatur annus, cum Annibal in Italiam profectus eam quasi jure usucapionis tenebat. Sic 6, [18, 10.] *Non hoc natura insitum vobis est, sed usu possidemini.* SIG. Abest a Pall. 1. et 3. particula *jam*. Florebellus e conjectura *velut usucepisset Italiam*. GEBH. Put. *jam vel usucepisset Italiam*. Egregie, modo legas *velut*. 6, [18, 10.] *Non hoc natura insitum vobis est, sed usu possidemini.* Seneca Epist. 12. *Qui Syriam usu suam fecit.* J. FR. GRON. *usucepisset* etiam emendabat Cujacius 13. Obs. 16. DUK. Particulam *jam*, quae a prioribus excusis aberat, primus recepit Aldus. *Hannibal jam velut suam cepisset* legunt Lov. 1. Hafn. et Rec. *Hannibal velut suam cepisset* Voss. Lov. 3. Harl. et Hav. *Hannibal velut si jam cepisset* Lovel. 2. et Gaertner. *Hannibal veluti si jam cepisset* Ber. *Hannibal velut si jam suam cepisset* Lovel. 4. *Hannibal velut jam suam cepisset* Lovel. 5. Doujatius, *usucepisset*, pro *suam cepisset*, probans, non tamen necessarium esse judicabat, ut τὸ *vel*, in cod. Put. obvium, cum Gronovio mutetur in *velut*: eo enim indicari, non tantum peragratam, sed etiam re vera usucaptam Italiam esse. Verum plane Gronovii conjectura *velut usucepisset* comprobatur auctoritate optimi Flor. Vocula autem *velut* emollit Livius, quidquid durius in hac locutione *usucapere Italiam* videri posset. V. ad 7, 22, 5. Ultima syllaba τοῦ *velut* in Put. excidit ob similitudinem priorum literarum vocis sequentis. Mox *se constrictum collegae teneri* Lovel. 4. *se constrictum collega teneri* Lovel. 4. V. ad 6, 11, 4.

Ferrum atque arma iratis et pugnare cupientibus adimi militibus] Supra c. 25, 8. *Exercitum cupientem pugnare et magistrum equitum clausos prope intra vallum retentos, tamquam hostibus captivis arma adempta.* ubi non probo legi *arma demta*. Justin. 5, 10. *Nec se ideo arma cepisse, ut aliqua victis adimat, sed ut adempta restituat.* GEBH.

§. 7. *Ille, si quid projectis*] *item*, pro *ille*, Harl. *ipse Paullus si quid* Lovel. 3. *ille Paullus, si quid* Hearnii D. Sed, additam vocem ineptum glossatoris emblema esse, nullus non videt. *si quid sic projectis* Lovel. 2.

Omnis tamen eventus participem] Habetur in Pall. pr. ac sec. *omnis eventus*, abjecto τῷ *tamen*. GEBH. Put. et magnus nu-

Digitized by Google

nis culpae exsortem, omnis eventus participem fore diceret. *videret, ut, quibus lingua tam promta ac temeraria, aeque in pugna vigerent manus.*

1 XLV. Dum altercationibus magis, quam consiliis, tempus teritur, Hannibal ex acie, quam ad multum diei tenuerat instructam, quum in castra
2 ceteras reciperet copias, Numidas ad invadendos ex minoribus castris Romanorum aquatores trans
3 flumen mittit. quam inconditam turbam quum vixdum in ripam egressi clamore ac tumultu fugassent, in stationem quoque pro vallo locatam atque ipsas

merus resecant *τὸ tamen*. J. FR. GRON. *tamen* exsulat etiam ab Hearnii codd. Eamdem vocem soli ex meis servant Flor. et, qui post sequentem vocem *eventus* transponit, Harl. Ejus loco *tum* est in Gaertn. Est autem haec vocula ex numero earum, quibus male feriati homines orationem Livianam, perperam, ut putabant, cohaerentem, melius connecterent. Alia exempla obcurrunt 25, 35, 3. 28, 28, 15. et passim.

Quibus lingua prompta ac temeraria esset, aeque in pugnam vigerent manus] Illi, *quibus lingua tam prompta ac temeraria, aeque in pugna vigerent manus*. J. FR. GRON. Codd. mei non tantum omittunt *esset*, verum ignorant etiam a Gronovio insertum *tam*. Omnes deinde consentiunt in *in pugna*.

§. 2. *Numidas ad invadendos ex minoribus castris Romanorum aquatores*] Polybius [3, 112.] *Τοὺς δὲ Νομάδας ἐπαφῆκε τοῖς ὑδρευομένοις ἀπὸ τῆς ἐλάττονος παρεμβολῆς*. SIG. Pal. pr. *ad invadendum ex minoribus castris Romanorum aquatores*. GEBH. Paullo post *misit*, pro *mittit*, est in Ber.

§. 3. *Inconditam turbam quum vixdum in ripam egressi clamore ac tumultu fugassent, in stationem*] *modicam turbam* Hafn. Tum *in ripa egressi sunt, clamore ac tumultu fugantes, stationem* Flor. *in ripa* etiam Voss. Lovel 1. 2. 3. 4. Harl. Hav. et Ber. Deinde *stationem*, omissa praepositione, Lovel. 1. 2. 3. 4. Ber. Harl. et Gaertn. *statione* Voss. et Hav. Mox *advecti sunt* Ber. Perperam. V. ad 9, 40, 12. *Τὸ sunt* deest in Lovel. 3.

§. 4. *Id vero indignum visum*] Pal. sec. *Id vero adeo indignum*. GEBH. *indignum visu* Lovel. 1. Mox *jam et castra Romana* Voss. V. infra hoc libro ad c. 47, 9. *etiam castra Romana* Lovel. 4. et 5. *jam etiam Romana castra* Ber. et Hav.

§. 5. *Cui sors ejus diei imperii erat*] Ita quidem vulgatur. Sed Pal. pr. et vet. ed. *ejus diei erat*. sec. *cujus sors ejus diei erat*. GEBH. *cujus sors ejus diei imperii erat* Lovel. 4. et editi

Digitized by Google

prope portas evecti sunt. Id vero indignum visum, 4
ab tumultuario auxilio jam etiam castra Romana ter-
reri: ut ea modo una caussa, ne extemplo transirent
flumen, dirigerentque aciem, tenuerit Romanos,
quod summa imperii eo die penes Paullum fuerit.
Itaque Varro postero die, cui sors ejus diei impe- 5
rii erat, nihil consulto collega, signum pugnae pro-
posuit, instructasque copias flumen traduxit, se-
quente Paullo; quia magis non probare, quam non
adjuvare, consilium poterat. Transgressi flumen eas 6
quoque, quas in castris minoribus habuerant, co-

Aldo priores. *cui sors ejus imperii erat* Ber. Forte et illius et codicum Gebhardi librariis displicuit duplex genitivus, sed alter ex altero pendens, de quo infra v. ad 25, 15, 11. Mox *inconsulto collega*, pro *nihil consulto*, Rec. quod ex glossa receptum puto, qua indicatum erat, *nihil* hic pro simplici negatione poni, adeoque *nihil consulto* idem esse atque *inconsulto*. Ita 9, 22, 4. *Nihil consulto dictatore, magister equitum submovit hostem.* 45, 8, 6. *Nihil in quemquam superbe ac violenter consulere decet.* Similiter *nihil infractus*, pro non infractus, supra est 2, 59, 4. Plura v. ad 37, 54, 23.

Signum proposuit] Vet. lib. *signum pugnae proposuit. Signum* autem est, ut ait Plutarchus [in Fabio 182.] Χιτὼν κόκκινος ὑπὲρ τῆς στρατηγικῆς σκηνῆς διατεινόμενος. SIG. Voculam *pugnae* intrusam Sigonio respuunt Pall. 1. ac 3. Vetus vero ed. praefert *propositum signum dedit*. GEBH. Eamdem vocem non agnoscunt etiam Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaerta. et Oxon. apud Hearnium, qui ex ed. Rom. principe *signum propositum dedit* laudat; reliquae usque ad Aldum *propositum signum dedit* praeferunt.

Instructisque copiis flumen transivit] Pal. sec. *instructasque copias flumen traduxit*. GEBH. Put. aliique *instructasque copias flumen traduxit*. J. FR. GRON. *instructusque copiis flumen transmisit* Lovel. 3. *instructasque copias flumen transivit* Voss. Lovel. 1. et Harl. Non aliter etiam Lovel. 2. et Hafn. nisi quod ille *transuit*, hic *transiit* legerint. *instructasque copias flumen traduxit* Flor. Infra 42, 22, 6. *Traductisque Padum ager est adsignatus.* Caesar. 1. Gall. 12. *Certior factus est, tres jam copiarum partes Helvetios id flumen traduxisse.* ubi v. Davis. Ita *adversus Romanos Perrhaebiae saltum in Thessaliam traducta* infra dixit Liv. 44, 27, 4. ubi eam scripturam adversus conjecturam virorum doctorum vindicabo. Mox *non prohibere*, pro *non probare*, Hafn.

§. 6. *Id erat flumini propius*] Habetur in Pal. 3. *id erat flumen*

Digitized by Google

pias suis adjungunt: atque ita instructa acie, in dextro cornu (id erat flumini propius) Romanos

propius. GEBH. Scripti mei nihil mutant. at quaedam editionum vetustiorum Pal. tert. consentiunt. Ascens. deinde anno 1513. *id erat propius flumen* subposuit. Ut *flumen* sit casus quartus, de qua constructione v. ad 2, 41, 11. Aldus deinde dedit id, quod nunc vulgo circumfertur: id autem firmant omnes codd. et superest in edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Romanos equites locant, deinde pedites] Salmasius de Re militari c. 8. tametsi verbis Livii satis obscure sit exposita illa ordinatio, hoc tamen voluisse eum putat constare, dextrum cornu ex equitibus Romanis et peditibus socialibus fuisse compositum; mediam aciem tenuisse Romanos; huic adjunctos in laevo cornu pedites sociorum, quod etiam *extremi*, id est, post pedites positi tenuerint sociorum equites. Ego, quantum Livius exponit, in dextro cornu nullos sociorum pedites agnosco. Neque enim ratio est, cur in tali sermone, *in dextro cornu Romani equites, deinde pedites*, non Romanos, sed sociorum pedites intelligam. Tum nihil de his Polybius. Denique in proelii partibus commemoratis nostro, video in dextro cornu equites Romanos primum ex equis, dein exemplo consulis pedestres pugnare hos ipsos equites, nullos socios. Mirum tamen est, nihil directe dici de media acie, quam tenuisse pedites Romanos certum est, non dextrum cornu, ut ista verba velle videntur. Quid quaeris? scribendum *Romanos equites locant: medii pedites.* Sic et Polybius [3, 113.] *Τοὺς μὲν οὖν τῶν Ῥωμαίων ἱππεῖς παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρατος κατέστησε. Τοὺς δὲ πεζοὺς συνεχεῖς τούτοις ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας ἐξέτεινε, πυκνοτέρας ἢ πρόσθεν τὰς σπείρας καθιεὶς ἀνῶν, καὶ ποιῶν πολλαπλάσιον τὸ βάθος ἐν ταῖς σπείραις τοῦ μετώπου· Τοὺς δὲ συμμάχων ἱππεῖς εἰς τὸ λαιὸν κέρας παρενέβαλε.* Ubi qui vertit *πυκνοτέρας* etc. *Signa magis conferta in extrema acie, quam in prima, statuit, numero cohortium in extremis ordinibus multiplicato:* virum doctissimum et rei militaris antiquae et Romanae peritissimum, non secus Latine reddidisse Polybii verba, quam si utriusque rei in summa versaretur ignorantia, pronunciat *ὁ πάνυ.* Ipse sic transtulit: *magis confertis quam pro more ordinibus et multiplicata altitudine in iis manipulis, qui in fronte constituti erant.* Quod haud facile intelligeres, nisi ipse, quam infelicitér hic rem gesserit, explicuisset. *Πρόσθεν* ei est *pro more: μέτωπον media acies: τὸ βάθος* factum *πολλαπλάσιον ἐν ταῖς σπείραις τοῦ μετώπου, altitudo, vel ordines multiplicati in illis, qui a fronte constiterant:* idque de his vult narrari, tanquam aliud illo, quod in cornibus contigerat, ubi starent pedites sociorum: dicique, media in acie duplo plures ordines peditum fuisse, quam in singulis cornibus. Indagat etiam rationem hujus dicti: nempe tantundem in exercitu fuisse civium et sociorum, et quia socii divisi essent in cornua, non potuisse illorum singulis in cornibus esse tot ordines, quot erant civium in media acie conjunctorum. Horum ego ex Polybii loco nihil colligo. Vertendum autem censeo:

Digitized by Google

equites locant, deinde pedites: laevum cornu ex- 7
tremi equites sociorum, intra pedites, ad medium

plures, quam ante, manipulos retro constituens, multiplicatis introrsus cujusque manipuli ordinibus, sic ut latera frontem vincerent. Accipio enim ποιῶν ἐν ταῖς ἀπείραις τὸ βάθος πολλαπλάσιον τοῦ μετώπου, et βάθος pro eo, quod alias est πλάτος, ἢ πάχος, *subsidia* Latinis, latitudinem aciei a primis ordinibus hosti adversis ad postremos a tergo; μέτωπον, quod et πρόσωπον, et μῆκος, *frontem*, longitudinemque aciei, ab equitatu, qui in dextro cornu est, ad eum, qui in sinistro: et πολλαπλάσιον, quod πλεῖον, πυκνότερον· compararique censeo, non legiones et auxilia, vel mediam aciem cum cornibus, sed frontem cum subsidiis, frontem et latera, latum et longum acici, ut quidem ut plurimum loquuntur veteres. Adde ad 2, 31, 2. 25, [21, 6.] *Prima legio et sinistra ala in primo instructae, et in longitudinem porrecta acies, clamantibus tribunis, nihil introrsus roboris ac virium esse, et, quacumque impetum fecisset hostis, perrupturos.* 28, [33, 12.] *Ipse omnia signa peditum in hostes vertit: quatuor cohortes in fronte statuit, quia latius pandere aciem non poterat.* 32, [17, 8.] *Conferti pluribus introrsus ordinibus acie firmata.* 33, [8, 14.] *Simul ne facile perrumperetur acies, dimidium de fronte demptum introrsus porrectis ordinibus duplicat, ut longa potius, quam lata, esset acies.* Quod Polybius τοῖς δὲ πελταστὰς καὶ τοῖς φαλαγγίταις παρήγγειλε διπλασιάζειν τὸ βάθος καὶ πύκνος. 37, [40, 1.] *Haec media acies fuit in fronte in decem partes divisa. Partes eas, interpositis binis elephantis, distinguebant. a fronte introrsus in duos et triginta ordines armatorum acies putebat.* Polybius 1, [33.] de acie Reguli τὴν δὲ σύμπασαν τάξιν βραχυτέραν μὲν ἢ πρόσθεν, βαθυτέραν δὲ ποιήσαντες: ubi tamen τὸ πρόσθεν aliter accipiunt. At in Xanthippi acie habet ibidem τὸ μέτωπον sic acceptum. *Τοὺς μὲν ἐλέφαντας ἐξαγαγὼν ἐφ' ἕνα πρὸ πάσης τῆς δυνάμεως ἐν μετώπῳ κατέστησε.* Livius 37, [41, 4.] *Regii tam lata acie, ne ex medio quidem cornua sua circumspicere poterant.* Diodorus Siculus 20, [738.] *Τοῦ δ' ἐυωνύμου Βομίλκας ἡγούμενος βαθεῖαν ἐποίει τὴν φάλαγγα, κωλύοντος τοῦ τόπου καρκτείνειν ἐπὶ πλεῖον.* Polyaenus 2, [10.] in Cleandrida. *Τὴν φάλαγγα συνήγαγεν εἰς βάθος. ἐπεὶ δὲ Λευκανοὶ καταφρονήσαντες ὡς ὀλίγων ἐπὶ μῆκος ἐξέτειναν τὰς τάξεις, ὑπερφαλαγγῆσαι πειρώμενοι.* Et 4, [6, 19.] in Antigono. *Καὶ τῆς ὑστεραίας τὸ μῆκος τῆς φάλαγγος διπλάσιον ἐκτείνας, τοῦ Χάρακος ἐξήγαγεν. οἱ δὲ πολέμιοι παρὰ τῶν κηρύκων ἀκούσαντες τὴν παρουσίαν τῶν συμμάχων, τὴν μὲν ἔκτασιν τοῦ μήκους τῆς φάλαγγος ὁρῶντες, τὸ δὲ βάθος ἐυκαταφρόνητον ἔχοντος, μάχην συνάψαι φοβηθέντες ᾤχοντο.* Ita legendum, non ἔχοντὲς. Casaubonus deesse aliquot verba suspicatur, et conjicit ἔχοντας, vel ἔχειν ἀγνοοῦντες. At omnia salva, si literam mutes: refertur enim τὸ ἔχοντος ad τὸ μήκους. *Ὁρῶντες τὴν ἔκτασιν τοῦ μήκους τῆς φάλαγγος, τὸ δὲ βάθος ἐυκαταφρόνητον ἔχοντος*, est, videntes tam latam aciem phalangis, quae tamen paucos et contemni faciles introrsus ordines haberet. J. FR. GRON. Sancta debent esse haec

Digitized by Google

juncti legionibus Romanis tenuerunt jaculatores. ex ceteris levium armorum auxiliis prima acies facta.
8 Consules cornua tenuerunt; Terentius laevum, Aemilius dextrum. Gemino Servilio media pugna tuenda data.

verba, et nullo contactu violanda; quum clare pateat ex sequentibus, hos pedites usque ad medium aciei patuisse, donec jungerentur peditibus sociorum, a quibus laeva pars aciei incipiebat. Itaque mirum esse non potest, nihil directe dici de media acie, quum satis intelligatur, equitibus Romanis in dextro, sociorum in sinistro cornu collocatis, pedites Romanorum junctos equitibus Romanis tenuisse dimidiam partem mediae aciei, dimidiam occupantibus peditibus sociorum. Et prorsus se ipse tutatur Livius 10, 27, 10. *Dextro cornu Galli, sinistro Samnites constiterunt. adversus Samnites Fabius primam ac tertiam legiones pro dextro cornu, adversus Gallos pro sinistro Decius quintam et sextam instruit.* Neque hic ulla mentio mediae aciei; et tamen ea se ipsa satis percipiendam sponte praebet. JAC. GRON. Codices etiam nihil mutant, nisi quod *Romanos milites* sit in Lovel. 3. 4. 5. et Voss. solito scribarum errore. V. ad 10, 29, 10.

§. 7. *Tenuerunt jaculatores. ex ceteris* etc.] Scribe: *jaculatores et caetera levium armorum auxilia prima acies facta.* Polybius [3, 113.] *Πάσης τῆς δυνάμεως προέστησε τοὺς εὐζώνους ἐν ἀποσάσει.* Sed et statim Put. *tenererent.* Pet. melior, Voss. et alii *tenerent:* ut videatur velle *tenuerunt*, pro *tenent:* iidem et plures *Gemino*, vel *Geminio Servilio*, non *Cnaeo.* Quia autem vix credibile est, eandem vocem ita in propinquo sine gratia repetitam, primo loco delendam censeo, ut fuerit hoc modo: *in dextro cornu (id erat flumini propius) Romanos equites locant: medii pedites: laevum cornu, extremi, equites sociorum; intra, pedites, ad medium juncti legionibus Romanis. Jaculatores et caetera levium armorum auxilia, prima acies facta. Consules cornua tenuerunt, Terentius laevum, Aemilius dextrum: Gemino Servilio media pugna tuenda data.* Sed et, si *τὸ pugna* absit, non desideres. ut Polybius *τὰ μέσα.* J. FR. GRON. Salmas. de Re milit. Rom. praeterquam loco proxime a Gronovio memorato, adhuc bis de acie Romanorum Cannensi egit. primo c. 16. p. 1402. ubi, legens *ad medium juncti legionibus Romani tenuerunt jaculatores. Ex ceteris levium armorum auxiliis prima acies facta*, addit. „Ita enim puto eum „locum constituendum, absque „ulla mutatione, quae etiam nul„la conspicitur in veteribus li„bris.“ Verum ibidem, invitis omnibus libris, *Romani* laudat pro *Romanis:* non tamen casu, sed quod ita legendum putaret. Docet enim, per *Romanos jaculatores* intelligendos esse leves Romanorum pedites. Deinde de ea egit etiam c. 17. p. 1413. ubi ita legendum atque interpungendum judicat: *atque ita instructa acie in dextro cornu, id erat propius flumen, Romanos equites locant, deinde pedites. Laevum cornu extremi equites*

Digitized by Google

XLVI. Hannibal luce prima, Baliaribus levique 1
alia armatura praemissa, transgressus flumen, ut
quosque traduxerat, ita in acie locabat. Gallos Hi- 2
spanosque equites prope ripam laevo in cornu ad-
versus Romanum equitatum: dextrum cornu Numi- 3

sociorum, *intra pedites ad medium juncti legionibus Romanis tenuerunt. Ex jaculatoribus et ceteris levium armorum auxiliis prima acies facta.* Sed, vulgatum servantibus Mstis, neque hanc Salmasii, neque illam Gronovii conjecturam probandam puto, quod utraque nimium a recepta lectione recedant. Non dubito tamen, quin locus mendosus sit. Minima igitur mutatione legendum puto: *juncti legionibus Romanis tenuerunt: jaculatores cum ceteris levium armorum auxiliis prima acies facti.* Pro vocula *ex* scripsi *cum* sive co, ut per compendium scribitur. Illae autem voculae ob ductuum in scriptura Longobardica adfinitatem facillime commutari possunt. Livium ita emendandum esse, etiam Doujatio suboluit. Non opus autem est, ut verbum *tenuerunt* ideo cum Gronovio deleamus, quod proxime iterum sequatur. V. ad 1, 3, 9.

§. 8. *Consules cornua tenent*] *tenerent* Flor. a m. 1. *tenuerunt*, ut Gron. ad §. praec. legendum conjecit, a m. 2. et ita etiam omnes mei cum Hearnii L. 1. In verbis proximis *L. Paulus Aemilius* Lovel. 3. *Terentius dextrum Aemilius laevum* Lovel. 1. Male. Polyb. 3, 114. Εἶχε δὲ τὸ μὲν δεξιὸν τῶν Ῥωμαίων Αἰμίλιος, τὸ δὲ εὐώνυμον Γάϊος.

Cn. Servilio media pugna tuenda data] Polybius [3, 114.] Servilio M. etiam Atilium priore anno Servilii collegam addit; quem tamen aetatem excusantem Romam a consulibus missum fuisse ante, Livius scripsit [c. 40, 6.] SIG. Recte Gronov. ad §. praec. *Gemino Servilio* restituit, et in contextum recepit. Ita enim, vel *Geminio*, non tantum omnes mei, uno Berol. excepto, verum etiam, quas vidi, editiones vett. legunt, usque ad Mogunt. quae prima *Cn. Servilio* dedit. *Gemino Servilio* conjecit etiam Latinius. V. quoque supra hoc lib. c. 40, 6. Tum *pugna media* Ber. vox *media* defit in Hafn. Deinde *tenenda* Lovel. 3. sollemni librarii errore. V. ad 10, 3, 2.

§. 1. *Balearibus levique alia armatura praemissa*] Polybius ante [3, 113.] ait: Τοὺς μὲν Βαλεαρεῖς καὶ λογχοφόρους. SIG. Pall. pr. ac tert. *levique armatura praemissa.* sec. *levique armatura alia.* GEBH. *levique armatura* Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. vett. Id si fide digniores atque optimae notae codd. firmarent, non displiceret. Quum autem Baliares fuerint levium armorum milites, *Baliaribus levique armatura* acciperem, ut *Virginius*, *et tribuni* 3, 25, 4. ubi plura vide. Adde, quae notantur ad 21, 55, 2.

§. 2. *Gallos Hispanosque equites prope ripam*] Longe aliter Silius; cujus versus, quia vulgo corruptissimi sunt, nos non illibenter occasione oblata hic emaculatos adscribemus. Ergo [9, 220.] *Barbaricus laevo* etc. MOD.

Digitized by Google

dis equitibus datum, media acie peditibus firmata; ita, ut Afrorum utraque cornua essent, interpo-
4 nerentur his medii Galli atque Hispani. Afros Romanam magna ex parte crederes aciem: ita armati erant, armis et ad Trebiam, ceterum magna ex par-
5 te ad Trasimenum captis. Gallis Hispanisque scuta ejusdem formae fere erant: dispares ac dissimiles gladii: Gallis praelongi ac sine mucronibus: Hispa-

Pall. tres *Hispanosque equites*. GEBH. Gruterus, eumque secutus Dan. Heinsius apud Elzevir. vocem *equites*, quam postea Gronov. revocavit, omiserant. Eam igitur in Mstis suis superesse Gebhardus testatur; quibus etiam consentiunt omnes mei. Mox *laevo cornu* Gaertn. Ex Modii autem nota expunxi bene longum Silii testimonium, non tantum compendii caussa, verum etiam, quia nulla ex eo macula exemta erat, quod tamen se facturum Modius jactarat. V. ipsius et N. Heins. notas ad Silii loc. laud.

§. 3. *Media acie peditibus firmata*] Vet. lib. *media acies*. SIG. Reperitur in Pal. sec. *media acies*. GEBH. Ita et Ber. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Pro altera lectione stant optimi ac numero plures.

§. 5. *Ante cetris animato. Is gentium habitus tum magnitudine corporum*] Vos sic emendatis: *Talis habitus gentium illarum*. Ego sic *Ante alia habitus*, sive, *Inter alia ipse habitus*. VALLA. Foede interpolatus locus. Lectio vetus *añ telus aiatus gentium harum tum magnitudine*. Puto legendum *Ante alia ornatus gentium harum tum m. c. tum s. terribilis erat. Galli*, etc. Quidquid praeter haec est, Livii non est. Expressa omnia paene ad verbum e Polybio [3, 114.] *Καὶ τῶν Κελτῶν γυμνῶν, τῶν δ' Ἰβήρων λίνοις περιπορφύροις χιτωνίσκοις κεκοσμημένων κατὰ τὰ πάτρια ξενίζουσαν ἅμα καὶ καταπληκτικὴν συνέβαινε γίνεσθαι τὴν πρόσοψιν*. Itaque dubito, quia in Polybio *πρόσοψις*, ne ex illo *aiatus* faciendum *aspectus*. Similia istis in libro suo Valla repperisse videtur. LIPS. 2. Ep. Quaest. 1. Locus fractus, cui mederi et ante bina secula docti magis conati sunt, quam re ipsa praestiterunt. Quippe et Valla legendo succurrere instituit. *Ante alia habitus*, sive *Inter alia ipse habitus*. Pal. pr. *ante taleus armatus. gentium harum tum m. c.* quam scripturam et in suis invenit libris Lipsius. Pal. 2. *Talis habitus gentium harum cum m. c. tum s. terribilis erat. Galli*. Tert. fere respondet similitudine scripturae primo. *ante talem aiatus*. Vet. ed. *ante certis armati. Is gentium harum habitus*. GEBH. Tormenta et cruciatus eruditorum in re minimi negotii, ut tandem nobis apparuit. Quod editur, ab Grutero est: prius, ut et apud ipsum in ea, quam minore forma dedit: *Ante caeteros armati, is gentium harum habitus*. Put. *ante talius hannibatus gentium harum*. manus secunda inducto *b* superposuit *m*. Inde ergo *an-*

Digitized by Google

no, punctim magis, quam caesim, adsueto petere hostem, brevitate habiles et cum mucronibus. ante ceteros habitus gentium harum tum magnitudine corporum, tum specie terribilis erat. Galli super 6
umbilicum erant nudi: Hispani linteis praetextis purpura tunicis, candore miro fulgentibus, constiterant. Numerus omnium peditum, qui tum steterunt in acie, millium fuit quadraginta, decem equi-

te talias hannimatus. Flor. optimus *ante talius animatus*. Duodecim omnes codices membranaceos super hoc loco consuluimus cum similibus ludibriis. Laur. Valla *ante alia habitus*, vel *Inter alia ipse habitus*. Lipsius *Ante alia ornatus*, vel *aspectus*. Tandem fiximus aciem in principe Put. et eruimus *Sane et alius habitus gentium harum*. J. FR. GRON. Excerpta Flor. optimi *ant et alius hanimatus*, pro quo *habitus* emendatur a m. 2. Aliorum codd. vel editionum scripturas enumerasse nihil adtinet, quum prodigiose corrupti sint. Doujatius minus a veterum scriptura distare putat, si legamus *Ante et alios armatus gentium harum*, addens, re vera Hispanos et Gallos *ante alios* fuisse, *cuneo a reliqua prominentes acie*, ut statim Livius post Polybium notat: *armatus* autem accipit pro armatura. Mihi tamen longe verisimilior videtur Gronovii conjectura, quam proxime ad manum see. Flor. accedens, a capite *τοῦ ant.* ex fine vocis praecedentis adposito sibilo, et litera *t* in *e* mutata.

§. 6. *Galli super umbilicum erant nudi: Hispani linteis praetextis purpura tunicis*] Post *purpura* distinguendum, ut clarum est ex Polybio, quod non sine caussa admonemus, quippe nullus alioqui sensus erit, et in omnibus codicibus hoc neglectum vidimus. GLAR. Polybius [3, 114.] *Τῶν μὲν Κελτῶν γυμνῶν, τῶν δ' Ἰβήρων λίνοις περιπορφύροις Χιτωνίσκοις κεκοσμημένων*. Ex quo intelligi potest, *praetextis purpura* dixisse Livium, quod Polybius *περιπορφύροις*. et cum *praetexta toga* dicitur, praecise dici pro *praetexta purpura toga*. SIG.

Numerum omnium, qui tum peditum equitumque in acie stetere, illum ferunt, videlicet quadraginta peditum millia, decem equitum] Nota, an non vulgata consuetudine utatur verbo *videlicet*, contra quam Valla [2. Elegant. 60.] praecepit. GLAR. Vox *illum* aperte mendosa est: neque enim intelligere potes, quo referenda sit: suspicor *millia* pro ea scriptum fuisse, et *L. millia* esse legendum ita: *Numerum omnium, qui tum peditum equitumque in acie stetere, L. millia ferunt, videlicet quadraginta peditum millia, decem equitum*. De summa peditum equitumque idem scribit Polybius [3, 114.] Placet autem, ut, quemadmodum de Romanis dixit, in universum affuisse VII. et LXXX. millia: sic de Poenis dicat, deinde vero distinguat. SIG. Ad hunc fere modum legitur in Pall. 1. et 3. in sec. autem *Numerum*

Digitized by Google

cum dextro Romano concurrit, minime equestris
2 more pugnae: frontibus enim adversis concurrendum erat, quia, nullo circa ad evagandum relicto spatio, hinc amnis, hinc peditum acies claudebant
3 in directum utrimque nitentes. Stantibus ac confertis postremo turba equis, vir virum amplexus detrahebat equo. pedestre magna jam ex parte certa-

saltem negligit praepositionem *ab*. GEBH. *Clamore procursum* praeferunt etiam Voss. et Lovel. 1, 3. 4. ac 5. De qua locutione v. Gronov. ad 2, 56, 4. et quae notavi ad 5, 45, 2. Id non displiceret, si optimi adsentirentur; qui quum vulgatum constanter servent, ils adversari non ausim, praesertim, quum ita Livius etiam alibi loquatur. Supra 3, 28, 2. *Clamorem omnes tollere jubet; clamore sublato ante se quemque ducere fossam.* 4, 37, 9. *Clamor excitatior crebriorque ab hoste sublatus.* 8, 38, 10. *Ut neque clamor, ut primo semel concursu est sublatus, iteratus sit.* 10, 14, 18. *Signa clamorque sublatus terruere Samnitium animos.* c. 40, 13. *Priusquam clamor tolleretur, concurreretur-que.* hoc lib. c. 60, 1. *Clamor flebilis est sublatus.* 23, 44, 8. *Clamor ex parte utraque sublatus proximos revocavit.* et alibi. Praeterea *procursum auxiliis* non tantum iidem praeferunt codd. sed insuper etiam Flor. Harl. Ber. Hav. et plures ex priscis edd. ut Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. Parm. et Tarvis. utraque. V. ad 6, 11, 4.

§. 2. *Frontibus enim adversis concurrendum erat*] Pal. sec. *occurrendum*. GEBH. Lectio illa errori librarii adscribenda est. V. ad 36, 24, 4. Est autem *concurrere* verbum militare pro proelium committere. V. Freinsh. in Ind. Flori et Justini ea voce; ubi locutionis rationem reddit. *frontibus tantum adversis* habet Lovel. 3. Paullo post *ad vagandum* Lovel. 5. Male. V. ad 2, 11, 10. Tum *in derectum* Flor. a m. 1. quomodo optimos Virgilii codd. passim legere, auctor est Pierius ad 2. Georg. 281. Et ita Flor. supra 21, 47, 8. V. etiam ad 1, 11, 9. (* 37, 27, 4.) et quae notavi ad Silii 4, 678. Similiter se ubique in optimis Caesaris membranis invenisse, viri docti monuerunt.

§. 3. *Stantibus ac confertis postremo turbatis equis*] A veteri absunt ista *postremo turbatis*. Et certe scioli nebulonis glossema fuit. Nihil ad hanc rem turbatio equorum. Nam quod ait *stantibus*, dixit ad discrimen, quia non ut in equestri pugna procursantibus. LIPS. 2. Epist. Quaest. 1. Haud secus, quam vulgo exstat, Pall. tres et prisca ed. Lipsius tamen verba *postremo turbatis* exturbat tamquam glossema. GEBH. Scriptor Lipsiani codicis verba *postremo turbatis*, quibus offendebatur, perinde ut ille subtilissimae naris Lipsius, omisit. Sed alia cura est opus. *Stantibus ac confertis postremo turba equis, vir virum amplexus.* Sic Put. et Petav. melior. *Postremo*, id est, postquam concurrissent, stantibus jam immo-

Digitized by Google

men factum erat: acrius tamen, quam diutius, pugnatum est; pulsique Romani equites terga vertunt. Sub equestris finem certaminis coorta est peditum 4
pugna. primo et viribus et animis pares constabant ordines Gallis Hispanisque: tandem Romani, diu 5
ac saepe connisi, aequa fronte acieque densa inpulere hostium cuneum nimis tenuem, eoque parum

bilibus et confertis ob nimiam turbam in angustiis loci equis. J. FR. GRON. Omnes mei priscae lectioni consentiunt, nisi quod unus Lovel. 1. verba *postremo turbatis* ad exemplum Msti Lipsiani omittat. Gronovius verum Livio reddidit. Praeterea *Stantibus ac consertis* edd. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. ac Parm. V. ad 22, 28, 10. Mox *acrius jamque diutius* Lovel. 5. *acrius tamen quam diu* Ber. a m. 1. et Lovel. 2. Insuper *τὸ est* non adparet in editis Aldo vetustioribus.

§. 4. *Primo et viribus et animis pares constabant ordines Gallis Hispanisque*] *primo ex viribus et animis parum constabant* Gaertn. *parum*, pro *pares*, etiam Voss. Lovel. 2. 3. 4. et Harl. *par constabant* Lovel. 5. Ber. et Hav. Vulgatum verum esse, indicat Polyb. 3, 115. Paullo ante *Sub equestris fine certaminis* Lovel. 3. 4. et 5. V. ad 2, 55, 1. Hinc *exorta est peditum pugna*, pro *coorta*, Lovel. 2. et Ber. V. ad 5, 29, 3.

§. 5. *Diu ac saepe consilio agitabant, qua fronte acieque densa inpellerent h. c. n. n. t. e. p. v. a ceteris prominentem acie*] Malim *consilia*. Est enim haec ei trita locutio *agitare consilia*. *Agitare consilio* adhuc non legi. SIG. Hem! tempus illud ferebat scilicet, ut diu consilia agitarentur? imo res potius. quid deinde post consilium? Ait *impulsis deinde ac trepide referentibus pedem*. nec narrat vel verbo, quomodo haec gesta. Quid multa? vulgata lectio merae nugae. Libro meo abest vox *agitabant*: et pro *impellerent* scribitur *impuluere*. En veram lectionem: *Tandem Romani diu ac saepe connisi obliqua fronte acieque densa impulere hostium cuneum*. Palmaria haec correctio est. quod ad scripturam, ex illis *consilio qua* quam facile *connisi obliqua*? in *inpuluere* manifesto *impulere*. At illud sequens *a ceteris prominentem acie* legitur in V. *a prominentem acie cetera*. Lego *a cetera prominentem acie*. Tota narratio Livii intelligetur ex ratione aciei instructae, quae expressa breviter apud Plutarchum est [in Fab. 183.] Eadem Polyb. diffusius. Ceterum illud Livii *cuneum a cetera prominentem acie* vertit Plutarchus ἐμβόλῳ προέχοντι τῆς ἄλλης φάλαγγος. ne quis de restitutione dubitet. LIPS. 2. Epist. Quaest. 1. Secutus heic sum et Lipsii conjecturam et meam, adjutus MSS. ipsius: tanto quidem libentius, quod vulgata plena puris ac veneni. GRUT. Consentit Palatinus pr. Lipsii libro *Tandem Romani diu ac saepe consilio qua fronte acieque densa in pulvere hostium cuneis ni-*

Digitized by Google

6 validum, a cetera prominentem acie. inpulsis deinde ac trepide referentibus pedem insistere: ac tenore uno per praeceps pavore fugientium agmen in mediam primum aciem inlati, postremo, nullo resi-
7 stente, ad subsidia Afrorum pervenerunt; qui utrimque

mis tenuem eoque parum validum ac caetera prominente acie. Et ita ferme Pal. 3. nisi quod in fine *a caetera prominente acie.* Nota est Cl. Lipsii emendatio, quam ille palmariam pronunciat. A nostris libris nihil omnino est opis. GEBH. Admisimus, ut et Gruterus, correctionem Lipsii, quam ipse palmariam vocat, ducentibus eodem membranis: nisi quod *aequa*, non *obliqua*, et res ipsa requirit, et ingerit optimus liber, in quo est *consiliaeque fronte.* Et hoc est Polybii ἐπὶ τῆς ἐυθείας. 36, [44, 1.] *Et aequa fronte ad pugnam procedebat.* 37, [39, 9.] *Consul tria millia ferme peditum aequata fronte instruxit.* Seneca de vita beata 4. *Idem exercitus modo latius panditur, modo in angustum coarctatur, et aut in cornua sinuata media parte curvatur, aut recta fronte explicatur.* mox etiam legendum *institere:* etsi videam, ut alterum defendi possit. J. FR. GRON. *diu ac saepe consilio agitant, qua fronte,* quomodo fere ante Sigonium vulgo exstitit, superest apud me in Ber. et Hav. neque dissentit Hafn. nisi quod *consilio suo agitant* legat. sed *consilio quam fronte* est in Voss. *consilio ac fronte* in Lovel. 1. *consilio qua fronte* in Flor. Cant. Lov. 2. 4. Harl. et Gaertn. Similiter etiam in Hearnii Oxon. nisi quod *duo*, pro *diu*, praeferat. Sed, ut Gruterus et Gronov. optime restituere, *connisi aequa fronte* est in Lovel. 3. *connixi aequa fronte* in Lovel. 5. Deinde recte etiam *inpulere* plerique codd. Tandem *a prominente acie cetera* Lovel. 1. *a cetera prominente acie* Flor. Voss. Lovel. 2. 4. Harl. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *a cetera prominentem acie* Lov. 3. 5. Ber. Hav. et editionum antt. pleraeque posteriores. operarum deinde errore Basil. anno 1539. *a caeters* datum est, pro quo Curio substituit *a caeteris.*

§. 6. *Tenore uno per praeceps pavore fugientium agmine in mediam*] Scripti fere *agmine.* Sed recte, opinor, correxerunt *agmen.* Est enim perculsum et inclinatum et praeceps actum, statumque recuperandi nescium ob nimium pavorem. Per illud, partim per locum, quem tenuerant, partim inter hos solutis ordinibus et disjectos, partim super qui ex iisdem sternerentur subinde, insequens avide Romanus continenter et quasi pro telo in mediam hostium aciem receptus est, ut loquitur Frontinus Strat. 2, 3, 7. *Postremo*, pergit noster, *nullo resistente, ad subsidia Afrorum pervenerunt, qui utrimque reductis alis constiterant, media, qua Galli Hispanique steterant, prominente acie.* Nam ita leg. non *mediique*, nec *mediaque*, ut Lipsius. Put. et Pet. *mediaque.* Quod si quis elidendum censebit τὸ *steterunt*, adversarium me non habebit. Po-

Digitized by Google

que reductis alis conſtiterant, media, qua Galli Hispanique ſteterant, aliquantum prominente acie: qui cuneus ut pulsus aequavit frontem primum, de- 8
inde nitendo etiam sinum in medio dedit, Afri circa jam cornua fecerant; inruentibusque incaute in medium Romanis, circumdedere alas: mox, cornua

lybius [3, 115.] Ὀυ γὰρ ἅμα συνέβαινε τὰ κέρατα καὶ τὰ μέσα συνάπτειν, ἀλλὰ πρῶτα τὰ μέσα, διὰ τὸ τοὺς Κέλτους ἐν μηνοειδεῖ σχήματι τεταγμένους, πολὺ προπεπτωκέναι τῶν κεράτων, ἄτε τοῦ μηνίσκου τὸ κύρτωμα πρὸς τοὺς πολεμίους ἔχοντος. Frontinus: *reductis cornibus productaque media acie.* et *conserto proelio, paullatim invicem sinuantibus procedentibusque ad praeceptum cornibus.* J. FR. GRON. *fugientium agmine* eſt in Flor. Voſſ. Lovel. 1. 4. et Harl. eamque lectionem Gronov. in pr. ed. notarum ex Put. et Pet. probavit; quam inmutatam credebat a librariis, quos tot ablativi offenderunt. ambitum autem orationis ita evolvendum exiſtimavit. *tenore uno* Romani simul cum *agmine* Gallorum Hispanorumque *pavore fugientium per praeceps inlati.* Melius tamen in secundis curis praetulit *fugientium agmen*, quod non tantum supereſt in reliquis Mſtis, sed in omnibus etiam excusis.

In mediam primam aciem inlati] Vetus *mediam primum.* LIPS. 2. Epiſt. Quaeſt. 1. *primum* approbat etiam editio vetus Moguntina. MOD. Adprobant etiam omnes codd. et edd. usque ad Froben. qui anno 1535. *primam* male subſtituit. Mox *nullo existente* perperam Cant.

§. 7. *Mediique Galli Hispanique steterunt*] Vetus *mediaque Galli*, et *steterant.* LIPS. 2. Epiſt. Quaeſt. 1. Militis gloſſam censeo illud *steterunt.* GRUT. Pal. 1. *mediasque* cum nota expunctionis *τοῦ s.* Et ita legit ex suo libro Lipsius. GEBH. *mediaque Galli* Flor. Voſſ. Lovel. 3. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. et D. *media qua Galli* Lovel. 1. et 5. *steterant* autem omnes, quibus usus sum, scripti, ut et Hearnii N. et L. 1. quod eorum fide recepi. Gronov. priori ed. notar. hunc locum ita legendum censuit: *ad subsidia Afrorum pervenerunt: (utrimque reductis alis* (bi nempe Afri) *constiterant, media, qua Galli Hispanique steterant, aliquantum prominente acie:) qui.* Sed praeſtat, quod in iterata ed. ad §. praec. proposuit.

§. 8. *Nitendo etiam sinum in medio dedit*] Reſtat in Pal. 2. *nitendo in sinum et in medium dedit.* in Pall. 1. et 3. *nitendo etiam in sinum in medio dedit.* GEBH. *etiam in sinum* praeferunt quoque Flor. Voſſ. Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Hav. perperam, ut omnes vident.

Afri circa jam cornua vim fecerant] Iterum interpolata lectio. Scripsit Livius, *Afri circa, jam cornua fecerant.* et ita vetus. at illi boni correctores, dum putant *circa* ad *cornua* referendum, et *vim* vocem intruduunt, sententiae profecto vim fecerunt. Dixit *circa*, ut ante: *Nullo circa*

Digitized by Google

9 extendendo, clausere et ab tergo hostes. Hinc Romani, defuncti nequidquam proelio uno, omissis Gallis Hispanisque, quorum terga ceciderant, etiam
10 adversus Afros integram pugnam ineunt, non tantum eo iniquam, quod inclusi adversus circumfusos, sed etiam quod fessi cum recentibus ac vegetis pugnabant.

1 XLVIII. Jam et in sinistro cornu Romano, ubi

ad evagandum loco. LIPS. 2. Epist. Quaest. 1. Vox *vim* in nullo cod. obvia fuit, quam etiam recte Aldus omisit. *circa* sine casu poni, vidimus ad 1, 4, 6. 9, 2, 7.

§. 9. *Etiam adversus Afros integram pugnam ineunt*] Abeunt MSS. *etiam* et *integram*. Recte LIPS. 2. Epist. Quaest. 1. *Τὸ integram* parum integre hic legi, clamat conspiratio ed. Moguut. veteris et membranarum Lipsianarum. MOD. Pall 1. et 3. *quorum terga ceciderant, adversus Afros pugnam ineunt.* GEBHARD. Lipsio recidenti *τὸ integram* subserviunt optimi codices, sed pro *etiam* volunt *et.* J. FR. GRON. Vocem *integram* nesciunt Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et editi ante Aldum. Similiter *τὸ etiam* exsulat a Lovel. 2. et Gaertn. Ejus loco *et* praeferunt Flor. Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. idque probat etiam N. Heins. ad Vell. Pat. 2, 116, 3. quo loco *τὸ et* saepe pro *etiam* poni, et a librariis in *etiam* corrumpi docuit. Ejus erroris in codd. Livii tot exstant exempla, ut, si omnia enumerarentur, taedio foret. Exempli caussa v. ad 1, 21, 2. c. 29, 5. c. 30, 3. c. 32, 4. 2, 31, 7. c. 42, 6. c. 52, 1. etc. Adde Cel. Burm. ad Suet. Caes. 31. Cl. Crenierius, in cujus etiam plerisque scriptis *et adversus* exstat, potius *et* superesse, legendumque *jam adversus Afros* suspicatur.

§. 10. *Non tantum eo iniquam, quod inclusi adversus circumfusos*] Haec si concepta habet Pal. pr. *non tantum in eo quicquam iniquum, quod inclusi adversus circumsessos.* sec. et tert. *non tantum in eo quicquam iniquum, quod inclusi adversus Numidas circumfusos.* Mox etiam Pal. sec. *vegetibus*, pro *vegetis.* GEBH. *non tantum in eo quidquam iniquum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. *non tantum in eo quicquam iniquam* Harl. *non tantum eo quicquam iniquam* Lov. 5. *non tantum in eo iniquam* Flor. Praeterea *adversus circumsessos* Voss. Lovel. 1. 2. 4. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. *adversus Numidas circumsessos* Harl. V. infra hoc lib. c. 59, 5. Mox *recentibus ac integris* Hearnii N. quod a librario vel glossatore potius, quam a Livio, profectum esse, illud *ac* ante vocalem satis indicat. V. ad Livii 10, 36, 17. *recentibus ac vigentibus* Ber. ut 21, 43, 4. *Vix integris vobis ac vigentibus transitae.* Verum neque illud placet propter ingratam earumdem literarum repetitionem, et reliquorum codd. dissensum. Supra 6, 22, 7. *Vegetum ingenium in vivido pectore vigebat, virebat-*

Digitized by Google

sociorum equites adversus Numidas steterant, consertum proelium erat, segne primo, et a Punica coeptum fraude. Quingenti ferme Numidae, praeter solita arma telaque, gladios occultos sub loricis habentes, specie transfugarum quum ab suis, parmas post terga habentes, adequitassent, repente ex equis desiliunt; parmisque et jaculis ante pedes hostium projectis, in mediam aciem accepti, ductique

que integris sensibus. Voces *ac vegetis* non adparent in edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 1. *Jam et in sinistro cornu Romano*] Pall. *Jam et sinistro cornu.* GEBH. Optimi nesciunt praepositionem, habent autem *Romani.* Scribo, *Jam et sinistro cornu Romanis.* ut et membranae nonnullae. J. FR. GRON. *Jam et sinistro cornu Romani* etiam Flor. Voss. et Gaertn. *Jam e sinistro cornu Romani* Harl. *Jam in sinistro cornu Romani* Lovel. 4. *Jam cum sinistro cornu Romano* Hav. *Jam et in sinistro cornu Romani* Lovel. 2. *Jam et in sinistro cornu Romanorum* Lovel. 3. *Jam et in sinistro cornu Romanis* Lovel. 1. et 5. *Romanis* quoque in uno e suis esse, Crevier. testatur; qui ita etiam edidit.

§. 2. *Quingenti ferme Numidae, praeter consueta arma telaque*] Conspicitur in Pall. *Quingenti ferme milites Numidae.* GEBH. Put. et Pet. melior *Numidae praeterita arma.* Scribe, *praeter justa arma.* Curtius 4, [14, 5.] *Alium funda saxa librare, paucis justa arma esse.* 9, [7, 19.] *Macedo justa arma sumserat, aereum clypeum, hastam.* Silius 12, [470.]

Millia bis septem justis ducebat in armis
Fulvius.

J. FR. GRON. Numidas equites Livius 35, 11, 7. et Claudian. de Bell. Gild. 435. tantum jaculis instructos, cetera inermes fuisse tradunt. Quae sunt ergo *justa* eorum *arma*, praeter tela? Lipsius 3. de Milit. Rom. 8. a Livio 23, 29. etiam Numidas equites armatos memorari observat, et ex horum genere fuisse eos, de quibus hic agit Livius, suspicatur. Aliud se non reperire dicit. DUK. *Quingenti ferme milites Numidae* Lov. 3. 4. 5. Harl. Hearnii Oxon. et edd. ante Aldum. *Quingenti fere milites Numidae* Rec. *Quingenti ferme milites Numidarum* Ber. et Hav. *Quingenti fere Numidarum milites* Lovel. 2. *Quingenti ferme Numidarum milites* Voss. Hafn. et Gaertn. *Quingenti ferme Numidarum* Lovel. 1. Deinde *praeterita arma* Flor. et Cant. Quorum similiumque codd. vestigiis insistens N. Heins. ad Vell. Pat. 2, 111, 2. legendum censet *praeter solita arma:* quomodo etiam Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii scribendum conjecit. Quod admisi. Mox *gladios acutos* Lovel. 3. Ceterum, quam diverso modo hoc strategema Hannibalis referatur, notavi ad Silii 10, 187.

§. 3. *Parmisque et jaculis ante pedes hostium projectis*] Pal. pr. *parmisque etiam.* tert. *ante*

Digitized by Google

ad ultimos, considere ab tergo jubentur; ac, dum proelium ab omni parte conseritur, quieti manse-
4 runt. postquam omnium animos oculosque occupaverat certamen, tum, adreptis scutis, quae passim inter acervos caesorum corporum strata erant, aversam adoriuntur Romanam aciem; tergaque ferientes, ac poplites caedentes, stragem ingentem, ac majorem aliquanto pavorem ac tumultum, fece-
5 runt. Quum alibi terror ac fuga, alibi pertinax in

pedes hostium jactis. GEBH. *parmisque etiam jaculis* servant similiter Voss. Lovel. 2. et Harl.

§. 4. *Postquam omnium animos oculosque occupaverat certamen*] Pall. duo *oculos animosque.* GEBH. Ita et Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. et Hav. cum edd. Aldo prioribus.

Tum, adreptis scutis, quae passim etc.] Silius meus MS. [10, 186.] *Has inter strages* etc. MOD. Pal. pr. *tum abrectis scutis.* GEBH. *areptis scutis* Lov. 2. *abreptis scutis* Voss. Lov. 1. Harl. et Hav. sollemni scribarum errore, cujus quaedam exempla supra vidimus ad 2, 33, 7. Alia obcurrunt 5, 47, 4. 6, 8, 6. 30, 37, 8. V. etiam Cel. Burm. ad Suet. Aug. 17. et Tiber. 45. Brevitatis caussa in nota Modii omisi testimonium satis longum Silii; in eo enim nihil aliud emendabatur ex Msto, nisi quod vers. 194. *evulsa cadavere tela* legat, quam lectionem jam proposuit in Novant. ep. 13.

Aversam adoriuntur Romanam aciem] Pall. tres *versam.* GEBH. Ita et Flor. Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaerta. et Hav. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *adversam* Lovel. 1. Malp. Indicat enim Numidas invasisse Romanos a tergo. Silius dixit 10, 187. *averso turbine miscent Bella inopina.* Saepissime ita errasse librarios, dictum est ad 2, 31, 6.

§. 5. *Hasdrubal, qui ea parte praeerat, subductos*] Hic de sinistro cornu Romano, et de dextro Poenorum loquitur. Ergo pro *Hasdrubal* legendum *Maharbal,* quod diligens lector, cum judicio haec legens, facile judicabit. Quod si omnino quis contendat, occultam digressionem ad sinistri Poenorum cornu pugnam describendam a Livio factam, quod Polybius [3, 116.] de Hasdrubale diversa quaedam narret a Livio, erit haud dubie legendum *qua parte,* pro *qui ea parte.* At prior opinio magis mihi probatur. GLAR. *Asdrubal* laevum cornu regebat, *Numidae* in dextro erant. Itaque mirum videtur, Livium ita loqui. Asdrubal Numidas ad persequendos hostes mittit, eum ea parte praeesset. Ego certe malim *qui laeva parte praeerat.* Si quidem hoc loco Polybius ait [3, 116.] Asdrubalem a laevo cornu ad Numidas sublevandos se contulisse. ἐπεὶ δὲ ὁι περὶ τὸν Ἀσδρούβαν παρεβοήθησαν ἀπὸ τῶν ἐνωνύμων τοῖς Νομάσι. SIG. Pal.

Digitized by Google

mala jam spe proelium esset; Hasdrubal, qui ea parte praeerat, subductos ex media acie Numidas, quia segnis eorum cum adversis pugna erat, ad persequendos passim fugientes mittit: Hispanos et 6
Gallos pedites, jam Afris prope fessis, caede magis quam pugna, adjungit.

XLIX. Parte altera pugnae Paullus, quamquam 1
primo statim proelio funda graviter ictus fuerat, tamen et obcurrit saepe cum confertis Hannibali, 2

sec. *subditos* praefert. tert. vero omisit *praeerat*. GEBH. Sigonius *qui laeva parte praeerat*. Ego quoque haec corrupta credere malo, quam Livium sui oblitum in locis tam vicinis adeo repugnantia tradidisse. Hasdrubalem praefecit sinistro cornu: Numidas collocavit in dextro: Gallos et Hispanos in prominenti cuneo mediae aciei. Quemadmodum ergo nunc: *qui ea parte praeerat, subductos ex media acie Numidas?* Quemadmodum *Hispanos et Gallos pedites adjungit Afris* in media acie, in qua semper fuerant? Res est, Asdrubalem cum Gallis et Hispanis equitibus occidione occidisse equitatum Romanum in opposito dextro cornu; deinde cum iisdem advectum ad sinistrum cornu Romanum Numidas segnius pugnantes excitasse; et hoc quoque profligato Numidis mandasse persequendos profugos; ipsum autem cum Hispanis et Gallis profectum ad mediam aciem, conjunctumque cum Afris reliquum proelii confecisse. Sic Polybius. *Hispanos et Gallos equites* facile est restituere, superiora mutare arduum. Desiderabatur tale quid: *Asdrubal, qua parte praeerat, victor, laevum quoque Romanorum cornu adortus pari fortuna, Numidas, quia segnis eorum cum adversis pugna erat, ad persequendos passim fugientes mittit: Hispanos et Gallos equites jam Afris prope fessis, caede magis quam pugna, adjungit.* J. FR. GRON. Verba etiam omnino corrupta esse fatetur Crevier. et pro deploratis habet, quae ad sensum necessarium sine librorum ope refingi nequeunt. Nihil definio. Esse tamen potest, Livium sui oblitum hic aliquid humani passum esse. Ejusdem enim erroris etiam alibi exempla obcurrunt. V. ad 7, 15, 6. At Cl. Ant. Periz. in margine Livii mitiori medicina priorem partem hujus loci ita constituendam censet: *Hasdrubal, qui victor ad eam partem penetraverat, subductos ex acie Numidas.* Mox *eorum* deest in Hearnii N. et D. At §. seq. *Hispanos et Gallos milites*, pro *pedites*, Cant. *Afris jam prope fessis*, transpositis vocibus, legunt Flor. Voss. Lov. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Aldum.

§. 2. *Tamen et obcurrit saepe cum confertis Hannibali*] *tamen occurrit* Lovel. 2. et Ber. V. ad 2, 44, 3. *tamen et concurrit* Hafn. V. infra ad 36, 24, 2. Deinde *consertis* editi ante Aldum. V. ad 22, 28, 10.

Digitized by Google

et aliquot locis proelium restituit, protegentibus
3 eum equitibus Romanis; omissis postremo equis,
quia consulem et ad regendum equum vires defi-
ciebant. tum denuncianti cuidam, jussisse consulem
ad pedes descendere equites, dixisse Hannibalem
4 ferunt: *Quam mallem, vinctos mihi traderet!* Equi-
tum pedestre proelium, quale jam haud dubia ho-
stium victoria, fuit; quum victi mori in vestigio

§. 3. *Omissis postremo equis, quia consulem ad regendum equum vires deficiebant*] Pall. tres *quia consulem et ad regendum equum*. GEBH. Intellige protegentibus eum equitibus Romanis, primum justo militiae suae more in equis, deinde omissis equis. Post *τὸ consulem* interponunt *τὸ et* meliores. Posses etiam, *Omissi postremo equi, quia et consulem ad regendum*. Forte et melius *renuncianti*. J. FR. GRON. *et ad regendum equum* Flor. Voss. Lov. 2. 3. Harl. et Ber. Deinde *quia consuli* Harl. Hafn. Hav. et Hearnii D. et N. Sed vulgatum *consulem* praestat. Ita enim plerumque Livius et alii, qui optimo aevo scripserunt, loqui soliti fuere. Infra hoc lib. c. 50, 8. *In quibus trucidandis et ferrum et vires hostem defecerunt*. 28, 15, 2. *Vires etiam deficere Hasdrubalis exercitum coeperant*. c. 41, 16. *Dies me deficiat, si numerare velim*. 37, 5, 3. *Quum oppidanos jam vires, jam tela, jam ante omnia animus deficeret*. quorum quibusdam locis unus aut alter cod. pariter errarunt. Plura post Inl. Heinsium notavi ad Silii 8, 661. Mox verisimilis est Gronov. conjectura *renuncianti*. Similiter enim supra variant codd. 8, 36, 2. Quin et passim verba ex vocalis *de* et *re* composita in codd. confundi, supra dictum est ad 9, 10, 6. *nuncianti* malebat Crevier.

Quam mallem, vinctos mihi traderet. Equitum pedestre proelium] Plutarchus [in Fabio 183.] *Τοῦτο μᾶλλον ἠβουλόμην, ἢ εἰ δεδεμένους παρέλαβον*. Id est, *Hoc mallem; quam si mihi vinctos traderet*. SIG. Pall. tres *vinctos mihi traderent equites. Tum pedestre proelium*. Neque discordat prisca ed. Aptior vero videtur, quam habet Plutarchus sententiam. GEBH. Pall. Gebhardi consentiunt Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Hearnii N. L. 1. et prisca ed. neque aliter Gaertn. nisi quod *quom*, pro *tum*, praeferat. *darent equites. tum pedestre proelium* Hav. *traderet equites. tum pedestre proelium* Rec. cum edd. Ascens. et Mogunt. *traderent. Equitum pedestre proelium* Flor. et Aldus, qui *traderet* inter errata rescribi jussit.

§. 4. *Quale jam haud dubia hostium victoria fuit*] Mutandum *jam* cum *in* praepositione. Tale fuit proelium pedestre equitum, quale in haud dubia hostium victoria. SCHOTT. 3. Obs. 6. Si vulgata lectio, defensa ab omnium librorum consensu, retineatur, eadem constabit sententia. GEBH. Omnes etiam mei *τὸ jam* constanter tuentur. Quare

Digitized by Google

mallent, quam fugere; victores, morantibus victoriam irati, trucidarent, quos pellere non poterant. pepulerunt tamen jam paucos superantes, et labore ac vulneribus fessos. Inde dissipati omnes sunt, equosque ad fugam, qui poterant, repetebant. Cn. Lentulus tribunus militum, quum, praetervehens equo, sedentem in saxo cruore oppletum consulem vidisset: *L. Aemili*, inquit, *quem unum insontem*

Gebhardo adsentior, vulgatam lectionem servanti. Tenebras Schotto obfudit ellipsis participii verbi substantivi: *Equitum pedestre proelium fuit, quale est, hostium victoria jam haud dubia* existente. V. supra hoc lib. ad c. 31, 5. A Schotto etiam dissentiebat Cl. Dukerus. Breviloquentiam hic Livium obscurum reddidisse, opinatur Joh. Clericus. Mox *tà in vestigio* omittunt edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Quos pellere non poterant] *pellere nequissent* Pal. 2. GEBH.

§. 5. *Pepulerunt tamen jam paucos superatos, et labore ac vulneribus fessos*] Put. et Pet. *superantisiset labore.* Lege, *jam paucos superantes et labore*, id est, cum jam pauci, et hi labore vulneribusque exhausti, superessent. Quod et Alb. Rubenius me monuit. J. FR. GRON. Idem Gronov. in prima not. ed. conjecerat, *jam paucos, superante ira, sed labore ac vulneribus fessos.* Praestat tamen, quod iteratis curis in mentem ipsi venit. *Superare* pro superesse Livio est familiare. Ita 3, 17, 4. *Velut quum otium superat.* hoc lib. c. 40, 8. *Nihil ex raptis in diem commeatibus superabat.* 29, 7, 7. *Locros aliquot horis die superante accessit.* c. 24, 11. *Qui superabant ex Cannensi exercitu milites.* 38, 29, 9. *Quum, qui superarent, fessi et corporibus et animis essent.* ubi male quidam codd. *supererant.* 39, 54, 5. *Se, superante in Gallia multitudine, Alpes transgressos.* 45, 24, 1. *Quid igitur superat, quod purgemus?* Auctor Epit. Liv. 65. *Qui ex ea clade superaverunt.* Livii imitator Silius Ital. 10, 613.

— — *ipsamque odere salutem*
Unius amissa superantis puppe magistri.

Aliorum, quae suppetunt, exempla non addo. V. Gebh. ad Livii 2, 27, 12. Barth. ad Statii 3. Theb. 2. Cortium ad Sall. Jug. 70. Torren. ad Val. Max. 1, 1, 19. et quae notavi ad Livii 5, 38, 4. Vocula *tamen* exsulat a Lov. 2. ejus loco *tum* est in Lovel. 4. centies centiesque obvio errore. V. supra hoc lib. ad c. 17, 5. Deinde *et labore et vulneribus* idem Lovel. 4.

§. 6. *Cn. Lentulus tribunus militum, quum, praetervehens equo*, etc.] Poëta ad verbum fere haec transtulit numeris tantum ligata in opus suum de bello Punico secundo [10, 261.] MOD. *Cum Lentulus tribunus militum praetervehens* Ber. Verum illud *quum* post vocem *equo* transfert Lovel. 5. post vocem *oppletum* Lovel. 2.

Digitized by Google

culpae cladis hodiernae Dii respicere debent, cape hunc equum. dum et tibi virium aliquid superest,
8 *comes ego te tollere possum ac protegere. ne funestam hanc pugnam morte consulis feceris. Etiam*
9 *sine hoc lacrimarum satis luctusque est.* Ad ea consul: *Tu quidem, Cn. Corneli, macte virtute esto! Sed cave, frustra miserando exiguum tempus e ma-*

§. 7. *Quem unum insontem culpae cladis hodiernae Dii respicere debent*] Potest ferri: si bene tamen Livium novi, scripsit *insontem culpa.* ut 4, [15, 1.] *Maelium jure caesum pronunciavit, etiamsi regni crimine insons fuerit.* J. FR. GRON. Gronovium optime Livium novisse, nemo negare sustinebit. *Insons* tamen cum casu secundo construxit Livius infra 34, 82, 8. *Quid tandem censes in Argivis, qui insontes publici consilii sint, facturos?* et 41, 24, 11. *Quid Perseus novus rex, omnis injuriae insons?* At forte Gronovius putavit, dici posse *insons cladis*, non autem *insons culpae cladis*, sed *culpa*; quemadmodum viri docti quidam recte dici contendunt *accuso, damno, absolvo furti*, barbare vero *criminis furti.* Vide Sanctium 2. Minervae 3. Verum, nec alterum damnandum esse, ibid. Jac. Perizon. docuit. Gronovii conjecturam probavit Doujatius, ut ita vitetur concursus duplicis genitivi. Non itaque displicuisset ei cod. Lov. 5. lectio, qui, una voce omissa, *insontem cladis* legit. Duplicem tamen genitivum, quorum alter ex altero pendet, saepe apud Liv. obcurrere, infra videbimus ad 25, 15, 11. Hinc neque invitis codd. omnibus, neque uno consentiente, receptam lectionem mutandam puto. Praeterea *Dei respicere* est in Flor. et Lovel. 4. *diei respicere*, eodem ducentibus vestigiis, in Voss. et Lovel. 1. V. ad 10, 40, 13. Tum *deberet* Voss. *deberent* Lovel. 2. et Ber. Paullo ante *P. Aemili* Hearnii D. Verum, quum sine dubio consul Aemilius *Lucii* praenomen habuerit, an forte librarius scribere voluit *Paulle Aemili*?

Cape hunc equum. dum et tibi] Poëta [Silius 10, 274.]

— — *cape, quaeso, hunc, unice rerum*
Fessarum, cape cornipedem. languentia membra
Ipse levabo humeris, et dorso tuta locabo.

MODIUS.

§. 8. *Etiam sine hoc lacrimarum satis luctusque est*] An non *sine hac*, morte consulis? J. FR. GRON. Cl. Ant. Perizon. ad marginem Livii scribendum conjecit *luctusque erit.* Praeterea *etiamsi hoc* Flor. Voss. Lovel. 4. Ber. Hafn. et Hav. *etsi hoc* Lov. 2. et 5. *et sine hoc* Gaertn.

§. 9. *Tu quidem, Cn. Corneli, macte virtute esto*] Poëta [Silius 10, 278.] *Macte o virtute paterna* etc. MOD. *macte virtutis esto* Gaertn. Sed v. supra ad 2, 12, 14. Mox *cave, ne frustra miserando* Lovel. 3. Hav. et Hearnii N. a m. 2. At illud *ne* ortum est

Digitized by Google

nibus hostium evadendi absumas. Abi, nuncia pu- 10
blice Patribus, urbem Romanam muniant, ac prius,
quam hostis victor adveniat, praesidiis firment: pri-
vatimque Q. Fabio, L. Aemilium praeceptorum ejus
memorem et vixisse, et adhuc mori. Me in hac 11
strage militum meorum patere exspirare, ne aut reus
iterum e consulatu sim, aut accusator collegae ex-

ex vocis praecedentis syllaba finali ob literarum similitudinem.

§. 10. *Urbem Romam muniant*] Pal. sec. *ut urbem R. statim muniant*. GEBH. *urbem Romuniant* ambigue est in Lov. 2. et Gaertn. *urbem Romanam muniant* in Flor. Lovel. 4. 5. Harl. Hav. Hearnii N. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quomodo se etiam in Put. Pet. meliori, et tribus Flor. invenisse, Gronov. auctor est 4. Obs. 20. p. 324. V. infra ad Epit. Liv. 49. Mox *victor hostis* Flor. Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harl. et Gaertn. *τὸ victor* deest in Hearnii N. Deinde *advenit* in Put. invenit Crevier. idque elegantius judicavit. Tum *praesidiis firmetur*, pro *firment*, Hearnii D.

Privatimque Q. Fabio, L. Aemilium praeceptorum ejus memorem exstitisse, et vixisse, et adhuc mori] Florebellus tollit vocem *exstitisse*, ut supervacaneam. SIG. Contra omnes libros nescio quis Florebellus tollit *exstitisse*. Ceterum Pal. pr. *et adhuc mori me*. sec. *extitisse et iussisse*; *ut adhuc mori*. GEBH. Dele auctoribus optimis *τὸ exstitisse*, ut faciendum conjecerat apud Sigonium Florebellus. J. FR. GRON. *Τὸ exstitisse* etiam exsulat a Flor. et Lovel. 4. ac 5. quod Gronov. etiam 4. Obs. 20. p. 324. in Put. optimo Pet. et tribus Flor. non reperiri auctor est. Praeterea *privatimque Fabio Aemilium* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. et Hav. *privatim Q. Fabio Aemilium* Flor. Harl. et Gaertn. *privatimque Q. Fabio Aemilium* Hearnii Oxon. et edd. usque ad Moguntinam.

§. 11. *Tu me in hac strage*] Pal. pr. *et adhuc in hac strage*. sec. *me in hac strage*. GEBH. Quod pretium lateat in hac repentina voculae primae iteratione, vix capio. Sane ignorant eam Put. Pet. Cantabrig. Nec habent alii. JAC. GRON. Eadem particula exsulat etiam a codd. meis, et Hearnii Oxoniensibus, ut et illis, quibus Crevierius usus est, qui et ex contextu ejecit, hoc usus argumento, oratiunculam Aemilii tribus partibus constare, quarum prima dirigitur ad Lentulum, secunda ad publicas de Roma et imperio curas, tertia Aemilium se respicere: inde vero consequens esse, ut postremae hujus partis prima vox sit *Me*, quae statim admoneat, jam de se consulem loqui incipere. Insuper vero *Me et adhuc in hac strage* Voss. Lov. quinque, et Ber. *Me et in hac strage* Flor. et Gaertn. *Me adhuc in hac strage* Hearnii D. Voces *mori. Tu me* desunt in Harl. et Hav.

Ne ut reus inteream, caussaque consulatus accusator colle-

Digitized by Google

sistam, ut alieno crimine innocentiam meam prote-
12 *gam.* Haec exigentes prius turba fugientium civium, deinde hostes, obpressere: consulem, ignorantes quis esset, obruere telis: Lentulum inter tu-

gae exsistam] Forte *ne aut reus inteream, caussave consulatus.* etsi suspectum est illud *consulatus.* LIPS. 2. Epist. Quaest. 1. *accusatori* legendum existimo. Sic enim supra [c. 35, 3.] *L. Aemilium Paullum, qui cum M. Livio consul fuerat, et damnatione collegae et sua prope ambustus evaserat.* Varro Livium Salinatorem et Aemilium reos fecerat: probata culpa ad populum Aemilius culpam in collegam transtulit. Ea res effecit, ut Varro consul fuerit; eandem denuo necessitatem impietatis recusat, mortemque praeoptat. Quod si veterum librorum lectionem mavis, *alteri* aut simile quid addendum hoc modo: *causaque alteri consulatus, accusator collegae exsistam.* SCHOTT. 3. Obs. 6. Pall. duo conceperunt hoc modo *ne tu ut reus intereas.* GEBH. Mera mapalia. Lege *ne aut reus iterum e consulatu sim, aut accusator collegae alieno crimine* etc. V. 4. Obs. 20. J. FR. GRON. Ostendit ibi *e consulatu* esse post consulatum gestum. Leve est, quod dicam, sed quid prohibet etiam levia adnotari? veteres in ea re magis uti praepositione *ex.* Sic Livius omnibus locis, quae ibi adfert. 4, 31, 1. 27, 34, 3. et 40, 25, 1. *ex consulatu* Cic. Bruto c. 32. *ex quaestura* Livius 32, 7, 9. Nec aliter Caesar, Vellejus, Valerius Max. et Suetonius. DUK. Omnino Gronov. in Obs. videndus est, ubi primo Lipsii et Schotti emendationem refellit, tum codicum suorum lectiones, ex quibus emendationem hic propositam exsculpserat, recenset. Quid mei praeferant, enumerare nihil adtinet; nam vel his, vel illis Gronovii consentiunt. Optimi Gronov. Msti Put. tres Flor. et melior Petav. legunt *ne aut reus interum e consulatu sim accusator collegae existam*, nisi quod unus Flor. ostentet *iterum e consulatu aut accusator.* Jam autem ad eorum scripturam propius accedet, si Gronovii vestigiis incedentes legamus *ne aut reus iterum e consulatu, aut accusator collegae exsistam, ut alieno*, vel *ne aut reus iterum e consulatu, sive accusator collegae exsistam, ut alieno.* Voces enim *exsistam ut*, quae in omnibus optimis supersunt, delere non ausim. *Τοῦ aut* subjungi potest *sive* eadem ratione, qua *seu τοῦ sive.* V. supra ad 10, 14, 9.

Ut alieno crimine innocentiam meam protegam] Cl. Ant. Perizon. ad marginem Livii testatus est, se, si membranae addicerent, malle *innocentiam meam purgem.* Ita sane loquitur Liv. 9, 26, 17. *Adeo omnia tutiora, quam ut innocentiam suam purgarent, visa.* Verum codd. in receptam lectionem conspirant. Est autem *protegere* tegendo defendere; quo verbo Livius utitur 42, 15, 10. *Pantaleon constanter inpavidus mansit ad protegendum regem.* c. 29, 10. *Si fractae essent opes Romanorum, quae tum protegerent Karthaginienses.* c. 30, 7. *Protegente altero semper inopem ab alterius injuria.* Hinc *defendere et protegere* Cic. jungit orat.

Digitized by Google

multum abripuit equus. tum inde effuse fugiunt. Septem millia hominum in minora castra, decem in 13
majora, duo ferme in vicum ipsum Cannas perfugerunt: qui extemplo a Karthalone atque equitibus,

pro Sull. 18. *Ego jacentem et spoliatum defendo et protego.* Ut autem *protegere innocentiam*, ita *protegere pudicitiam* apud JCtum l. 39. in princ. ff. ad l. Jul. de Adult. *Licet injuriam suam, protegendae pudicitiae caussa confestim marito renunciari prohibuit.*

§. 12. *Haec exagentis prius turba*] Vos emendatis *Haec exigenti.* Ego *Haec exigentem*, id est postulantem a Lentulo consulem. VALLA. Cum legeretur *Haec exagentis*, Valla emendavit *exigentem.* Malim ego *exequentem*, quo verbo utitur saepe Livius. SIG. Antiqua omnis lectio *Haec exagentis.* Vulgata lectio a Valla est. Sigonius mavult *exequentem*, ego *satagentes.* et sequentia distinguo, *oppressere. Consulem ignorantes quis esset, obruerunt telis: Lentulum* etc. LIPS. 2. Epist. Quaest. 1. *exigentem* habet disertim vetus editio nostra Moguntinensis: et notat Saxo Hellenismum *exigentem τὸ ἐξηγούμενον*, id est, *commemorantem.* MOD. Reduxi scripturam MSS. veterum, quorum meminit Valla, nisi quod ibi antique *exagentis. exigentes* mutuo scilicet Aemilius et Lentulus: nisi forsan potius fuit *exsequentes*, quo verbo usus noster 35, 14, 10. et aliis locis. GRUT. Vet. ed. *Hoc exigentem.* Pal. tert. *Haec exagentem.* pr. vero *exagentis.* sec. *exagentes.* GEBH. *Haec aggerantem* Hafn. *Haec exaggerantem* Lov. 3. et Hav. *Haec ex ingenti* Lov. 2. *Haec agentem* Lovel. 5. *Haec eis agentibus* Gaertn. *Haec exagentem* Ber. *Haec exigentem* Hearnii L. 1. et N. *Haec exagentis* Flor. Voss. et Harl. quod, vel *exigentis*, se in optimis invenisse testatur Gronov. 4. Obs. 20. p. 324. id autem accipiendum docet plurali numero, ut ad ambos, consulem puta Lentulumque, mutata distinctione, referatur. Ipsam vero locutionem inlustrat exemplis Cic. 10. fam. 34. Sen. ep. 27. Plin. 5. ep. 12. et 9. ep. 26.

Obrueruntque telis] *obruerunt telis* Flor. Gronov. in Obs. d. l. in optimis *obruere telis* legi testatur, idque in contextum recepit.

Lentulum in tumulum abripuit equus] In MS. tantum *Lentulum abripuit equus.* LIPS. 2. Ep. Quaest. 1. *in tumulum* afferunt omnes libri nostri. Mox Pal. pr. *timide effuse fugiunt.* tert. *timide effusa fugiunt.* GEBH. *in tumulum* superest in Flor. Cant. Lov. 4. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Omittunt eas voces Lovel. 1. Voss. et ex edd. ultima Gruteri. *Lentulum abripuit equus in tumulum*, transpositis vocibus, est in Ber. *in tumultu* legit Lovel. 2. Gronovius in Obs. l. laud. *in tumulum*, quod omnes omnino MSS. suos habere testatur, mutat in *inter tumultum.* et locutionem inlustrat locis Livii ex 24, 15, 4. et 26, 3. Adde 27, 42, 3. *Pugnantesque inter tumultum ac terrorem instruxisset.* 28, 19, 18. *Arx inter tumultum capta est.* et saepe alibi. Insuper *timide effuse*

Digitized by Google

nullo munimento tegente vicum, circumventi sunt.
14 Consul alter, seu forte, seu consilio, nulli fugientium infestus agmini, cum septuaginta fere equiti-
15 bus Venusiam perfugit. Quadraginta millia pedi-

fugiunt Voss. Harl. Gaertn. et Hav. *timide effuseque fugiunt* Lovel. 3. *tunc effuse fugiunt* Lovel. 4. et 5.

§. 13. *In vicum ipsum Cannas perfugerunt*] Pal. sec. *profugerunt*. tert. *effugerunt*. Paullo post Pall. tres *nullo munimento tegentes vicum*. GEBH. *profugerunt* Ber. *profugere* Lovel. 3. V. ad 37, 57, 2. *tegentes* autem praeferunt etiam Flor. Lovel. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *tenentes* Lovel. 3. et Hafn. qui posterior etiam legit *aliisque*, pro *atque equitibus*.

§. 14. *Nihil fugientium infestus agmini cum quinquaginta equitibus*] Polybius *septuaginta* edit [3, 117.] Ἑβδομήκοντα μὲν ἐς Οὐενουσίαν μετὰ Γαΐου διέφυγον. SIG. Pall. tres *nulli fugientium infestus agmini*. GEBHARD. Put. Pet. melior, Men. tres Pall. et Andreas *nulli*. Sed quid *infestus*? Vana quidem in tali tempore dueis ira. An *immistus*? ut nullum intelligas de tribus, quorum ante meminit. *Quinquaginta* equites bis hic cum Varrone mansisse dicuntur: at Polybius ἑβδομήκοντα, et eundem numerum 25, 6, 13. exprimunt omnes scripti, ut et hic *LXX* poni debere videatur. Etiam tres priores *Venusiam perfugit*, non *profugit*. J.FR.GRON. *nulli* etiam omnes eodd. mei, Hearnii Oxon. et edd. vett. pro quo primi Moguntini *nihil* dederunt, adsentiente deinde Frobenio, et hinc aliis. Pro *infestus*, quod omnes servant scripti, Cl. Ant. Periz. in margine Livii conjecit vel *infertus*, vel *comitatus*, vel *cinctus agmine*. Coetierius *invectus*. Cel. Burm. literis ad me datis malebat *ingestus*: nam ita has voces etiam confundi apud Lucan. 7, 785. ubi decem codd. ab Heinsio excussi pro *infestaque* legunt *ingestaque*, ipso Heinsio hanc lectionem probante ad Claud. 3. de Rapt. Pros. 81. *septuaginta* autem legendum esse, monuit etiam Gron. ad Liv. 25, 6, 13. Mox *Venusiam fugit* Voss. et Lov. 1. *Venusiam perfugit* Flor. Lov. 3. 4. Harl. Hav. et Hearnii Ox. quod recepi. Recepit etiam Crevierius, qui optimos codices id tenere, ac magis proprium esse monet. V. modo ad §. praec.

§. 15. *Quadraginta millia peditum, duo millia septingenti equites*] Polybius [3, 117.] ad septuaginta millia caesa tradit. Dionysius etiam Halicarnasseus ex octoginta millibus tria evasisse scribit l. 2. [p. 89.] Caeterum, si versu sequente quis tollat *civium* ac conjunctionem *que*, ratio numeri fere cum Polybio conveniet. Alioqui verborum Livii sensus est, tantum civium prope, quam sociorum, de XL. millibus cecidisse. Porro in captivorum etiam oratione [c. 59, 5.] ac item T. Manlii [c. 60, 14.] quinquaginta millia nominantur. Ex his lector judicet, quodnam verisimillimum. Nam ego plane haesito. GLAR. Polybius item ad septuaginta millia occisa ait. Quod sequitur, *et tanta civium sociorumque pars*, expositionis vim habet; eum enim numerum civium sociorumque parem pro-

Digitized by Google

tum, duo millia septingenti equites, et tanta prope civium sociorumque pars, caesi dicuntur; in his ambo consulum quaestores L. Atilius et L. Furius Bibaculus: unus et viginti tribuni militum; consu- 16

pe fuisse significat. SIG. Pal. sec. *XLV milia.* GEBH. Duo meliores unusque de Pall. *XXXXV. millia peditum.* quod videtur confirmari l. 25, [6, 13.] *Ubi plus quinquaginta millia hominum ceciderunt.* J. FR. GRONOV. *XXXXV pedites* Exc. Pithoei. *XLV pedites* Flor. *XXXXV. D. pedites*, id est, quadraginta quinque millia quingentos pedites, ex Put. laudat Crevier. *quadraginta quinque millia Romanorum* hoc proelio caesa fuerunt, ut testatur auctor Epit. Liv. hoc lib. πενταχισμύριοι Ρωμαίων secundum Plut. Fab. 183. *militum quadraginta millia, equitum tria millia et quingenti* apud Eutrop. 3, 10. *quadraginta quatuor millia Romanorum* apud Oros. 4, 16.

Et tanta prope civium sociorumque pars caesi dicuntur] H. Glareanus, ut numerum occisorum cum Polybio utcumque aequet, sic legit: *et tanta prope sociorum pars.* Sed Livius sibi in hoc numero constat. Postea enim ait [c. 60, 14.] *Quinquaginta millia civium sociorumque circa vos eo ipso die caesa jacent.* Quare recte a Sigonio recepta lectio defenditur. SCHOTT. 3. Obs. 6. Pal. sec. *et tanta pars civium sociorumque caesi dicuntur.* tert. *et tota prope civium sociorumque pars caesi dicuntur.* GEBH. Utrum *tanta prope civium, quanta sociorum pars?* an *et aequa prope civium sociorumque pars?* J. FR. GRON. Salmasius ad Florum 2, 6, 15. itidem, ut hic Sigonius, putat, Livium significare, aequam civium et sociorum partem. Et sic etiam Schottus. Relinquo aliis quaerendum, an Latine dicatur *tanta prope pars*, pro *aequa prope pars;* et Glareanum ac Gronovium id non probasse, ob eamque caussam etiam hunc locum suspectum habuisse credo. Illud satis apparet, non esse hanc verborum sententiam, praeter illos, qui caesi dicuntur, totidem e sociis periisse. Nam c. 36, 4. scribit Livius, in exercitu Romano septem et octoginta millia armatorum et ducentos fuisse. Ex his in proelio cecidisse nunc ait duo et quadraginta millia septingentos; capta sunt tria millia trecenti, in fine hujus cap. effugerunt XIX. millia cum paucis equitibus, ut paullo ante hoc cap. quae summa ferme est quinque et sexaginta M. DUKER.

In his alter consulum, quaestores L. Atilius et L. Furius Bibaculus] Id haud dubie mendosum, et ex fide vetustiorum codicum ita mutandum: *in his amborum consulum quaestores L. Attilius* etc. SCHOTT. 3. Obs. 6. Pal. pr. et prisca ed. *in his ambo consulum quaestores L. Atilius et L. Furius Bibaculus.* GEBH. Put. Pet. reg. Voss. Men. Pal. *in his ambo consulum quaestores L. Atilius et L. Furius Bibaculus.* Nec opus erat hic de consule memorare, quod proxime ante factum, nec scribere *amborum consulum quaestores*, quod Schotto visum est. 27, [22, 2.] *Duo consulum prioris anni exercitus.* J. FR. GRON. *in his ambo quaestores* Lovel. 2. *in his consul et ambo quaestores* Lov. 3.

Digitized by Google

lares quidam praetoriique et aedilicii: inter eos Cn. Servilium Geminum et M. Minucium nume-

et Hafn. *in his consul et ambo consulum quaestores* Ber. *in his amborum consul quaestores* Lovel. 4. *in his amborum consilium quaestores* Lovel. 5. *in his ambo consules, quaestores* Voss. *in his ambo consulum quaestores* Flor. Lovel. 1. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. Infra hoc lib. c. 54, 7. *Occidione occisos cum duobus exercitibus consules.* Quam adcurate cogitateque scripserit interpres Delphinicus, etiam ex hoc loco patet, ubi persuadere conatur, Gronovium ex optimis libris maluisse *in his alter consulum. Quaestores.* quam deinde lectionem rejicit ob eamdem caussam, ob quam jam antea Gronovius ipsam illam rejecerat.

§. 16. *Unus et viginti tribuni militum*] Put. et antiquissimi *Bibaculus: et viginti unudecemtr.* Videntur velle *XXIX. tribuni militum:* quum bonus homo librarius notas *IX* reddidisset *unus decem.* J. FR. GRON. *et viginti unus de tribunis milites quinquaginta* Lovel. 2. et 3. *et XXI de tribunis, militum quinquaginta millia* Gaertn. *et viginti unus de tribunis militum* Lovel. 1. 4. 5. Harl. Hav. Hearnii L. 1. N. et ed. Rom. princeps, cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *XXI de tribunis militum* Ber. et aliae ex vett. edd. *XII de tri. mil.* Hearnii D. *viginti una de CCte mil.* Exc. Pithoei. *et viginti decem tr. mil.* Flor. Mihi scribere voluisse videntur *unus et viginti de tribunis militum*, ut in Voss. inveni. Idem usus praepositionis *de* infra est. 35, 29, 8. *Unum de auxiliaribus specie transfugae mittit.* ubi plura vide.

Cn. Servilius et C. Minucius Numatius, qui magister equitum priore anno aliquot diebus ante fuerat] Priore anno dictator creatus erat ad habenda comitia P. Veturius Philo, ejus magister equitum M. Pomponius Matho: cum Fabio autem M. Minutius Rufus. quare hoc nomen [*Numatius*] mihi suspectum. GLAR. In veteribus libris est *M. Numacius.* mendose utrobique. Fuit autem magister equitum aliquot ante dies *Manius Pomponius Matho*, is, ut reor, qui consul fuit anno DXVII. quemadmodum scriptum est in consulibus Capitolinis. Cum autem Livius *M. Matho*, aut *Manius Matho* scripsisset, imperiti librarii *M. Numatius*, et *Minutius Numacius* fecerunt. Postremo imperitiores emendatores *C.* praenomen de suo addiderunt. SIG. Admodum depravate legitur in vulgatis exemplaribus *C. Minucius Numatius;* diversis quippe codd. Mssorum lectionibus, ut saepe fit, simul conflatis; cum in quibusdam *C. Minucius*, in aliis *M. Numatius* appelletur. At hunc M. Minucium Rufum fuisse, Livii verba indicant, consularem appellantis, et adjicientis ita: *qui magister equitum priore anno aliquot diebus ante fuerat.* Et recte. nam consul ante fuerat, et hoc priore ante cladem anno magister equitum sub Q. Fabio dictatore. Sed verba haec *aliquot diebus ante* mihi suspecta sunt, quae moverunt Sigonium, ut censuerit, praenominis notam *C.* temere a correctoribus adjectam auferri debere, et pro *Minucio Numatio* reponendum ibi esse alterum posteriorem hujus anni magistrum equitum, comitiorum habendorum caussa creatum, *Ma-*

Digitized by Google

rant, qui magister equitum priore anno, aliquot ante consul fuerat: octoginta praeterea aut sena- 17

nium Mathonem. Sed videant docti. Mihi quidem videtur, quod Cannensi anno sequenti M'. Matho praetor urbanus Romae manserit. Quapropter verba illa *aliquot diebus ante*, ut dixi, mihi suspecta sunt. Si ex historica veritate conjicere liceret, mallem ita legere, *aliquotque diebus Imp. fuerat.* De Minucio enim haec intelligenda sunt, qui magister equitum aequale imperium per aliquot dies cum dictatore habuerat. Et frequens facilisque lapsus imperitorum librariorum semper fuit in abbreviationibus illis antiquis; similique errore *imp.* in *ante* mutare potuerunt, et copulae notam *q*; omittere. Sed lectori suum de his sit judicium. PIGH. in Annal. ad ann. DXXXVI. p. 154. Pall. tres *inter eos Cn.* (sec. *G.*) *Servilius* (pr. *Minutius*, sec. *Minimus*. forte *Geminus*) *et M. Minutius numerantur.* GEBH. Quum vulgo legeretur *C. Minucius Numacius*, conjiciebat Sigonius *Manius Matho*, quemadmodum et edidit. Modius revocavit alterum. Gruterus *τὸ Numatius* delevit. longe aliter optimi codices: *inter eos Cn. Servilium Minimum et M. Minucium numerant, qui magister equitum priore anno aliquod annis fuerat octoginta praeterea aut senatores.* Ergo scribendum: *inter eos Cn. Servilium Geminum, et M. Minucium numerant, qui magister equitum priore, consul aliquot annis ante fuerat: octoginta praeterea aut senatores.* Nihil fere in his sumus ausi, nisi quod adjecimus *τὸ consul*, idque ratione evidentissima. Fuerat autem consul sexto ante anno ab U. C. DXXXII. collega P. Cornelio Asina, quicum bellum adversus Istros administravit. Pighius conjecerat *aliquot diebus imperator fuerat.* J. FR. GRON. Omnino scriptura Puteanei codicis flagitat: *magister equitum priore anno, aliquot ante cos. fuerat.* JAC. GRON. Pighius ad ann. U. IOXXXVII. p. 160. ex c. 35. et 55. ostendit, *Manium Pomponium Mathonem*, quem hic pro *M. Minucio* substituit Sigonius, hoc anno jurisdictionem urbanam sortitum, et post cladem ad Cannas in urbe fuisse. DUK. *Gn. Servilius Minucius Numantius, qui* Hav. *Cn. Servilius et M. Minucius, qui* Lov. 4. *Cn. Servilius et M. Minutius numeratur, qui* Lov. 5. *Cn. Servilius Minucius numerantur, qui* Lovel. 1. *Cn. Servilius et M. Minucius numerantur, qui* Hearnii L. 1. et N. *Cn. Servilius Numinus et M. Minucius numerantur, qui* Lovel. 2. *Cn. Servilius Minucius et M. Minucius numerantur, qui* Lovel. 3. *Cn. Servilius Miramus et M. Minucius numerantur, qui* Gaertn. *Cn. Servilius Minimus et M. Minucius numerantur, qui* Voss. Harl. Hearnii D. et Colbert. apud Doujatium. *Cn. Servilius Geminius et M. Minucius numeratur, qui* Ber. *Cn. Servilius Minimum et M. Minucius vero numerant, qui* Flor. a m. 1. *et M. Minucium numerant, qui* a m. 2. *Cn. Servilium Minimum et M. Minucium numerant, qui* Exc. Pithoei. Ex tot codd. vestigiis plus quam verisimilis redditur Gronovii emendatio; quare etiam Servilii cognomen *Geminum* in contextum recepi. In verbis sequentibus reliqui quidem codd. nihil mutant, sed Flor. et Cant. *magister equitum priore anno, aliquot annis ante fuerat* legunt. Jac.

Digitized by Google

lares quidam praetoriique et aedilicii: inter eos Cn. Servilium Geminum et M. Minucium nume-

et Hafn. *in his consul et ambo consulum quaestores* Ber. *in his amborum consul quaestores* Lovel. 4. *in his amborum consilium quaestores* Lovel. 5. *in his ambo consules, quaestores* Voss. *in his ambo consulum quaestores* Flor. Lovel. 1. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. Infra hoc lib. c. 54, 7. *Occidione occisos cum duobus exercitibus consules.* Quam adcurate cogitateque scripserit interpres Delphinicus, etiam ex hoc loco patet, ubi persuadere conatur, Gronovium ex optimis libris maluisse *in his alter consulum. Quaestores.* quam deinde lectionem rejicit ob eamdem caussam, ob quam jam antea Gronovius ipsam illam rejecerat.

§. 16. *Unus et viginti tribuni militum*] Put. et antiquissimi *Bibaculus: et viginti unudecemtr.* Videntur velle *XXIX. tribuni militum:* quum bonus homo librarius notas *IX* reddidisset *unus decem.* J. FR. GRON. *et viginti unus de tribunis milites quinquaginta* Lovel. 2. et 3. *et XXI de tribunis, militum quinquaginta millia* Gaertn. *et viginti unus de tribunis militum* Lovel. 1. 4. 5. Harl. Hav. Hearnii L. 1. N. et ed. Rom. princeps, cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *XXI de tribunis militum* Ber. et aliae ex vett. edd. *XII de tri. mil.* Hearnii D. *viginti una de CCte mil.* Exc. Pithoei. *et viginti decem tr. mil.* Flor. Mihi scribere voluisse videntur *unus et viginti de tribunis militum*, ut in Voss. inveni. Idem usus praepositionis *de* infra est. 35, 29, 8. *Unum de auxiliaribus specie transfugae mittit.* ubi plura vide.

Cn. Servilius et C. Minucius Numatius, qui magister equitum priore anno aliquot diebus ante fuerat] Priore anno dictator creatus erat ad habenda comitia P. Veturius Philo, ejus magister equitum M. Pomponius Matho: cum Fabio autem M. Minucius Rufus. quare hoc nomen [*Numatius*] mihi suspectum. GLAR. In veteribus libris est *M. Numacius.* mendose utrobique. Fuit autem magister equitum aliquot ante dies *Manius Pomponius Matho*, is, ut reor, qui consul fuit anno DXVII. quemadmodum scriptum est in consulibus Capitolinis. Cum autem Livius *M. Matho*, aut *Manius Matho* scripsisset, imperiti librarii *M. Numatius*, et *Minutius Numacius* fecerunt. Postremo imperitiores emendatores *C.* praenomen de suo addiderunt. SIG. Admodum depravate legitur in vulgatis exemplaribus *C. Minucius Numatius;* diversis quippe codd. Mssorum lectionibus, ut saepe fit, simul conflatis; cum in quibusdam *C. Minucius*, in aliis *M. Numatius* appelletur. At hunc M. Minucium Rufum fuisse, Livii verba indicant, consularem appellantis, et adjicientis ita: *qui magister equitum priore anno aliquot diebus ante fuerat.* Et recte. nam consul ante fuerat, et hoc priore ante cladem anno magister equitum sub Q. Fabio dictatore. Sed verba haec *aliquot diebus ante* mihi suspecta sunt, quae moverunt Sigonium, ut censuerit, praenominis notam *C.* temere a correctoribus adjectam auferri debere, et pro *Minucio Numatio* reponendum ibi esse alterum posteriorem hujus anni magistrum equitum, comitiorum habendorum caussa creatum, *Ma-*

Digitized by Google

rant, qui magister equitum priore anno, aliquot ante consul fuerat: octoginta praeterea aut sena- 17

nium Mathonem. Sed videant docti. Mihi quidem videtur, quod Cannensi anno sequenti M'. Matho praetor urbanus Romae manserit. Quapropter verba illa *aliquot diebus ante*, ut dixi, mihi suspecta sunt. Si ex historica veritate conjicere liceret, mallem ita legere, *aliquotque diebus Imp. fuerat*. De Minucio enim haec intelligenda sunt, qui magister equitum aequale imperium per aliquot dies cum dictatore habuerat. Et frequens facilisque lapsus imperitorum librariorum semper fuit in abbreviationibus illis antiquis; similique errore *imp.* in *ante* mutare potuerunt, et copulae notam *q;* omittere. Sed lectori suum de his sit judicium. PIGH. in Annal. ad ann. DXXXVI. p. 154. Pall. tres *inter eos Cn.* (sec. *G.*) *Servilius* (pr. *Minutius*, sec. *Minimus*. forte *Geminus*) *et M. Minutius numerantur*. GEBH. Quum vulgo legeretur *C. Minucius Numacius*, conjiciebat Sigonius *Manius Matho*, quemadmodum et edidit. Modius revocavit alterum. Gruterus *τὸ Numatius* delevit. longe aliter optimi codices: *inter eos Cn. Servilium Minimum et M. Minucium numerant, qui magister equitum priore anno aliquod annis fuerat octoginta praeterea aut senatores*. Ergo scribendum: *inter eos Cn. Servilium Geminum, et M. Minucium numerant, qui magister equitum priore, consul aliquot annis ante fuerat: octoginta praeterea aut senatores*. Nihil fere in his sumus ausi, nisi quod adjecimus *τὸ consul*, idque ratione evidentissima. Fuerat autem consul sexto ante anno ab U. C. DXXXII. collega P. Cornelio Asina, quicum bellum adversus Istros administravit. Pighius conjecerat *aliquot diebus imperator fuerat*. J. FR. GRON. Omnino scriptura Puteanei codicis flagitat: *magister equitum priore anno, aliquot ante cos. fuerat*. JAC. GRON. Pighius ad ann. U. IDXXXVII. p. 160. ex c. 35. et 55. ostendit, *Manium Pomponium Mathonem*, quem hic pro *M. Minucio* substituit Sigonius, hoc anno jurisdictionem urbanam sortitum, et post cladem ad Cannas in urbe fuisse. DUK. *Gn. Servilius Minucius Numantius, qui* Hav. *Cn. Servilius et M. Minucius, qui* Lov. 4. *Cn. Servilius et M. Minutius numeratur, qui* Lov. 5. *Cn. Servilius Minucius numerantur, qui* Lovel. 1. *Cn. Servilius et M. Minucius numerantur, qui* Hearnii L. 1. et N. *Cn. Servilius Numinus et M. Minucius numerantur, qui* Lovel. 2. *Cn. Servilius Minucius et M. Minucius numerantur, qui* Lovel. 3. *Cn. Servilius Miramus et M. Minucius numerantur, qui* Gaertn. *Cn. Servilius Minimus et M. Minucius numerantur, qui* Voss. Harl. Hearnii D. et Colbert. apud Doujatium. *Cn. Servilius Geminius et M. Minucius numeratur, qui* Ber. *Cn. Servilius Minimum et M. Minucius vero numerant, qui* Flor. a m. 1. *et M. Minucium numerant, qui* a m. 2. *Cn. Servilium Minimum et M. Minucium numerant, qui* Exc. Pithoei. Ex tot codd. vestigiis plus quam verisimilis redditur Gronovii emendatio; quare etiam Servilii cognomen *Geminum* in contextum recepi. In verbis sequentibus reliqui quidem codd. nihil mutant, sed Flor. et Cant. *magister equitum priore anno, aliquot annis ante fuerat* legunt. Jac.

Digitized by Google

tores, aut qui eos magistratus gessissent, unde in senatum legi deberent, quum sua voluntate milites in legio-

Gronovii conjecturam, tamquam optimorum codd. lectioni proximam, admisi. Ceterum Minucium, qui anno priore magister equitum fuerat, proelio Cannensi interfectum fuisse, constat etiam ex Silio Ital. 9, 563.

§. 17. *Octoginta praeterea senatores, aut qui eos magistratus gessissent*] Eorum, qui in senatum veniebant, alii senatores erant, quippe qui lecti a censoribus essent; alii jure magistratus, quem aut tum gerebant, aut ante gesserant, jus quidem sententiae dicendae habebant, verum sententias non rogabantur; sed, quas senatores dixissent, in eas descendebant. Itaque de M. Livio dixit Livius 27, [34, 7.] *Sed tum quoque aut verbo assentiebatur, aut pedibus in sententiam ibat.* Hinc cum senatores in curiam vocabantur, ita vocabantur: *Senatores, quibusque sententiam dicere solet.* Seminarium autem senatus, id est, eorum, qui a censoribus legerentur, cum alii multi pro arbitrio censorum fuerunt, tum maxime ii, qui curules magistratus gessissent. Haec fere ex Livio et Gellio. SIG. De Livio Salinatore rursus idem, quod hic, ad Liv. 27, 34. et 2. de Ant. Jur. Civ. Rom. 2. tradit Sigonius. Sed nihil in illo loco Livii est, unde ostendi possit, Salinatorem tum non lectione censorum, sed jure magistratus, in senatum venisse. Fuerat ille consul triennio ante annum cladis Cannensis, et haud dubie ante consulatum alios magistratus curules gesserat. A censoribus autem maxime in senatum lectos fuisse, qui curuli magistratu functi fuerant, ostendit Manutius c. 1. de Senatu Rom. nec sine ratione existimat, eos in senatu legendo non potuisse a censoribus praeteriri, eo, quod Livius hic dicit, *qui eos honores gessissent, unde in senatum legi deberent.* Itaque longe probabilius est, Livium Salinatorem, si non ante praeturam, tamen anno, qui consulatum illius praecessit, et L. Aemilium, C. Flaminium censores habuit, ab his in senatum lectum fuisse. Si quis tamen contendere velit, hoc incertum esse, is causam dicat, oportet, cur ergo lectione Fabii Buteonis dictatoris, qui apud Livium 23, 23, 5. *In senatorum demortuorum locum legit eos, qui post L. Aemilium, C. Flaminium censores curulem magistratum ceperant,* comprehensus non fuerit Salinator. Nec magni ponderis est id, quo praecipue nititur Sigonius, ex eo, quod Liv. 27, 34, 7. dicit, eum in senatu *verbo adsensum, aut pedibus in sententiam ivisse*, intelligi, eum illo tempore nondum a censoribus in senatum lectum fuisse. Nam nihil est, cur credamus, senatoribus, qui a censoribus lecti fuerant, non idem licuisse, quod pedariis, qui jure magistratus in senatum venerant. DUK. V. ad l. d. Liv. §. 6. *aut senatores*, addita priori vocula, ut Gronov. ad §. praec. legendum monet, etiam Flor. qui *eum magistratus gessissent* a m. 2. exhibet. *eos magistratus gesserant* Lovel. 4. et 5. Mox *ut in senatum*, pro *unde*, Ber. a m. 2. et *facti fuissent*, pro *essent*, Lovel. 4.

§. 18. *Capta eo proelio tria millia peditum et equites trecenti dicuntur*] *Capta in eo proelio* Lovel. 1. Quod dictum esse pot-

Digitized by Google

legionibus facti essent. Capta eo proelio tria millia peditum et equites trecenti dicuntur. 18

L. Haec est pugna Cannensis, Alliensi cladi no- 1

est, ut *in certamine vinci;* de quo v. ad 10, 6, 11. Reliqui tamen omnes praepositionem ignorant. Cl. autem Ant. Periz. in margine Livii scribendum censet *Capta proelio*, omisso medio pronomine, addita hac ratione, quia post proelium multo plures sunt capti. Omnes tamen scripti τὸ *eo* defendunt. Praeterea *et equites* ∞ *dicuntur* Exc. Pithoei, *et equites M et dicuntur* Flor. in cujus margine *M et D dicuntur* manus altera emendat.

§. 1. *Haec pugna Alliensi cladi nobilitate par, cetera utilis, quae post pugnam accidere leviora*] Ego sic emendo. *caeterum ut illis, quae post pugnam accidere, levior, quia ab hoste cessatum est.* Hoc est, quia Annibal cessavit petere urbem, ut Galli petierunt, superatis ad Alliam Romanis. Praeterea *namque*, una dictio, debet dividi in duas, ut sit relativum *quae*, refertur enim ad illud *fuga*. Ita tota emendatio erit singulis dictionibus in binas separatis, *utilis* in *ut illis*: *namque* in *nam quae*, et *leviora* mutato in *levior*. VALLA. Placet prisca lectio: *Haec est pugna Cannensi clade nobilitata, par Aliensi. Ceterum ut haec illa*, etc. Polybius [3, 117.] Ἡ μὲν οὖν περὶ Κάννας γενομένη μάχη Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων ἐπετελέσθη τὸν πρόπον τοῦτον. SIG. Pal. pr. *Haec ex pugna Cannensi clade nobilitata par.* sec. *Haec est pugna Alliensi cladi nobilitate par.* Insuper pr. *par, ceterum utilis et quae post pugnam accidere leviora.* tert. *ceteris utilis quae post pugnam accidere leviora.* Quae omnia turpissime contaminata sunt. Ceterum sincerior hoc loco prisca ed. *Haec est pugna Cannensi clade nobilitata: par ceterum Alliensi; utque illa iis, q̃ post pugnam accidere, levior.* GEBH. Et hic nihilo modestiores fuerunt Livii tortores. Put. *haec ex pugna aliiensi clade nobilitate par caeterum utilis quae post pugnam* etc. *gravior foediorque fuga namque ad alliam sicut urbem.* Manus secunda ad *aliiensi* adjicerat *s.* Prorsus eodem modo optimus Florent. nec differt Petav. nisi quod post lituram habet *Cannensi*: quemadmodum etiam Barberinus. Inde eduximus et genuinum putamus: *Haec est pugna Cannensis, Alliensi cladi nobilitate par: caeterum ut illis, quae post pugnam accidere, levior, quia ab hoste cessatum est: sic strage exercitus gravior foediorque. Fuga namque ad Alliam sicut urbem prodidit* etc. vel *cladis nobilitate.* J. FR. GRON. Omnino cum Gronov. legendum *Haec est pugna Cannensis, Alliensi cladi nobilitate par.* Ex Mstis alterutra vocum *Cannensis* vel *Alliensi* propter similitudinem syllabarum finalium excidit; et quidem ex optimis posterior plerumque, ex reliquis prior: ita tamen, ut in illis *Cannensi* pro *Cannensis* datum sit, et *nobilitata* pro *nobilitate.* Recte etiam, quum pro *utque haec illa iis, quae*, (ita primus Ascens. anno 1513. edidit; priores enim pronomen *haec* ignorabant) in plerisque codd. reperisset tantum *utilis, quae*, substituit *ut illis, quae;* quod etiam Valla viderat, et praefert Lov. 5. Contrario errore *ut illi*, pro *utili*, praeferebant plures codd. supra 5, 18, 3. ubi quaedam vide.

Digitized by Google

bilitate par: ceterum ut illis, quae post pugnam ac-
2 cidere, levior, quia ab hoste cessatum est; sic stra-
3 ge exercitus gravior foediorque. fuga namque ad Alliam sicut urbem prodidit, ita exercitum servavit:

Similiter fere *utilia*, pro *ut alia*, dederant 21, 52, 7.

§. 2. *Sic strage exercitus gravior, foediorque fuit fuga. namque ad Alliam fuga sicut*] Quomodo hic foedior fuga, quam in Alliensi pugna? cum illic miles sine ulla dimicatione fugerit; hic, tot millibus trucidatis, ut ipse statim dicit, fugientem consulem vix quinquaginta secuti sint? Quamobrem verba haec *fuit fuga* delenda arbitror: certe in quibusdam exemplaribus altera earum deest. SCHOTT. 3. Observ. 6. Abest ab omnibus Pall. vocula *fuit*. Quia in Pall. 1. ac 2. post *ad Alliam τὸ fuga* defecit, nihil certius, quam legendum: *sic strage exercitus foedior graviorque. fuga namque ad Alliam sicut urbem prodidit, ita exercitum servavit*. Comparat clades, quas Romani ad Alliam et Cannas acceperunt. Hanc sicut eventu illa ad Alliam, quia ab Annibale cessatum, et non illico exercitus ad urbem ductus est, leviorem affirmat: ita strage graviorem et foediorem. Quippe ad Cannas non foede fugerunt, omnibus fere trucidatis. 25, 6, 13. *Cannensem vero quisquam exercitum fugae aut pavoris insimulare potest, ubi plus quinquaginta millia hominum ceciderunt*. Sed in Alliensi pugna miles sine ulla dimicatione terga dedit. Liv. ibid. *Ad Alliam prope omnis exercitus fugit*. Stabilit hanc lectionem meam prisca ed. *sic strage exercitus gravior foediorque fuit fuga: nam quae ad Alliam fuit, sicut urbem prodidit*. Similis fere locus infra c. 59, 8. *Utraque non tam clade infamis, quam pavore et fuga pugna fuit*. GEBH. Similiter Gronov. haec verba ad §. praec. emendavit, eamque emendationem recte in contextum admisit.

§. 3. *Alterius morientis prope totus exercitus fugit*] Scribo *exercitus fuit*. Non aliud dicit, quam, Varronem fugientem pauci comitati: Aemilio morienti prope omnis exercitus commoritur. LIPS. 2. Epist. Quaest. 1. Hoc [*exercitus fuit*] a Lipsio: et sane sic optimi libri, non *fugit*, ut vulgo. Sed qua sententia? Non aliud dicit, inquit, quam Aemilio morienti prope omnis exercitus commoritur. Ego vero hoc acumen me non assequi fateor, nec videre, ut *morientis esse* Latine sit commori. Hoc ille frustra speravit nos sine teste credituros. Quin et sic obsidet morbus: et, nisi quis meliorem adferet, habe mecum: *alterius mortem prope totus exercitus luit*. Hoc est illud ipsum, quod exprimi debuisse recte sentiebat Lipsius: sed cum aliqua invidia ipsius exercitus, in quo unus Paullus, qui recta suadebat, a nemine audiebatur. Unde Lentulus [cap. praec.] *Quem unum insontem cladis hujus*. Illi Paullum monentem, praedicentem, deterrentem, Varroni vano creduli, traxerunt in id periculum, quo simul perirent. itaque mortem ejus, crimen suum, morte consimili luerunt. J. FR. GRON. *fuit* apud me superest in Flor. Lov. 4. 5. et paucis aliis; apud Hearnium in L. 1. quod cum *τῷ fugit* saepe commutari solet in libris

Digitized by Google

ad Cannas fugientem consulem vix septuaginta secuti sunt: alterius morientis prope totus exercitus fuit. Binis in castris quum multitudo semiermis sine ducibus esset, nuncium, qui in majoribus erant, 4

scriptis. V. ad 27, 32, 6. Plerique reliqui vel *fugit* tuentur, vel ejus loco aut *fugiit*, aut *fugerat* legunt. Doujatius, praefatus, Gronovii conjecturam ingeniosam quidem, sed, nullo adstipulante aut eo ducente codice, non minus audacem esse, vulgatum *fugit*, quod Colbert. liber cum aliis pluribus servat, praeferendum arbitratur: quum autem duo duorum consulum exercitus essent, si seorsim agerent, et in hac pugna suo quisque cornu vel potius dimidiae copiarum parti praeesset, Livium velle existimat, alterius consulis fugientis, nempe Varronis, exercitum pene totum caesum esse; alterius vero in proelio caesi, nempe Paulli, copias pene universas fugisse. Id firmari posse videtur ex eo, quod *septem et octoginta millia armatorum et ducentos* in castris Romanis fuisse, quum pugnatum ad Cannas est, quosdam auctores esse, Livius supra tradat c. 36, 4. ex illo autem numero *quadraginta millia peditum*, *duo millia septingentos equites* caesos, *tria millia peditum et equites trecentos* captos testetur c. 49, 15. secundum hunc enim calculum evasisse debuerunt quadraginta et unum millia ac ducenti milites, qui post proelium partim in majoribus minoribusque castris ac vico Cannarum ab Hannibale capti sunt, partim se Canusium Venusiamque receperunt. Restant tamen plura, quibus Doujatio adsentiri prohibeor: sed quae per partes omnia recenseri ratio adnotationum non patitur. Eo tamen pertinet, quemque consulem in hac pugna non dimidiae copiarum parti, sed cornu alterutri praefuisse, Servilium mediam aciem rexisse. V. supra c. 45, 8. Praeterea non omnes, qui proelio neque caesi neque capti sunt, ad exercitum Paulli pertinuisse, sed magnam etiam partem eorum, quibus Varro praefuerat, mortem vel captivitatem tempore proelii evasisse. Tandem etiam errores admissos videri in numeris interfectorum; quod intelligi poterit, partim si numeros eorum, qui ceciderunt, capti sunt, et evaserunt, colligamus, et conferamus cum numero eorum, qui in exercitu fuisse dicuntur, partim ex Polybio: unde dicendum videtur, majorem militum numerum, quam vulgata Livii verba praeferunt, occubuisse. Praestare igitur videtur, ut Lipsii conjecturam, optimorum codd. auctoritate stabilitam, probem: non quasi *esse alicujus morientis* notet per se alicui commori, sed morienti favere, adhaerere, sequi, imitari. Alia ejus locutionis hoc sensu exempla v. ad 3, 38, 11. Similiter locum cepit Cl. Crevier. qui haec verba ita exponit: alterum morientem prope totus exercitus secutus est, comitatus est: id est, cum eo periit. In verbis praecedentibus *vix septuaginta*, pro *vix quinquaginta*, scribendum esse, Gronov. supra conjecit ad c. 49, 14. idque in contextum recepit. Alterum tamen hic servant omnes scripti et edd.

§. 4. *Qui in majoribus castris praeerant*] Vet. lib. *qui majoribus castris praeerant*. SIG. Pal. sec. *in majoribus praeerant*. GEBH. Edebatur *qui in maje-*

Digitized by Google

mittunt; *dum proelio, deinde ex laetitia epulis fatigatos quiss nocturna hostes premeret, ut ad se transirent: uno agmine Canusium abituros esse.*
5 Eam sententiam alii totam adspernari: *Cur enim illos, qui se arcessant, ipsos non venire, quum aeque conjungi possent? quia videlicet plena hostium omnia in medio essent: et aliorum, quam sua, cor-*
6 *pora tanto periculo mallent objicere.* Aliis non tam

ribus. Sigonius *zò in* sustulit. Meliores *qui in majoribus erant.* J. FR. GRON. *qui majoribus praeerant* Voss. Lovel. 1. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et edd. vett. pro quo Aldus demum *qui in majoribus praeerant* substituit, reliquis adprobantibus, usque dum Sigonius priorem lectionem revocaret. Id autem, quod scholio suo Sigonius praescripsit, in nullo scripto vel edito obvium fuit: *qui majoribus castris praeerant* in uno inveni Lovel. 2. *qui majoribus ex se praeerant* in Lovel. 3. At quomodo *praeerant?* Praecessit enim binis in castris multitudinem *sine ducibus* fuisse: recte igitur Gronov. *qui in majoribus erant*, adsentiente ex meis Flor.

Uno agmine Cannusium abituros] *Canusium* uno *n* et veteres libri et Graeci scribunt. †,,

,, *Nam Canusi lapidosus: a-*
,, *quae non ditior urna*

,, Horatius 1. Serm. Sat. 5, [91.]
,, quod adducere debebat pro fide
,, Sigonius. †" In iisdem vet. lib. est *uno agmine inde Canusium abituros.* Sic paulo post: *atque inde protinus Canusium pervenerunt.* SIG. Non *Cannusium*, sed *Canusium*, ut recte Sigon. docet, scribendum esse, etiam ex Horat. Silio, Martial. constat, qui primam ejus vocis syllabam corripiunt. *inde*, quod ex vet. lib. addidit Sigon. in uno apud me superest Hav. Superest tamen etiam in Lovel. 2. et Ber. verum hi voces *uno agmine* ignorant. *una Canusium* legit Lovel. 1.

§. 5. *Qui se arcessant*] Ita ex Pal. 1. pro *accersant* Gebh. supra legebat ad 9, 9, 12. Et ita Flor. V. quae ibi notantur. Praeterea *Cur enim, qui se* Lovel. 3. *Cur illos, qui se* Lovel. 4. 5. *Cur enim illos, qui ad se* edd. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. et Parm. Mox *ipsos* deficit in Lov. 4. *possunt*, pro *possent*, legit Lovel. 2.

Aliorum, quam sua, corpora tanto periculo mallent objicere] Trajectis vocibus habent Pall. codd. *sua periculo tanto corpora.* GEBH. *quam sua* (*suo* habet Lovel. 3.) *periculo corpora tanto mallent objicere* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. vetustis. *quam sua corpora periculo tanto mallent objicere* Harl. *quam sua corpora objicere periculo tanto mallent* Lovel. 4.

§. 6. *Aliis non tam sententia displicere, quam animus deesse*] *non tam sententiam displicere*

Digitized by Google

sententia displicere, quam animus deesse. P. Sempronius Tuditanus tribunus militum, *Capi ergo mavultis*, inquit, *ab avarissimo et crudelissimo hoste, aestimarique capita vestra, et exquiri pretia ab interrogantibus, Romanus civis sis, an Latinus socius, ut ex tua contumelia et miseria alteri honos quaeratur? Non tu: si quidem L. Aemilii consulis, qui se* 7 *bene mori, quam turpiter vivere, maluit, et tot for-*

Lovel. 1. 2. Ber. et Hav. *non tam sententia haec displicere* Lovel. 5. *non tam sententia est displicere* Flor. Cant. Voss. Lovel. 3. et Harl. *non tam sententia visa est displicere* Gaertn. *non tam sententia est visa displicere* Hearnii N. Tum *quam animos deesse* Lovel. 3.

Aestimarique capita vestra pretio, et exquiri] Pall. tres, *aestimarique capita vestra et exquiri pretia*. Vet. ed. *exquiri pretio*. GEBH. Ita primus edidit Ascens. anno 1513. Priores praeferunt *capita vestra, et exquiri pretio*. Gruterus deinde *capita vestra, et exquiri pretia* in ultima ed. vulgari curavit; quod omnes etiam mei praeferunt, nisi quod vox *pretia* exsulet a Lovel. 3. Paullo ante *ab amarissimo*, pro *ab avarissimo*, male Lovel. 1. Saepe ita turbant libri scripti. V. Broekh. ad Prop. 1, 8, 38. 2, 18, 65. et Cel. Burm. ad Ovid. 4. Trist. 10, 51. (* et ad Virg. 3. Aen. 44.)

Romanus civis sis, an Latinus socius] Haec interrogatio fiebat, ut in Romanos Annibal animadverteret, socios conciliandae eorum sibi gratiae caussa dimitteret. SIG. Immo ut Romanos in vincula daret, qui postea redimerentur; Latinos socios sine pretio dimitteret, quemadmodum post proelium ad Trasimenum fecerat supra hoc lib. c. 7, 5. Mox voces *et miseria* exsulant a Voss.

§. 7. *Honos quaeratur, non tibi? Non vos quidem L. Aemilii, qui se bene mori* etc. *similes estis.*] Optime liber vetus, *honos quaeratur? non. siquidem L. Aemilii, qui se* etc. Vide audaciam correctorum, qui reliquas illas voces ineptissime inseruerunt. LIPS. 5. Epist. Quaest. 4. Ἀπρόσδωτον est in hoc sensu. Negatur esse similis Aemilius cum suis; sed, quorum similes sint, non redditur: quod tamen maxime in exspectatione erat ob particulam *quidem*, quae sententiam suspendere solet ad contrariae rei illationem. Excusari potest per ἀποσιώπησιν seu reticentiam, qua sermo ipse inchoari solet, sed ita, ut abrumpatur. Virg. 1. Aen. [139.]

Quos ego. sed motos praestat componere fluctus.

Buslid. vetus exemplar post *sed* hypostigmon habet: *Non vos quidem L. Aemilii*, etc. Deinde *similes estis, sed. Antequam opprimat lux.* ut bilem stomachi jamjam se effundentem injecto silentio retineat. SCHOTT. 3. Obs. 6. Pal. 1. *Non tua: siquidem L.*

Digitized by Google

tissimorum virorum, qui circa eum cumulati jacent,
8 *cives estis. Sed ante, quam obprimit lux, majoraque hostium agmina obsepiunt iter, per hos, qui inordinati atque incompositi obstrepunt portis, erum-*
9 *pamus. Ferro atque audacia via fit, quamvis per*

Aemilii, qui se bene mori etc. *cives estis.* Pal. 2. *Non tu: siquidem L. Aemilii consulis, qui se bene mori* etc. *cives estis.* Notat in hoc loco ἀπρόσδωτον Schottus. Sed non displicet mihi emendatio, quam Cl. Lipsius ex veteri libro eruit. GEBH. Scribendum *Non tu: siquidem L. Aemilii consulis, qui.* Docuimus 4. Obs. 20. J. FR. GRON. Primo *tu non tibi* in nullo exstant cod. Deinde *Nec tua siquidem L. Aemilii, qui* Lovel. 3. *Non tua, siquidem L. Aemilii, qui* Lovel. 5. Harl. et Gaertn. *Non: siquidem L. Aemilii, qui* Lovel. 1. 2. 4. Ber. et Hav. *Non tu: siquidem L. Aemilii consulis, qui* Flor. et forte etiam Cant. ac Voss. ex quibus nihil notatum vidi. Tum *qui bene mori, quam turpiter vivere maluit,* omisso pronomine *se,* Lovel. 5. In quo ejiciendo si reliqui omnes consentirent, non adversarer. Nunc contra unum testem reliquis praeferre non considerati foret. Et ita supra loquitur Liv. 3, 68, 11. *Malae rei se, quam nullius, turbarum ac seditionum, duces esse volunt.* Ita et alios locutos esse, docuerunt Geogr. Fabric. ad Ter. Eun. in Prol. 2. et viri docti ad Sall. Catil. 1. Tandem *cives estis,* pro *similes estis,* jam Gruter. in ultima edit. proposuit, idque servant omnes mei.

Qui circa eum cumulati jacent] Pal. 2. *tumulati jacent.* Laudat hunc locum Schottus 3. Obs. 6. legens *immolati jacent.* GEBH. Sed ita per errorem laudat, non quod ita legendum putavet. In nullo certe cod. lectio illa, vel ejus vestigium ullum, obcurrit. Contra *qui circa eum tumulati jacent* est in Lovel. 5. eodem errore, quo *cumulus* et *tumulus* permutari supra vidimus ad 10, 29, 19. Insuper *qui circa tumulati jacent* Lovel. 2. et Ber. *qui circa eum vulnerati jacent* Hav. *qui circa eum cumulate jacent* Gaertn.

§. 8. *Obprimat lux, majoraque hostium agmina obsepiant iter*] Meliores *opprimit lux, majoraque hostium agmina obsepiunt iter.* J. FR. GRON. Ita et Flor.

Incompositi obstrepunt portis, erumpamus] Vet. ed. *porta erumpamus.* Pall. tres *portas erumpamus.* GEBH. *porta erumpamus* Lovel. 2. Ber. Hafn. Hav. et edd. pleraeque ante Aldum. *portas erumpamus* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. et Gaertn. cum ed. Parm. de qua locutione v. Cel. Burm. ad Suet. Aug. 14. Vulgatum tamen, quod ab Aldo est, et reliquorum codd. fide firmatur, praeferendum videtur.

§. 9. *Ferro atque audacia iter fit*] Pall. 1. ac 3. *audacia fiat.* sec. *audacia via fiat.* vet. ed. *audacia iter fiat.* GEBH. *ferroque atque audacia fiant* Voss. *ferroque atque audacia iter fiat* Hav. et edd. usque ad Aldum. *ferro audacia fiat* Lovel. 2. *ferro atque audacia fiat* Lovel. 1. 4. 5. *ferro atque audacia fit* Cant.

Digitized by Google

confertos hostes. cuneo quidem hoc laxum atque solutum agmen, ut si nihil obstet, transibimus. Itaque ite mecum, qui et vosmetipsos et rempublicam salvam vultis. Haec ubi dicta dedit, ſtringit gladium, cuneoque facto per medios vadit hoſtes. et, 10 11

et Lovel. 3. *ferro atque audacia ea fiat* Gaertn. *ferro atque audacia via fiat* Harl. Hafn. et Hearnii Oxon. *ferro atque audacia via fit* Flor. quod jam Gruteri ultima ἔκδοσις recte recepit. Paſſim apud noſtrum obcurrit *viam facere.* Supra 2, 12, 8. *Cruento mucrone sibi ipse fecerat viam.* 3, 48, 6. *Ille ferro, quacumque ibat, viam facere.* 4, 28, 5. *Ferro via facienda est.* c. 38, 4. *Quacumque incedunt, vi viam faciunt.* 5, 19, 11. *In arcem viam facerent.* hoc lib. c. 5, 2. *Per medias acies ferro viam fieri.* V. etiam Gronov. ad 37, 11, 10. In Put. optimo *ferro atque audacia vis fit* exſtare, Cl. Jac. Gronov. monuit in Diſſert. Epiſt. in Liv. quaed. loca geogr. epiſt. 2. p. 16. Sed solent hae voces in scriptis confundi. V. ad 32, 9, 8.

Quamvis per confertos hostes] Id eſt, *per quamvis confertos.* SIG. *quamvis pro conferto hostium* Lovel. 4. et 5. *quamvis per conferto hostium* Voſſ. et Harl. *quamvis per confertos hostium* Lov. 2. et Hafn. V. ad 28, 39, 14. Optimi tamen ſtant pro vulgato.

Cuneo quidem hoc laxum atque solutum agmen, ac si nihil obstet, transibimus] Livii sententia comparet, vereor ut verba. Nam vetus illa ultima sic, *ac si nihil obstet, jus scias.* Intricata lectio, ex qua hoc tamen elicio, τὸ *transibimus* Livii verbum non eſſe. LIPS. 5. Ep. Quaeſt. 4. Pall. tres *transeamus.* GEBH. Ita et Lovel. 2. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii D. atque N. *transeat* Lovel. 3. *vis scias* Cant. Voſſ. Lovel. 1. 4. 5. Hafn. Exc. Pithoei, et Hearnii L. 1. *uisscias* Flor. quomodo et omnes bonos suos praeferre, Gronov. teſtatur 4. Obs. 20. p. 317. unde vel *transeas*, vel potius *disjicias* scribendum conjecit; *d* enim superius apertum facile pro *u* adparere; libros autem veteres ubique habere *dissicias*, pro *disjicias.* Ita sane Liv. infra 44, 41, 6. *Turbarunt primo, deinde disjecerunt phalangem.* Praeterea edd. antt. vel *ut nihil obstet*, vel *ut si nihil obstet* dederunt; pro quo male Mogunt. *ac si nihil obstet* subſtituerunt. Nam, uno vel altero diſſentiente, etiam omnes codd. mei *ut si* tuentur; quod et omnes bonos codd. habere, Gronov. d. l. teſtatur. Iisdem particulis junctis pro tamquam, quasi, etiam Cic. utitur de Opt. gen. orat. c. 4. *Si eodem modo putant, exercitu in foro* etc. *conlocato, dici pro Milone decuisse, ut si de re privata ad unum judicem diceremus.* 1. de Off. 14. *In eadem sunt injustitia, ut si in suam rem aliena convertant.* de Amic. 16. *Qui dixisset, ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus.* Eamdem formulam Livio reſtituere conatur Gronov. 32, 11, 4. *Haec ita crederet, ut si suae potius omnia, quam illius, potestatis essent.*

§. 10. *Haec ubi dicta dedit, stringit gladium, cuneoque facto per medios vadit.*] Carmen

Digitized by Google

quum in latus dextrum, quod patebat, Numidae jacularentur, translatis in dextrum scutis, in majora castra ad sexcentos evaserunt: atque inde protinus, alio magno agmine adjuncto, Canusium incolumes
12 perveniunt. Haec apud victos magis inpetu animorum, quod ingenium suum cuique aut fors dabat, quam ex consilio ipsorum, aut imperio cujusquam, agebantur.

sesquiheroïcum, ut appareat verum esse, historicos medios esse inter poëtas et oratores, quando etiam ab heroïco versu coepit Livius, ut author est Quintilianus [9. Instit. 4.] quamquam ego credo, fortuitu hoc potius factum, quam ex proposito. GLAR. V. ad Praefat. Liv. §. 1.

§. 11. *Translatis in dextram partem scutis*] Pall. tres *translatis in dextrum scutis*. GEBH. Iidem [meliores] *in dextrum scutis*. J. FR. GRON. Non tantum meliores, sed et omnes mei atque Hearnii Oxon. hanc lectionem stabiliunt.

In majora castra ad sexcentos evaserunt] Quidam libri *tria millia* praeterea habebant, quum tamen in oratione T. Manlii de captivis redimendis [c. 60, 19.] *sexcentorum* duntaxat sit mentio. Porro quod rursus sequitur, *atque inde protinus alio magno agmine adjuncto Canusium incolumes perveniunt*, puto eum loqui de quatuor millibus peditum ac ducentis equitibus ex majoribus castris, ut non ita longe post dicturus est Livius [c. 52, 4.] GLAR. Voss. *ad DC^ta hominum millia*, et aliter alii manuscripti; procul dubio innuentes, per notas *ad DC* primo scriptum fuisse, quum id Livius non edidisset *ad sexcentos*, sed *ad sexcenti*, ut passim, hoc est, circiter. Sic 23, 37, 6. Put. Pet. non habent *ad mille trecentos*, sed *ad mille CCC*, id quod ego pronunciarem *ad mille trecenti*. JAC. GRON. V. ad 10, 17, 8. Ceterum *ad sex millia hominum*, vel *ad sex hominum millia* multi codd. *ad sexcenta hostium millia* Voss. *ad tria millia* Ber. *ad tria millia DC. hominum* Harl. *ad tria millia DC* Gaertn. *ad tria millia et sexcentos* priscae edd. Sed vulgatum Aldus recte reposuit. Ita enim optimi codd. quorum scripturam firmat locus a Glareano laudatus, ubi in numero non dissentiunt scripti, aut editi. Mox *pervenerunt* Gaertn. quasi id tempus requireret praecedens *evaserunt*. Sed v. supra ad Liv. 3, 46, 9. et 9, 41, 16.

§. 12. *Haec apud strictos magis inpetu animorum, quem ingenium suum*] Scriptus cod. recte pro *strictos* habet *victos*. SCHOTT. 3. Obs. 6. Pal. 2. *Haec apud multos victos magis impetu animorum*, alii *strictos*. GEBHARD. MSS. *quod*. Respicit enim relativum τὸ *Haec*: quod nempe ex illis consiliis. Schottus ex nescio qua editione citat *apud strictos*, corrigitque *victos*. Quos ego tractavi scriptos editosque, omnes *victos*. J. FR. GRON. Pu-

Digitized by Google

LI. Hannibali victori quum ceteri circumfusi 1
gratularentur, suaderentque, ut, tanto perfunctus bello, diei quod reliquum esset, noctisque insequentis, quietem et ipse sibi sumeret, et fessis daret militibus; Maharbal, praefectus equitum, minime ces- 2
sandum ratus, *Immo, ut, quid hac pugna sit actum, scias, die quinto*, inquit, *victor in Capitolio epulaberis. Sequere: cum equite, ut prius venisse, quam*

tat Gronovius, orationem ita supplendam et ordinandam. Haec consilia, quod ex illis consiliis ingenium suum cuique aut fors dabat, magis impetu animorum agebantur, quam ex consilio ipsorum, aut imperio cujusquam. Mihi non valde consinne videtur dici *consilia magis impetu animorum, quam ex consilio agebantur*, nec adhuc satis liquet, quo respiciat relativum *quod*. Alia hujus generis, in quibus tolerabiliora, meo judicio, sunt supplementa, habent Gronov. 3. Obs. 2. Sanctius in Minerv. 4, 4. et ad eum Perizonius v. *Negotium*. DUK. Pro *victos* Basil. anno 1539. per errorem operarum ediderant *stictos*, quod Curio mutavit in *strictos*; sed nullos habuit, qui sequerentur, omnes etiam codd. *victos*. Deinde et plures et optimi codd. *quod ingenium*. Magis tamen vulgatum placet, quod servat Gaertn. Id etiam probavit, et ex Victor. cod. contextui reddidit Cl. Crevier. Mox *ex consilio aut imperio cujusque* Harl. *ex consilio eorum ipsorum, aut imperio cujusquam* Lovel. 2. et Gaertn.

§. 1. *Et ipse sibi sumeret*] Vet. lib. *et ipse sibimet*. SIG. Ita et Lov. 2. Hav. et Ber. a m. 2. quum a m. 1. *et ipsemet sumeret* praeferat. Paullo ante *diei quod relictum esset* Lov. 2. Scriptum primo fuerat *relicum*, ut in Flor. adhuc supereſt a m. 1. literis *qu* et *c* commutatis, de quo v. ad 9, 2, 15. ex *relicum* mox factum eſt *relictum*: quas voces et alibi librarii confundere soliti sunt. V. ad 21, 61, 4.

§. 2. *Maharbal, praefectus equitum*] Hunc vocat Plutarchus in Fabio [184.] *Βάρκαν τὸν Καρχηδόνιον*. SIG. *praefectus militum* Lovel. 3. et Hafn. De hoc errore v. ad 10, 29, 10. *magistrum equitum* vocat Cato apud Gell. 10, 24. Quem autem Livius *Maharbalem*, Florus 2, 6, 19. *Adherbalem Bomilcaris* vocavit. ubi v. viros doctos.

Die quinta, inquit, victor] Vet. lib. alii *die quinto* habent. Ego legendum puto *diequinti*, copulate pro adverbio. Nam ut Gellius [10, 24.] et Macrobius [1. Sat. 4.] tradiderunt, *diequarto* et *diequinto* de praeterito dicitur, *diequarti* et *diequinti* de futuro. Accedit, quod Coelius et Cato [apud Gell. d. l.] cum hunc eundem locum tractarent *diequinti* dixerunt, a quibus Livius haec verba mutuatus eſt. Cato in Orig. *Igitur dictatorem Carthaginiensium magister equitum monuit: Mitte mecum Romam equitatum, diequinti in Capito-*

Digitized by Google

3 *venturum, sciant, praecedam.* Hannibali nimis laeta res est visa, majorque, quam ut eam statim ca-

lio tibi coena cocta erit. Coelius Historiarum l. 2. *Si vis mihi equitatum dare, et ipse cum cetero exercitu me insequi, diequinti Romae in Capitolio curabo, ut tibi coena sit cocta.* Plutarchus [in Fabio 184.] Πεμπτατον γὰρ ἀπὸ τῆς νίκης ἐν Καπιτωλίῳ δειπνήσειν. SIG. Pall. duo, et vet. ed. *quinto.* Sigonius tamen autumat legendum *diequinti.* GEBH. *die quinto* etiam omnes mei, Brancal. Latinii, Hearnii Oxon. et vett. edd. Moguntini deinde ediderunt *diequinti*, pro quo Froben. anno 1535. *die quinta* substituit, ultima deinde Gruteri ἔκδοσις *die quinto.* V. ad 8, 11, 15.

Epulaberis. Sequere cum equite, ut prius te venisse, quam venturum, sciant. Praecedant, Annibal inquit, inimici, laeta res et via major, quae quam ut eam statim capere animo possem] Ita in ceteris fere exemplaribus: in regio autem, quod Florentiae emendatum est, sic: *praecedant, Annibal, laeta res, et nulla major.* quod vos sic emendatis *praecedat Annibal inimicus, laeta res, et nulla major.* Scilicet vultis, ut haec sit oratio Maharbalis, quae est auctoris, ideoque sic emendanda: *praeceperat*, sive *pertulerat*, sive *pervaserat Annibalem*, sive *incesserat Annibali nimia laetitia*, sive *nimia tantae rei*, sive *rei talis*, sive *victoriae laetitia, majorque quam ut eam statim capere animo posset.* Commuto autem *quae* extensum in contractum: seu diphthongatum sive longum in non diphthongatum et breve. Hanc meam emendationem probat esse veram conclusio, quae sequitur: *Itaque, voluntatem se laudare Maharbalis, ait.* VALLA. Ego neque hanc lectionem, neque hunc sensum probare possum. In vet. lib. est, *praecedant Annibal inimici letales et via major, quam ut eam capere non possint.* Hinc ego hanc elicio et lectionem, et sententiam. *praecedant, Annibal inquit, nuncii letales. est via major, quam ut eam capere nunc possint.* respondet enim ad id, quod Maharbal dixerat, *Sequere cum equite, ut prius te venisse, quam venturum, sciant,* viam majorem esse, quam ut statim capere nunc equites proelio defessi possint. SIG. Si exemplaria suffragarentur, mallem, *sequere cum pedite.* Primum, quia, ubi celeritate opus est, praecedit eques, pedes subsequitur: deinde quia Maharbal equitatui praeerat, qui pro verbis istis functionem suam a se relegare absurde videtur. Certe apud M. Catonem in Orig. et Caelium in 2. Histor. Maharbal equitatum ab Annibale petit, ipsum cum peditatu subsequi jubet. SCHOTT. 3. Obs. 6. Schotto nullus suffragatur vett. codd. Mox Pall. 1. ac 3. *praecedant, Annibal, inimici letales et via major, quae quam ut eam statim capere animo possent.* sec. *praecedant, Annibal, inimicus: laetares: ut nulla major. quae quam ut statim animo capere possent.* Vet. ed. *perceperat Hannibalem nimia tantae rei laetitia, majorque, quam ut eam statim capere animo posset.* Joseph. 6. Antiq. 7. Ἔιτε δὲ ὑπὸ τῆς ἐπὶ τῇ νίκῃ χαρᾶς χειρωμένος, συμβαίνει γὰρ μὴ κρατεῖν τοῦ λογισμοῦ οὕτως εὐτυχήσαντας. GEBH. Corruptissimus ad hoc usque locus. Quid turpius, quam attribuere Hannibali verba illa,

Digitized by Google

pere animo posset. Itaque, *voluntatem se laudare Maharbalis*, ait: *ad consilium pensandum temporis*

laeta res est, sed via major? Quid? an via major erat a Cannis Romam, quam ex Africa per Hispaniam et Galliam in Italiam? Nihil hic de via Livius; nec ut Annibalis, sed sua haec verba posuerat. Scribe: *victor in Capitolio epulaberis: sequere. Cum equite, ut prius venisse, quam venturum sciant, praecedam.* Hactenus Maharbal: sequitur narratio ex persona historici. *Hannibali nimis laeta res est visa, majorque quam ut eam statim capere animo posset. Itaque voluntatem* etc. Distinctionem arbitratu nostro mutavimus. in verbis poene nihil, nisi ex vett. codd. Oratio Maharbalis est, ut in subitis, artificiose abrupta et turbatior. Vulgo *te venisse:* sed pronomen non est in MSS. Dein Put. et optimi: *praecedant Annibal inimicis laeta res et visa major quae quam ut eam statim capere animo possent.* Eo caeteri alludunt omnes. 21, [36, 4.] *Haud dubia res visa, quin per invia* etc. 9, [9, 14.] *Velut somnio laetiore, quam quod mentes eorum capere possent.* 27, [51, 6.] *Quum vix gaudium animis caperent.* 33, [32, 6.] *Majus gaudium fuit, quam quod universum homines caperent. Sequere,* inquit Maharbal, nempe cum exercitu. Ipse ad praecedendum cum equite et praevertendos ipsos adventus rumores se offert. Non Caelius aliter, non Cato, non Silius, rem narrant. Ille quidem: *Si vis mihi equitatum dare, et ipse cum caetero exercitu me sequi, die quinti Romae in Capitolium curabo tibi coena sit cocta.* Alter autem: *Igitur dictatorem Carthaginiensium magister equitum monuit: mitte mecum Romam equitatum, die quinti in Capitolium tibi coena cocta erit.* Quibus vulgata repugnat, quum ab iis haec Livium mutuatum constet. Silius denique, Livii discipulus, [10, 386.]

Mecum exsultet eques, juro hoc caput, accipe muros
Iliacos.

Sequitur auctoris judicium de Annibalis animo, quo hoc consilium accepit. Nempe aestimanti virtutem Romanam, ex rebus olim gestis et proxime secum, cauto duci, et fortunam potius ex ipsius inconstantia, quam ex spe sua consideranti, visa est res magis optanda, quam praestanda, neque ita facilis, ut temere concipienda vel aggredienda esset. Confirmat Silius 10, [379.] apud quem nihil de majori via:

Vulnera et exhaustas saevo certamine vires
Ac nimium laetis excusat fidere rebus.

J. FR. GRON. In prima parte horum verborum mendum latere, primus Schottus deprehenderat: sed infeliciter emendabat, *pedite*, pro *equite*. An ideo secuturus cum pedite Hannibal esset, ut prius eum venisse, quam venturum, Romani scirent? At vero, ut ipse ait, ubi celeritate opus est, praecedit eques, pedes subsequitur. Neque praetexere potest, Maharbalem jam cum equitatu praecessisse; ejus enim non meminit Livius. Palmaria igitur est Gronovii conjectura, qui mutanda tantum interpunctione praesentissimam loco male adfecto medicinam adtulit. Pronomen autem *te* exsulat etiam a Flor. In ultima parte Valla quoque sensum viderat; at verba Livii restituere non potuit, quod nimium

Digitized by Google

4 *opus esse.* Tum Maharbal, *Non omnia, nimirum, eidem Dii dedere. vincere scis, Hannibal; victoria uti nescis.* Mora ejus diei satis creditur saluti fuisse
5 urbi atque imperio. Postero die ubi primum inluxit, ad spolia legenda foedamque etiam hostibus spe-
6 ctandam stragem insistunt. Jacebant tot Romanorum millia, pedites passim equitesque, ut quem cui-

conjecturis indulgeret: quae gloria demum servata erat felicissimo ingenio Gronovii, pressius optimi Msti vestigiis insistentis. Huic autem Msto per omnia adsentitur Flor. nisi quod *et via*, pro *et visa*, praeferat. Aliorum codd. qui eodem ducunt, lectiones non memoro, ne taedio sim.

§. 3. *Ad consilium prensandum, tempus opus esse*] *prensandum* rectum non videtur: et Buslid. cod. *pensandum* habet, hoc est, expendendum. Jam enim apprehensum erat consilium a Maharbale, victis esse instandum: sed, an id utile sit, expendendum Annibali videtur, qua in re mora temporis opus est. SCHOTT. 3. Obs. 6. Pall. tres *ad consilium pensandum temporis opus esse.* neque secus prisca ed. Quam lectionem probat et interpretatur Andr. Schottus. falso. Nam *prensare consilium* est apprehendere et amplecti. GEBH. Optimi *temporis opus esse.* Plancus ad Ciceronem [10. ad fam. 8.] *Et magni laboris et multae impensae opus fuit.* Alfenus l. 30. π. 3. Locati. *Quoad in opus lapidis opus erit.* J. FR. GRON. Adde Perizon. ad Sanctii 4. Min. 4, 95. et c. 15, 8. DUK. *pensandum*, quod jam ultima Gruteri ed. recepit, praeferunt omnes codd. uno Voss. excepto, qui *prensandum*, recte a Schotto rejectum, servat. *Pensare* est saepius perpendere, examinare. Infra 30, 32, 5. *Quum oculis magis, quam ratione, pensarent vires.* Silius 7, 223.

Stat pensata diu belli sententia, vincam
Servare invitos.

Ita *pensitare consilia* supra 4, 41, 3. *Ne ab se consularia consilia exquirerent, quae pensitanda quoque magnis animis atque ingeniis essent.* Deinde *temporis opus esse* omnes mei et Hearnii Oxon. codd. V. ad 23, 21, 5.

§. 4. *Non omnia, nimirum, eidem Dii dedere*] Sententiam hanc ex Eurip. in Rheso 105. et Hom. Il. φ. 670. unde etiam Livium accepisse putat, inlustravit Victor. 10. Var. lect. 4. Vox *nimirum*, quam servant omnes scripti, deerat in edd. Aldina prioribus.

Vincere scis, Hannibal, victoria uti nescis] Plutarchus [in Fabio 184.] Σὺ νικᾶν οἶδας, νίκῃ δὲ χρῆσθαι οὐκ οἶδας. SIG. Plutarch. in Apophth. Τήμερον, εἶπεν, (Pompejus) ἡ νίκη παρὰ τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ τὸν εἰδότα νικᾶν οὐκ ἔχουσι. GEBH.

§. 5. *Foedamque etiam hostibus spectandam stragem insistunt*] Pal. 1. *foedamque in hostibus spectandam in stragem insistunt.* GEBH. *foedamque in hostibus* et Flor. [Lov.?] 3. Ma-

Digitized by Google

que fors aut pugnâ junxerat aut fugâ. adsurgentes quidam ex strage media cruenti, quos stricta matutino frigore excitaverant vulnera, ab hoste obpressi sunt. Quosdam et jacentes vivos succisis feminibus poplitibusque invenerunt, nudantes cervicem jugulumque, et reliquum sanguinem jubentes haurire. Inventi sunt quidam mersis in effossam terram capitibus, quos si- 7 8

le. non simpliciter *foedam stragem*, sed *foedam etiam hostibus*. At *foedamque etiam hostium* Lovel. 4. Deinde *spectandam in stragem* Flor. a m. 1. *spectabant in stragem* Gaertn. Paullo ante *Postremo die* Rec, V. ad 9, 7, 11. Tum *ut illuxit*, pro *ubi*, Voss. et Lovel. 1. V. ad 24, 15, 1.

§. 6. *Tot Romanorum millia, pedites passim equitesque, ut quem cuique fors aut pugna junxerat*] Comparet in Pall. tribus *pedites et equites passim*. GEBH. Ita et Voss. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Aldum. *peditum equitumque passim* Ber. Tum *junxerant* Flor. Voss. Lovel. 1. et Harl.

Quos stricta matutino frigore excitaverant vulnera] Lucan. 4, 652. *Jam pectora pigro Stricta gelu*. Hinc *stringor* apud Lucret. 3, 693. *gelidaï stringor aquaï*. Sed frequentius de frigore est *adstringere*. Ovid. 15. Epist. Her. 112.

Adstrictum gelido frigore pectus erat.

1. Met. 120.

— — *ventis glacies adstricta pependit.*

Plinius 5. ep. 6. *Si natare latius aut tepidius velis, in area piscina est, in proximo puteus, ex quo possis rursus adstringi, si poeniteat teporis*. DUKER. — Amm. Marcell. 27, 2. ed. Gronov. *Calcando semineces et constrictos, quos vulneribus frigorum asperitate contractis dolorum absumpserat magnitudo*. V. Vales. Praefat. in Ammian. — *matutino tempore* Lovel. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et edd. antt. pro quo Aldus primus dedit *matutino frigore*. Tum *excitaverunt* Rec. Paullo ante *e strage media* Ber. *ex media strage* Hav. *de strage media* Gaertn. Sed praepositio omittebatur in Harl.

§. 7. *Quosdam et jacentes vivos succisis feminibus poplitibusque invenerunt*] *Quosdam et vivos* Lovel. 1. *Quosdam etiam jacentes vivos* Lovel. 2. 5. et Gaertn. Hinc *femoribus* Lovel. 3. 4. 5. Ber. Rec. Hav. et Hearnii D. sollemni scribarum aberratione. V. ad 30, 18, 13. Festus v. *Suppernati*. *Suppernati dicuntur, quibus femina sunt succisa in modum suillarum pernarum*. De succisis poplitibus v. viros doctos ad Petron. Sat. 1.

Sanguinem invitantes haurire] *libantes* Pall. tres. GEBH. Put. Pet. melior *libentes*. Pet. alter, reg. Men. tres Pall. Voss. *libantes*. Scribe *jubentes*. J. FR. GRON. *liberantes* Hav. *libantes* Lovel. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Exc. Pithoei, et Hearnii L. 1. atque N. *libentes* Flor.

Digitized by Google

bi ipsos fecisse foveas, obruentesque ora superjecta
9 humo interclusisse spiritum adparebat. Praecipue convertit omnes substratus Numida mortuo superincubanti Romano vivus, naso auribusque laceratis: quum, manibus ad capiendum telum inutilibus, in ra-

§. 8. *Quas sibi ipsos fecisse foveas*] Ita primus apud Elzev. edidit Dan. Heinsius, sed sine dubio operarum errore; quem tamen posteriores editores servarunt. Antea editum fuerat *quos*; neque aliter est in scriptis, nisi quod *que* praeferat Lov. 5. *quod* Flor. et Lovel. 4. Pristinam igitur lectionem, quam etiam Dukerus praeferebat, revocavi. Sequens *sibi* deest in Lovel. 2. 3. Harl. et Hav. Paullo ante *Inventi quidam sunt mersis* Lovel. 2. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *Inventi quidam submersis* Lov. 3. et 4. *Inventi sunt quidam submersis* Lovel. 5.

Obruentesque ora subjecta super humo injecta interclusisse spiritum adparebat] Pal. 1. *ora subjecta super humero injecta interclusisse s. a.* in 2. et 3. deficit *τὸ injecta*. GEBH. Quis non sentit, sermonem esse nugacem? Put. Pet. Men. Pal. uno abest *τὸ injecta*. Scribe *obruentesque ora superjecta humo, interclusisse*. J. FR. GRON. *obruentesque ora subjecta super humo interclusisse* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Hafn. Hav. et Hearnii L. 1. atque N. *obruentesque ora injecta super humo interclusisse* Lovel. 5. *obruentesque ora subjecta sub humo interclusisse* Ber. *obruentes ora subjecta, superque humo injecta interclusisse* edd. principes. Gronovii conjecturam unius e suis scriptis non spernendi auctoritate confirmari, testatur Crevier.

§. 9. *Substratus Numida mortuo superincumbenti Romano vivus*] Pall. tres, et vet. ed. *subtractus*. Quam lectionem confirmat locus infra 23, 15, 8. *Seminecem eum ad Cannas in acervo caesorum corporum inventum*. et magis ibidem §. 13. *Prope exsanguis ruina superincidentium virorum, equorum, armorumque sit oppressus*. Silius Italicus 6, 41. hanc rem uberius persequitur, qui canit Laevinum centurionem fuisse. GEBH. Meliores, *incubanti*. J. FR. GRON. *substractus* Voss. et Berol. *subractus* Flor. *subtractus* Cant. Lovel. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hearnii N. et edd. usque ad Froben. anni 1531. Eodem modo codd. vel *stracti*, vel *tracti*, pro *strati*, supra dedisse, vidimus ad 9, 20, 2. Deinde *superincubanti* Flor. Ceterum Silius poëtica licentia simile monstrum proelio ad Trasimenum accidisse loco a Gebh. laudato refert: in eo tamen a Livio discedit, quod, secundum Silium,

Exanimum Nasamona Tyren super ipse jacebat
Exanimis.

At Livius Numidam *vivum* fuisse refert.

In rabiem ira versus] Non male. Put. tamen *versas*. An *versa*? J. FR. GRON. Ut Gronov. conjecit, inveni scriptum in Lovel. 3. et Hafn. quae lectio adstrui potest exemplis ex Curtio laudatis ad Livii 6, 33, 4.

§. 1. *Spoliis ad multum deletis*] Opinor legendum *Spoliis*

Digitized by Google

biem ira versus, laniando dentibus hostem exspirasset.

LII. Spoliis ad multum diei lectis, Hannibal ad 1
minora ducit castra obpugnanda, et omnium primum, brachio objecto, flumine eos excludit. Ce- 2

ad multum diei, vel *ad multam diem lectis*. VALLA. Pal. 2. patrocinatur huic lectioni expresse *ad multum diei lectis*. Pal. 3. vero *ad multum deductis*. GEBH. *ad multum delectis* perperam in meis omnibus superest, nisi quod *ad vultum dejectis* legat Lovel. 5. Illud *multum diei* inlustramus infra ad 27, 2, 9. Mox *castra expugnanda* Lovel. 4. 5. et Gaertn. V. ad 21, 57, 6.

Et omnium primum brachio fluminis objecto eos excludit] Ego *objectus* malim legere: nam *flumen* qui *objicere* potuit Hannibal? Quin etiam in oratione captivorum postea [c. 59.] *ab aquæ coërciti* dicuntur. GLAR. Malim *brachio flumini objecto*. Sensus est enim, Annibalem brachio objecto Romanis usum fluminis et aquationis eripuisse. sic enim captivi ipsi post ajunt [c. 59, 5.] *Cum, circumsessi ab exercitu victore, aqua arceremur*. 4, [9, 14.] *Muro Ardeae brachium injecerat*. Item [cap. eod.] *Et moenibus hostium vallum objecere*. SIGON. Pall. 1. *flumine objecto*. sec. *flumine adjecto*. N. L. GEBHARD. *flumine* optimi libri. Ergo, duabus vocibus transpositis, liquidam sententiam redde: *primum brachio objecto, flumine eos excludit*. Caesar. 1. Civil. [68.] *Si hostem Ibero intercludere et frumento prohibere posset*. Et ibidem [c. 72.] *Quod re frumentaria hostes interclusisset. Brachio*, ut noster 4, [9, 14.] *Consul muro Ardeae brachium injunxerat*. Frontinus 3, 17, 5. *Brachiis a latere ductis, fossa in fronte percussa*. Sueton. Claudio [20.] *Portum Ostiae exstruxit, circumducto dextra sinistraque brachio*. J. FR. GRON. *brachio flumine objecto* Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. et Hav. Gronovio transpositis vocibus emendanti *brachio objecto, flumine* Oxon. N. consentire, auctor est Hearnius. *excludere flumine* pro a flumine arcere. ut 25, 11, 11. *Urbs contra exclusa maritimis commeatibus*. 45, 15, 4. *Non ubi censeatur finire, sed censu excludere*. Caesar 5. Gall. 23. *Ne anni tempestate navigatione excluderentur*. 7, 55. *Si re frumentaria Romanos excludere possent*. 3. Civ. 78. *Se omni maritima ora excludere conarentur*. Hirt. bell. Afr. 61. *Ne jugo a Caesare excluderetur. Brachia* autem vocantur munitiones ex reliquo opere procurrentes. Infra 31, 26, 8. *Inter angustias semiruti muri, qui brachiis duobus Piraeeum Athenis jungit*. 38, 5, 8. *Superato brachio in urbem penetrat*. Hirt. bell. Hisp. 5. *Ut eum ab oppido commeatuque excluderet, brachium ad pontem ducere coepit*. et c. 34. *Nostri brachia ducere coeperunt*. V. Lips. 2. Poliorc. 2. Acidal. ad Vell. Pat. 2, 19, 5. Casaub. ad Polyb. p. 180. Tenull. ad Front. l. l. et Cel. Burm. ad Rutil. Iter 1, 535. Doujatius vulgatum servari posse existimat, si *brachium* hic non pro aggere, sed pro alveo fluminis fossa deducto accipiatur, et ita minora haec castra excludi dicantur non tam a flu-

Digitized by Google

terum ab omnibus, labore, vigiliis, vulneribus etiam fessis, maturior ipsius spe deditio est facta. pacti, ut arma atque equos traderent, in capita Ro-
8 mana trecenis nummis quadrigatis, in socios ducenis, in servos centenis, et ut, eo pretio persoluto, cum singulis abirent vestimentis, in castra hostes accepe-

mine, quam ab omni auxilii aut eruptionis spe: utrumque enim insinuare Junium captivorum legatum c. 59, 5. *Quum, circumsessi ab exercitu victore, aqua arceremur, nec ulla jam per confertos hostes erumpendi spes esset.* Verum id spe successus tentari nequit. Junius enim duas, cur deditio facta sit, caussas memorat; alteram, quod ab aqua exclusi essent, ducto nimirum brachio, id est aggere, post quem latentes Karthaginienses Romanos a flumine arcebant; alteram, quod nulla jam per hostes erumpendi spes esset, non propter brachium fluminis circumductum, ita enim ab aqua exclusi non fuissent, sed quod hostes jam *conferti* instarent.

§. 2. *Maturior ipsius spe deditio est facta*] Pal. pr. *dedicione facta.* Forte, *Maturius ipsius spe dedicione facta, pacti sunt.* GEBH. Similiter multi meorum codd. praeferunt, sed omnino errore scribarum, qui per compendium datum *deditio ē* reddiderunt *deditione*; quod tanto ipsis pronius erat, quum omnia continua serie scriberentur. Alia exempla v. ad Liv. 9, 8, 13. Nasutiores librarii, vitio hujus lectionis deprehenso, ita emendare conati sunt, *maturiore ipsorum spe deditione facta*; quae scriptura in Lovel. 5. obvia fuit. *ipsorum spe* etiam edd. principes. Paullo ante *ab hominibus*, pro *ab omnibus*, legendum conjecit Cl. Crevier. de qua vocum commutatione v. ad 3, 54, 6.

Pacti, ut arma atque equos] Forte *pactos.* J. FR. GRON. Si legas *pactos*, ea, quae deinde dicit, *in castra hostes acceperunt*, de castris Hannibalis accipienda sunt. Sed hoc potius dicit, hostes a Romanis in sua castra, quae obsidebantur, acceptos. Sic paullo post *castra tradita hosti.* c. 59, 6. *Tum demum pacti* etc. *arma hosti tradidimus.* Ibid. *Quum castra traderentur.* c. 60, 16. *Annibalem castra prodi et arma tradi jubentem.* Et, *Castra, et arma, et vos ipsos traditis hosti.* DUK. Neque mihi Gronovii conjectura placet; vulgata enim lectio, pro qua omnes stant Msti, aeque commode exponi potest.

In capita Romana tricenis nummis quadrigatis] *tricenis* plerique habent codices, luculento scribarum errore, pro *trecenis.* Qui enim fieri potuit, ut caput civis Romani triplo minoris censeretur, quam caput servi? *Triceni* autem a *triginta* est, *treceni* a *trecentis.* Hujus nominis prima syllaba correpta est, illius vero producta. Similis error apud Horatium est 2. od. 14.

Non si trecenis, quotquot eunt dies,
Amice, places illachrymabilem
Plutona tauris.

Digitized by Google

coeperunt; traditique in custodiam omnes sunt, seorsum cives sociique. Dum ibi tempus teritur, interea quum ex majoribus castris, quibus satis virium aut animi fuit, ad quatuor millia hominum et ducenti equites, alii agmine, alii palati passim per agros, quod haud minus tutum erat, Canusium perfugissent, castra ipsa ab sauciis timidisque eadem 4

Ubi omnes codices *tricenis* perperam legunt. Et quod hic *trecenis* distributive ait, postea Junius in oratione pro captivis [c. 59, 18.] *trecentis* dicturus est. Quod item hoc loco *nummum quadrigatum*, illic simpliciter *nummum* vocat, fortassis commiserationis gratia. Nam quadrigati bigatique denarii erant, quaternis nummis valentes, ut clarum est ex Plinii 33, 8. Ipse Livius paulo post [c. 58, 4.] summam variat, ubi Hannibalem de captivis loquentem introducit. Equitum enim precium adjicit, de quo antea nulla mentio: praeterea socios sine precio dimissos, in quos hic ducenos quadrigatos constitutos ait. Gell. 7, 18. precium in captivos ait ab Hannibale constitutum argenti pondo libram ac selibram, nullum captivorum facions discrimen. quae summa dupla minor est trecenis quadrigatis, siquidem denarium per *quadrigatum* intelligamus, authore Plinio. Quare et haec summa hic nobis suspecta. GLAREAN. Non tantum plures edd. quas codicum nomine intelligit Glareanus, sed et multi Mſti, atque inter eos etiam optimae notae Flor. perperam *tricenis* legunt, errore saepissime obvio. V. infra ad 40, 34, 8.

§. 3. *In castra hostes acceperunt*] Vet. lib. *receperunt*. SIG. Omnes mei dissentiunt, ac constanter defendunt τὸ *acceperunt*. Innumeris locis haec verba commutantur. V. ad 26, 32, 8.

In custodiam omnes sunt, sed seorsum cives] Put. *sunt seorum cives*. Voss. *sunt se eorum*. Dele adversativam, et scribe: *omnes sunt, seorsum cives sociique*. J. FR. GRON. *omnes sunt, sed eorum* Lovel. 3. et Gaertn. *omnes sunt, se eorum* Flor. et Lovel. 2. 4. nec aliter Lovel. 1. nisi quod vocem *omnes* omittat. *omnes sunt, eorum* Harl. *omnes sunt, seorsum cives*, ut Gronov. conjecit, omissa adversativa, Ber. et Hav. Eam itaque ex contextu expunxi.

§. 4. *Et bis centum equites, alii agmine, alii palantes*] Habent omnes libri *alii palati passim per agros* etc. *Canusium perfugissent*. GEBH. Scribe *ducenti equites, alii agmine, alii palati*. Sic optimi libri, ut et *perfugissent*, non *profugissent*. Illud *bis centum* nescio quis in Gruteri editionem intulit: nam superiores *CC*. J. FR. GRON. Pari errore *bis mille*, pro *duo millia*, edebatur olim 33, 4, 5. ubi vide. *et ducenti jam equites* est in Flor. Deinde omnes etiam mei cum edd. principibus *palati*. V. ad 1, 11, 1. Similiter quoque omnes *perfugissent*, exceptis tamen Lov. 3. et Ber. qui *profugissent* servant. V. ad 37, 57, 2. et mox §. 7.

Castra ipsa ab sauciis timi-

Digitized by Google

5 conditione, qua altera, tradita hosti. Praeda ingens parta est: et, praeter equos virosque, et si quid argenti, (quod plurimum in phaleris equorum erat; nam ad vescendum facto perexiguo, utique mil tantes, utebantur) omnis cetera praeda data 6 est. Tum sepeliendi caussa conferri in unum cor-

disque eadem conditione, qua altera, tradita hosti] Pal. 3. *ab sauciis et timidis eadem conditione, qua altera, tradita sunt.* GEBH. *a* vel *ab sauciis et*, vel *ac timidis* Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Hav. et edd. ante Aldum. *a sauciis et timidis etiam eadem conditione* Gaertn.

§. 5. *Et aliquid argenti, quod plurimum in phaleris equorum erat*] *et si quid*, tum *ad vescendum*, non *vestiendum*, legi oportere, diximus de Pec. vet. 1, 7. J. FR. GRON. *et si quid argenti* non tantum omnes Msti, verum etiam typis excusi ante ultimam Gruteri ed. praeferunt; quod cur mutatum sit, nullam caussam video. Paullo ante *Praeterea ingens parta est praeda* legit Rec. *Praeda ingens parata est* Voss. et Lovel. 2. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 5, 6, 1. *Praeda ingens aperta est* Lovel. 1. Hinc vocula *et* deest in Gaertn. quam intercepit praecedens *est*. V. ad 24, 15, 6. Tum *viros equosque* Lov. 3. Sed v. ad 21, 27, 5.

Nam ad vestiendum facto perexiguo, utique militantes, utebantur] *vestiendum* habent vetustiores: quidam emendarunt *vescendum*, quod ego non intelligo. *Facto* autem intelligit *argento*. Nam quod de auro quidam marginibus notam apposuere, somnium est. GLAR. Legito cum libris *ad vescendum facto*. et notat Livius, iis temporibus et moribus rarum fuisse mensarium argentum, praesertim in castris. Scipionem sane edixisse ad Numantiam video, ἀργυροῦν ἔκπωμα (Polyaeni verba 8, 16.) μὴ ἔχειν πλέον δικοτύλου, καὶ λούεσθαι μηδένα. *Argenteum vas majus duabus cotylis neminem habere, itemque neminem lavare*, sive balneis uti. Pescennius simile apud Spartianum [c. 10.] *Cum milites quosdam in caveo argenteo, expeditionis tempore, bibere vidisset, jussit omne argentum submoveri de castris, addito eo, ut ligneis vasis uterentur.* Sed et Plinius de Spartaco [33, 3.] *interdixisse castris suis, ne quis aurum haberet vel argentum.* additque: *tanto plus animi fuit fugitivis nostris:* significant jam irrupisse, et a divitibus ac mollibus illis haberi. LIPS. 5. de Mil. Rom. 16. Pal. 2. (*nam ad vescendum* (quae lectio et paret in reliquis libris) *facto perexiguo, utique militantes, utebantur omnes*) *cetera praeda.* GEBH. *ad vescendum* omnes non tantum codd. sed etiam excusi. *ad vestiendum* autem, quod vetustiores codices, id est editiones, habere testatur Glareanus, demum adparuit in Ascens. ed. anni 1513. et paucis aliis ante Glareanum: quare recte viri docti, eo rejecto, alterum revocarunt. Deinde *frumento perexiguo* Lovel. 3. In sequentibus *diripienti data est* Lovel. 2. *diripienda tradita est* Lov. 3.

Digitized by Google

pora suorum jussit. Ad octo millia fuisse dicuntur fortissimorum virorum. Consulem quoque Romanum conquisitum sepultumque, quidam auctores sunt. Eos, qui Canusium perfugerant, mulier Apula, nomine Busa, genere clara ac divitiis, mensibus tantum tectisque a Canusinis acceptos, frumen- 7

§. 6. *Ad octo millia fuisse dicuntur*] *ad VII. millia* Hearnii N. altera lectione margini adscripta. *ad VIIII millia* Lovel. 4. et 5. Minorem numerum militum a parte Hannibalis hoc proelio interiisse, refert Polyb. 3, 117.

Consulem quoque Romanum conquisitum sepultumque, quidam auctores sunt] Pal. 2. *auctores ferunt*. GEBH. *consulemque Romanum* Ber. V. ad 5, 27, 2. *consulisque Romani corpus* Hafn. *consulem Romanum conquisitum* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *consulem conquisitum* proximae Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae usque ad Aldum, vulgatae lectionis auctorem.

§. 7. *Mulier Paula nomine Busa genere clara divitiis*] Et ipse Livius paulo inferius *Busam* vocat, et Valer. Max. 4, 8. Quapropter *Paula* quid hic sibi velit, si quidem *Busa* nomen est, non sane video. Itaque considerandum lectori, quo pacto distinguere haec velit *nomine Paula: Busa genere: an mulier nomine Busa, clara genere ac divitiis*, ut omittatur *Paula*, quod et alii omittunt. GLAR. Nemo est, qui non quaerat, quid sit *mulier Paula, nomine Busa, genere clara*. menda enim est in voce *Paula*. Nam de *Busae* nomine satis constat. Ipse enim post ait [c. 54, 4.] *Sed Canusii gravius onus Busae multitudo faciebat*. Et Valer. 4. de Liberalitate [8, 2.] *Busa nomine, regionis Apuliae ditissima*. Suspicor igitur legendum esse *mulierula Busa nomine*. ut *mulierculam* appellet, eam comparans cum Canusinis. Id enim fecit mulierula, inquit, quod cuncta civitas non fecit, ut veste, frumento, et viatico Romanos juvaret. Qua de causa Valerius eandem etiam *feminam* appellavit, et post Livius [c. 54, 3.] *Ne a muliere Canusina populus Venusinus beneficiis vinceretur*. Est autem hic mos Livii, ut primum appellationis nomen afferat, deinde proprium: ut 23, [18, 1.] *Cum praefecto, nomine Isalca*. Item libro hoc [c. 6, 3.] *Eques, Ducario nomen erat*. SIG. *mulierula nomine Busa* a Sigonii conjectura manavit. Nam libri et scripti omnes, et vulgati, habent *mulier Paula, nomine Busa*. Glareanus haerere se fatetur. Nam *Busam* huic mulieri nomen fuisse, non *Paulam*, Livius infra, et Valerius item testantur. Sigonius ablegata voce scindit nodum, non solvit. At ego, transposita litera, rem extrico, *mulier Apula, nomine Busa*. Valerius l. 4. *Itaque ejusdem temporis femina, Busa nomine, regionis autem Apuliae ditissima*. LIPS. 1. Ep. Quaest. 6. Admisi conjecturam Lipsii, sed certam: tanto quidem confidentius, quod prius eodem loco conspiceretur hariolatio Sigonii longius petita, *mulierula nomine Busa*. Nostra

Digitized by Google

to, veste, viatico etiam juvit; pro qua ei munificentia postea, bello perfecto, ab senatu honores habiti sunt.

1 LIII. Ceterum, quum ibi tribuni militum quatuor essent, Fabius Maximus de legione prima, cu-
2 jus pater priore anno dictator fuerat, et de legione secunda L. Publicius Bibulus et P. Cornelius Scipio, et de legione tertia Ap. Claudius Pulcher, qui pro-
3 xime aedilis fuerat; omnium consensu ad P. Scipio-

lectio minus recedit a Mstis et olim editis, in quibus omnibus *mulier Paula, nomine Busa.* GRUT. Pall. 1. ac 3. *mulier Paula nomine, Busa genere, clara divitiis.* cujus scripturae et vet. ed. particeps est. GEBH. *mulier Paula* etiam omnes nostri: cujus loco quin recte Lipsius *Apula* restituerit, dubitari nequit. Tam *nomine Birsa* Ber. *nomine Burtia* Lov. 5. *nomine Dusa* Gaertn. *nomine Busti* Hafn. Praeterea *genere clara ac divitiis* primus edidit Aldus, cui Flor. et quidam alii consentiunt. Paullo ante *perfugerunt* Lovel. 2. et Hearnii N. cujus tamen margo alteram lectionem servat. *profugerunt* Ber. V. supra hoc cap. §. 4.

§. 2. *L. Publicius*) *L. Poblicius*, ex Capitolinis lapidibus et nummis argenteis. SIG. V. eumdem Sigonium ad 27, 20, 11. Omnes tamen codd. hic servant *Publicius*, nisi quod *Publius*, ut edd. ante Aldum exhibuerunt, perperam sit in Voss. Lov. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Et ita clivus, qui a Publiciis fratribus nomen accepit, non *Poblicius*, sed *Publicius*, dictus est. V. Gronov. ad Liv. 27, 37, 15. Contra Val. Prob. de notis p. 1525. *POB.* exponit *Poblicius.* Utroque igitur modo scripserunt *Poblicius* antiquiores, *Publicius* recentiores, ut *Poplicola* et *Publicola*, et similia alia.

Et de legione tertia Ap. Claudius Pulcher) Quomodo hic mentio fit *legionis tertiae*, quae non ad alterutrius consulis exercitum pertinuit, sed sub M. Claudio Marcello in classe militavit? ut constat ex Livio infra hoc lib. c. 57, 8. In verbis sequentibus *maxime fuerat aedilis* Lovel. 2. V. supra hoc lib. ad c. 22, 7. *proximo aedilis fuerat* Lovel. 3.

§. 3. *Ad P. Scipionem admodum adolescentem, et ad Ap. Claudium*] Pal. 2. *et Ap. Claudium.* ut referatur ad praecedentem praepositionem. GEBH. Ita et Voss. Lovel. quinque, Ber. et Hav. Sed, Livium praepositiones saepe repetiisse, supra vidimus ad 6, 28, 6. Voces *adolescentem et ad* desunt in Flor. vox *adolescentem* in Cant.

§. 4. *Nequidquam eos consultare, perditam spem fovere*) Plane abest a Pal. 1. *consultare.* sec. *nequiquam eos agere, perditam spem fovere.* GEBH. Optimi *nequidquam eos perditam spem fovere*, excluso *τῷ consultare.* J. FR. GRON. Abest etiam a Voss. Lov. quinque, (nisi quod in ter-

Digitized by Google

nem, admodum adolescentem, et ad Ap. Claudium summa imperii delata est. quibus consultantibus inter paucos de summa rerum nunciat P. Furius Philus, consularis viri filius, *Nequidquam eos perditam spem fovere; desperatam comploratamque rem esse publicam. Nobiles juvenes quosdam, quorum principem L. Caecilium Metellum, mare ac naves spectare, ut, deserta Italia, ad regem aliquem transfugiant.* Quod malum, praeterquam atrox, super 4 5 6

tio ad marginem adscribitur *consulere*) et Harl. Suos etiam adsentiri, Hearnius testatur. Tum *perditam spem fore* Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *spem perditam fore* edd. Aldo priores. *nequidquam per eos proditam spem fore* Lovel. 2. Saepius voces *perditus* et *proditus* confundi, vidimus ad 10, 19, 2.

Desperatam comploratamque rem esse publicam] *destitutam comploratamque* usque ad Aldum edd. antt. invitis omnibus scriptis. *desperatam deploratamque* Lovel. 3. Tum *rempublicam esse* Harl. Ber. et Gaertn. Male. V. supra hoc lib. c. 9, 10.

§. 5. *Quorum principem L. Caecilium Metellum*] Valerius 5, 6. ubi de Scipione, *Quintum* vocat, non *Lucium*, si codex non errat, ut sane hujus authoris codex, qui 24, [18, 3.] *M. Caecilium* habebat, ubi censorum sedulitatem refert Livius. GLAR. Omnes hic codices *Lucii* praenomen Metello tribuunt. Sed idem memoratur non tantum loco, quem Glareanus notavit, verum etiam eodem 24, 43, 2. et 27, 11, 12. ubi in quibusdam codd. partim *Publius*, partim *Marcus* vocatur. V. etiam viros doctos ad Valer. Max. locum laud. et ad 2, 9, 8. *L. Caecilius Metellus* vocatur Pighio in Ann. ad ann. DXXXIX. p. 172. Mox *ad regnum aliquod*, pro *ad regum aliquem*, Rec. Hav. et Hearnii N. in margine. Deinde *transfugiat* Voss. Lovel. 1. 2. Harl. et Flor. cum quibusdam edd.

§. 6. *Quod malum, praeterquam quod atrox*] Put. ignorat *to quod*. Nec utique semper haec particula post illam ponitur. 26, [13, 14.] *Dum liber, dum mei potens sum, effugere morte, praeterquam honesta, etiam leni possum.* J. FR. GRON. Illud *quod* etiam in plerisque meorum desideratur. Posset autem videri interceptum esse ob similitudinem praecedentis syllabae. V. ad 37, 54, 4. Verius tamen est, recte etiam abesse posse. Supra 4, 17, 6. *Cum Vejentibus Fidenatibusque, praeterquam finitimis populis, ab caussa etiam tam nefanda bellum exorsis, atrox dimicatio instabat.* 10, 20, 11. *Samnitium agmen, praeterquam hostili tumultu, captivorum etiam repentina defectione, turbatum erat.* 30, 6, 4. *Quibus caesis omnibus, praeterquam hostili odio, etiam ne quis nuncius effugeret.* Celsus 1. de re med. 9. *Aqua vero frigida infusa, praeterquam capiti, etiam*

Digitized by Google

tot clades etiam novum, quum stupore ac miraculo torpidos defixisset, et, qui aderant, consilium advocandum de eo censerent; negat consilii rem
7 esse Scipio juvenis, fatalis dux hujusce belli. *Audendum atque agendum, non consultandum*, ait, *in tanto malo esse. Irent secum extemplo armati*,

stomacho prodest. V. Cl. Duker. ad Liv. 6, 24, 7. Mox *trepidos*, pro *torpidos*, Lovel. 3. 4. et 5. Eadem varietas supra erat 7, 86, 3.

Concilium advocandum de eo censerent] *consilium advocandum* Flor. Lov. 2. 4. Ber. Gaertn. et Hav. qui iidem codd. cum Lovel. 1. Voss. et edd. vett. etiam mox praeferunt *consilii rem esse:* Froben. etiam anno 1535. utroque loco partim *consilium*, partim *consilii* edidit; id autem obtinuit usque ad Modium, qui iterum *concilium* et *concilii* dedit. Sed alterum verius, ideoque in contextum recepi. Intelliguntur enim tribuni ac primi ordines, quos duces in rebus gravioris momenti consultare solebant. Id autem *consilium*, non *concilium* esse, docuit Gronov. ad Livii 44, 2, 5. Cl. Dukero eadem haec lectio placuit: quam etiam utroque loco probavit et recepit Cl. Crevier.

Scipio, juvenis fatalis, dux hujusce belli] Distingue ex Pal. 1. *Scipio juvenis, fatalis dux hujusce belli*. Nam *dux fatalis* θεόπεμπτος. GEBH. Similiter ad oram Livii distinguendum monuit Cl. Jac. Perizonius.

§. 7. *Audendum atque agendum, non consultandum, ait, in tanto malo esse*] Quam contumaces sint editi in hac lectione procudenda, tam obfirmati MSS. omnes in apponendo post ultimam vocem *Scipio*, tanquam indicantes, vel in his verbis, vel in superioribus *negat concilii rem esse Scipio*, aliquid esse supervacuum. Sed, ut quam lenissime pariter ac securе agamus, nihil, nisi voculam *ait*, expungimus, quae procul dubio aliena est, et qui eam adjecit, idem repetivit τὸ *Scipio*. 1, 57, 7. *Collatinus negat verbis opus esse, paucis id quidem horis posse sciri*. Vides illic non repeti, sed subaudiri τὸ *ait*. 3, 13, 5. *Tribunus supplicium negat sumpturum se de indemnato, servaturum tamen in vinculis esse*. 6, 27, 6. *Eam ludificationem plebis tribuni ferendam negabant. Fugere senatum testes* etc. Ita vides in mutatione orationis ex negativa in affirmativam non adeo solere a Livio apponi verbum affirmans, sed potius dissolvendo τὸ *negat* in *non ait* particulam negativam eum relinquere praecedenti membro, et verbum affirmans transferre ad sequentia. JAC. GRON. Quaedam in hanc rem infra v. ad 30, 15, 11. [42, 36, 6.] Ceterum *non consultandum esse ait in tanto malo* Ber. *non consultandum esse ait in tanto malo Scipio* Lovel. 2. *non consultandum esse in tanto malo ait Scipio* Gaertn. et ita edd. ante Aldum, nisi quod ignorent vocem *Scipio*. *non consultandum ait in tanto malo esse Scipio* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 4. et Harl.

Digitized by Google

qui rempublicam salvam vellent. nullo verius, quam 8
ubi ea cogitentur, hostium castra esse. Pergit ire, 9
sequentibus paucis, in hospitium Metelli. et, quum concilium ibi juvenum, de quibus adlatum erat, invenisset, stricto super capita consultantium gladio, *Ex mei animi sententia*, inquit, *ut ego rempubli-* 10

§. 8. *Qui rempublicam salvam vellent*] Quae de hac formula illis, quae ad §. seq. notavit, subjecit Modius, delevi: videri enim possunt apud Brisson. de Formul. 2, 213.

Nusquam verius, quam ubi] Pal. 2. *nullo in loco.* GEBH. Et optimi et mediocres complures *nullo verius.* Quorum consensu commotus *nullo* breviter dictum censeo pro nusquam, vel nullo loco. J. FR. GRON. *nullo loco verius* Lovel. 4. et unus e scriptis Crevier. a m. 2. *nullo in loco verius* Ber. Hafn. Rec. et Gaertn. Reliqui omnes *nullo verius;* ita ut vulgatum, quod tamen optimum visum est Crevierio, in nullo cod. supersit. *nullo verius* etiam legunt Oxonienses Hearnii. De ellipsi *τοῦ loco* v. Sanctium in Min. 4, 4. v. *Locus.* Eodem refer *tenere se in privato*, de quo v. Gronov. ad Livii 23, 7, 10.

§. 9. *Pergit deinde ire*] Iidem cancellant *τὸ deinde.* J. FR. GRON. Illud *deinde* etiam in nullo meorum superfuit. A suis quoque exsulare Hearnius monuit. Mox *et concilium*, omissa media voce *cum*, quae a proximae prima syllaba elisa est. V. ad 3, 69, 5. *et cum consilium* Lovel. 2. 3. et Gaertner. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Male. Hic enim indicatur secretus congressus clanculum conspirantium, quod *concilium*, non *consilium*, dicitur, teste Gronov. ad Liv. 44, 2, 5.

Stricto super capita consultantium gladio] Totum hunc locum elegantissime expressit Silius, cujus versus aliquam multos, sed emaculatos prope a mendis, quibus vulgo scatent, apponam; puta hos [ex 10, 432.]

Tum quatiens strictum cum voce ante ora mucronem etc.

MOD. Locum Silii omisi, quia nihil novi continebat, nisi quod v. 433. *Tarpeje pater*, pro *Tarpeja*, et v. 448. *Obstringuntque*, pro *Obstringunt*, praeferebat: quorum prius omnino vitiosum est; posterius ferri posset, si ex Mso foret; de quo non sine causa dubito. Certe in excerptis cod. Colon. quo Modius usus est, nullam ibi varietatem lectionis notatam invenio.

§. 10. *Ex mei animi sententia, inquit, juro, ut ego rempublicam non deseram*] Cum optimis, abolito *τῷ juro*, leges elegantius: *rempublicam populi Romani non deseram.* V. 4. Obs. 14. J. FR. GRON. Ita etiam Flor. ac forte Cant. ex quo nihil notatum video, exhibuerunt. Ellipsin *τοῦ juro* in hac similibusque sollemnibus formulis, praeter loca, quae Gronov. in Obs. laudavit, confirmat lapis apud Fabrett. in Inscr. p. 673. EX. MEI. ANIMI. SENTENTIA. VT. EGO. HIS. INIMICVS. ERO. QVOS. C. CAESARI. GERMANICO. INIMICOS. ESSE. COGNOVERO. De formula *respublica populi Romani*, vel *respublica*

Digitized by Google

cam populi Romani non deseram, neque alium civem
11 *Romanum deserere patiar. Si sciens fallo, tum me,*
Jupiter optime maxime, domum, familiam, remque
12 *meam pessimo leto adficias! In haec verba, L. Caecili, jures, postulo, ceterique, qui adestis: qui non juraverit, in se hunc gladium strictum esse sciat.*
13 Haud secus pavidi, quam si victorem Hannibalem cernerent, jurant omnes: custodiendosque semet ipsos Scipioni tradunt.

populi Romani Quiritum v. etiam supra ad hujus libri c. 10, 2. De occasione autem, qua voces *populi Romani* ex plerisque Mstis exciderint, v. ad 28, 28, 12. Mox *non alium civem Romanum*, pro *neque alium*, Lovel. 5.

§. 11. *Si sciens fallo, tum me, Jupiter opt. max. domum, familiam, remque meam pessimo leto adficias*) Opinor Livium dedisse *tu me Jupiter*. 1, 24, 8. *Si prior defexit publico consilio, dolo malo, tu illo die, Jupiter, populum Romanum sic ferito*. 21, 45, 8. *Si falleret, Jovem caeterosque precatus Deos, ita se mactarent*. Ne hic quidem immixtam eam particulam vides. Itaque etiam 1, 32, 7. nullus haereo, quin Livius scripserit: *Si ego injuste* etc. *exposco, tu patriae compotem me numquam sinas esse*. Alias solent edere, *ast tu*. JAC. GRON. Quemadmodum Cl. Jac. Gronovius legendum conjecit, etiam exaratum inveni in Lovel. 2. Harl. Gaertn. et Hearnii N. ut ultima litera voci *tum* adhaeserit ex initio sequentis. V. ad 40, 7, 8. In hac formula etiam usitatum est *at tu*, de quo v. ad 1, 18, 9. Vulgatum tamen adversus Gronov. defendunt Cl. Duker. supra ad 1, 24, 8. et Fabrett. in Inscript. p. 674. quorum hic pro sententia sua laudat inscriptionem hanc aeri incisam. SI. SCIENS. FALLO. FEFELLEROVE. TVM. ME. LIBEROSQVE. MEOS. JVPITER. OPTIMVS. MAXIMVS. AC. DIVVS. AVGVSTVS. CAETERIQVE. OMNES. DI. IMMORTALES. : . : . : . : . EM. PATRIA. INCOLVMITATE. FORTVNISQVE. OMNIBVS. FAXINT. Lacunam autem explet EXPERTEM. Excipi posset, imprecationem, jurijurando additam, aliter hoc loco, aliter in inscriptione concipi: hic enim jurantem Scipionem directe Jovem adloqui, ac secunda persona dicere *Jupiter optime maxime leto adficias*; in inscriptione autem tertia persona dici *omnes Dii immortales faxint*, ubi voci *tu* vel *vos* locus esse nequit; similiter ut nec apud Festum v. *Lapidem*. *Si sciens fallo, tum me Diespiter bonis ejiciat*. Verum potius moneo, Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. Ascensiana anni 1513. priores, constanter hic legere *afficiat*. Videndum itaque est, an non praestet, ut eadem forma, qua in inscriptione laudata obcurrit, etiam hic legamus, *tum me Jupiter optimus maximus* etc. *adficiat*. Quod si placebit, in codd. illis, qui *tu me Jupiter* praeferunt, ultima litera τοῦ *tum* ab-

Digitized by Google

LIV. Eo tempore, quo haec Canusii agebantur, 1 Venusiam ad consulem ad quatuor millia peditum equitumque, qui sparsi fuga per agros fuerant, pervenere. Eos omnes Venusini per familias benigne 2 accipiendos curandosque quum divisissent, in singulos equites togas et tunicas et quadrigatos nummos quinos vicenos, et peditibus denos, et arma, quibus deerant, dederunt. ceteraque publice ac 3 privatim hospitaliter facta: certatumque, ne a mu-

sorpta esse censeri debet a prima vocis sequentis. V. ad 22, 8, 9.

§. 12. *In haec verba, L. Caecili, jures, postulo*] *L. Metelle* Ber. *L. Caecili Metelle* Hafn. invitis reliquis, qui vel *L. Caecili*, vel corrupte *L. Caeli*, aut *L. Teli*, eodem tamen ducentibus vestigiis, praeferunt. Deinde *postulo*, pro *expostulo*, primus edidit J. Fr. Gronovius, et quidem optimorum codd. auctoritatem secutus, ut monuit in pr. ed. notarum. Neque aliter erat in Flor. et forte in Cant. ac Lovel. 1. ex quibus duobus nihil notatum video, licet conlati sint cum ed. Gronov.

§. 13. *Custodiendosque semet ipsos contra Hannibalem Scipioni tradunt*] Vet. lib. *Annibalem contra*. Sic saepe alias praepositio postponitur. SIG. Sigonius *Annibalem contra*. sic enim saepe praepositionem posponi. At tu ocius utrumque vocabulum jussu non nisi optimorum dele: sunt enim fatua et falsa: neque contra Poenum, sed reipublicae servabantur. J. FR. GRON. *Hannibalem contra* Voss. Lovel. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. atque N. Sed desunt hae voces in Flor. et Cant.

§. 1. *Ad quatuor millia peditum equitumque*] Pal. pr. *ad quatuor millia pedites equitesque*. vitiose. GEBH. Ita etiam Lovel. 3. et Gaertn. *ad quatuor millia, et pedites equitesque, qui* Flor. Voss. Lovel. 4. 5. Ber. et Hav. quasi quatuor illa millia a peditibus equitibusque, qui per agros fuga sparsi ad consulem pervenerunt, diversa fuissent: quod secus esse videtur. Praeterea *ad duo millia* Hearnii L. 1. *ad quatuor millia et D. pedites equitesque* in Put. legi, nec longe abire cod. Victorinum, testatur Cl. Crevier.

§. 2. *Eos omnes Venusini per familias benigne accipiendos*] Exhibet Pal. 3. *Eos omnes Venusini per familias benigne acceptos curandosque cum divisissent, in singulos equites togas et tunicas, et quadragitos numos quinos vicenos, et peditibus denos, et arma, quibus deerant, dederunt*. GEBH.

Et peditibus denos, et arma, quibus deerant, dederunt] Omnia haec verba desunt errore librarii in Hav. Praeterea *et peditibus* legit Flor. quod inpense placeret, si aliorum codd. auctoritas accederet. Nam *dederunt in equites et pediti* dictum est ut in-

Digitized by Google

liere Canusina populus Venusinus officiis vinceretur.
4 Sed gravius onus Busae multitudo faciebat, et jam
5 ad decem millia hominum erant. Appiusque et Scipio, postquam incolumem esse alterum consulem acceperunt, nuncium extemplo mittunt, quantae secum peditum equitumque copiae essent: sciscitatumque simul, utrum Venusiam adduci exercitum, an
6 manere juberet Canusii? Varro ipse Canusium co-

fra 45, 34, 5. *Tantaque praeda fuit, ut in equitem quadringeni denarii, peditibus duceni dividerentur.* V. Gronov. ad 35, 40, 6. Id si placet, verba *et arma, quibus* etc. accipierem de equitibus et peditibus simul; arma dedisse Venusinos, non tantum peditibus, sed etiam equitibus, quibus deerant.

§. 3. *Populus Venusinus officiis vinceretur*] *beneficiis vinceretur* Hearnii D. quod ex interpretis glossa marginali natum videretur. Voces *officiis vinceretur. Sed gravius onus* desunt in Voss.

§. 4. *Sed Canusii gravius onus Busae multitudo faciebat*] Abest a Pall. *τὸ Canusii.* neque agnoscit vet. ed. Pal. 3. *Set gravius onus Busae in se multitudo faciebat.* GEBH. Delent *Canusii*, ut et Aldina, Juntasque. Andreas, Bec. Mog. *Sed in se gravius.* Vulgatum in primo invenio Frobenio: neutrius vestigium in optimis. J. FR. GRON. Neutra etiam lectio in ullo apud me cod. superest. *Sed gravius onus Busae in se multitudo faciebat* servant Rec. Gaertn. et Hearnii D. *Sed gravius multitudo faciebat* Hafn. quae verba desunt in Lovel. 1. Reliqui autem et mei et Hearnii Ox. recte legunt *Sed gravius onus Busae multitudo faciebat:* nisi quod *Birsae* sit in Ber.

§. 5. *Appiusque et Scipio, postquam*] Vet. lib. *Appius et Scipio.* SIG. *Appius Scipioque* Ber. *Appius vero et Scipio* Lovel. 4. *Appius vero Scipio* Lovel. 5. Reliqui omnes vulgatum servant. Mox *τὸ esse* deficit in Lovel. 3. Deinde *quantae copiae*, tribus vocabulis mediis exsulantibus, Hearnii N. Tum *sciscitatum simul* Ber. qui idem cum Lov. 2. ignorant vocem *exercitum.*

§. 6. *Moenibusque se certe, etsi non armis, ab hoste videbantur defensuri*] Hoc recte ab aliis restitutum est, cum quidam *se tueri*, alii *secreti*, nonnulli *se teneri* legerunt, pro *se certe.* GLAR. Probat hanc doctorum virorum emendationem apprime Glareanus. Pall. tres adhuc illis vitiis, quae ille tangit, obnoxii sunt. quippe pr. *moenibusque secerni et sine armis ab hoste videbantur defensuri.* sec. *moenibusque se teneri, etsi non armis.* tert. *moenibusque secerni, etsi non armis.* GEBH. Admodum variant codd. *moenibusque se teneri etsi non armis* habent Rec. et Gaertn. *moenibusque vel se tueri etsi non armis* Hav. et ita etiam Lovel. 3. nisi quod voculam *vel* omittat. *moenibusque se tueri et sine armis* Ber. *moe-*

Digitized by Google

pias traduxit. et jam aliqua species consularis exercitus erat; moenibusque se certe, si non armis, ab hoste videbantur defensuri. Romam, ne hos 7
quidem reliquias superesse civium sociorumque, sed occidione occisos cum duobus exercitibus consules, deletasque omnes copias, adlatum fuerat. Num- 8
quam, salva urbe, tantum pavoris tumultusque intra moenia Romana fuit. itaque subcumbam oneri, nec

nibusque se tueri, si non armis Hafn. *moenibusque securi etiam sine armis* Lovel. 2. *moenibusque secerni et sine armis* Voss. *moenibusque secerni etsi non armis* Flor. et Harl. *moenibusque secerni sine armis* Lovel. 1. *moenibusque secerni si non armis* Cant. et Lovel. 4. *moenibusque se certe cerni etsi armis* Lov. 5. Neque certius quid in priscis editis, quorum lectiones Glareanus recensuit. Primus Froben. anno 1531. id amisit, quod nunc vulgo extat, et verissimum videtur. Elegans est usus particularum *certe*, *si non*, cujus ignari librarii tot monstra lectionum excogitarunt. Inverso ordine obcurrit apud Cic. 3. ad Att. 15. *Si non plus ingenio valebas, quam ego, certe timebas minus.* Phaedr. 5, 5, 46.

Si non ingenium, certe brevitatem adproba.

Pariter dixere *si non*, *saltem*. V. ad 2, 43, 8. *etsi non armis* ex Put. legendum esse monuit Crevier.

§. 7. *Occidione occisum cum duobus exercitibus consulem*] Suspicor legi oportere *occisos cum duobus exercitibus consules*. Subdit enim: *Consule exercituque ad Thrasimenum priore anno amisso, non vulnus super vulnus, sed multiplex clades, cum duobus consulibus consules exercitus amissi nunciabantur, nec ulla jam castra Romana, nec ducem, nec militem esse.* Non enim, inquit, consul cum exercitu amissus, quod vulnus super vulnus fuisset, sed duo consules cum duobus exercitibus periisse: ideo multiplex clades accepta nunciabatur. SIG. Suspicatur Sigonius, legi debere *occisos cum duobus exercitibus consules*. Ego vulgatam lectionem, nisi distinguas post *occisum*, et pro personaliter posito accipias, non assequor. Pall. 1. et 3. exemerunt *τὸ consules*. sec. vero *occidione occisas cum duobus exercitibus deletasque omnes copias*. Prisc. ed. *sed occidione occisis cum duobus exercitibus consules* etc. GEBH. Sigonius de suspicione *occisos consules*. Put. Pet. melior, tres Pall. non habent *τὸ consulem*. Scribe, *sed occidione occisum cum duobus consulibus exercitum, deletasque omnes copias*. Compendio scripta ea vox fuit *coss.* atque eo facilius deperdita. J. FR. GRON. *consulem* ignorant Flor. Cant. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Hav. et Hearnii Oxon. sed diserte *occisos consules cum duobus exercitibus* praefert Ber. *occisas cum duobus exercitibus duos consules* Haverk. At *τὸ duos* non est necessarium. V. hoc libro ad c. 49, 15. A Sigonii conjectura discedendi ea Gronovio

Digitized by Google

que adgrediar narrare, quae edissertando minora
9 vero fecero. Consule exercituque ad Trasimenum
priore anno amisso, non vulnus super vulnus, sed
multiplex clades, cum duobus consulibus duo con-
sulares exercitus amissi nunciabantur: nec ulla jam
10 castra Romana, nec ducem, nec militem esse: Han-
nibalis Apuliam, Samnium, ac jam prope totam Ita-
liam factam. Nulla profecto alia gens tanta mole

caussa fuisse videtur, quod displiceret locutio *consules cum duobus exercitibus occidione occisi*. Ita existimat etiam Crevier.

§. 8. *Quae disserendo minora vero facio*] Put. Pet. melior *edissertando*. Repone, *quae edissertando minora fecero*. Plautus Casina [5, 2, 36.] *Quid fit denique, edisserta*. J. FR. GRON. *edissertando* etiam Flor. quo verbo et alibi Plautus est usus. Ita in Amphitr. 2, 1, 52.

Ordine omne, uti quidque actum est, apud hostes dum sedimus,
Edissertavit.

et in Sticho 2, 1, 39.

Non enim possum, quin revortar, quin loquar, quin edissertem.

edisserere, pro *disserere*, Livio ex conjectura restituere conatus est Gronov. infra 41, 6, 5. Ceterum idem Gronov. in priori ed. notarum vulgatam lectionem vix à soloecismo excusari posse pronunciavit, quod recte repetitis curis omisit. Nam *aliquid disserere* in frequenti usu fuisse, docuit pluribus exemplis Celeberr. Burm. ad Phaedr. 5. prolog. vers. 12. et in fine addend.

§. 9. *Non vulnus super vulnus, sed multiplex clades*] Etiam *vulnus*: nisi clades ad Trasimenum isto nomine erat inferior. Quo deinde *sed*? Scribe, *Consule exercituque ad Trasimenum superiore anno amisso, nunc vulnus super vulnus, et multiplex clades*. J. FR. GRON. Gl. Ant. Perisonius inlustrandae locutioni *vulnus super vulnus* Livio suo adscripsit locum ex 25, 22, 1. *Haec clades, super aliam alia, Romam quum essent nunciatae, ingens quidem et luctus et pavor civitatem cepit*. Idem etiam Perison. monuit ibidem, vulgatum servari posse; quod hoc modo exponebat: priore anno consule exercituque ad Trasimenum caeso, non jam alterum vulnus, priori simile, nec unam simplicemque, sed revera multiplicem cladem nunciatam omnes ad desperationem adegisse. Non itaque indicat, cladem ad Trasimenum *vulneris* nomine inferiorem fuisse; sed potius, damnum ad Cannas inlatum gravius fuisse, quam ut magnitudo ejus simplici *vulneris* nomine exprimi potuerit. Et sane codd. nihil mutantibus caussam non video, cur vulgatum displiceret.

Sed multiplex clades, cum duobus consulibus consulares exercitus] Non est hoc contrarium illi, quod paulo ante dixit, *consule exercituque ad Trasimenum priore anno amisso*. nam

Digitized by Google

cladis non obruta esset. Comparem cladem ad Aegates insulas Harthaginiensium proelio navali acceptam, qua fracti Sicilia ac Sardinia cessere, hinc vectigales ac stipendiarios fieri se passi sunt? aut pugnam adversam in Africa, cui postea hic ipse Hannibal subeubuit? nulla ex parte comparandae sunt, nisi quod minore animo latae sunt. 11

LV. P. Furius Philus et M. Pomponius praetores 1

hic ita nunciatum aft. Caeterum unus dantaxat ceciderat L. Aemylius Paulus, duo autem caesi nunciabantur. GLAR. *cum duobus consulibus modo consulares exercitus* Lovel. 3. *cum duobus consulibus cum consulares exercitus* Flor. Lov. 1. 2. et Harl. Ita et omnes scriptos suos legere Cl. Crevier. testatur: hinc non dubitat, quin legendum sit *cum duobus consulibus duo consulares exercitus amissi.* Cui adsentior, praesertim quum ita praeferant Ber. et Hav. quorum fide etiam illam lectionem recepi.

Exercitus amissi annunciabantur] Vet. lib. *nunciabantur.* SIG. *annunciabantur* demum adparuit in ed. Froben. anni 1531. Omnes, non tantum typis descripti priores, sed et codd. mei, et Hearnii Oxon. uno ore probant *nunciabantur*, quod recte Sigonius revocavit.

§. 10. *Hannibalis Apuliam, Samnium, ac jam prope totam Italiam factam*] Habitat in Pall. tribus: *Annibalis Apuliam, Samnium esse, ac jam prope.* GEBH. *Apuliam, Samnium esse* etiam Voss. Lov. 4. 5. Harl. Rec. Gaertn. et Hav. *Apuliam Samniumque esse* Lovel. 2. *Apuliam esse* Ber. *Apuliam et Samnium esse* edd. Aldo priores. Sed illud *esse*, quod modo praecessit, hic incommode repeteretur.

§. 11. *Comparem cladem ad Aegates insulas*] Put. *Comparasset cladem.* Innuit *Compares et cladem.* id est, comparare forsan velis. J. FR. GRON. Cl. Crevier. testatur, in Put. legi *Comparesset cladem.* in uno e regiis *Compares cladem*; quae ipsi vera Livii manus videtur. Eamdem lectionem inveni in Flor. Verum in his media vocula *et* facile intercidere potuit ob ultimae syllabae vocis praecedentis similitudinem. Praeterea Sigonius edideral *ad Aegateis insulam*, ut est in quibusdam edd. Sed *insulas* omnes codd. et edd. vetustissimae. V. ad Epit. Liv. 19. et infra hoc lib. ad c. 56, 7.

Pugnam adversam in Africa; cui postea hic ipse Hannibal subcubuit] *in Africam* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. et edd. nonnullae antt. Sed scribarum error videtur, quamvis meminerim eorum, quae dixi ad Epit. Liv. 21. Deinde voces *hic ipse* exsulant a Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldina prioribus. Sed emphasis est in pronominibus.

§. 1. *P. Furius Philus et M. Pomponius*] Horum alter urbanam, alter peregrinam juriadictionem habebat. SIG. Supra c. 35, 5. ubi praetorum hujus anni comitia memorantur, recte Gra-

Digitized by Google

senatum in curiam Hostiliam vocaverunt, ut de ur-
2 bis custodia consulerent. neque enim dubitabant,
deletis exercitibus, hostem ad obpugnandam Ro-
mam, quod unum opus belli restaret, venturum.
3 Quum in malis, sicut ingentibus, ita ignotis, ne
consilium quidem satis expediret, obstreperetque

terum, Pighii sententiam secutum, in contextum ultimae ed. *Manius Pomponius* recepisse vidimus. Mirum itaque accidit, neque ipsum, neque alios, qui postea Livio manus admoverunt, et supra emendationem ejus servarunt, non vidisse, ita et hoc loco scribendum esse. Priscam ergo lectionem mutavi.

§. 2. *Ad obpugnandam Romam*] *ad expugnandam Romam* Lovel. 3. V. ad 21, 57, 6. *ad obpugnandum Romam* Hav. V. ad 40, 49, 1. Paullo ante *τὸ enim* exsulat a Lovel. 4. Ceterum observarunt viri docti, *dubitare*, quum notat audere, jungi cum infinitivo: at, quum dubitationem significat, infinitivum respuere; sed, praecedente negatione, adsciscere *quin*, alioqui *an*, *utrum*, vel simile: inter singularia itaque Corn. Nep. referendum esse, quod posteriori sensu passim *dubito* cum infinitivo construxerit, V. Lambin. ad Nepot. praef. in princ. et Tursell. de Partic. Lat. orat. c. 86. Postea Gebhard. ad eumdem loc. Nep. observavit, eodem modo etiam Curtium et Tacitum locutos esse. His nunc seculi optimi scriptorem Livium jungo, qui similiter hoc loco dixit, *non dubitabant hostem venturum*. Nec aliter 28, 24, 15. *Sub cujus vulgatam mox famam non dubitabant, totam Hispaniam arsuram bello*. 36, 41, 2. *Magis mirari se, ajebat, quod non jam in Asia essent Romani, quam venturos dubitare*. (* ubi vide.) Immo ipse Cic. 7. ad Att. 1. *Pompejus non dubitat*, (*vere enim judicat*) *ea, quae de republica nunc sentiat, mihi valde probari*. Eodem modo *dubium est* cum infinitivo infra obcurrit 38, 6, 7. *Haud dubium erat expugnari potuisse*. (* 42, 53, 8. 6, 14, 1. Colum. 1, 7, 5. 2, 8, 4.)

§. 3. *Et nondum palam facti vivi mortuique* etc. *complorarentur*] *facto* legendum ex optimis, ad 1, [41, 6.] monuimus. J. FR. GRON. Cl. Jac. Perizon. potius pronomen excidisse, et *qui vivi mortuique* legendum esse, in ora Livii notarat. Malo tamen subscribere sententiae Gronovii, cujus emendationem Flor. a m. 1. probavit. Praeter illa, quae supra ad d. l. notata sunt, v. etiam infra ad 28, 21, 5. Paullo ante *Quum in aliis*, pro *in malis*, Lovel. 1. 2. 4. et Harl. Sed literam initialem intercepit praecedens vocula *in*. Contra *Quum malis* omnes edd. usque ad Gronov. anni 1665. neque aliter est in Flor. et Ber. a m. 1. quod per ellipsin participii verbi substantivi accipi potest. V. ad 4, 47, 7. et alibi saepe. Quum tamen *in*, a Gronov. additum, in reliquis codd. fere omnibus supersit, id in paucis illis elisum esse videtur vel a vocis praecedentis litera finali, vel a sequentis initiali. V. ad 10, 13, 3. et 37, 1, 2. Hinc *sicuti ingentibus* Flor. ut vulgo ultima li-

Digitized by Google

clamor lamentantium mulierum, et, nondum palam facto, vivi mortuique per omnes pene domos promiscue complorarentur; tum Q. Fabius Maximus 4
censuit, *equites expeditos et Appia et Latina via mittendos, qui, obvios percunctando aliquos profectos ex fuga, passim dissipatos, forte referant, quae*

tera prioris vocis intercepta sit a prima sequentis. V. ad 23, 8, 9. Insuper *nec consilium quidem* Cant. Voss. Lovel. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. caedem. Male. V. ad Liv. 1, 10, 3. Non probandum itaque factum nuperi editoris, qui id in ἐκδόσιν Londinensem revocavit.

§. 4. *Tum Fabius Maximus censuit*] Put. *tum que Fabius.* Nec aliter Pet. ante lituram. Lege *tum Q. Fabius Maximus censuit.* J. FR. GRON. Saepissime ita librarios aberrasse, ut praenominis Quinti notam *Q.* et conjunctionis *que* compendium *q;* confunderent, dictum est supra hoc lib. ad c. 31, 7.

Qui obviam euntes percontarentur aliquos profectos ex fuga passim dissipatos, forte referant] Vet. lib. *si forte referant.* SIG. Locus mihi mire suspectus, et cum eo quoque colluctatur Sigonius. Mea exemplaria pro *percunctarentur* habent *percunctando.* SCHOTT. 3. Obs. 6. Pal. 2. *fore referant.* sec. *qui obviam euntes percunctando aliquos profectos ex fuga passim dissipatos forte referant.* Vulgata lectio promanavit a censura Sigonii. Ego probo Pal. 2. lectionem: certe satius duco, codicum veterum scripturam invehi editionibus, quam hujus vel illius conjecturam futilem. GEBH. Haec et mihi suspecta Schotto. Optimi, *qui obvios percontando:* deinde ignorant τὸ *si*, male invectum ab Sigonio. Scribe igitur et distingue: *qui obvios percontando, aliquos profectos ex fuga, passim dissipatos, forte referant.* J. FR. GRON. Nihil eorum, quae hic dicuntur, placet. Quid enim sapiunt illa *obvios aliquos profectos dissipatos?* Itaque suggerebat mihi Perizonius meus: *qui obvios percunctentur, si quos profectos, ex fuga passim dissipatos, forte reperiant, quae fortuna* etc. Qui sermo procurrit sane commodior. Sed induci non potui ad istam mutationem perferendam: quippe τὸ *referant* haud dubie verbum ab Livio esse, qui se ipsum ostendit 22, 7, 7. *Matronae, quae repens clades illata, quaeve fortuna exercitus esset, obvios percunctantur; et quanquam nihil certius auditum est, tamen alius ab alio impleti rumoribus domum referunt.* Tum qualis illa locutio *aliquos profectos ex fuga?* Ita videor tandem pervenisse, quo eundum erat, legendo: *qui obvios percontando (aliquos profecto ex fuga passim dissipatos fore) referant, quae fortuna* etc. JAC. GRON. Non injuria offendit virum Clariss. *profectos ex fuga. Ex fuga* crebro dicit Livius. 6, 29, 4. *Ibi ex fuga dissipati locum capiunt.* 8, 10, 9. *Latini ex fuga se Minturnas contulerunt.* 28, 23, 7. *Mago ibi ex fuga substiterat.* 30, 7, 1. *Asdrubal ex fuga cum paucis Afrorum urbem proximam petierat.* Et

Digitized by Google

5 *fortuna consulum atque exercituum sit; et si quid Dii inmortales, miseriti imperii, reliquum Romano nomini fecerint: ubi eae copiae sint: quo se Hannibal post proelium contulerit: quid paret, quid agat,*
6 *acturusque sit. Haec exploranda noscendaque per inpigros juvenes esse. illud per Patres ipsos agendum, quoniam magistratuum parum sit, ut tumultum ac trepidationem in urbe tollant, matronas publico arceant, continerique intra suum quamque limen co-*

saepe alibi; nec fortassis usquam ita, ut hoc loco, cum verbo *proficisci. Profecto* mihi frigere, et aliud sub *profectos* latere videtur. DUK. Doujatius, qui Schotti *percunctando* recepit, et simul Sigonii *si forte* tuetur, hic nihil vidit. Quum enim priores viri docti verba ita in ordinem redegerint, *qui, percunctando obvios aliquos profectos ex fuga passim dissipatos, forte referant, quae fortuna* etc. ipse ea ita componenda censet: *qui obvios percunctando, referant aliquos profectos ex fuga, et passim dissipatos, si forte*, scil. aliqui ex fuga profecti ac dissipati supersint. Verum vellem, addidisset, quo ergo referenda forent verba sequentia *quae fortuna*. Putavit *referant* hic poni pro secum in urbem adferant, quum accipiendum sit pro renuncient. Ita 33, 45, 1. *Haec quum jam ab gravibus auctoribus, tum qui omnia per se ipsos explorata referrent, audirent majores.* Similiter fere *referre legationem* supra inlustramus ad 7, 32, 1. *referre responsum* ad 9, 16, 5. Novi nihil codd. mei adferunt. Optimis J. Fr. Gronovii consentiens Flor. legit *qui obvios percunctando:* omnes etiam, praeter Ber. et Hav. τὸ *si* a Sigonio invectum ignorant. Cl. Jac. Gronovii conjectura si non vera, certe admodum verisimilis est, et quam minime a scripta lectione discedit; quam, donec aliud verius aliunde oriatur, probandam puto.

§. 5. *Si quid Dii inmortales miseri imperii reliquum Romano nomini fecerint*] Enimvero οἰκτρὸν hoc *miserum* imperium. Put. *miseriti.* Scribe *si quid Dii immortales miseriti, imperii reliquum Romano nomini fecerint.* J. FR. GRON. *miseriti* etiam Flor. a m. 1. in quo deinde manus altera interpolavit *miserti.* Ex interpunctione autem adscripta liquet, Gronovium jungendum credidisse *si quid imperii:* quum mihi potius cohaerere videatur *miseriti imperii.* V. supra ad 5, 45, 4. Deinde *reliquum Romanum nomini* Lovel. 1. et Gaertn. *reliquum Romano nominis* Flor. a m. 1. *reliquum Romani nominis* a m. 2. Sed hic nihil mutandum. *reliquum Romano nomini* ut 7, 35, 8. *Quum nihil vobis fortuna reliqui fecerit.* Jubebantur per viam Appiam et Latinam dimissi referre, num verum foret, quemadmodum adlatum erat, occidione oc-

Digitized by Google

cogant; comploratus familiarum coërceant: silentium 7
per urbem faciant; nuncios rerum omnium ad prae-
tores deducendos curent: suae quisque fortunae do-
mi auctorem exspectent: custodesque praeterea ad 8
portas ponant, qui prohibeant, quemquam egredi
urbem; cogantque homines nullam, nisi urbe ac
moenibus salvis, salutem sperare. Ubi conticuerit
tumultus, recte tum in curiam Patres revocandos,
consulendumque de urbis custodia esse.

LVI. Quum in hanc sententiam pedibus omnes 1

cisos cum duobus consulibus exercitus, deletasque omnes copias, et nihil eorum nomini Romano seu Romanis reliquum factum. Mox *qua se Hannibal*, pro *quo*, Flor. Lovel. 3. 4. et Harl. Male. Non enim quaerendum erat, qua via Hannibal profectus foret, sed in quem locum se contulisset. *qua* et *quo* etiam alibi commutantur. V. Piërium ad Virg. 1. Aen. 401. et supra ad 10, 14, 4.

§. 6. *Ut tumultum ac trepidationem in urbe tollant*] Pal. 1. *parum sit, tumultum* etc. GEBH. *To ut* deest etiam in Lovel. 1. 2. 4. et Gaertn. Sed *parum sicut tumultum* praeferunt Flor. et Cant. *parum sint, qui tumultum* Ber. Mox *unamquamque*, pro *quamque*, Ber. et Hav. Sed, puto, ex glossa. V. ad 38, 21, 6.

§. 7. *Suae quisque fortunae domi auctorem exspectet*] Diximus supra, legendum *exspectent*. J. FR. GRON. Id dixerat supra in pr. ed. notarum ad 5, 39, 4. ubi optimos libros ita praeferre testatur. Et sane ita legunt tantum non omnes, quos adhibui, codd. neque suos dissentire Hearnius monuit, licet ita etiam ediderit. V. ad 2, 22, 7. Contra Cl. Crevierio edita olim lectio *exspectet*, quam in edd. Rom. principe, et Camp. superesse monet, magis placebat: hoc enim verbum non ad Patres, ut reliqua, sed ad quemque civem referri.

§. 8. *Custodes praeterea ad portas ponant*] Cl. Jac. Gronovius inter errata, quae operarum incuria inrepserunt, monuit, legendum esse *custodesque*, quod mox Clericus adoptavit. Verum ita nulla antea praetulit ed. sed vir Cl. hoc modo auctoritate codicum suorum legendum censuit; quod etiam retinendum duxi, quia similiter praefert Flor. *praeterea* perperam aberat ab Harlej.

Ubi conticuerit tumultus, recte tum in curiam] Pall. tres, *ubi conticuerit recte tumultus*. GEBH. Put. *ubi conticuerit recte tumultus, tum in curiam*. J. FR. GRON. Ita et Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Mox *revocandos ad consulendum de urbis custodia esse* Ber. a m. 2.

§. 1. *Submotaque foro per magistratus turba, Patres diversi*] Pal. 1. *summotaque foro magistratibus turba*. GEBH. *To per* non modo optimi scriptorum, sed et Andreas, Beecar. et cae-

Digitized by Google

issent, submotaque foro per magistratus turba, Patres diversi ad sedandos tumultus discessissent; tum
2 demum literae a Terentio consule adlatae sunt: *L. Aemilium consulem exercitumque caesum; sese Canusii esse, reliquias tantae cladis velut ex naufragio conligentem. ad decem millia militum ferme esse in-*
3 *compositorum inordinatorumque. Poenum sedere ad Cannas, in captivorum pretiis praedaque alia, nec*

teri ante Ascensium ignorant. Pal. *foro magistratibus.* Forte *summotaque foro magistratibus turba.* id est, a magistratibus lictorum ministerio. Vel *magistratus turba et Patres diversi.* J. FR. GRON. Illud *per* non adparet etiam in Flor. Lovel. quinque, Harl. Berol. a m. 1. Hafn. Gaertn. et Hav. Vel prior Gronovii conjectura recipienda videtur; vel etiam altera, modo transpositis vocibus cum Lovel. 3. legas *summotaque foro turba, magistratus et Patres diversi.*

§. 2. *Canusiique se esse*] *que* vacat in aliquot vet. lib. SIG. *Tò que* rejecit Sigonius. Pall. 1. ac 3. *evasum se esse.* sec. *sese evasum esse.* ed. pr. *evasumque se esse.* GEBH. *Tò que* pellit etiam Sigonius. Put. *sese Canusii esse.* J. FR. GRON. *se esse,* ceteris omissis, Lovel. 1. *evasum se* Ber. a m. 1. *evasum se esse* Voss. Lovel. 4. Harl. Rec. et Gaertn. *evasum se seesse* Hav. *se evasum esse* Lovel. 3. 5. *evasisse se* Lovel. 2. Hafn. et Ber. a m. 2. *evasumque se esse* edd. priores usque ad Ascens. qui anno 1513. *Canusiique se esse* edidit. *Canusii se esse,* ut postea Sigonius dedit, vulgatum vidi Paris. anno 1529. *sese Canusii esse,* quod Gronov. ex Put. restituit, firmat Flor. Et ita ex optimis restituendum esse etiam monuit Gronov. 4. Obs. 11, 180. Paullo ante *P. Aemilium* perperam Hearnii D.

Ad decem millia militum ferme esse] Forte *ad quatuordecim millia.* nam decem millia jam ante Canusii erant, antequam Varro eo cum quatuor millibus venit. J. FR. GRON.

§. 3. *Sed Hannibalem nunc sedere ad Cannas*] *Sed* vacat in aliquot vet. lib. SIG. Pall. 1. ac 3. *Se nunc sedere ad Cannas in captivorum preciis praedaque alia nec victoris animo, nec magni ducis more nuntiantem.* sec. *Annibal nunc sedere ad Cannas, in captivorum pretiis praedaque alia nec victoris animo nec magni ducis more morantem.* GEB. HARD. Scribendum *Poenum sedere ad Cannas, in captivorum pretiis praedaque alia, nec victoris animo nec magni ducis more, nundinantem.* V. 4. Obs. 11. J. FR. GRON. Ante Gronov. edebatur *Sed Hannibalem nunc sedere ad Cannas in captivorum pretiis praedaque alia: victoriam nec victoris animo nec magni ducis more metientem.* Ipse vero in Obs. notat, pro *Sed Hannibalem nunc* Put. habere *menum,* ignorare vocem *victoriam,* et loco *τοῦ metientem* legere *nunciantem.* Similia superesse etiam in Petavianis, Barber. quinque Flor. Men. et duobus Pall. nisi quod, loco *menum,*

Digitized by Google

victoris animo, nec magni duvis more, nundinantem. Tum privatae quoque per domos clades vulgatae 4 sunt: adeoque totam urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris intermissum sit; quia nec lugentibus id facere est fas, nec ulla in illa tempestate matrona expers luctus fuerat. Itaque, ne 5 ob eamdem caussam alia quoque sacra publica aut privata desererentur, senatusconsulto diebus triginta

alii *me nunc*, alii *se nunc* scribant: unde, mutatis *moenum* in *Poenum*, et *nuntiantem* in *nundinantem*, minima licentia eam lectionem eruit, quae nunc in editis exstat. In omnibus etiam meis *victoriam* negligitur, et *nuntiantem* exaratur; at in primis verbis variatum video. Quod ante Sigon. exstitit, soli praeferunt Ber. et Hav. *Hannibalem sedere ad Cannas* est in Lov. 2. *Hannibalem vero nunc sedere ad Cannas* in Hafn. *se nec sedere ad Cannas* in Lovel. 1. *nunc sedere hostem ad Cannas* in Lovel. 3. *se sedere ad Cannas* in Lovel. 4. *sedere ad Cannas* Harl. *se nunc sedere ad Cannas* Voss. et Gaertn. *me nunc sedere ad Cannas* Flor. Omnia haec docent, conjecturam Gronovii verisimillimam esse.

§. 4. *Adeoque totam urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris* etc.] Ea de re paratragoediat Valer. Max. [1, 1, 15.] MOD. Videndus Festus. *Minuitur*, inquit, *populo luctus*, etc. *cum in casto Cereris est.* Item, *Graeca*, inquit, *sacra festa Cereris ex Graecia translata, quae ob inventionem Proserpinae matronae colebant. Quae sacra, dum non essent matronae, quae facerent propter cladem Cannensem et frequentiam lugentium, institutum est, ne amplius centum diebus lugeretur.* De Casto autem Cereris ita scribit Arnobius l. 5. [167.] *Quid temperatus fabae alimonio panis, cui rei dedistis nomen Castus? nonne illius temporis imitatio est, quo se numen Cereris a fruge violentia moeroris abstinuit?* URSIN. *adeoque totam urbem complevit* Lov. 3. et edd. ante Aldum. *adeoque urbem opplevit* Lovel. 4. Ceterum festum Cereris a lugentibus matronis celebrari non potuisse, quia atratae erant, quum candidis vestibus indutae esse deberent, docet Ovid. 4. Fast. 619.

Alba decent Cererem: vestes
Cerealibus albas
Sumite. nunc pulli velleris usus abest.

Liv. 34, 6, 15. *Quia Cereris sacrificium, lugentibus omnibus matronis, intermissum erat, senatus finiri luctum triginta diebus jussit.*

§. 5. *Ne ob eamdem caussam alia quoque sacra publica aut privata desererentur*] *ne ob eam caussam* Lov. 4. et Ber. V. ad 10, 10, 6. Tum vox *sacra* defit in Voss. et Gaertn. quasi sufficeret praecessisse *sacrum anniversarium Cereris.* Sed reliqui omnes agnoscunt: at *publica sacra aut privata*, transpositis vocibus, legit Ber. *Ta aut privata* desunt in edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Digitized by Google

6 luctus est finitus. Ceterum quum, sedato urbis tumultu, revocati in curiam Patres essent, aliae insuper ex Sicilia literae adlatae sunt ab T. Otacilio pro-
7 praetore, *Regnum Hieronis classe Punica vastari: cui quum opem inploranti ferre vellet, nunciatum sibi esse, aliam classem ad Aegates insulas stare, pa-*
8 *ratam instructamque; ut, ubi se versum ad tuendam Syracusanam oram Poeni sensissent, Lilybaeum extemplo provinciamque aliam Romanam adgrederen-*

Senatusconsulto diebus triginta luctus est finitus] Sic Plutarchus [in Fab. Max. 184.] *Πέν. θους δὲ καὶ τόπον καὶ χρόνον ὥρισε, κατ' οἰκίαν ἀποθρηνεῖν κελεύσας ἐφ' ἡμέρας τριάκοντα τὸν βουλόμενον.* SIG. Adde locum Livii modo laudatum. Praeterea *senatusconsultu* Voss. Sed v. ad 5, 13, 5.

§. 6. *Aliae insuper ex Sicilia literae adlatae sunt ab T. Octacilio propraetore*] *Otacilio* ex Graecis et Capitolinis monumentis. SIG. *literae ex Sicilia* Lovel. 4. 5. et Ber. In nomine autem proprio passim errant codd. *Octacilio, Octalicio, Octocilio,* vel *Otalicio* exhibentes. Male etiam *praetore* Ber. V. supra hoc lib. ad c. 10, 10.

§. 7. *Quum opem inploranti ferre vellet, nunciatum sibi esse*] *ferri vellent* Lov. 2. *ferre vellent* Flor. Voss. Lov. 1. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et primae edd. usque ad Moguntinos. Tum *nunciatum his,* omisso *τῷ esse,* Lovel. 2. *nunciatum his esse* Voss. Lovel. 1. et Harl. *nunciatum his est* Flor. Lovel. 3. 4. 5. et Gaertn. *nunciatum est his* Ber. et Hav. Mox *Aegates insulas* Hearnii N. et plures edd. Quod quum alibi editores receperint, hic quoque admittendum censui: idem recte etiam Crevier. fecit. V. ad Epit. Liv. 19.

§. 8. *Ubi se versum ad tuendam Syracusanam oram*] *ubi se adversum iri ad tuendam* Lov. 5. et Ber. *ubi se adversum tuendam* Lovel. 2. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *ubi se adversum tueri* Lovel. 3. *ubi se adversus tuendam* Lovel. 1.

§. 1. *Literis consulis propraetorisque lectis, M. Claudium*] Hic locus in codice Aldino asterisco notatus est, et recte. quamquam si pro verbo *praeesset* legamus *praeerat*, et suppleamus *censuerunt*, sensus erit clarus. Est tamen notandus locus. GLAR. Subaudienda sunt verba *censuerunt Patres*, vel *decreverunt*. Sic enim Plutarchus in Marcello [302.] *Δόγμα τῆς βουλῆς δεξάμενος εἰς Κανύσιον παρῆλθεν, καὶ τοὺς ἐκεῖ συλλελεγμένους παραλαβὼν ἐξήγαγε τῶν ἐρυμάτων.* SIG. Pal. 2. *perlectis Appium Claudium.* pr. *Literis consulis praetoris quem Appium Claudium qui classis ad Ostiam stantis esset.* GEBH. Locus fractus et depositus. Sigonius subaudienda notat verba *censuerunt Po-*

Digitized by Google

tur. itaque classe opus esse, si regem socium Siciliamque tueri vellent.

LVII. Literis consulis propraetorisque lectis, M. 1
Claudium, qui classi ad Ostiam stanti praeesset, Canusium ad exercitum mittendum, scribendumque consuli, ut, quum praetori exercitum tradidisset, primo quoque tempore, quantum per commodum reipublicae fieri posset, Romam veniret. Territi et- 2
iam super tantas clades, quum ceteris prodigiis,

tres, vel *decreverunt*. Sed neque haec sic subaudiri solent, et gravius ulcus ostendunt scripti. Put. *Literis consulis praetorisque Marcium Claudium*. Pet. *praetoris quem apium Claudium*. Pet. alter, Men. Voss. Pal. *praetoris quem Appium Claudium*. Non multa tamen ad sententiam requiruntur: et licet observare, in hujusmodi scripturae vitiis non saepius deesse aliquid, quam superesse. Quid si legas, *aliis insuper ex Sicilia literis allatis ab T. Otacilio propraetore, regnum Hieronis* etc. *vellent: censuerunt praetorem M. Claudium*. J. FR. GRON. *Literis consulis praetorisque Appium Claudium* Lovel. 2. 4. et Gaertn. *Literis consulis praetorisque Appium Claudium* Flor. *Literis consulis praetorisque perlectis Appium Claudium* Lovel. 3. *Literis consulis praetorisque perlectis censent Appium Claudium* Lovel. 5. *Literis consulis praetorisque lectis censuerunt Appium Claudium* Ber. *Literis consulis praetorisque lectis Appium Claudium* edd. ante Aldum. Sed *τὸ censuerunt* post vocem *mittendum* inserit Hafn. Ulcus latere certum est, cujus curationem peritioribus medicis relinquo.

§. 2. *Quod duae Vestales eo anno, Opimia atque Feronia*] Pal. 2. *duo Vestales*. Tum Pall. tres *Floronia*. GEBH. *duo Vestales* etiam Harl. Vossius 4. Gramm. 6. post alios ex Paullo l. 10. §. 17. ff. de Gradib. profert: *Personas autem complectitur triginta duo*. Quin et ead. l. §. 14. casu primo obcurrit: *Personae continentur triginta duo*. Verum et similia errantibus librariis, qui voces numerales per notas scriptas ita inperite literis extulerunt, adscribenda videntur. Deinde *eodem anno* Gaertn. V. ad 10, 10, 6. *Feronia* autem, nescio cujus errore, editum vidi a Modio, quod primo Gruter. retinuit, sed in ultima editione emendavit in *Floronia*, quomodo non modo omnes reliqui typis, sed et calamo descripti praeferunt, nisi quod *Florania* sit in Voss. et Hav. quorum posterior itidem §. seq. legit. Ceterum non ea, qua oportuit, cura Hearnius ad hunc locum monuit, Opimiam Vestalem hic memoratam *Pompiliam* vocari apud Euseb. [Hieronym. in Chron. Euseb.] num. MDXXXII. *Papiliam* apud Oros. [2, 8.] *Oppiam* in codd. Livii, quibus usus est Scalig. et *Opimiam* apud Dionys. Halic. [8, 556.] et jussit, ut respiciantur, quae Scalig. ad d. l. Euseb. notavit. Ve-

Digitized by Google

tum quod duae Vestales eo anno, Opimia atque Floronia, stupri compertae, et altera sub terra, ut mos est, ad portam Collinam necata fuerat, altera
3 sibimet ipsa mortem consciverat. L. Cantilius, scri-

rum non adtendit Vir. Cl. se perperam confundere *Oppiam* Vestalem, memoratam Livio 2, 42, 11. quo pertinent loca, quae ex Scaligero laudavit, cum *Opimia*, cujus hic Livius meminit. Ad eam autem et Floroniam respicit Hieronym. in Chron. Euseb. p. 143. ubi ad ann. MDCCCII. notat. *Romae virgines Vestae ob stupri reatum terra obrutae sunt.*

Altera sub terram, ut mos est, ad portam Collinam necata fuerat] Pall. tres *sub terra*. GEBH. Est satis insolitum genus loquendi *sub terram necari*; certe usitatius *sub terra*. Sed quia nihil varietatis e codd. scriptis adnotatur, puto concisam orationem esse, quae ita expediri possit, *sub terram defossa ac necata fuerat*. Livius 8, 15, 8. *Viva sub terram defossa*. Ovid. 6. Fast. 458. *defodietur humo*. Simile compendium verborum ex sententia Casauboni in his Suetonii Caes. 49. est, *A satellitibus eum in cubiculum regium eductum*. et in iis, quae Gronovius ad Livii 9, 20, 5. *Praefecti Capuam creari coepti*, habet. Ejusdem generis est hoc Xenophontis 1. Hist. Graec. principio literae ab Hippocrate missae *Ἐάλωσαν εἰς Ἀθήνας. interceptae et Athenas missae sunt.* et alia apud interpretes ad Act. Apost. 7, 9. *Τὸν Ἰωσὴφ ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον.* DUK. *sub terra* est in Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. Neque dubito, quin et idem in aliorum codd. exstiterit. Praeterea *ut est mos* Ber. Sed *τὸ est* non adparet in Flor. Mox *sibimet ipsam* Lovel. 1. *semet ipsam* Hafn. *sibimet ipsi* Hearnii N. Male. V. supra ad 2, 19, 5.

§. 3. *Scriba pontificis, quos nunc minores pontifices adpellant*] Quae de *pontificibus minoribus* scripserunt Panvinius, Gutherius, et Rupertus, ac deinde recoxit Pitiscus, erudite refellit Norisius Differt. 1. ad Cenot. Pis. 5. Ex iis, quae ibi disputat, manifestum est, aetate Ciceronis ac Livii praeter collegium illud pontificum, in quo post legem Ogulniam et annum Urb. CCCCLII. usque ad Sullam octo, post Sullam quindecim pontifices erant, etiam aliud collegium pontificum fuisse, qui *pontifices minores* appellarentur. Hi quando, quo numero, et quam ob caussam, instituti fuerint, non scio usquam traditum. Sed quia Livius dicit *scriba pontificis* (non *pontificum*, ut festinatione, credo, lapsus Norisius) *quos nunc minores pontifices appellant*, verosimile est, hoc tempore tantum unum fuisse, ac, deinde aucto numero, omnes *pontifices minores* appellatos. Et jam ante tantum unum fuisse, significat his verbis Macrobius 1. Saturn. 15. *Priscis temporibus antequam fasti a Cn. Flavio scriba invitis Patribus in omnium notitiam proderentur*, (id est, ante annum Urb. CCCCXLIX.) *pontifici minori haec provincia delegabatur, ut novae lunae primum observaret adspectum, visamque regi sacrificulo nunciaret.* Quo tempore auctus fuerit eorum numerus, itidem incertum est. Cicero de Arusp. resp. c. 6. tres nominat: unde consequens est, id eo inter-

Digitized by Google

ba pontificis, quos nunc minores pontifices adpellant, qui cum Floronia ſtuprum fecerat, a pontifice maximo eo usque virgis in comitio caesus erat, ut inter verbera exspiraret. Hoc nefas quum inter tot, 4

vallo, quod inter annum, cujus res hic exsequitur Livius, et inter orationem illam habitam fuit, quod ferme CLX. annorum eſt, factum. In loco Capitol. in Opil. Macrino c. 7. *Quum scriba pontificum esset, quos hodie pontifices minores vocant*, mihi suspectum eſt *hodie*, ut ex verbis Livii, in margine adscriptis, deinde in contextum inculcatum. Nam Capitolinus de appellatione, dudum ante id tempus recepta, non ita loqui potuit, ut Livius, cujus aetate ea multo recentior erat, quam Capitolini. Nova eſt, ut hoc addam, doctrina Ant. van Dalen Differt. 2, 2. et 3. de Antiquit. et Marmor. regem sacrorum fuiſſe pontificem minorem. De hoc omne dubium auferre aït locum Macrobii 1. Saturn. 15. *Romae quoque Kalendis omnibus, praeter quod pontifex minor in curia Calabra rem divinam Junoni facit, etiam regina sacrorum porcam vel agnam in regia Junoni immolat.* Acuta profecto et certa conclusio: Quia regina sacrorum, cujus maritus erat rex sacrificulus, et pontifex minor iisdem diebus rem divinam faciunt, ergo rex sacrificulus eſt pontifex minor. Quod addit, regem sacrorum a Cicerone de Arusp. resp. 6. inter pontifices minores nominari, non potuit scribi, nisi ab eo, qui oculis usus non eſt. DUK. *scriba pontificis* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *pontificum* iis proximae Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et reliquae usque ad Gronov. qui *pontificis* revocavit, concinentibus omnibus Mſtis; neque Hearnius *pontificum* nisi in uno N. invenit. Tum *quos non minores*, pro *quos nunc minores*, Voſſ. Lov. 2. 4. et Harl. V. ad 9, 7, 5. Ceterum Cl. Crevierius in notis, verbis Livii subjectis, *quos* referebat ad *scriba* hoc sensu, scriba pontificis, ex eorum scribarum numero, quos nunc minores pontifices appellant. Addit autem, alios referre ad *pontificis* hoc modo: scriba pontificis, qui quidem pontifex eſſet ex eorum numero, quos nunc minores pontifices appellant. In notis deinde poſterioribus de hoc additamento scrupulum sibi movere teſtatur locum geminum Capitol. in vita Macrini, de quo etiam Cl. Duker. hic egit. Ex eo enim patere, pontificum minorum appellationem poſt Macrinum demum invaluisse. Id si verum eſt, certe Livii aevo notam eſſe non poſſe. Inde sibi oriri suspicionem, hoc additamentum ex altero scriptore in alterum eſſe translatum: utri autem adfictum sit a librariis, se dijudicandum aliis relinquere. Verum, si alterutri adfictum eſt, id Capitolino, quam Livio, accidiſſe, certiſſimum erit; quia *scribas pontificum* non modo ante Macrinum, sed etiam antequam Livius Hiſtoriam Romanam scriberet, jam *pontifices minores* vocatos fuiſſe, conſtat ex Cic. a Dukero laudato, et hinc, ut idem Dukerus docuit, de adpellatione dudum ante tempora Macrini recepta Capitol. ita loqui non potuit. Potius tamen Dukeri opinioni subscribo, soli voci *hodie* apud Capitol. controversiam moventi. Mox *in comitio virgis caesus est* Berol. *est*, pro

Digitized by Google

ut fit, clades in prodigium versum esset, decemviri
5 libros adire jussi sunt. Et Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculum missus est sciscitatum, quibus precibus suppliciisque Deos possent placare, et quae-
6 nam futura finis tantis cladibus foret. Interim ex fatalibus libris sacrificia aliquot extraordinaria fa-

erat, legunt etiam Lovel. 2. 3. et Hav.

§. 4. *In prodigium versum esset*] Deficit in Pal. 3. *τὸ in*. GEBH. *in prodigium quoque versum* praeferunt Lovel. 4. et 5. Mox *adire libros* Lovel. 5. et Gaertn.

§. 5. *Et Q. Fabius Pictor Delphos*] Praenomen deest in Voss. Lov. quinque, Harl. Hav. Hearnii N. et edd. ante Aldum. Insuper *Et praetor Delphos* Hearnius se in L. 1. invenisse testatur. sed *Et Q. Fabius praetor Delphos* praefert Brancal. Latinii. Verum illud *praetor* perperam natum est ex cognomine *Pictor*. Mox *τὸ est* exsulat ab editis usque ad Aldum.

Quibus precibus supplicationibusque] Vet. lib. *quibus precibus supplices Deos possent placare*. SIG. Livius, qui apud me, *suppliciisque*. praeclare. Confirmat et Sigonii codex, qui *supplices Deos* corrupte. *Supplicium* pro supplicatione ex Sallustio vulgo notum. LIPS. 1. Epist. Quaest. 6. Pall. 1. et 3. *quibus precibus suppliciisque*. *Supplicium* enim ex hostia, sive sacrificia, aut potius supplicationes. Sallust. Catil. orat. Caton. [c. 52, 29.] ut notum est. Plaut. Rud. prol. 25.

Nihil ei acceptum est a perjuris supplicii.

Eo modo intelligendus est Plautus Epid. 5, 2, 59.

Numquam, Hercle, hodie, nisi supplicium mihi das, me solvi sinam.

Liv. 27, 50, 5. *Per omnia delubra vagae suppliciis votisque fatigavere Deos*. GEBH. Ompes etiam nostri et Crevierii codd. *suppliciisque*: pro varia autem lectione alterum in margine Voss. et Ber. adjectum est. Hearne quoque ex uno tantum L. 1. *supplicationibusque* profert, ut reliqui ejus codd. *suppliciisque* habuisse videantur. Eam autem vocem Livio hoc sensu in usu fuisse, Gebhardus docuit. de aliis v. Cortium ad Sall. Catil. 9, 2. et Jug. 66, 2. (* Wasse ad Sall. Catil. 56. p. 179.) Mox *quinam futurus finis* Gaertn. Nihil invitis optimis mutandum. V. ad 4, 2, 4.

§. 6. *In foro boario sub terra vivi demissi sunt in locum*] *sub terra demittere* vix videtur pati ratio sermonis Latini. *sub terram* legi prohibet consensus librorum scriptorum, qui ex silentio editorum intelligitur: etsi litera *m* propter sequentes *ui* facile praeteriri potuit. Superest ergo, ut haec jungantur *in locum sub terra*, quae tamen satis dura trajectio verborum est. DUK. *in foro bovario* Flor. Lov. 1. 2. 3. et Harl. V. ad 35, 40, 8. *sub terra* omnes mei servant. *vivi* deest in Harl. Paullo ante *extraordinaria facta sunt*, addita ultima voce, est in Lov. 3.

Digitized by Google

cta; inter quae Gallus et Galla, Graecus et Graeca, in foro boario sub terra vivi demissi sunt in locum saxo conseptum, jam ante hostiis humanis, minime Romano sacro, imbutum. Placatis satis, 7
ut rebantur, Deis, M. Claudius Marcellus ab Ostia mille et quingentos milites, quos in classem scri-

Hinc *gallus et gallina* in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Rec. et Gaertn. inepto, ut reor, scribarum errore. Similiter tamen etiam edd. vett. pro quo Ascens. demum *Gallus et Galla* anno 1513. substituit.

In locum saxo conseptum] Pall. tres *consectum*. GEBHARD. Consentiunt Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. Rec. Gaertn. et edd. antt. cujus loco Froben. anno 1531. *conseptum* restituit. *confectum* Lovel. 5. Male. *saxo conseptum*, ut *cratibus conseptus* 10, 38, 5. *auri magnum pondus saxo quadrato septum* memorat Liv. supra 7, 15, 8. et *Thesaurum publicum sub terra saxo quadrato septum* infra 39, 50, 3. De verbo *consepire* v. Inl. Heins. ad Nason. 1. Met. 69.

Ibi ante hostiis humanis minime Romano sacro imbutum] Scripti codd. habent, pro *ibi*, *ubi*: sed utrumque supervacaneum puto, et sententiae officere. Quod si *ibi* retinere velis, verbum deest, quod sensum compleat. SCHOTT. 3. Obs. 6. Luctatur hic Andr. Schottus, et certe subest aliquid vitii. Scripti quidam *ubi*, pro *ibi*. Sed Put. ille unicus *conseptumuiam ante*. Manus 2. supra *v* pinxerat *b*. unde ista. Sed demenda erat supervacua litera *v*, scribendumque: *conseptum*, *jam ante*. Factum initio proximi belli Gallici, testibus Plutarcho in Marcello [299.] Orosio 4, 13. Zonara [8, 19.] J. FR. GRON. Idem Gronov. in prima ed. notar. transpositis vocibus, scribendum conjecit, *ibi hostiis humanis*, *minime ante Romano sacro*, *imbutum*. et *ibi* accepit pro tunc, vel tum temporis: quam conjecturam recte in iterata ed. neglexit, quum, ut ipse notat, ante etiam in initio proximi belli Gallici Romani hostias humanas inmolaverint. Cl. Jac. Perizon. ad Livium notavit, Romanos simile hostiarum humanarum sacrificium, auctore Plut. l. l. paullo antea etiam inmolasse tempore belli Gallici, quod inter primum et secundum Punicum medium fuit: forte igitur hic numerum annorum excidisse, et ex vestigiis lectionis in optimo Put. obviae *conseptumuiam ante*, scribendum esse *conseptum*, *VII. an. ante*, sive *septem annis ante*. Verum huic sententiae ratio temporum adversari videtur. Orosius enim l. l. prius illud sacrificium inmolatum tradit anno tertio post Fulvii Postumiique consulatum; unde Pighius in Annal. id retulit ad annum urbis DXXVII. Decimo autem anno postea Aemilius Paullus et Terentius Varro consules fuerunt. Verior itaque Gronovii conjectura videtur, quam in contextum recepi; quod etiam Cl. Crevier. fecit. Ceterum omnes, paucis exceptis, mei, omnesque Hearnii *ubi*, pro *ibi*, praeferunt.

§. 7. *Ab Ostia mille et quingentos milites*] *ab Ostia et mi-*

Digitized by Google

ptos habebat, Romam, ut urbi praesidio essent,
8 mittit; ipse, legione classis (ea tertia legio erat)
cum tribunis militum Teanum Sidicinum praemissa,
classe tradita P. Furio Philo collegae, paucos post
9 dies Canusium magnis itineribus contendit. Dictator ex auctoritate Patrum dictus M. Junius, et Ti.

lites Flor. a m. 1. Voss. a m. 1. Lovel. 3. 4. Harl. et Gaertn. *ab Ostia et D. milites* Flor. a m. 2. *ab Ostia milites* Voss. a m. 2. quemadmodum etiam praeferunt Lovel. 1. 2. 5. Ber. Hav. Hearnii N. omnesque ante Aldum edd. Paullo ante *verebantur*, pro *ut rebantur*, Flor. Cant. Lovel. 2. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *utebantur* Ber. et Hafn. *videbatur* Lov. 1. *urebantur* Lov. 3. *venerabantur* Lov. 5. Sed, verbum *rebantur* Livio in deliciis fuisse, infra videbimus ad 27, 25, 11. id autem varie variis locis corruperunt scribae librarii, V. ad 1, 26, 7. 6, 3, 5. c. 33, 3. 8, 25, 7. 10, 21, 1. 27, 28, 8. 37, 39, 11. et alibi saepe. V. etiam Cortium ad Sall. Jug. 26.

§. 8. *Legione classis (ea tertia legio erat)*] *legiones ad classem* dicit infra 24, 11, 3. DUK. Legionem tertiam proelio Cannensi interfuisse, innuit supra c. 53, 2. ubi Ap. Claudium Pulchrum *de legione tertia* tribunum militum cum illis, qui ex proelio illo evaserant, fuisse, et ad eum ac P. Scipionem summam imperii delatam esse scribit. Quomodo ergo hic *legio classis* vocatur, et paret M. Claudio Marcello praetori? An Livius eo loco et hic varios auctores secutus est? *ea legio tertia erat* legunt Flor. Lov. 1. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *ea legio trina erat* Lovel. 2.

Cum tri. mili. Teanum Sidicinum praemissa] Et hic locus asterisco in eodem notatus codice [Aldino.] Caeterum si intelligamus, partem militum tertiae legionis Romam missam, partem Teanum, et deinde secutum Marcellum, cum Canusium peteret; classem autem P. Furio traditam, non, ut puto, omnino militibus vacuam, aliquo pacto sensus constabit. *Tribunis* autem ablativi casus integre scribendum: *Teanum* accusativi, ut contra vetustorum codicum fidem quidam mutarunt. GLAR. Vet. lib. *cum tribunis militum Teanum Sidicinum.* recte. Hanc enim legionem ex classe Canusium adducturus, Teanum praemisit. SIGON. Mire discordant libri. Pal. pr. *ipse legionem classi, ea legio tertia erat, cum tr. mil. Theanum Sidicinum praemissam classe tradita P. Furio Philo collegae.* sec. *ipse legionem classis, ea legio tertia erat, cum tr. mil. Theanum Sidicinum praemissam classe tradita P. Furio Filo collegae.* tert. *ipse legionem classis, ea legio tertia erat, cum tribuno militum Theanum Sidicinum praemissam classe tr. P. Furio Filio collegae.* GEBH. *tribuno militum* Lov. 5. et Hav. *Theano Sidicino* Flor. a m. 1. Lov. 3. et Ber. utrumque etiam praeferunt multae edd.

Classe tradita P. Furio collegae] Libri *P. Furio Philo colle-*

Digitized by Google

Sempronius magister equitum, delectu edicto, juniores ab annis septemdecim, et quosdam praetextatos, scribunt. quatuor ex his legiones et mille equites effecti. Item ad socios Latinumque nomen, ad 10 milites ex formula accipiendos, mittunt. arma, tela, alia parari jubent: et vetera hostium spolia detrahunt

gae. alii *Filo*. J. FR. GRON. Cognomen addunt etiam omnes mei, et Hearnii codd. nisi quod *filio* ejus loco sit in Lovel. 4.

§. 9. *Dictator ex auctoritate Patrum dictus M. Junius*] In aliis codd. *D. Junius* scriptum erat, fortassis quod captivorum orator *M. Junius* dicebatur. Verum in iisdem libro sequenti *M.* praenomen est dictatoris: quare nihil mutavero. Fieri enim posset, ut duo hoc fuerint praenomine. GLAR. Praenomen destituit Pall. MSS. Tertius vero *dictus Junius Brutus*. GEBH. Deest etiam praenomen in Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Hav. Hearnii N. et ed. Rom. principe, Rom. anni 1472. ac Parm. At tres voces *dictus. M. Junius* omittuntur in Gaertn. *ex auctoritate Patrum D. Junius* multae edd. post memoratas *Patrum dictus D. Junius* Mogunt. Primus Aldus *dictus M. Junius:* quomodo et infra vocatur 23, 14, 2. Ceterum Put. legit *indictator*, ut auctor est Cl. Crevier. unde scribendum conficit *inde dictator*.

T. Sempronius magister equitum] Hic est, qui post ab Annibale occisus est in Lucania, quem Valerius 5, 1. *Tiberium Gracchum* vocat. Quare *Ti. Sempronius* scribendum est. Est autem *Tiberii* praenomen Sempronio familiarissimum. SIG. *L. Sempronius* Voss. Infra etiam memoratur 23, 19, 3. et 24, 3. ubi in plerisque codd. etiam ipso illo Voss. *Ti*, in paucis *T.* vocatur. Mox *minores annis* Dan. Heinsius apud Elzev. edidit, quod J. Fr. Gronov. servavit. Sed *ab annis* Jac. Gronov. restituit. Id Hearnio displicuit; qui, omissa iterum praepositione, Jac. Gronovium *ab annis* edidisse monuit, nihil addens de lectione codd. suorum; quum, eos similiter legisse, verisimile sit, quia in illam scripturam omnes mei, ut et editi ante Dan. Heinsium, consentiunt. Praeterea *decem septem*, pro *septemdecim*, Lov. 3. 4. et Recan. *decem et VII.* Gaertn. Tum *quatuor ex his legionibus et mille equites* Voss. Harl. et Lovel. 1.

§. 10. *Ad milites ex formula accipiendos*] De hac formula scribit l. 8. ubi de foedere cum Latinis icto agit. SIGON.

Arma, tela, alia parari jubent] *arma et tela alia* Hav. *arma, tecta, alia* Voss. Lov. 1. Harl. et Gaertn. *armateta alia* Flor. *arma ceteraque alia* Lov. 5. Deinde *parare* Lovel. 4. et 5. Mox *vetera spolia hostium* Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *hostium spolia vetera* edd. quas vidi, ante Aldum.

§. 11. *Inopia liberorum capitum ac necessitas dedit*] *To ac* delendum. SCHOTT. 3. Obs. 6.

Digitized by Google

11 templis porticibusque. Et aliam formam novi delectus inopia liberorum capitum ac necessitas dedit: octo millia juvenum validorum ex servitiis, prius sciscitantes singulos, vellentne militare, emta pu-
12 blice armaverunt. Hic miles magis placuit, quum pretio minore redimendi captivos copia fieret.

1 LVIII. Namque Hannibal, secundum tam prosperam ad Cannas pugnam, victoris magis, quam
2 bellum gerentis, intentus curis, quum, captivis productis segregatisque, socios, sicut ante ad Trebiam

Unus Lov. 4. conjecturam Schotti probat. Cur tamen ei adversus reliquos omnes adsentiamur, caussa non est. Cl. Dukero etiam nihil mutandum videbatur. Deinde *ex servis*, pro *ex servitiis*, Harl. et Hearnii N. qui alterum in margine servat. Sed *servis* est ex glossa interpretis. *Servitia* pro servis Livio frequens esse, supra vidimus ad 3, 15, 9. Praeterea *armarunt* Lovel. 1.

§. 12. *Quum pretio minore redimi quam captivorum copia fieret*] Ex hac lectione nihil sane elici potest, quod ex omni parte quadret. Ego sic reposui: *Quum pretio minore redimendorum captivorum copia fieret.* SABELL. Conceptum est in Pall. 1. ac 3. *cum precio minore redimi captivos copia fieret.* Forte leg. *copia foret.* GEBH. *redimi captivos* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Vulgatum *redimendi captivos* demum vidi apud Ascens.

§. 2. *Segregatisque sociis, eos, sicut ante*] Voss. Gud. non agnoscunt *τὸ eos.* Forte *segregatos socios.* J. FR. GRON. *Τὸ eos* exsulat etiam a Flor. Cant. Lov. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Ber. a m. 1. Hearnii N. et edd. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. Parm. Tarvis. utraque, et Aldi, qui tamen in erratis iterum id addendum monet. At insuper *captivis productis segregatisque, socios, sicut ante* Lovel. 3. quod verum videtur, ac recepi. *separatisque* edd. usque ad Aldum. quae lectio ex glossa in contextum inrepsisse videtur. Supra 1, 25, 7. *Ut segregaret pugnam eorum, ut capessit fugam.* Tum *advocatos*, pro *vocatos*, Lovel. 4. et 5.

Quod numquam alias antea, satis miti sermone adloquitur] Intrusit Pal. 2. *quod numquam alias antea fecerat.* tert. *quod numquam antea, miti satis sermone.* GEBH. *miti satis sermone* etiam Voss. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et editi ante Aldum. Vox *satis* deerat in Ber.

§. 3. *Non internecinum sibi esse cum Romanis bellum*] *Non interemtorum sibi esse* Lovel. 4. *Non internecionem civium sibi esse* Lovel. 3. *Non internectione civium sibi esse* Ber. et Hav. *Non internicione sibi esse* Lovel. 2. *Non internetione civium sibi esse* Lovel. 5. et Hafn. *Non internitione civium sibi esse* Voss.

Digitized by Google

Trasimenumque lacum, benigne adlocutus, sine pretio dimisisset; Romanos quoque vocatos (quod numquam alias antea) satis miti sermone adloquitur: *Non internecinum sibi esse cum Romanis bel-* 3
lum: de dignitate atque imperio certare. Et patres virtuti Romanae cessisse: et se id adniti, ut suae in vicem simul felicitati et virtuti cedatur. Itaque 4
redimendi se captivis copiam facere. pretium fore in capita, equiti quingenos quadrigatos nummos, trecenos pediti, servo centum. Quamquam aliquantum 5

Harl. Gaertn. et edd. vett. *Non internecivum sibi esse* Exc. Pithoei et Aldus, pro quo Dan. Heinsius apud Elzevir. *internecinum* substituit. V. supra ad 9, 25, 9. ubi Gebhard. testatur, se etiam hoc loco in tribus Pall. *internitione civium* reperisse.

Et se id adniti, ut suae in vicem simul felicitati et virtuti cedatur] Pal. sec. *et ad id se anniti.* tert. *et ad id niti.* GEBH. *ut suae insimul virtuti* Harl. De voce *insimul* v. Cl. Duker. ad Flori praef. §. 3. Unum tamen cod. reliquis neglectis audire, temerarium puto. Neque etiam seculi Liviani vox est; qua nominem ante Statium usum fuisse, viri docti observant. V. Borrich. in Voss. p. 200. et Cellar. in Antib. p. 127. et Cur. poster. p. 164. *ut invicem simul felicitati*, omisso pronomine, edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Deinde *cedant* Lovel. 3. et Ber. a m. 2. V. ad 38, 40, 1.

§. 4. *Equiti quingenos quadrigatos nummos, trecenos pediti, servo centum*] Vet. lib. *centenos.* SIG. *quingentos et CCCtos*, sive *trecentos*, Ber. *quingentos* etiam Lov. 2. Harl. et Gaertn. Vel horum codd. vel vet. lib. Sigonii lectio recipienda videtur, quia emendata loquendi ratio non permittit, ut numeri distributivi et cardinales jungantur. V. infra ad 32, 28, 11. Vox *quadrigatos* deest in Lovel. 4. quae tamen abesse nequit. *Nummus* enim simpliciter pro sestertio accipitur. at *quadrigati* sunt denarii; quales intelligi, patet ex c. 52, 2. Insuper paullo ante *redimendis captivis copiam* Ber. *redimendis captivis se copiam* a m. 2.

§. 5. *Quamquam aliquantum adjiciebatur equitibus ad id pretium, quod pepigerant*] Melior *quo.* J. FR. GRON. *quo* etiam quidam libri Hearnii. 21, 61, 11. *Viginti talentis argenti pacti.* DUK. Vulgatum non damno. Nam ita loquitur Liv. mox cap. seq. §. 6. *Tum demum pacti sumus pretium, quo redemti dimitteremur.* Aliud tamen volunt, non modo Gronovii melior, sive, ut prima not. ed. dixerat, meliores, (male enim Hearnius Gronovium ita ex conjectura scripsisse putat) verum etiam Flor. a m. 1. Voss. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. Hav. et Hearnii N. atque L. 1. qui praeferunt *quo.* Supra c. 52, 2. *Pacti in capita Romana tre-*

Digitized by Google

adjiciebatur equitibus ad id pretium, quod pepigerant dedentes se; laeti tamen quamcumque con-
6 ditionem paciscendi acceperunt. Placuit suffragio ipsorum decem deligi, qui Romam ad senatum irent. nec pignus aliud fidei, quam ut jurarent se
7 redituros, acceptum. Missus cum his Karthalo nobilis Karthaginiensis: qui, si forte ad pacem incli-
8 narent animos, conditiones ferret. Quum egressi castris essent, unus ex iis, minime Romani ingenii homo, velut aliquid oblitus, jurisjurandi solvendi caussa quum in castra redisset, ante noctem comites
9 adsequitur. Ubi eos Romam venire nunciatum est, Karthaloni obviam lictor missus, qui dictatoris ver-

cenis nummis quadrigatis, in socios ducenis, in servos centenis. V. ad 24, 49, 7. Praeterea *Quamquam enim aliquantum adjiciebatur* Lovel. 3. et Ber. *Quamquam et aliquantum adjiciebatur* Lov. 4. *Quamquam in aliquantum adjiciebatur* Harl. *adjiciebat* editi ante Aldum. V. ad 10, 10, 1. Hinc *ad pretium*, neglecto medio praenomine, Voss. Lovel. 1. 2. Ber. a m. 1. et Gaertn. Mox *laetus tamen quamcumque conditione paciscendi acceperunt* Flor. et Lovel. 4.

§. 6. *Placuit suffragio eorum decem deligi*] Tres Pall. *suffragio ipsorum.* GEBH. Optimi, nec nihil interest, *ipsorum.* J. FR. GRON. Ita et Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Tum *delegi* Flor. a m. 1. Voss. Lov. 1. Harl. et Gaertn. *eligi* edd. ante Aldum. V. ad 34, 29, 10. Mox *fidei* deest in Ber. a m. 1.

§. 7. *Si forte ad pacem inclinarent animos*] *inclinaret animos* Flor. Lovel. 2. 3. et Harl. *inclinaret animus* Lovel. 5. Cl. Ant. Perizon. ad oram Livii notavit, licet in his verbis commodus sensus sit, si subintelligas *hostes*, aut *Romani inclinarent*; se tamen, si vett. Msti suffragarentur, legere malle, *inclinarent animi.* ut ita *inclinare* absolute sine casu ponatur, de quo dictum est supra ad 3, 61, 4. Sed nec vulgatum *inclinarent animos* displicet, modo subintelligatur, ut vir Cl. volebat, *hostes* vel *Romani. inclinare animos* enim Livio frequens est. Supra 8, 21, 8. *In hanc sententiam maxime consul ipse inclinavit animos.* 26, 1, 4. *Urbs recepta rursus inclinatura animos videbatur ad veteris imperii respectum.* 29, 33, 10. *Haec animum inclinant, ut credam.* 40, 5, 6. *Ad quae jam sua sponte animum inclinasset.* Solet etiam Livius saepe verbum plurale tertia persona sine nominativo ponere. V. ad 34, 56, 11. Et ita hunc locum etiam intellige-

Digitized by Google

bis nunciaret, ut ante noctem excederet finibus Romanis.

LIX. Legatis captivorum senatus ab dictatore datus est. Quorum princeps M. Junius, *Patres conscripti*, inquit, *nemo nostrum ignorat, nulli umquam civitati viliores fuisse captivos, quam nostrae. Ceterum, nisi nobis plus justo nostra placet caussa, non alii umquam minus neglegendi vobis, quam nos, in hostium potestatem venerunt. non enim in acie per timorem arma tradidimus; sed, quum prope ad noctem superstantes cumulis caesorum corporum proelium extraxissemus, in castra recepimus nos. Diei reliquum ac noctem insequentem, fessi labore ac*

bat Cl. Jac. Perizon. ad Val. Max. 2, 2, 1. Paullo ante *nobilis Carthaginiensium*, pro *Carthaginiensis*, Lovel. quinque, Harl. Ber. Hafn. et Hav.

§. 8. *Velut aliquid oblitus*] Put. *velut illut aliquid oblitus*. An *illic*? J. FR. GRON. *velut illud aliquid* etiam Flor. et apud Crevierium fidissimus e regiis. Gronovii conjecturam videtur firmare Hearnii N. in quo a m. 2. emendatur, *velut ibi aliquid oblitus*. Mox *rediisset* Ber. et Gaertn. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 8, 26, 6.

§. 9. *Ubi eos Romam venire nunciatum est*] *Romam venire eos* Flor. et Lov. 1. *eos venire Romam* Ber. qui mox etiam vocibus transpositis praefert *missus obviam lictor*. Lov. 2. *obviam missus lictor*. Deinde *dictatoris verba nunciaret*, pro *verbis*, Gaertn. Male. V. ad 6, 27, 8.

§. 1. *Nemo vestrum ignorat*] Scribe, *nemo nostrum ignorat*. J. FR. GRON. Merito ita Gronov. mutasse, judicat Crevier. unumque ex suis codd. hanc lectionem firmare testatur. Similiter praefert Flor. V. ad 34, 2, 2.

Nulli umquam civitati viliores fuisse captivos] Pal. 2. ἀρχαϊκῶς *nullae umquam civitati*. GEBH. *nulli usquam* Ber. V. ad 39, 31, 5.

§. 2. *Non alii umquam minus negligendi vobis, quam nos, in hostium*] *minus negligendi vobis, quam nos, qui in hostium* Hav. et Ber. a m. 1. qui insuper *negligendi erant vobis* praefert a m. 2. *minus neclegendi* Flor. a m. 1. *neglegendi* a m. 2. V. ad 2, 11, 4. et c. 48, 7. Insuper *quam alios, in hostium* idem Flor. Cant. Lovel. 4. et Harl. *qui alias in hostium* Lovel. 3. Voces *quam nos* desunt in Lov. 2. Mox in §. seq. τὸ *enim* exsulat a Lov. 4.

Digitized by Google

5 *vulneribus, vallum sumus tutati. Postero die, quum circumsessi ab exercitu victore aqua arceremur, nec ulla jam per confertos hostes erumpendi spes esset, nec esse nefas duceremus, quinquaginta millibus hominum ex acie nostra trucidatis, aliquem ex Can-*
6 *nensi pugna Romanum militem restare; tum demum pacti sumus pretium, quo redemti dimitteremur: arma, in quibus nihil jam auxilii erat, hosti tradi-*
7 *dimus. Majores quoque acceperamus se a Gallis auro*

§. 5. *Nec ulla alia jam per confertos hostes erumpendi spes esset*] Ut praecedens *cum* respuunt Pall. tres, ita hic quoque *τὸ alia*. Pal. 3. *Postero die circumsessi ab exercitu victore aqua arcemur, cum nec ulla jam per confertos hostes erumpendi spes esset*. GEBH. Put. Pet. Men. tres Pall. Voss. respuunt *τὸ alia*. J. FR. GRON. Illud *alia* nullus codd. meorum vel Hearnii agnoscit. Praeterea *quum* in verbis praecedentibus exsulat a Lovel. quinque, Ber. a m. 2. Harl. et Gaertn. Ex quibus Lov. 1. *sed cum*, Lov. 5. Harl. et Gaertn. *cum* ante voces *nec ulla jam* inserunt. Eamdem voculam *quum* non tantum ignorant edd. ante Ascens. anni 1513. verum etiam legunt *arcemur* et *erat*. Insuper *circumfusi*, pro *circumsessi*, Ber. Solent autem nonnumquam hae voces confundi. Exemplum habuimus supra hoc lib. c. 47, 10.

Ex acie nostra trucidatis] Pall. 1. et 3. *ex acie trucidatis nostra*. GEBH. Ita et Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldina priores. Mox *militem Romanum restare* Lov. 4. *militem restare Romanum* Lovel. 5.

§. 6. *Arma, in quibus nihil jam auxilii erat, hosti tradidimus*] *in quibus jam nihil auxilii erat* Harl. et Ber. *in quibus jam auxilii nihil erat* Lov. 3. *in quibus nihil auxilii erat* Lovel. 4. Vox autem *hosti* deest in Lov. 2. Harl. et Ber. Paullo ante *tunc demum*, pro *tum*, Flor. Voss. Lov. 2. 4. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. et Parm. V. ad 2, 12, 15. Vox etiam *redemti* omittitur in Hafn.

§. 7. *Majores nostros quoque acceperamus* etc. *et patres nostros*] Exhibent Pall. 1. et 3. *Majores quoque acceperamus*. GEBHARD. Malunt etiam *Majores quoque acceperamus se a Gallis redemisse, et patres vestros*. J. FR. GRON. Vocem *nostros* priori loco nulli agnoscunt codd. nisi Hafn. Hav. et a m. 2. Ber. Posteriori autem loco *vestros* etiam est in Flor. sed *nostros*, quod in tribus e scriptis suis superest, servandum putat Crevier. nisi captivi illi se Romano jam nomine ipsi abdicare velint. Ea ratio procederet, si constaret, M. Junium, qui hic loquitur, senatorem esse. Nunc vero, quum optimi in *vestros* consentiant, considerandum puto, an non inde pa-

Digitized by Google

auro redemisse: et patres vestros, asperrimos illos ad conditionem pacis, legatos tamen captivorum redimendorum gratia Tarentum misisse. atqui, et ad 8 *Alliam cum Gallis, et ad Heracleam cum Pyrrho, utraque non tam clade infamis; quam pavore ac fuga, pugna fuit. Cannenses campos acervi Romanorum corporum tegunt: nec supersumus pugnae, nisi in quibus trucidandis et ferrum et vires hostem defecerunt. Sunt etiam de nostris quidam, qui ne* 9 *in acie quidem refugerunt: sed, praesidio castris*

teat, eum in senatum adlectum non fuisse, et *patres vestros* notet senatores, decessores vestros, qui tempore belli cum Pyrrho gesti vixerunt. Praeterea *accipimus* legunt Lov. 4. et 5. Tum *se auro a Gallis redemisse* Lov. 3. *auro a Gallis se redemisse* Ber. Mox pronomen *illos* deest in Lov. 2. Hinc *ad conditiones pacis* legit Harl.

Captivorum redimendorum gratia] Pall. tres *ad captivorum redimendorum gratiam*. GEBH. Vulgatam lectionem Ascens. anno 1513. restituit, quum antea legeretur *ad captivorum redimendorum gratiam*; quod etiam praeferunt Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Rec. et Gaertn.

§. 8. *Atqui in Italia cum Gallis, et ad Heracleam cum Pyrrho*] Plutarchus in Pyrrho [395.] SIG. Mira descriptio pugnae cum Gallis *in Italia*. Ergo illa cum Pyrrho, aut modo Cannensis in Italia factae non sunt? Put. *atqui et aliam*. Scribe *atqui et ad Alliam cum Gallis, et ad Heracleam cum Pyrrho*. Est assumtio argumenti, quo probat, redemptos aliquando captivos, etsi pavore potius ac fuga, quum vi ac virtute hostium, clades accepta esset. J. FR. GRON. *atque Italiam* Flor. *atque in Italiam* Hafn. et Rec. *atqui in Italiam* Lov. 4. Properanter notas Gron. consuluit Doujatius, quum dicat, eum in Put. invenisse *atqui et Alliam*. Verum est tamen, rem eodem redire: codd. enim vocem *Allia* vel per unam, vel per duplicem *l* scribebant. V. ad Epit. Liv. 5. Mox *pavore et fuga* est in plerisque scriptis et edd. usque ad Gronov. qui anno 1665. *ac fuga* substituit.

Nisi in quibus trucidandis et ferrum et vires hostem defecerunt] Pal. pr. *et vires defecerunt*. tert. *hosti defecerunt*. GEBH. *nisi quibus trucidandis* Hav. ubi praepositio, per compendium *i* scripta, excidit ob vocis praecedentis literam ultimam. V. ad 35, 8, 9. Deinde *vires defecerunt* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Hav. et Hearnii N. *vires docti defecerunt* Lov. 5. Harl. Rec. Gaertn. Brancal. Latinii, et edd. quas vidi, Aldo priores, qui recte *hostem defecerunt* substituit. V. supra hoc lib. ad c. 49, 3. Paullo ante *nec supersunt*, pro *nec supersumus*, Ber. a m. 2. et Hav.

§. 9. *Qui nec in acie quidem refugerunt*] Lege *ne*. J. FR. GRO-

Digitized by Google

relicti, quum castra traderentur, in potestatem ho-
10 *stium venerunt. Haud equidem ullius civis et com-*
militonis fortunae aut conditioni invideo, nec pre-
mendo alium me extulisse velim: ne illi quidem,
(nisi pernicitatis pedum et cursus aliquod praemium
est) qui plerique inermes ex acie fugientes non prius,
quam Venusiae aut Canusii, constiterunt, se nobis
merito praetulerint, gloriatique sint, in se plus, quam
11 *in nobis, praesidii reipublicae esse. Sed illis et bo-*

NOV. V. ad 1, 10, 3. et 8, 7, 19. Ceterum Cl. Ant. Perizon. ad oram libri conjecit, vel scribendum esse *ne in castra quidem*, ut cap. seq. §. 25. *Quum in acie stare ac pugnare decuerat, tum in castra refugerunt.* vel *ne ex acie quidem*, ut mox hoc cap. *Qui plerique inermes ex acie fugientes non prius, quam Venusiae aut Canusii, constiterunt.* In Lov. 3. erat *nec acie quidem.* illud *nec* autem ob soni similitudinem *ex ne ex* contractum videri potest. Sed an non et vulgatum *in acie* servari potest, ita ut ad verba illa per ellipsin intelligatur participium verbi substantivi?

§. 10. *Nec premendo alium me extulisse velim videri*] Duo optimi resecari jubent *videri.* J. FR. GRON. Illud *videri* in nullo apud me cod. superest. At *videar*, pro *velim*, est in Lov. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Rec. et Hav. quorum etiam quidam *ne premendo* exhibent. Alii utramque lectionem jungunt. nam *extulisse id velim videar* legit Lovel. 5. *extulisse al' velim videar* Voss. et Lovel. 1. Unus Flor. et forte Cant. ex quo nihil notatur, duobus optimis Gronovii consentiunt. Paullo ante *civis et commilitonis*, pro *civis aut comm.* Flor. quomodo etiam Cl. Jac. Gronov. inter errata emendari jussit, et Clericus, monitis ejus obsecutus, edidit.

Non prius, quam Venusiae aut Canusii, constiterunt] *quam Venusia aut Canusium venissent, constiterunt* Lov. 5. *quam Venusium aut Canusium venere, steterunt* Ber. *quam Venusiam aut Canusiam venissent, constiterunt* Hafn. *quam Venusium aut Canusium venissent, constiterunt* Hav. In praecedentibus *ne illis quidem, nisi pernicitatis* Flor. Lovel. 1. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii N. *ne illi quidem, nisi velocitatis* edd. quas consului, ante Aldum, ex alterius glossa natum. Supra 9, 16, 13. *Praecipua pedum pernicitas inerat.* In sequentibus vero *praetulerunt gloriatique sunt* Voss. Lovel. 1. 5. Harl. Ber. Hav. et edd. ante Aldum. *praetulerunt* etiam Lovel. 2. 3. 4. et Gaertn. Omnia male.

§. 11. *Sed illis ut bonis ac fortibus viris militibusque utemini, et nobis jam promtioribus*] Comparet in Pal. pr. *Sed illis ejus bonis ac fortunis ac fortibus viris militibusque utemini.* GEBH. Scribe: *Sed illis et bonis ac fortibus militibus utemi-*

Digitized by Google

nis ac fortibus militibus utemini: et nobis etiam promtioribus pro patria, quod beneficio vestro redemti atque in patriam restituti fuerimus. Delectum ex omni aetate et fortuna habetis: octo millia servorum audio armari. non minor numerus noster est, nec majore pretio redimi possumus, quam hi emuntur. nam si conferam nos cum illis, injuriam nomini Romano faciam. Illud etiam in tali consilio animadvertendum vobis censeam, Patres conscripti, (si 12 13

ni, et nobis etiam promtioribus. Sic optimi. et sensus exposcit. J. FR. GRON. Lectio, quae capiti notae hujus adscripta est, ab Aldo profluxit; eaque exstitit fere in Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. Priores dederant, *Sed illis ut bonis et fortibus viris utemini, et nobis jam promtioribus.* Voss. Flor. et Lov. 1. praeferunt *Sed illis ut bonis et fortibus militibus utemini.* Cl. Crevier. legendum conjicit *Sed et illis bonis ac fortibus.* Non est necesse, modo, *et* pro *ut* recepto, revoces etiam ex pluribus scriptis et edd. vett. *et* pro *ac*, et hunc sensum statuas *Sed utemini illis et bonis et fortibus viris.* Praeterea *et nobis etiam* solus Flor. Gronovius in pr. ed. not. conjecerat *Sed illis et bonis ac fortibus viris militibusque utemini, et nobis etiam promtioribus.* Alibi saepe *jam* et *etiam* a librariis commutantur. V. supra ad 5, 7, 2. Mox *qui beneficio vestro redemti* Harl. et Gaertn. *quod bono vestro redemti* Lov. 1. *quod beneficio modo redemti* Lovel. 3.

§. 12. *Octo millia servorum audio armari*] Transpositis verbis Pall. tres *octo millia armari servorum audio.* GEBH. Ita et Voss. Lovel. quinque, Gaertn. Hav. et edd. Aldina priores. *servorum armari audio* Harl. et Ber. Paullo ante *Dilectum* Flor. V. ad 37, 51, 7.

Nec minor numerus noster est, nec majori pretio redimi possumus, quam hi emuntur] Supra c. 57, 12. *Hic miles magis placuit, quum pretio minore redimendi captivos copia fieret.* A Pal. sec. abesse vidi τὸ *possumus.* tert. praefert *redimi praesumus.* GEBH. Cl. Jac. Perizon. ad oram Livii scribendum conjecit *nec multo minor;* ex cap. enim seq. constare, fuisse septem millia captivorum. Potuit tamen haec Junius per invidiam sponte auxisse. Praeterea *majore pretio* Cl. Jac. Gronov. in erratis scribendum monuit, quod Clericus recepit. Neque aliter est in omnibus meis.

§. 13. *Sed tam duriores esse velitis*] Opinor *jam* legendum esse, etiamsi *tam* scribitur. Siquidem Quintilianus ait, usu receptum, ut sic *jam*, ut *tam*, scribatur. VALLA. Vet. lib. *si duriores esse velitis.* SIG. Sigonius annotat, legi in aliis exemplaribus, *si duriores esse velitis;* quod rectum puto. non enim improbitatem frontis, sed saevio-

Digitized by Google

tamen duriores esse velitis, quod nullo nostro me-
14 *rito faciatis) cui nos hosti relicturi sitis. Pyrrho vi-*
delicet, qui nos hospitum numero habuit captivos,
an barbaro ac Poeno; qui utrum avarior, an cru-
15 *delior, sit, vix existimari potest. Si videatis cate-*
nas, squalorem, deformitatem civium vestrorum,
non minus profecto vos ea species moveat, quam si
ex altera parte cernatis stratas Cannensibus campis
16 *legiones vestras. Intueri potestis sollicitudinem et la-*
crimas in vestibulo curiae stantium cognatorum no-
strorum, exspectantiumque responsum vestrum. quum
ii pro nobis proque iis, qui absunt, ita suspensi ac
solliciti sint; quem censetis animum ipsorum esse,

rem sententiam deprecatur. Gelricum exemplar habet: *si tamen duriores esse velitis*, unde alii *tam* fecerunt. Caeterum illud *tamen* mirificam hic vim habet retrahendi a duritie, quasi id fieri non debeat. SCHOTT. 3. Obs. 6. Sigonius nimium obsequentibus usus est codd. *tam duriores* tuentur Pall. tres. GEBH. Primae edd. obserunt *si tam duriores;* et ita fere est in Mſſis. Ascens. postea anno 1513. vulgavit *si tam duri oris esse;* quam lectionem Sigonius et Schottus refellunt, quorum hic unius cod. fide *si tamen duriores* egregie restituit; quod etiam Gronov. recepit. Nihil in libris scriptis frequentius est, quam *tam* et *tamen*, quod per compendium *tam* [*tm̄*] scribitur, in codicibus antt. confundi. Exempla v. ad 1, 26, 5. 2, 34, 12. c. 44, 7. c. 45, 11. 4, 10, 3. c. 60, 3. 6, 17, 8. c. 36, 8. 7, 1, 8. c. 33, 7. 8, 27, 10. c. 29, 12. 9, 3, 5. c. 23, 9. 10, 4, 6. 21, 32, 3. 27, 17, 11. c. 20, 12. 37, 28, 3. et alibi saepe. Mox Cl. Jac. Perizon. in margine Livii emendabat *facietis;* quomodo etiam emendationi Vallae praescriptum erat.

§. 14. *Qui nos hospitum numero habuit captivos*] Non credo quemquam, qui tum captivi erant apud Annibalem. *Nos* ergo pro nostros, vel Romanos. DUK. *qui vos hospitum numero* Flor. Gaertn. et Hav. Eamdem lectionem ex Put. profert Crevier. et inde scribendum conjicit, *qui suos.*

Vix existimari potest] Vet. libri *aestimari*. SIG. Reposui ex Pal. 1. *vix aestimari potest*. Neque desciscit vet. ed. GEBH. *extimari* Lov. 2. 3. *aestimari* Gaertner. et edd. ante Ascens. anni 1513. Sed vulgatum tuentur reliqui codd. et recte. V. ad Livii 34, 2, 5.

§. 15. *Squalorem, deformitatemque civium*] MS. Cantabrig. *squalorem, deformitatem civi-*

Digitized by Google

quorum in discrimine vita libertasque est? Si, me 17
Dius fidius, ipse in nos mitis Hannibal contra natu-
ram suam esse velit, nihil tamen nobis vita opus
esse censeamus, quum indigni, ut a vobis redimere-
mur, visi sumus. Rediere Romam quondam remis- 18
si a Pyrrho sine pretio capti: sed rediere cum lega-
tis, primoribus civitatis, ad redimendos sese missis.
Redeam ego in patriam, trecentis nummis non aesti-
matus civis? Suum quisque habet animum, Patres 19
conscripti. Scio in discrimine esse vitam corpusque
meum. Magis me famae periculum movet, ne a
vobis damnati ac repulsi abeamus. neque enim vos
pretio pepercisse homines credent.

um. Et quum idem ex Put. videam annotatum Salmasio, reor hic quoque, ut saepe alias, auctori asyndeton placuisse. JAC. GRON. Copula etiam deest a Flor. et Exc. Pithoei; quorum jam auctoritate ex contextu expunxi. Idem etiam fecit Crevier. ex auctoritate trium vel optimorum MSS. praefatus, vividius hoc videri per asyndeton prolatum. V. ad 3, 68, 4. Mox *ea vos species*, trajectis vocibus, Lovel. 2. Ber. et Hav. *τὸ vos* deest in Lovel. 3.

§. 17. *In nos mitis Hannibal contra naturam suam*] *in nobis mitis* Voss. Lovel. 2. 3. Harl. Ber. et Hafn. de quo infra v. ad 28, 43, 8. Optimae tamen notae codd. vulgatum stabiliunt; quibus consentio.

Quum indigni, ut a vobis redimeremur, visi sumus] Melius *simus*. Et ita Muretus. J. FR. GRON. *redimeremur a vobis* Lovel. 1. 2. 4. 5. Flor. Harl. Gaertn. et Hav. *redimamur a vobis* Lovel. 3. et Ber.

§. 19. *Ne a vobis damnati ac repulsi habeamur. neque enim vos pretio pepercisse*] Vet. ed. cum triga codd. Pall. *damnati ac repulsi abeam*. Paullo ante tres Pall. ignorant *τὸ habet*. sed defendit vet. ed. GEBH. *repulsi habeamus* Flor. a m. 1. et Cant. *abeamus* Flor. a m. 2. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertner. Hav. Hearnii N. et edd. Ascensio priores. Perperam addita vel detracta adspiratione saepissime haec verba inter se commutantur in Mstis. V. exempla apud viros doctos ad Liv. 1, 32, 2. c. 50, 6. c. 53, 10. 2, 2, 7. c. 64, 8. 3, 16, 5. c. 20, 3. c. 28, 10. 4, 10, 2. 5, 9, 3. 6, 6, 13. 8, 30, 7. 9, 5, 7. c. 11, 13. c. 12, 7. c. 26, 14. pluribusque locis. V. insuper viros doctos ad Ter. Eun. 5, 2, 13. Val. Max. 1, 7, 3. et Val. Flacc. 8, 423. Hic *abeamus* tot codicum fide receepi. Confirmat me, quod eamdem lectionem ex aliquot scriptis receperit Crevier. testatus, eo adludere Put. qui *habeamus* praefert; vulgatum vero *habeamur*

Digitized by Google

1 LX. Ubi is finem fecit, extemplo ab ea turba, quae in comitio erat, clamor flebilis est sublatus, manusque ad curiam tendebant orantes, ut sibi li-
2 beros, fratres, cognatos redderent. Feminas quoque metus ac necessitas in foro turbae huic virorum inmiscuerat. Senatus, submotis arbitris, consuli
3 coeptus. Ibi quum sententiis variaretur, et alii redimendos de publico, alii nullam publice inpensam
4 faciendam, nec prohibendos ex privato redimi; si quibus argentum in praesentia deesset, dandam ex aerario pecuniam mutuam, praedibusque ac prae-
5 diis cavendum populo, censerent; tum T. Manlius

in nullo sibi scripto obcurrisse. quod nec mihi obvium fuit, nisi forte in Rec. Tum *nil enim vos pretio* Lov. 4. *non enim vos pretio* Lovel. 5. *neque enim pretio vos* Lovel. 2. et Ber. *neque enim vos homines pretio pepercisse credent* edd. antt. Paullo ante *τὸ habet* exsulat a Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. An igitur haec per defectum verbi extulit Livius? ut Cic. illa ad Att. 14, 20. *Sine, quaeso, sibi quemque scribere. Suam cuique sponsam, mihi meam, suum cuique amorem, mihi meum.* Verum ibi *sine* suppleri poterit ex praecedenti, vel aliud ejusdem potestatis subintelligi. Tum *vitam, corpus meum* sine copula Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. a m. 1. et Gaertn.

§. 1. *Ab ea turba, quae in comitio erat*] Pal. 3. *quae a comitio erat.* GEBHARD.

§. 2. *Necessitas turbae huic virorum in foro inmiscuerat*] Turbata lectio in Pall. codd. quorum pr. *necessitas turbae ac in foro virorum immiscuerat.* sec. *necessitas in foro ac turbae virorum miscuerat.* Justin. 5, 7. *Non pueros imprudentia, non senes debilitas, non mulieres sexus imbecillitas domi tenet.* GEBH. Pal. 1. Gebhardi consentiunt Voss. Lovel. quinque, Harl. et Gaertn. *turbae necessitas in foro huic virorum immiscuerat* Ber. *necessitas in foro ac turbae virorum inmiscuerat* Flor. Eo ordine, quo nunc circumferuntur, voces digessit Gronov. in ed. anni 1665.

§. 3. *Nullam publicam inpensam faciendam*] Pall. tres *publice.* GEBH. *publice* edidit Gronov. anno 1665. quum supra ad Livii 4, 13, 8. ex optimi libri, *publicae* exhibentis, vestigiis ita scribendum docuisset. *publicae* etiam praefert Flor. sed distincte *publice* plerique reliqui codd.

§. 4. *Si quibus argentum in praesentia deesset*] *sed* vel *set quibus* Lov. 2. 3. et Hav. V. ad 21, 13, 5. Mox *aedibus ac praediis* Lovel. 2. 3. Ber. et Hav. *ae-*

Digitized by Google

Torquatus, priscae ac nimis durae, ut plerisque videbatur, severitatis, interrogatus sententiam, ita locutus fertur: *Si tantummodo postulassent legati* 6 *pro iis, qui in hostium potestate sunt, ut redimerentur, sine ullius insectatione eorum, brevi sententiam peregissem. Quid enim aliud quam admonendi es-* 7 *setis, ut morem traditum a patribus, necessario ad rem militarem exemplo servaretis? Nunc autem quum prope gloriati sint, quod se hostibus dediderint, praeferrique non captis modo in acie ab hostibus, sed etiam iis, qui Venusiam Canusiumque pervenerunt, atque ipsi C. Terentio consuli, aequum censuerint;*

dibus ac praeliis Hafn. *praedio ac praediis* Gaertn. *praedibus ac praediis* Voss. et Lovel. 5. *praediis praedibusque* edd. usque ad Aldum. Vox *praedibusque* deest in Lov. 4. Nihil mutandum. Cic. 1. in Verr. 54. *Ubi illa consuetudo in bonis, praedibus praediisque, vendendis.* et mox. *Praedibus et praediis populo cautum est.* ubi v. viros doctos. Mox §. seq. *rogatus sententiam*, pro *interrogatus*, Rec. Utrumque dici, patet ex illis, quae notavit Gronov. ad 32, 23, 1. Potiu. igitur reliquos omnes codices, quam unum hunc, sequor.

§. 6. *Sine ullius insectatione eorum brevi sententiam peregissem*] Illud *eorum* quid sibi velit, haud equidem intelligo. Suspicor deesse aliquid. GLAR. Pall. tres *sententia*. et pr. cum tert. carent praepositione *sine*. Vet. ed. *ullius sine insectatione eorum, brevi sententiam peregissem*. qua distinctione eluditur opinio Loriti, existimantis hic aliquid deficere. GEBH. Gronovius etiam pr. ed. not. *sine ullius insectatione eorum, brevi* distinguendum docet, quum in proximis edd. hoc modo interpungeretur *sine ullius insectatione, eorum brevi.* Ante Gronov. ita etiam distinxerat Aldus. Pronomen autem *sine* deficit in Voss. Lovel. quinque, Ber. et Hav. Sed Voss. in margine, et Lovel. 2. 4. 5. Ber. et Hav. simul legunt *nullius insectatione eorum.* Verum optimi stant pro vulgato. Cl. Crevier. vel *ullius*, vel *eorum* redundare putabat: posterius vero delere malebat. Deinde *brevi sententia peregissem* Flor. Lov. 4. Harl. et Gaertn. Fontem hujus erroris aperui supra ad 6, 3, 8. De locutione *peragere sententiam* v. infra ad 34, 31, 19.

§. 7. *Quod se hostibus dediderint*] Pall. *dederint*. Mox exhibetur in primo ἀρχαϊκῶς *quae illi acta sunt.* GEBH. *dederint* etiam Flor. Lovel. 2. 4. 5. Gaertn. et Hav. V. ad 39, 50, 9. Mox *atque ipsi cum Terentio consule* Lovel. 1. *atque ipsi C. Terentio Varroni consuli* Hearnii D. Deinde *illi*, pro *illic*, etiam Harl. *ibi* Lovel. 3. *illis* Lovel. 4. et 5.

Digitized by Google

nihil vos eorum, Patres conscripti, quae illic acta
8 *sunt, ignorare patiar. Atque utinam haec, quae*
apud vos acturus sum, Canusii apud ipsum exercitum agerem, optimum testem ignaviae cujusque et virtutis: aut unus hic saltem adesset P. Sempronius, quem si isti ducem secuti essent, milites hodie in castris Romanis, non captivi in hostium potestate
9 *essent! Sed quum, fessis pugnando hostibus, tum*

§. 8. *Unus hic saltem adesset P. Sempronius*] Pall. tres *P. C. Sempronius*. GEBH. Ita etiam Voss. Lovel. 1. 2. Harl. Gaertn. Hearnii D. N. et edd. Aldina priores, quod Hearnius exponit *adesset*, *Patres conscripti*, *Sempronius*; quomodo praefert Lovel. 3. et eo ducit etiam Hearnii L. 1. *adesset Patres C. Sempronius* exhibens. Praenomen omittitur in Lov. 4. *adesset P. Sempronius Tuditanus* legit Ber. quod ex verbis seqq. mutuatum puto. Vulgatum verius videtur. Livium in similibus praenomine et nomine uti malle, vidimus ad 6, 12, 10. Tum *saltem* deest in Lovel. 2. Paullo ante *apud exercitum* Ber. a m. 1. *apud Romanum exercitum* a m. 2. cum Hav.

Secuti essent milites, hodie in castris Romanis, non captivi in hostium potestate] Magnam oppositioni huic integritatem momentumque addideris, si mecum reposueris *in castris Romani*, deleta litera *s*. Quippe captivi non censentur Romani, ut sequitur. Ovidius de Polyxena [13. Met. 470.] *Priami vos filia regis, Non captiva, rogo*. JAC. GRON. Conjecturam Gronovii probat Crevier. Verum eamdem, quam Gronov. captavit, si non fortiorem, obpositionem habebimus, si cum plerisque antiquioribus edd. distinguamus *secuti essent, milites hodie*. Modius primo ediderat *secuti essent*, *milites*, *hodie*. Gruterus deinde in postrema editione *secuti essent milites, hodie*. At si priorem mecum interpunctionem reducis, obponuntur *milites* et *captivi*, tum *Romani* et *hostes*, denique priorum *castra* et posteriorum *potestas*. Praeterea *Romanis* omnes codd. servant. Errat autem Hafn. qui τὸ *captivi* omisit. Tum *in potestate hostium* Voss. Lovel. 2. et Gaertn. *in potestatem hostium* Lov. 1. Sed v. ad 2, 14, 4.

§. 9. *Et septena armatorum hominum millia erumpere etiam inter confertos hostes potuissent*] Pall. 1. 3. et vet. ed. *et septa armatorum hominum etiam inter confertos hostes possent*. 3. *et septa armatorum hominum etiam inter confertos possent*. GEBH. Libri optimi *septem* et *possent*, tum carent τοῖς *inter*: omnes omnino scripti etiam τοῖς *enim*, quod statim sequitur. Suspicor: *non captivi in hostium potestate essent. Sed quum fessis pugnando hostibus, tum victoria laetis et ipsis plerisque regressis in castra sua, noctem ad erumpendum liberam habuissent, et septem armatorum millia perrumpere etiam confertos hostes possent; neque per se ipsi id facere conati sunt, neque alium sequi vo-*

Digitized by Google

victoria laetis, et ipsis plerisque regressis in castra sua, noctem ad erumpendum liberam habuissent, et septem armatorum hominum millia perrumpere etiam confertos hostes potuissent; neque per se ipsi id facere conati sunt, neque alium sequi voluerunt. Nocte pro- 10 *pe tota P. Sempronius Tuditanus non destitit monere, adhortari eos, dum paucitas hostium circa castra, dum quies ac silentium esset, dum nox inceptum tegeret,*

luerant. Schottus 3. Obs. 6. *τὸ neque* abundare ait, et abesse a Gelrico exemplari. Sed calamum ejus peccasse puto, cum in mente esset *τὸ enim:* quod nec in editis ante Ascensium reperio. J. FR. GRON. *septa armatorum hominum erumpere etiam inter confertos hostes possent* Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Gaertn. non dissentiunt vel Flor. vel vett. edd. nisi quod ab illo exsulet *τὸ inter*, in his sit *confertos homines potuissent*, vel *habuissent.* Sed *possent*, pro *potuissent*, etiam in reliquis superest scriptis. Primus Ascens. anno 1510. *septem armatorum*, pro *septa*, triennio post *confertos hostes* dedit, et mox Mogunt. *septenarmatorum.* Gronovii interpunctionem et emendationem verissimam puto, licet tamen omnes, quos consului, codd. servent *et quum fessis.* Verum saepius scribae voculas *sed* atque *et* commutarunt. V. ad 21, 26, 6. Cl. Crevier. ex Gronov. conjectura *septem* probat: cetera, quae servant plerique e suis Mstis, praestare putat, uti intacta maneant.

Neque enim per se ipsi id facere conati sunt] *Τὸ neque* abundat, et abest a Gelrico exemplari. SCHOTT. 3. Obs. 6. Pall. pr. *neque* (tert. et vet. ed. *nec*) *per se ipsi hoc facere conati sunt.* sec. *nec per se ipsi facere conati sunt.* Ex quibus apparet, salva sententia *τὸ nec* abesse non posse. GEBH. Unus meorum Harl. *nec*, reliqui *neque* constanter servant; at *enim* in nullo Msto adparet. Neque in ullo exstat typis descripto ante Ascens. anni 1513. quamvis autem interim Aldus iterum expunxerit, cum tamen recentiores audire neglexerunt. V. Gronov. ad verba proxime praec. Tum *hoc facere* Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Froben. Hinc *alium insequi* Hav. V. ad 7, 34, 9. Potio tamen hic primam syllabam *τοῦ insequi* natam esse ex ultima litera vocis praecedentis. V. ad 5, 52, 2.

§. 10. *Non destitit admonere adhortarique eos*] Pal. pr. *non destitit amonere adhortare eos.* sec. *admonere et adhortari.* tert. *ammonere et adhortari eos.* GEBH. Antiquissimi *monere.* Dein forte *perveniri.* J. FR. GRON. MS. Cantabr. *monere, adhortari eos.* Sic et in Gudiano reperit pater. Et sic Livius scripsit 21, 10, 3. *Per Deos monuisse, praedixisse se.* 2, 54, 4. *Suadent, monent, honoribus abstineant.* et alibi. JAC. GRON. *monere* etiam Flor. Deinde *et hortari* Lovel. 4. *hortare* Flor. et Harl. *hortari* Lovel. 1. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii N. quorum fide copulam delevi. Eamdem et-

Digitized by Google

se ducem sequerentur: ante lucem pervenire in tuta
11 *loca, in sociorum urbes posse. Sicut avorum memoria P. Decius tribunus militum in Samnio; sicut, nobis adolescentibus, priore Punico bello Calpurnius Flamma trecentis voluntariis, quum ad tumulum eos capiendum, situm inter medios hostes, duceret, dixit:* Moriamur, milites, et morte nostra eripiamus
12 ex obsidione circumventas legiones. *Si hoc P. Sempronius diceret; nec viros quidem, nec Romanos vos duceret, si nemo tantae virtutis exstitisset comes.*

iam delevit Crevier. et auctor est, scriptos quam plurimos particulam illam abjicere. V. ad 9, 22, 6. Pronomen etiam *eos* non extat in Lovel. 5. Mox *inceptum tegere posset*, pro *tegeret*, Flor. Cant. et Exc. Pithoei. *Pervenire* forma passiva infra est 25, 14, 1. *Ad vallum ac fossas perventum est.* 42, 15, 5. *Priusquam perveniretur ad frequentia aedificiis loca.* Sed *pervenire*, in cujus defensionem omnes libri conspirant, mutari nihil adtinet.

§. 11. *Nobis adolescentibus, priore Punico bello Calpurnius Flamma*] *Calphurnium* quidam scribunt: at id leviculum. Id magis mirandum, tam varium apud authores ejus esse nomen, ut A. Gell. 3, 7. annotavit. Quidam enim *Q. Caeditium*, quidam *Laberium*, Livius et Florus *Calpurnium Flammam* vocatum scripserunt. GLAR. Livius l. 17. ut est scriptum in Epitoma. SIG. Front. 4, 5, 10. *Idem fecit sub Atilio Calatino consule is, cujus varie traditur nomen. Alii Laberium, nonnulli Q. Caedicium, plurimi Calpurnium Flammam vocitatum scripserunt.* Qui autem *Calpurnium Flammam* vocant, ei *Marci* praenomen tribuunt. V. Epit. Liv. 17. et Plin. 22. H. N. 6. Ceterum *adulescentibus* Flor. V. ad 6, 34, 11. Tum *Calpurnius Flamina* Lovel. 3. *Calpurnius Flamia* Ber. Praeterea *priori Punico bello* typis exarati ante Aldum. In sequentibus *eripiamus obsidione*, omissa praepositione, Lovel. 1. Sed, Livium praepositionem, cum qua verbum componitur, in regimine repetiisse, saepius dictum est. V. ad 37, 30, 9. Ipsam locutionem *ex obsidione eripere* supra inlustravi ad 8, 33, 14.

§. 12. *Nec viros quidem, nec Romanos vos duceret*] Forte *ne viros quidem, nedum Romanos.* J. FR. GRON. *nec viros quidem duceret, nec Romanos* Hav. *nec viros ratio vos duceret* Voss. nec aliter Lovel. 1. nisi quod *ne viros* legat. *nec viros Romanos duceret* Lov. 3. Male. V. ad 7, 35, 8.

Virtutis existeret comes] Antiquissimi *exstitisset*. J. FR. GRON. Ita est sane in Flor.

§. 13. *Viam* etc. *ad salutem ferentem demonstrat: ducem se in patriam*] Liber meus *demonstraret duces in patriam*. Legendum *demonstrat: reduces in patriam*. LIPS. 5. Epist. Quaest. 4.

Digitized by Google

Viam non ad gloriam magis, quam ad salutem, ferentem demonstrat; reduces in patriam, ad parentes, ad conjuges ac liberos facit. Ut servemini, deest vobis animus? quid, si moriendum pro patria esset, faceretis? Quinquaginta millia civium sociorumque circa vos eo ipso die caesa jacent. si tot exempla virtutis non movent, nihil umquam movebit: si tanta clades vilem vitam non fecit, nulla faciet. Liberi atque incolumes desiderate patriam: immo desiderate, dum patria est, dum cives ejus estis. sero

13 14 15

Habet sane etiam editio Moguntina *demonstraret*, quo aequior Lipsii conjecturae sis. MOD. Pal. pr. *demonstraret, ducens in patriam*. sec. *demonstraret ducem se*. tert. *demonstraret duces in patriam*. Ex quibus vestigiis talem deducit Cl. Lipsius lectionem *demonstrat: reduces in patriam*. Sed quomodo reduces fecit, qui demonstrantem viam ad salutem sequi noluerunt? V. c. 50. ut discas, non opus viri summi hoc in loco conjectura. GEBH. *demonstrando ducem se in patriam* Hafn. Berol. et Hav. *demonstraret, ducem se in patriam* Gaertn. et edd. usque ad Aldum, qui *demonstrat* in erratis reposuit. *demonstraret duces in patriam* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. et Harl. Quod autem Gebhard. Lipsio, ex his vestigiis *demonstrat: reduces in patriam* scribendum conjicienti, objiciat, eum sequi nolentes non reduces fecisse, exigui est momenti. Nam *facit reduces* ponitur pro reduces facturus erat. V. ad Epit. Liv. 49. Praeterea *ferentem* omittit Hav. ut *via ad gloriam, ad salutem* eodem modo dicatur, quo *via, aditus, iter ad honores, ad consulatum, ad dictaturam* in exemplis, quae laudavi ad 6, 35, 3. Sed, reliquis dissentientibus, nihil muto. V. ad 39, 27, 10. Mox *ad conjuges, ad liberos*, pro *ac liberos*, Lovel. 5. V. ad 38, 18, 12. Verum hic etiam unius codicis fidem sequi temerarium judico. Saepius enim *ad* et *ac* commutari solent. V. ad 21, 32, 2.

§. 14. *Si tanta clades vobis vilem vitam non fecit*] Pall. tres destituuntur provocabulo *vobis*. GEBH. Abolent τὸ *vobis*. J. FR. GRON. Idem abolent etiam omnes mei, nisi quod in Ber. exstet a m. 2. Praeterea *clades in vilem vitam* legunt Flor. Voss. et Lovel. 1. sed in eorum priori id emendatur *clades his vilem vitam*. Mira lectio *si tanta clades virilem vitam non fecit, nullam facient* exstat in Gaertner. Paullo ante *circa vos ea die caesa jacent* est in Lovel. 2.

§. 15. *Liberi atque incolumes desiderate patriam*] Pall. tres *Et liberi atque incolumes*. GEBHARD. Ita et Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. vett. Sed recte voculam *et* ejecit Froben. anno 1531. Nata enim fuisse videtur ex ultimis proximae vocis literis.

Digitized by Google

nunc desideratis, deminuti capite, abalienati jure ci-
16 *vium, servi Karthaginiensium facti. Pretio redituri estis eo, unde ignavia ac nequitia abistis? P. Sempronium, civem vestrum, non audistis, arma capere ac sequi se jubentem: Hannibalem post paullo au-*
17 *distis, castra prodi et arma tradi jubentem. Quam ego ignaviam istorum accuso, quum scelus possim accusare? Non enim modo sequi recusarunt bene monentem, sed obsistere ac retinere conati sunt, ni*

V. alia exempla ad 39, 18, 8. et mox hoc cap. §. 18. Praeterea *desiderantes patriam* Lovel. 1. 4. et Voss.

Immo desiderate, dum patria est, cum cives ejus estis] Ita Jac. Gronov. edidit, eumque Clericus, qui se Livium ad J. Fr. Gronovii mentem quam accuratissime editurum promiserat, secutus est. Antea edebatur *dum cives ejus estis*, quod servant omnes codd. et ideo revocavi. V. supra ad 5, 35, 4. (* 34, 33, 1.) Praeterea *desideranda patria est* Lovel. 4. et 5.

Diminuti capite] Hoc est, amissa civitate et libertate. Sic enim post ait: *abalienati jure civium, servi Carthaginiensium facti.* SIG. *deminutis* est in Flor. *deminuti* in plerisque codd. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. et ita Gronov. anno 1665. edi curavit. V. ad 21, 17, 8.

§. 16. *Arma capere ac se jubentem sequi: Hannibalem paullo post audistis*] Pall. 1. et 3. *ac sequi se jubentem.* sec. *atque sequi se jubentem.* GEBH. Meliores *ac sequi se jubentem: Hannibalem post paullo audistis.* Gaudent eo ordine harum particularum. Sallustius Jug. 106. *Turpi fuga incertae ac forsitan post paullo morbo interiturae vitae parceret.* Quod nollem mutasse Gruterum, multo minus testatum, elegantius ad aures suas *paullo post* accidere. Qui non rasit igitur aures et c. 71. *Nabdalsa post paullo experrectus.* Caesar. 7. de Gall. [60.] *Ipse post paullo silentio egressus cum tribus legionibus.* et 1. de Civ. [20.] *Post paullo tamen, internunciis ultro citroque missis, quae ignorabant de L. Domitii fuga, cognoscunt.* Noster 5, [55, 1.] *Quod quum senatus post paullo de his rebus in curia Hostilia haberetur.* 33, [28, 9.] *Torti post paullo insontes quum scirent.* Quintilianus inst. orat. 2, 5. *Sed de ratione declamandi post paullo.* J. FR. GRON. *ac sequi se jubentem* etiam omnes mei, nisi quod primam vocalem ignorent Lovel. 5. et Harl. atque *et sequi se jubentem* legant Lovel. 4. Gaertn. et Hav. Praeterea *post paullo audistis* iterum omnes codd. Lovel. 5. et Ber. exceptis. Livius infra 32, 25, 8. *Post paullo ubi Argivos quoque armatos viderunt.* ubi perperam etiam nonnulli codd. ordinem vocabulorum mutare conantur. V. Gifan. Observ. in ling. Lat. v. *Post paullo.* Jac. Gronov. ad Livii 28, 24, 13. Cel. Burm. ad Quinctil. 2.

Digitized by Google

strictis gladiis viri fortissimi inertes submovissent. prius, inquam, P. Sempronio per civium agmen, quam per hostium, fuit erumpendum. Hos cives 18 *patria desideret? quorum si ceteri similes fuissent, neminem hodie ex iis, qui ad Cannas pugnaverunt, civem haberet. Ex millibus septem armatorum sex-* 19 *centi exstiterunt, qui erumpere auderent, qui in patriam liberi atque armati redirent: neque iis quadraginta millia hostium obstitere. Quam tutum iter* 20

Inst. orat. 5. et Cortium ad Sallust. Jug. 56. et 106. Similiter *post aliquanto* Liv. 2, 31, 4. *Cum Aequis post aliquanto pugnatum est.* ubi alia vide. *ante annis octo* 40, 52, 1. *ante multo* Cic. de Sen. 2. et similia alia passim.

§. 17. *Sed subsistere ac retinere*] Put. ac melior Pet. *sed obsistere ac retinere.* etsi alibi hoc Livio usitatum non diverso sensu. J. FR. GRON. De verbo *subsistere* simili sensu v. infra ad 27, 7, 3. Hic vero recte Gronov. *obsistere* in contextum revocavit. Ita enim praeferunt non tantum omnes mei et Hearnii codd. verum etiam omnes typis descripti usque ad Gruter. qui in ultima demum ed. *subsistere* dedit. Ceterum Cl. Periz. in Animadv. Hist. c. 4. p. 167. Livium neglegentiae accusat, quod supra c. 50. ubi de hac eruptione egit, non monuerit, Sempronium a reliquis, qui erumpere non audebant, retentum fuisse; sed demum id hic narraverit. Paullo ante *non enim sequi modo* alio verborum ordine Ber. *non modo enim sequi* Flor. In sequentibus *per civium agmen, quam hostium,* pro *quam per hostium,* Lov. 4. Male. V. supra ad 4, 58, 4.

§. 18. *Quorum si ceteri similes*] *et quorum* Flor. Sed particula *et* nata est ex repetitis ultimis literis vocis praecedentis. V. paullo ante hoc cap. ad §. 15. Mox *civem haberent* idem Flor. cum Voss. Lov. 1. 3. et Harl. *civem haberetis* Ber.

§. 19. *Sexcenti exstiterunt, qui erumpere auderent*] Supra [c. 50, 11.] *tria millia et sexcentos* erupisse dixit. Quare vide, ne *tria millia* reponenda sint. SABELL. Ita quidem olim ibi editum exstitit. Sed Aldus recte *τὰ tria millia* ejecit, ut ad eum locum dictum est. Neque hic in numero variant codd. ulli.

Neque his sexcenta millia hostium obstitere] Ego *quadraginta millia* potius legam. at qui hunc numerum notatum invenerant per duo elementa *XL*, mox praepostere notatis reddiderunt numerum longe majorem. Quod *quadraginta* sit legendum, ea ratione adducor, quod Hannibal cum quinquaginta millibus in aciem ad Cannas processerat: ex his circiter *X* millia in proelio occubuerant. quo factum, ut per hunc hostium numerum Romani noctu evaserint. Sed error, ut dicitur, errorem peperit, ut ex *XL millibus, LX* primo librariorum incuria fecerit; mox ex *sexaginta, sexcenta* scribi con-

Digitized by Google

duarum prope legionum agmini futurum censetis fuisse? Haberetis hodie viginti millia armatorum Canusii, fortia, fidelia, Patres conscripti. nunc autem quemadmodum hi boni fidelesque (nam fortes ne ip-
21. *si quidem dixerint) cives esse possunt? nisi quis credere potest fuisse, ut erumpentibus, quin erumperent, obsistere conati sunt: aut non invidere eos,*

ligerit. Scio esse, qui *sexcentis* scribant, referentes ad numerum erumpentium. Sed ille major omnino fuit. SABELL. Supra [c. 46, 6.] *quinquaginta millia* edidit. In vet. autem libris est hoc loco *sexcenta millia*, ut videantur opponi *sexcentis armatis*, ita: Ex millibus septem armatorum sexcenti exstiterunt, qui erumpere auderent, neque iis sexcenta millia hostium obstitere. Est autem hic numerus usitatus etiam Ciceroni pro magno quodam et immenso numero. SIG. Pall. *sexaginta millia*. GEBH. *neque his VIta millia hostium* Ber. *neque his sexcenta millia hostium* Cant. Rec. Gaertn. et Hearnii Oxon. *neque his sexcenta millia hostes* Flor. Voss. (ambo a m. 1.) et Lovel. 3. *neque his sexaginta millia hostium* Lovel. 1. *neque his sexcentis millia hostium* Lovel. 2. Hafn. et Hav. *neque his sexcentis millia hostes* Lovel. 4. Flor. a m. 2. et Harl. *neque his sexcentis militibus hostes* Voss. a m. 2. *neque his sexcentis tot millia hostium* Lov. 5. Verum, licet nullus codd. adsentiatur, Sabellici tamen conjecturam probandam censeo.

§. 20. *Haberetis hodie viginti millia armatorum Canusii, fortia, fidelia*] Fortasse *fortium, fidelium*. Vel *fortes, fideles*. J. FR. GRON. *fortium fideliumque* Lovel. 3. *fortium et fidelium* Lovel. 4. Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii conjecit, forte voculam *prope* excidisse, ac scribendum esse *haberetis hodie prope viginti millia armatorum*. Sed male. Livius enim supra narrat cap. 54. Venusiam ad Varronem ad quatuor millia peditum equitumque pervenisse, Canusii ad decem millia hominum fuisse. Varro autem, cum suis Canusium profectus, senatui scribit, secum ad quatuordecim ferme millia militum esse, ut Gronovius recte emendavit: non igitur plane quatuordecim: quibus si addantur septem millia, qui in castra minora ex proelio persugerunt, et inde erumpere non ausi se postridie hosti tradiderunt, sive potius tantum sex millia et quadringenti, (nam sexcenti eruperunt) si non plures, certe non pauciores, quam viginti millia erunt, ut τὸ *prope* addendum non esse pateat. Et hinc neque probandus est Hav. qui *triginta millia* praefert. Paullo ante *agminis*, pro *agmini*, Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. a m. 1. Hafn. et Hav. Sed ultima litera nata est ex similitudine initialis vocis sequentis. V. ad 4, 33, 10.

Boni fidelesque] Quae de hac formula Modius ad hunc locum notarat, omisi. Videri enim possunt apud Brisson. de Formul. 8, 240.

§. 21. *Nisi quis credere potest*

Digitized by Google

quum incolumitati, tum gloriae illorum per virtutem partae, quum sibi timorem ignaviamque servitutis ignominiosae caussam esse sciant. Maluerunt in ten- 22
toriis latentes simul lucem atque hostem exspectare, quum silentio noctis erumpendi occasio esset. At enim ad erumpendum e castris defuit animus; ad tutanda fortiter castra animum habuerunt. Dies 23

fuisse, qui erumpentibus, quin erumperent, obsistere conati sunt, aut non invidere] Vide locum totum, nec dubitabis, quin legendum sit, *fuisse, ut erumpentibus, quin erumperent, obsistere conati sint; at non invidere.* Omnia ita vetus, nisi quod *at* restitui, pro *aut*. Verbi *fuisse* elegans usus latuit correctores. LIPS. 5. Ep. Quaest. 4. In scriptis exemplaribus *ut erumpentibus, qui ne erumperent obsistere conati sunt.* Quid si legas, translatis tantummodo verbis, *ut qui erumpentibus, ne erumperent, obsistere conati sunt?* Quamquam vulgata lectio defendi potest, si *quin*, pro *quo minus*, accipias. SCHOTT. 3. Obs. 6. Pal. pr. *ut erumpentibas, qui erumperent.* et ita fere tert. nam *quin* expresse habet. Vet. ed. nihil demutat a vulgato, nisi quod *sint* variet, pro *sunt*. Lectio Pal. 2. *fuisse, ut erumpentibus, ne erumperent, obsistere conati sint*, nihil habet obscuritatis. GEBH. Non perceperunt viri laude dignissimi Lipsius et Schottus. Optimi libri *ut erumpentibus.* Membrum prius disjuncti praeteritum tempus respicit; posterius futurum. Sententia haec. Nisi quis credere potest, aut tum fuisse bonos fidelesque socios, cum viros fortes, ne fortes essent, impedire voluerunt, aut passuram in posterum invidiam, ut fideles bonique cives sint erga illos, quorum incolumitatem et gloriam sibi videntur esse ignominiae, et quotidie ignaviam exprobrare. Illam ipsam invidiam significat effecturam, ut iis infidi sint, et in discrimen secum deductos deserant, atque ita aut mori misere, aut parem culpam captivitatis vel turpis fugae contrahere cogant. J. FR. GRON. *ubi credere quis potuisset, ut erumpentibus, quin ne erumperent* etc. Lovel. 2. *ut erumpentibus qui nec erumperent* Flor. *ut erumpentibus qui ne erumperent* Lovel. 5. *ut erumpentibus qui erumperent* Harl. *ut erumpentibus ne erumperent* Lov. 3. *ut erumpentibus quin erumperent* plerique reliqui codd. Cl. Hearnius etiam ex uno tantum N. profert *qui erumpentibus:* ut alii, quibus usus est, similiter *ut erumpentibus* habuisse videantur. Deinde *conati sint* Lovel. 1. et edd. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. et Parm.

§. 22. *At enim ad erumpendum*] Voculae duae principes *At enim* praecisae sunt Pall. tribus et vet. ed. GEBH. *Tà At enim* nec Put. nec Voss. nec Gud. agnoscunt. J. FR. GRON. Non agnoscunt etiam Flor. Cant. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. antt. Sed excidisse videntur ob similitudinem sequentium *ad erum.* Recte itaque Ascens. anno 1513.

Digitized by Google

noctesque aliquot obsessi, vallum armis, se ipsi tutati vallo sunt: tandem ultima ausi passique, quum omnia subsidia vitae abessent, adfectisque fame viribus, arma jam sustinere nequirent, necessitatibus
24 *magis humanis, quam armis, victi sunt. Orto sole hostis ad vallum accessit: ante secundam horam, nul-*

voces illas restituit. De usu autem earum v. ad 6, 15, 11.

§. 23. *Dies noctesque aliquot obsessi*] Pall. tres et Vet. ed. ingerunt *Dies ac noctes obsessi.* GEBH. *Dies ac noctes aliquot obsessi* Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldo priores.

Obsessi, armati se ipsi tutati vallo sunt] Put. *aliquot obsessi ballum arma se ipsi.* Hinc auream fecimus lectionem: *dies noctesque aliquot obsessi, vallum armis, se ipsi tutati vallo sunt.* Sic Livius, ut videas non ignarum suae ipsum elegantiae fuisse, 6, [2, 9.] *Tantum Camillus auditus imperator terroris intulerat, ut vallo se ipsi, vallum congestis arboribus sepirent.* 10, [45, 12.] *Non enim muris magis se Samnites, quam armis ac viris moenia tutabantur.* 28, [2, 16.] *Exercitum omnem passim in civitates dimisit, ut et muris se ipsi, et armis muros tutarentur.* 33, [17, 10.] *Proelia impigre inire, et armis magis muros, quam se ipsos moenibus tutari.* 38, [22, 7.] *Et Galli, ne parum se munimenta sua tegerent, armati pro vallo constiterant.* Silius 12, 165.

— — *Qui non turribus arma*
Defendenda daret, verum ultro moenia dextra
Protegeret.

Alii membranacei, non quidem *τὸ vallum*, sed tamen *arma* habent, non *armati.* J. FR. GRON. Ex membranaceorum illorum numero sunt Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. et Gaertn. *obsessi armis* legunt Ber. et Brancal. Latinii. *obsessi se ipsi*, mediis omissis, Hav. Doujatius, testatus Put. *obsessi, bellum, arma, se ipsi* praeferre, neglegenter consuluit Gronovium. Interdum autem *bellum* et *vallum* commutantur. V. ad 8, 38, 2. Praeterea *se ipsos tutati vallo sunt* Brancal. Latinii, Lovel. 5. et Ber. a m. 1. *se ipso tutati vallo sunt* a m. 2. Sed recte *se ipsi* ceteri codd. defendunt. V. supra ad 2, 19, 5.

Quum omnia subsidia vitae abessent] Promiscui libri, ut et Andreas atque Aldus *desunt.* Vulgo *deessent.* J. FR. GRON. *deessent* soli ex meis Cant. et Berol. quod primum Ascens. anno 1513. recepisse video. Priores omnes *desunt.* Et ita est in Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. et Gaertn. *desint* Hav. Gronovius substituit *abessent* auctoritate, ut in prima notarum ed. professus est, optimi Put. Solet autem *abesse* pro deficere, deesse usurpari. Cic. 1. de Orat. 11. *Quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia.* pro Balbo 4. *Quid enim abest huic homini, quod si adesset, jure hoc tribui et concedi putaremus.* 1. de Le-

Digitized by Google

nullam fortunam certaminis experti, tradiderunt arma ac se ipsos. Haec vobis ipsorum per biduum 25
militia fuit. quum in acie stare ac pugnare decuerat, tum in castra refugerunt: quum pro vallo pugnandum erat, castra tradiderunt, neque in acie neque in castris utiles. Vos redimam? quum erumpere ca- 26
stris oportet, cunctamini ac manetis: quum manere,

gib. 2. *Abest enim historia literis nostris, ut et ipse intelligo, et ex te persaepe audio.*

§. 24. *Orto sole hostis ad vallum accessit*] Exemplaria scripta: *Orto sole ab hostibus ad vallum accessum*, impersonaliter, quod magnificentius videtur. SCHOTT. 3. Obs. 6. Ejusdem scripturae non levia vestigia comparent in Pal. 1. GEBH. Forte hi codd. exhibuerunt *ab hostibus ad vallum accessit*, quemadmodum est in Flor. Cant. Lovel. 1. 4. et Voss. Sed Schotti scriptis consentit Lovel. 3. Mox *castra*, pro *arma*, praefert Hav.

§. 25. *Quum in acie stare ac pugnare decuerat*] *acie stare* sine praepositione Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett. quam recte Froben. anno 1531. restituit. Videtur enim intercepta fuisse a praecedentis vocis syllaba finali. V. ad 10, 13, 3. Supra 3, 47, 2. *Se pro liberis eorum ac conjugibus quotidie in acie stare.* 23, 16, 10. *Ad multum diei in acie stanti miraculo esse.* 27, 2, 9. *In multum diei stetere in acie.* Praeterea *decrevit* Gaertn. *decreverit* Lovel. 4. *decuerit* Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hav. et edd. vett. Ascensius demum *decuerat* anno 1513. in contextum recepit, altera lectione *decuerit* in marginem rejecta. Praeterea *tunc castra tradiderunt*, addita priori vocula, Lov. 4. et 5. Hinc *utiles sunt* Ber.

§. 26. *Vos redimam? quum erumpere castris*] *Quos redimam* Flor. a m. 1. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et edd. antt. usque ad Froben. qui anno 1535. *Vos* substituit. Tum *erumpere e castris* Hav. Supra hoc cap. *Ad erumpendum e castris defuit animus.* et infra hoc cap. *Per medios hostes e castris eruperunt.* V. ad 37, 30, 9. Et quidem praepositio in reliquis Mstis intercepta videri potest a vocis praecedentis litera finali. V. ad 8, 4, 12. Verum omnes alii codd. vulgatum tuentur. Mox *pavetis*, pro *manetis*, Lovel. 4. Easdem voces librarii etiam supra confuderunt. V. ad 7, 37, 10. Deinde *munire castra et tutari* Ber. *manere castraque tutari* Lovel. 3. *manere ac castra tutari* Lovel. 2. *manere, castra tutari* Voss. *manere, castra tutare* Flor. et Harl. Ita et plures codd. errant 23, 42. 2. Verum, Livium deponentia numquam activa forma extulisse, supra dictum est ad 8, 38, 13. Ceterum hinc nata est suspicio, copulam iterum expungendam esse, quam confirmavit postea Crevier. qui eamdem etiam in Put. desse testatus est, et ex contextu ejecit. Mox *tradidistis*, pro *traditis*, perperam repetita syllaba, Hav.

Digitized by Google

castra tutari armis necesse est; et castra et arma et
27 *vos ipsos traditis hosti. Ego non magis istos redimendos, Patres conscripti, censeo, quam illos dedendos Hannibali, qui per medios hostes e castris eruperunt, ac per summam virtutem se patriae restituerunt.*

1 LXI. Postquam Manlius dixit, quamquam Patrum quoque plerosque captivi cognatione adtingebant, praeter exemplum civitatis minime in captivos jam inde antiquitus indulgentis, pecuniae quo-
2 que summa homines movit: quia nec aerarium exhaurire, magna jam summa erogata in servos ad militiam emendos armandosque, nec Hannibalem maxime hujusce rei, ut fama erat, egentem locupleta-

et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 28, 30, 4.

§. 27. *Quam illos dedendos Hannibali*] *reddendos* Lovel. 2. Rec. et Gaertn. Ultimae septem voces hujus cap. neglegentia scribae omissae sunt in eodem Gaertn.

§. 2. *Quia nec aerarium exhaurire*] *quem nec aerarium* Lovel. 3. *quam nec aerarium* Harl. et Lovel. 2. *quam nec ad aerarium* Cant. *qua nec aerarium* Lov. 1. 5. Harl. Ber. et Hav. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Mox *ad militiam* non agnoscit Lovel. 2. Hinc *hujus aeris egentem* perperam Exc. Pithoei. At §. praec. *homines* non adparet in Hearnii L. 1.

§. 3. *Novusque super veterem luctus tot jactura civium adjectus esset*] Pal. 2. *adductus esset*. Ubi forte *adductus luctus* est intensus. GEBH. Omnia haec verba frustra omittuntur in Gaertn. scribae socordia. Vocula sola *tot* non adparet in edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 4. *Unus ex iis domum abiit, quod fallaci reditu in castra jurejurando se exsolvisset*] Haec Polybii sententia fuit, ut ait Cicero 3. de Offic. [32.] *Polybius bonus auctor inprimis scribit, ex decem nobilissimis, qui tunc erant missi, novem revertisse, a senatu re non impetrata; unum ex decem, qui paullo post, quam egressus erat a castris, redisset, quasi aliquid esset oblitus, remansisse.* Polybii liber ille, ubi hoc tradebat, intercidit. Eadem historia est apud Gellium 7, 18. SIG. Infra mox, *Regressi religione sese exsolvissent.* Pal. tamen tert. hic *jurejurando se absolvisset.* Plautus Amphitr. 2, 2. ex emendatione Mureti,

Si obsequare, una te absolvas plaga.

Digitized by Google

ri volebant. Quum triste responsum, *non redimi* 3
captivos, redditum esset, novusque super veterem luctus tot jactura civium adjectus esset, cum magnis fletibus questibusque legatos ad portam prosecuti sunt. Unus ex iis domum abiit, quod fallaci redi- 4
tu in castra jurejurando se exsolvisset. Quod ubi innotuit, relatumque ad senatum est, omnes censuerunt, comprehendendum et custodibus publice datis deducendum ad Hannibalem esse. Est et alia 5
de captivis fama, decem primos venisse. de eis quum dubitatum in senatu esset, admitterentur in urbem, nec ne; ita admissos esse, ne tamen iis senatus daretur. Morantibus deinde longius omnium 6
spe, alios tres insuper legatos venisse, L. Scribo-

Quamquam malim *una resolvas plaga*. GEBH. Integer quidem liber Polybii, ubi historiam hanc narrat, nobis periit: eadem tamen superest in fragmentis l. 6. circa finem. Exstat eadem narratio apud Cic. 1. de Off. 13. si tamen ipsius Cic. ea verba sunt; de eo enim disputatur. Ceterum *jurejurando se exui voluisset* Flor. Male. Infra 24, 18, 5. *Citati nimis callidi exsolvendi jurisjurandi interpretes*. Et ita *exsolvere se religione* saepius apud Liv. obcurrit. V. supra ad 7, 3, 9. Polyb. l. l. *Νομίζων διὰ τῆς ἀναχωρήσεως τετηρηκέναι τὴν πίστιν, καὶ λελυκέναι τὸν ὅρκον.*

Quod ubi innotuit, relatum ad senatum est. omnes censuerunt] Ita demum ultima Gruteri editio dedit. Priores cum omnibus codd. meis, et Hearnii N. *Quod ubi innotuit, relatumque ad senatum est, omnes censuerunt.* nisi quod typis inpressi ante Aldum alio ordine *relatum est ad senatum* praeferant. Eam igitur scripturam restitui, consentiente etiam Crevier. et omnibus ejus scriptis. Mox *et a custodibus* Lovel. 1. Tum *esse* exsulat ab edd. ante Aldum.

§. 5. *Est et alia de captivis fama, decem primos venisse.* etc.] Acilii haec opinio fuit, eodem Cicerone teste [3. de Offic. 32.] *Acilius autem* ille, *qui Graece scripsit historiam, plures ait fuisse, qui in castra revertissent eadem fraude, ut jurejurando liberarentur.* SIG. Ipse etiam Liv. hanc sententiam secutus videtur infra 24, 18, 5. *callidos jurisjurandi exsolvendi interpretes* numero plurium memorans, et Val. Max. 2, 9, 8. Mox *nec tamen iis*, pro *ne*, Voss. Lovel. 1. 3. Harl. et Hav.

§. 6. *Et L. Manlium*] *et L. Manilium* Flor. Lov. 2. 3. Harl.

Digitized by Google

7 nium, et C. Calpurnium, et L. Manlium. tum demum ab cognato Scribonii tribuno plebis de redimendis captivis relatum esse, nec censuisse redimendos senatum: et novos legatos tres ad Hannibalem rever-
8 tisse, decem veteres remansisse; quod, per caussam recognoscendi nomina captivorum ad Hannibalem ex itinere regressi, religione sese exsolvissent. de iis dedendis magna contentione actum in senatu esse: victosque paucis sententiis, qui dedendos censue-

Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et Exc. Pithoei. V. ad 34, 53, 2. Paullo ante *alios insuper tres legatos venisse* Lovel. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et typis descripti Aldo priores. *alios insuper tres venisse legatos* Ber.

§. 7. *Tum demum ab cognato Scribonii tribuni plebis*] Legendum *tribuno plebis*, id est, ab Scribonio tribuno pl. L. Scribonii captivi legati cognato relatum esse. SIG. Ita legendum esse, res ipsa docet. Quomodo enim Scribonius tribunus plebis, qui per integram noctem ab Urbe abesse non poterat, in castris ad Cannas fuisset, et ita in manus Hannibalis pervenisset? Scriptum per compendium fuerat *tr. pl.* vel *trib. pleb.* Id autem quomodo efferri deberet, alii ignorantes in hunc errorem inciderunt. V. ad 6, 33, 8. et 7, 16, 1. Similium errorum in aliis vocibus exempla v. ad 10, 10, 2. Hic tamen in nullo vel cod. vel editione, nisi in Sigonianis, *tribuni* inveni. Ceterum tribunus plebis, L. Scribonii captivorum legati cognatus, etiam L. Scribonius Libo dicebatur, et hoc eodem anno, quo tribunus plebis erat, etiam triumvir mensarius factus est. V. infra 23, 21, 6. Insuper *tum deinde* Hearnii D. et N. quorum tamen hic *demum* in margine adscriptum praefert. V. ad 40, 22, 1.

§. 8. *Ad Hannibalem ex itinere regressi, religione sese exsolvissent*] *ab Hannibale* Flor. Tum *religione se liberassent* Ber. quae lectio ex glossa interpretis esse videtur.

§. 9. *Omnibus notis ignominiisque confectos esse*] Vet. lib. *affectos*. Cicero 3. de Offic. [32.] eosdem *a censoribus omnibus ignominiis notatos* esse scribit. Et Gellius 7, 18. de iisdem: *Omnium notarum eos damnis et ignominiis affecerunt*. SIG. Non secus omnes libri MSS. Nihilominus tamen Sigonius pestilenti corrigendi prurigine praefert *affectos esse*. Male. quippe verbum *conficere* hoc loco aptius efficaciusque consistit. GEBH. Omnes etiam mei vulgatum servant; quod vet. lib. Sigonii praefero. Si quid mutandum foret, quod tamen vix videtur, posses forte *confixos esse*. Ita Cic. 12. Phil. 7. *Meminerunt ejus sententiis confixum Antonium*.

Sibi ipsi extemplo] Vox ultima non agnoscitur a MSS. J. FR. GRON. Non agnoscitur etiam a Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber.

Digitized by Google

rint. ceterum proximis censoribus adeo omnibus no- 9
tis ignominiisque confectos esse, ut quidam eorum
mortem sibi ipsi extemplo consciverint: ceteri non
foro solum omni deinde vita, sed prope luce ac pu-
blico, caruerint. Mirari magis, adeo discrepare in- 10
ter auctores, quam, quid veri sit, discernere queas.
Quanto autem major ea clades superioribus cladi-
bus fuerit, vel ea res indicio est, quod, qui socio-
rum ad eam diem firmi steterant, tum labare coepe-

Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. Aldo vetustioribus.

Ceteri non foro solum omni deinde vita, sed prope luce] Pal. 2. *ceteri vero non foro solum, deinde omni vita.* GEBH.

§. 10. *Adeo discrepare inter auctores, quam, quid veri sit, discernere queas*] Pal. 3. *quid verius sit.* GEBH. Lege *decernere.* J. FR. GRON. *quid verius sit* etiam Harl. De differentia τῶν *decernere* et *discernere* v. supra ad 7, 9, 7. Insuper *adeo discrepari* Hav. Sed necesse non est. V. ad 3, 31, 8.

Quanto ante major haec clades superioribus cladibus fuerit] Sincerior lectio erit, si quis *autem*, pro *ante*, reposuerit. SABELL. Voss. et Gud. destituuntur τῷ *haec.* Sed Put. *major ea clades.* J. FR. GRON. Τῷ *haec* destituuntur etiam Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Sed integerrimo Put. consentit Flor. Quare eam lectionem restitui.

Vel ea res indicio est, quod, qui sociorum] Pal. 2. *indicio fuerit.* In reliquis Pall. duobus talem invenies scripturam: *vel ea res indiciorum que eadem die firma steterat, cum laborare ceperat.* corruptissime. 32, 30, 9. *Suberat tamen quaedam suspicio animis, labare fidem sociorum.* GEBH. Manum correctorum arguunt optimi libri. Put. *vel de ea res indiciorum quae eadem diem firma steterat, tum laborare coepit, nulla p. a. d. re, quam quod speraverant de imperio.* Probabilius certe videtur: *vel declaret fides sociorum, quae eam ad diem firma steterat, tum labare coepit, nulla profecto alia de re, quam quod desperaverunt de imperio.* Noster 2, [39, 10.] *Postquam apparuit labare plebis animos.* 32, [30, 9.] *Suberat tamen quaedam suspicio animis, labare fidem sociorum.* Tacitus 1. Hist. [26.] *Postquam vulgatum erat, labare Germanici exercitus fidem.* Petavianus melior prorsus ut Put. Menardi, duo Pall. Voss. *vel ea res indiciorumque eadem die firma steterat, eum labore.* Salmasius: *vel fides indicat sociorum, quae ad eum diem firma steterat, tum laborare coepit* etc. J. FR. GRON. Lectio haec, quae vulgo exstat, in nullo vel cod. vel ed. vet. exstat ante Ascens. priores typis descripti omnes omittunt τὸ *quod.* in scriptis autem admodum turbatur quorum tamen lectiones aperte mendosas recensere longum fo-

Digitized by Google

runt, nulla profecto alia de re, quam quod despe-
11 raverant de imperio. Defecere autem ad Poenos hi
populi: Atellani, Calatini, Hirpini, Apulorum pars,
Samnites praeter Pentros, Bruttii omnes, Lucani.
12 praeter hos Surrentini, et Graecorum omnis ferme
ora, Tarentini, Metapontini, Crotonienses, Loeri-
13 que, et Cisalpini omnes Galli. Nec tamen hae cla-

ret. Eorum alii aliter, at Flor. praefert *vel ea res inditiorum, quae eadem die firma steterat, tum laborare coepit.* Multi etiam ex editis *laborare* praeferunt. Gronovius pr. ed. notar. conjecit *vel det ea res indicium, quod fides sociorum, quae ad eam diem firma steterat, tum labare coepit.* Verius tamen puto, quod iteratis curis probavit. Inprimis recte *labare* servavit, licet plerique codd. et quaedam ex antiquioribus edd. *laborare* praeferant. 36, 9, 11. *Quum multi caderent aut vulnerarentur, labare animi coepere.* 40, 54, 7. *Ut primum labare animum regis sensit.* V. ad 32, 30, 9. Recte etiam *desperaverant*, vel in iteratis curis *desperaverunt*, pro *desperare coeperant.* Certe Flor. etiam *speraverant* a m. 1. *desperaverant* a m. 2. Vulgatum enim minus placet, tum quod optimorum codd. auctoritas adversetur, tum quod praecessit *labare coeperunt*, vel *coepit.*

§. 11. *Defecere autem ad Poenos hi populi*] Non subito defecere omnes, quos hic enumerat, populi: sed quidam statim, quidam post annum, ut Croton ac Locri. Tarentum vero, Metapontus ac Thurium quarto post anno, Ap. Claudio Pulchro, Q. Fulvio Flacco III. consulibus. Nec omnes Brutii defecere. Rhegini enim ejus regionis et in fide erga Romanos, et potestatis suae ad ultimum manserunt, ut ipse Livius libro sequenti [c. 30, 9.] quamquam Petellinos eodem libro paulo ante [c. 20, 4.] unos ex Brutiis in amicitia Romana mansisse dixerat. Sed temere haec mixta sunt Livio, ut in sequentibus libris luce clarius ostendi potest. GLAR.

Apulorum pars] Ἀρπυρικανοὺς defecisse ex Apulis, scribit Polybius [3, 118.] SIG.

Samnites praeter Petellinos] Nec *Petellini* inter Samnites, nec iidem hoc tempore ad Annibalem defecerunt, cum sequenti libro [c. 20, 4.] uni in Bruttiis in amicitia Romana mansisse dicantur. Quid ergo? obloquimur saepe bonis auctoribus, eosque aut inconstantiae, aut imprudentiae, aut negligentiae arguimus: sed sine causa, ut hoc loco Glareanus Livio, quem iccirco temerariae confusionis arguit. †. „Glareanus dicit, Livio multa commixta, quod „satis notum est. Sententia itaque, in alios a Sigonio contorta, in ejus caput recidit. „†. Quam justo ipse viderit. Non enim hoc loco *Petellinos* legendum est, sed *Pentros:* quod ille didicisset, si accuratius manuscriptos libros, quos ne adisse quidem videtur, legisset. *Pentrorum* Samnitium meminit in l. 9. [31, 4.] *Inde victor exercitus Bovia-*

Digitized by Google

des defectionesque sociorum moverunt, ut pacis umquam mentio apud Romanos fieret; neque ante consulis Romam adventum, nec postquam is rediit, renovavitque memoriam acceptae cladis. quo in tem- 14
pore ipso adeo magno animo civitas fuit, ut consuli, ex tanta clade, cujus ipse caussa maxima fuisset, redeunti, et obviam itum frequenter ab omnibus or-

num ductus: caput hoc erat Pentrorum Samnitium longe ditissimum. Possis etiam legere *praeter Petellinos Bruttii omnes.* SIG. *praeter Pentros* et Pal. 1. Male antea impressum *Petellinos:* certe contra editiones primarias, in quibus *Pennos.* Nam Pal. 2. *praeter Prentos.* tert. *praeter Petros.* Samnitium gentem, vel adeo urbem fuisse *Pentrorum,* habuimus supra 9, 31, 4. GRUT. *praeter Pentros* omnes mei, nisi quod *praeter paucos* praeferat Lovel. 4.

§. 12. *Praeter hos Surrentini*] Legendum *Sallentini.* Isti enim nominari debuissent post Calatinos. Camillus Peregrinus de Capua Diss. 2. [Sect. 25. p. 245.] J. FR. GRON. *Surretini* Lovel. 5. Reliqui codd. nihil mutant.

Et Graecorum omnis ferme ora, Tarentini, Metapontini] Polyb. [3, 118.] *Καρχηδόνιοι παραχρῆμα τῆς μὲν λοιπῆς παλαιᾶς σχεδὸν πάσης, καὶ μεγάλης καλουμένης Ἑλλάδος ἦσαν ἐγκρατεῖς. Ταραντῖνοί τε γὰρ εὐθέως ἐνεχείριζον ἀυτούς.* Polybius statim hos populos defecisse ait: quod tamen non ita esse, infra apparebit, nisi *statim* intelligamus, ut primum potuerunt. Ceterum quatuor hi populi Graeci vocabantur, quod Graecorum coloniae essent. SIG.

Crotonenses] *Croto Crotoniensis* edit, at *Cortona Cortonensis.* Priscianus. Accedit, quod *Croto Crotoniatas* quoque edit, ut omnino *Crotoniensis* videatur esse legendum. SIG. V. Gronov. ad Livii 28, 26, 1. viros doctos ad Frontin. 3. Strat. 6, 4. et quae supra dicta sunt ad Livii 1, 18, 2.

§. 13. *Neque ante consulis Romani adventum*] Ex vet. lib. *neque ante consulis adventum Romam.* In iis enim est *ante consulis adventum Romani.* SIG. *consulis Romam adventum* ex optimis scribendum esse, Gronov. in pr. ed. notarum ad hunc loc. monuerat: quem etiam v. infra ad 31, 40, 10. Et ita erat in Flor. ac nonnullis aliis, ut et in uno Crevierii. Paullo ante *hee clades* Harl. Ber. a m. 2. et Hav. *hee clades* Lovel. 2. et Gaertn. *eae clades* Flor. et Voss. Deinde vox *umquam* deficit in Lov. 2. et Ber. a m. 1. ejus loco *usquam* est in Flor. V. ad 39, 31, 5.

§. 14. *Ut consuli, ex tanta clade* etc.] Quae de more senatus Romani, ut gratias agendas decernerent de republica bene meritis, pluribus ad hunc locum notavit Modius, ex Brisson. 2. de Form. 224. petita sunt: quare hic omittenda duxi. *e tanta clade* Ber. in praecedentibus *quo in tempore ipsorum adeo magno animo civitas fuit* legit Flor.

Cujus ipse magna caussa fuisset] Put. Pet. melior, Men. tres

Digitized by Google

dinibus sit, et gratiae actae, quod de republica non
15 desperasset: cui, si Karthaginiensium ductor fuisset, nihil recusandum supplicii foret.

Pall. Voss. *cujus ipse caussa maxima fuisset.* J. FR. GRON. Lectio haec orta est ex Basil. ed. anni 1539. cui consentit Gaertn. *caussa magna* habet Harl. *maxima caussa* Ber. et Hav. cum editt. vetustioribus. *caussa maxima* Flor. Voss. Lov. quinque, et Cant.

Obviam itum frequenter ab omnibus ordinibus sit] Plut. in Fab. [184.] ἀπήντησεν ἀυτῷ περὶ τὰς πύλας ἥτε βουλὴ, καὶ τὸ πλῆθος ἅπαν ἀσπαζόμενοι. SIGON.

§. 15. *Qui si Karthaginiensium ductor fuisset, nihil recusandum.* Opinor legendum, *cui, si Karthaginiensium ductor fuisset, nihil recusandum.* Vel, *qui si Karthaginiensium ductor fuisset, nihil ei recusandum* VALLA. *qui si Karthaginiensium* Lovel. 4. 5. Ber. Hafn. Hav. Brancal. Latinii, et multae ex vett. edd. *quin uti Karthaginiensium* Lov. 2. *qui Karthaginiensium* Flor. Voss. Lov. 1. 3. Harl. et Hav. Prior Vallae conjectura, quam primi Moguntini receperunt, et reliqui servarunt, posteriori praeferenda videtur. *qui* et *cui* saepius in Mstis commutari, supra vidimus ad 9, 34, 14. Praeterea doctissimus Oudend. ad Front. 2, 1, 4. scribendum conjecit *Karthaginiensium dictator*, et, nomine ex republica Romana desumto, summos Karthaginiensium imperatores a scriptoribus Latinis *dictatores* dictos docet, de quo v. etiam Tennul. ad eumdem locum. Quum tamen omnes libri in vulgatum conspirent, Cl. Dukero adsensus id mutari nolim; praesertim quum *ductor* pro summo duce non tantum apud alios scriptores, sed etiam Livium obcurrat. Ita supra 10, 21, 15. *Consulem declaratum iri, qui haud dubie tum primus omnium ductor habeatur.* (* v. Serv. ad Virg. 2. Aen. 14.)

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI VIGESIMI TERTII.

Campani ad Hannibalem defecerunt. Nuncius Cannensis victoriae Mago Harthaginem missus annulos aureos, a digitis occisorum Romanorum detractos, in vestibulo curiae effudit: quos excessisse modii mensuram traditur. Post quem nuncium Hanno, vir ex Poenis nobilissimus, suadebat senatui

Ad Hannibalem defecerunt] Ita edidi auctoritate Leid. Voss. Berg. Boend. et Exc. Pithoei. Antea vulgatum fuit *defecere*.

Annulos aureos, a digitis occisorum Romanorum detractos, in vestibulo curiae fudit] MS. *effudit*, quemadmodum T. Livius [c, 12, 1.] DELRIUS. Ita et omnes, quibus usus sum, codd. quam lectionem ultima Gruteri ἔκδοσις recte recepit. Praeterea *annulos aureos corporibus occisorum detractos* Leid. et Berg. *corporibus*, pro *a digitis*, etiam Boend. Voss. et Exc. Pith. quorum prior insuper *subtractos*, *et in vestibulo*.

Post quem nuncium Hanno, ex Poenis nobilissimus, suadebat] *Hanno, vir ex Poenis nobilibus* Leid. Berg. et Boend. *Hanno, ex Poenis vir nobilibus* Exc. Pithoei. *Hanno, ex Poenis vir nobilissimus* Norv. omnesque, quas vidi, edd. usque ad ultimam Gruteri, quae vocem *vir*, nescio quo jure, ex contextu ejecit. Eamdem restitui, ubi eam inserendam esse plerique codd. suaserunt. Ita in Epit. Liv. 2. *Ti. Atinius vir de plebe*. Praeterea *Post quem nuncius Hanno a majoribus Poenis* Voss. *Post quem quidem nuncium* Norvic. et editiones, quibus usus sum, omnes ante ultimam Gruteri. Mox *peteret* Leid. et Berg. Neque aliter edidit Sigon. quasi huno numerum requireret praecedens *senatus*. Livium tamen eam vocem conlective cum verbo plurali saepissime construxisse, supra vidimus ad 4, 58, 4. Id autem ex Livii lectione etiam auctori Epit. adhaesit.

Nec tenuit, obstrepente Barcina factione] *nec obtinuit* Voss. quod ex glossa esse videtur. Vide infra hoc lib. ad c. 20, 16. (*39, 3, 3.) Tum *strepente Brachina*

Digitized by Google

Karthaginiensium, ut pacem a populo Romano peterent: nec tenuit, obstrepente Barcina factione. Claudius Marcellus praetor ad Nolam, eruptione adversus Hannibalem ex oppido facta, prospere pugnavit. Exercitus Hannibalis per hiberna Capuae ita luxuriatus est, ut corporum viribus atque animorum enervaretur. Casilinum, a Poenis obsessum, ita fame vexatum est, ut lora et pelles scutis detractas, item mures, essent; et nucibus, per Vulturnum amnem a Romanis missis, vixerint. Senatus ex equestri ordine hominibus centum nonaginta septem suppletus est. L. Postumius praetor a Gallis cum exercitu

factione Leid. *obstrepente barbaria factione* Voss. *obstrepente Branchina familia* Boend. *Barcinae factionis* meminit Liv. 21, 2, 4. et 9, 4. 23, 12, 6. et alibi. Sed et *Barcinam familiam* memorat 23, 13, 6.

Claudius Marcellus praetor ad Nolam] In vet. lib. etiam praenomen continetur. DELR. Praenomen ipsi erat *Marcus*, quod mihi in nullo cod. obvium fuit. Raro etiam auctor Epit. praenomina usurpat. Sed *C. Lucius Marcellus* legunt Leid. Voss. et Berg. quod ex compendio *Cl.* pro *Claudius*, natum est. Vox *praetor* deficit in Leid.

Exercitus Hannibalis etc. *enervaretur*] Tota haec periodus ad finem Epitomes rejicitur in Voss. Leid. Berg. Boend. Norv. et priscis edd. In Aldina demum hoc loco positam vidi. Praeterea vocem *Capuae* ignorant Leid. Voss. Berg. et Boend. qui etiam legunt *corporis animique viribus enervaretur*.

Item mures essent; et nucibus, per Vulturnum amnem a Romanis missis, vixerint] *et mures inclusi essent. nucibus* etc. *a Roma missis vixerunt* Voss. et Leid. *et mures ederent, et, cum fame inclusi essent, nucibus, per Vulturnum a Romanis missis, vixerunt* Berg. et Boend. *vixerunt* etiam Norv. et edd. ante Moguntinam. Paullo ante *ita a fame vexatum est* Voss.

Senatus ex equestri ordine hominibus centum nonaginta septem suppletus est] *ex equestris ordinis hominibus* Boend. Vox *ordine* deficit in Voss. et Leid. *hominibus CXLVII* legit Berg. Sed Livius, *centum septuaginta septem* in senatum lectos esse, infra narrat c. 23, 7. Mox sequens periodus *L. Postumius* etc. *caesus est* exsulat a Leid.

Ne recederent inde] *ne decederent* Leid. et Exc. Pithoei. Verba haec interdum commutari a librariis, infra videbimus 35, 10, 2. Et hic quidem ea lectio praeferenda videtur, quod *decedere* de militibus ex praesidio vel provincia abeuntibus sollemne sit. Eamdem etiam probavit Cl. Crevier. *To inde* non adparet in Leid.

Finito bello. Inter Philippum Macedonum regem] *Macedo-*

Digitized by Google

caesus est. Cn. et P. Scipiones in Hispania Hasdrubalem vicerunt, et Hispaniam suam fecerunt. Reliquiae Cannensis exercitus in Siciliam relegatae sunt; ne recederent inde, nisi finito bello. Inter Philippum Macedonum regem et Hannibalem societas juncta est. Sempronius Gracchus consul Campanos cecidit. Praeterea in Sardinia feliciter a T. Manlio praetore adversus Poenos Sardosque res gestas continet: a quo Hasdrubal dux, et Mago, et Hanno capti. Claudius Marcellus praetor Hannibalis exercitum ad Nolam proelio fudit et vicit: primusque tot cladibus fessis Romanis meliorem spem belli dedit.

niae regem Berg. et Boend. Ceterum in ultima hujus Epitomes parte ordinem plane mutant Berg. Boend. Norvic. et edd. antt. Hac enim serie periodi finales exhibentur *finitio bello. Sempronius Gracchus consul Campanos cecidit. Claudius Marcellus praetor* etc. *spem belli dedit. Inter Philippum Mac.* etc. *juncta est. Praeterea in Sardinia* etc. *et Mago et Hanno capti.* quibus deinde ultimo loco subjungitur periodus, cujus supra mentio facta est, *Exercitus Hannibalis* etc. *enervaretur.* Omnia vero in ordinem, qui nunc obtinet, primus Aldus digessit.

In Sardinia feliciter a T. Manlio praetore adversus Poenos Sardosque res gestas] *in Hispaniam feliciter* Boend. *in Hispania pugnatum feliciter* Berg. *in Hispania feliciter* Leid. Voss. Norv. et antt. edd. usque ad Ascens. qui anno 1513. *in Sardinia* substituit. Praeterea *a P. et Manlio praetoribus adversus Poenos res gestas* Berg. Voss. Leid. Boend. Norv. et edd. Aldo priores. *a P. et Manlio praetore* Exc. Pithoei. Paullo ante vocem *consul* ignorat Leid. *occidit* vero, pro *cecidit*, praefert Berg. Solent librarii voces illas in his Epitomis confundere. V. ad libb. 5. 18. 75. 91. 94. 96. 108. et alibi. Adde, quae notantur ad Livii 36, 36, 6.

A quo Hasdrubal dux, et Mago, et Hanno capti] *de quibus* Voss. et Berg. *a quibus* Berg. Boend. Norv. Exc. Pithoei, et edd. antt. Tum *capti sunt* Leid. *Hasdrubal, Mago et Hanno capti* legit Berg.

Claudius Marcellus praetor] *C. L. Marcellus* Berg. *C. Lucius Marcellus* Voss. V. supra ad hanc Epit. Ceterum, ut recte etiam observavit Cl. Crevier. quae hic a Livio referuntur, non a Claudio Marcello praetore, sed ab eodem consule gesta sunt. Consulem enim creatum refert Liv. infra hoc lib. c. 31. at victoriam de Hannibale reportasse c. 44. et seqq.

Primusque tot cladibus etc.] *primusque omnium tot cladibus* Norv. et edd. usque ad Gruter. qui vocem *omnium*, in nullo cod. obviam, in ultima ed. omisit. V. infra ad Epit. 48.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER VIGESIMUS TERTIUS.

1 I. Hannibal, post Cannensem pugnam, castra capta ac direpta, confestim ex Apulia in Samnium

§. 1. *Haec Hannibal post Cannensem pugnam capta ac direpta confestim ex Apulia in Samnium moverat*] Vos addidistis *castra*, sic: *castra capta ac direpta*, quamquam poterat sic mutari sine ulla additione *castraque direpta*. Sed non improbo additionem, sive sit ea ex vobis, sive ex aliquo exemplari: nam multa conquisistis. Caeterum quid sibi vult primum illud verbum *Haec*? Ego supervacuum existimo, et hac de causa adjectum, quod ii, qui *Hannibal* sine adspiratione scribunt, ipsam figuram aspirationis in principio libri non nihil distare a sequenti vocali, et forte majuscule scriptam videntes, non partem hujus nominis, sed aliud esse putaverunt. Igitur *Haec*, quod vicinum in scriptura erat, interpretati sunt. VALLA. *Romanorum castris captis ac direptis* legerem: quippe Hannibal Romanorum castra non moverat, sua non diripuerat, sed contra utrumque. GLAREAN. Glareanus putat legendum *castris captis ac direptis*. „neque enim, inquit, Annibal Romanorum castra capta ac diripta movit, neque sua cepit „ac diripuit: verum contra." Errat autem, non enim ea est mens scriptoris; sed haec: Annibal, post Cannensem pugnam confectam, et post Romanorum castra capta ac direpta, in Samnium moverat. Ita ut verbum *moverat* absolute accipiamus, ut saepe alias, non ad *castra* referamus. † „Hic recte „Glareanum carpit. Sed Glareanus ante suum errorem agnoverat, quam hic admonuit." †. SIG. Sensus est, Annibal post Cannensem pugnam et post castra capta ac etc. FR. SANCTIUS. Tollere voluit ambiguitatem hujus sententiae Andreas, immissa conjunctione *et*, edens *post Cannensem pugnam et castra capta et direpta*. Nam in libris MSS. ita corrupte reliquerunt scribae: *Haec Hannibal post Cannensem pugnam capta ac direpta confestim*. GEBH. Scripta lectio, *Haec Hannibal post Cannensem pugnam capta ac direpta confestim*. Sic Put. Pet. Pal. Voss. Sic invenit Laur. Valla, et testatur, suo demum seculo *τὸ castra* adjectum: ipse autem recidit *τὸ Haec*, et legit *castraque direpta*. Glareanus mallet, *Romanorum castris captis ac direptis*. Aliter Sigo-

Digitized by Google

moverat: adcitus in Hirpinos a Statio, pollicente se Compsam traditurum. Compsanus erat Trebius

nius. Videtur scribendum: *Aecis Hannibal post Cannensem pugnam captis ac direptis.* Hoc enim Apuliae ista in vicinia oppidum: in quo cum praesidium reliquisset, postea id recuperavit vi consul Q. Fabius Maximus, ut docebimus 24, 20, 5. Polybius 3, [88.] Συμμίξας δὲ ταῖς ἀπ' Ἀριμήνου βοηθούσαις δυνάμεσι περὶ τὴν Δαυνίαν, εὐτεταρτοπέδευσε τοῖς Καρχηδονίοις περὶ τὰς Ἄικας καλουμένας. Ita scribendum, non Ἄιγας. Sic incipit et librum tertium. J. FR. GRON. Eamdem scripturam, quam Gronovius in codd. suis invenerat, servant Flor. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. et Colbert. Doujatii. Neque dissentiunt Cant. et Rec. nisi quod *Nec*, pro *Haec*, legant. *Nec Hannibal post Cannensem pugnam castra directa confestim* etc. est in Lov. 2. Doujatius propius Mstorum lectionem legi posse existimat *Aeca Annibal post Cannensem pugnam capta ac direpta confestim* etc. Verum *Aeca* numero singulari alibi non obcurrit. Apud Anon. Ravenn. 4. Cosmogr. 35. memoratur *civitas Ecas*. Perperam idem Doujatius Vallam legisse testatur *castraque capta ac direpta*, eamque lectionem planiorem vocat; quum, vocibus duabus omissis, legerit *castraque direpta*, quod displicet. *capere* enim et *diripere* passim conjunguntur. 2, 25, 4. *Mox ipsa castra capta direptaque.* 4, 47, 4. *Captis direptisque castris, quum praedam dictator militi concessisset.* 24, 35, 2. *Megara vi capta diruit ac diripuit.* 29, 17, 16. *Quotidie capitur urbs nostra, quotidie diripitur.* V. etiam 10, 44, 1. et alibi. Gronovii conjecturam ingeniosam ac veram puto, quam firmari auctoritate L. 1. testatur Hearnius, nisi quod *His*, pro *Aecis*, praeferat.

Adcitus in Hirpinos a Statio] *Irpini* Samnitium sunt, auctore Strabone l. 5, [250.] dicti ἀπὸ τοῦ Ἵρπου, id est *lupo*, qui dux eis in deducenda colonia fuit. Graece autem sine aspiratione scribuntur. SIG. Festus v. *Irpini. Irpini adpellati nomine lupi, quem Irpum dicunt Samnites. Eum enim ducem secuti agros occupavere.* V. Voss. Etym. ling. Lat. v. *Irpices*. Salmas. ad Solin. p. 59. Dausq. Orthogr. parte 2. in v. *Irpini*, et quae notavi ad Silii 11, 11. Praeterea *a Statio Trebio* legit Gron. ad §. seq. sed praepositio exsulat a Flor. et Harl.

Pollicente se Consam traditurum. Consanus erat] Quidam pro *Consam* emendarunt *Cossam* et *Cossanus*. In Tuscia est Cossa, nihil prorsus ad hunc locum. Plinius 3, 11. *Compsanorum* meminit, ubi Beneventi ac Caudinorum. Itaque ego hic *Compsam* legerim per *ps*. nisi locis diversis idem nomen fuisse quis contendat; quod ego absque authoribus non affirmarim. GLAR. Vet. lib. *Compsam* et *Compsanus*. Plinius 3, 11. *Compsam* in Irpinis statuit, de qua nunc Livius. SIG. Aldus est, qui *Cossam* et *Cossanus* primus edidit. Certe *Consanus*, pro *Cossanus* vel *Cosanus*, viri docti etiam in codd. Suet. invenerunt in Vespas. 2. Sed recte Glar. et Sig. *Compsam* et *Compsanus* emendarunt; neque aliter cum Latinii Brancal. et Hearnii Oxon. legunt codd. nostri, nisi quod in uno vel altero sit *Compsinus*.

Digitized by Google

2 nobilis inter suos: sed premebat eum Mopsiorum factio, familiae per gratiam Romanorum potentis.
3 Post famam Cannensis pugnae, vulgatumque Trebii sermonibus adventum Hannibalis, quum Mopsiani urbem excessissent; sine certamine tradita urbs
4 Poeno, praesidiumque acceptum est. Ibi praeda omni atque inpedimentis relictis, exercitu partito, Magonem regionis ejus urbes, aut deficientes ab Romanis accipere, aut detrectantes cogere ad de-
5 fectionem jubet. ipse per agrum Campanum mare inferum petit, obpugnaturus Neapolim, ut urbem

§. 2. *Sed premebat eum Compsanorum factio*] Put. *Mopsiorum factio.* Alii *Compsinorum* aut *Compsmorum.* Sane pars utraque Comsani. Sed si placet istud, etiam mox scribendum erit *Mopsii*, vel *Mopsiani;* etsi illic et optimus et alii *quam Compsam urbem excessissent.* Cluverius [4. Ital. ant. 8, 1204.] legit *accitus in Hirpinos a Trebio:* deinde *premebat eum Statianorum factio.* Ego priore loco malim *in Hirpinos a Statio Trebio.* Est enim *Statius* praenomen Italicum. J. FR. GRON. *Consanorum* Lovel. 1. Gaertn. et edd. antt. *Cossanorum* Ald. *Consinorum* Hearnii L. 1. *Cossmorum* ejusdem D. *Compsinorum* Flor. Hafn. Voss. a m. 1. Lovel. 2. 4. 5. *Composinorum* Harl. *Compsanorum* Voss. a m. 2. Lovel. 3. Ber. Rec. Hav. Exc. Pithoei, et Hearnii N.

§. 3. *Quum Compsani urbe excessissent*] Pall. pr. *cum Compani urbem excississent.* sec. *cum Compsam urbem accessissent.* Vet ed. *cum Consam urbem excessissent.* GEBH. In id conspirant, quos consului, codd. *urbem excessissent*, non *urbe*, legendum esse. quod et in omnibus suis superesse Cl. Crevier. professus est; et in edd. Moguntina antiquioribus inveni. Eam igitur lectionem recepi. Locutionem autem inlustravi supra ad 2, 37, 8. Paullo ante *vulgatumque crebris sermonibus* edd. ante Froben. anni 1531. nisi quod quaedam *vulgatum* praeferant.

§. 4. *Praeda omni atque inpedimentis*] Conspicitur in Pal. tert. *praeda omni impedimentisque.* GEBH.

Aut detrectantes cogere ad defectionem] De hoc dubitabo, donec apud alios quoque id inveniri sciam. *ad deditionem compellere* et *cogere* obvia sunt. Verum *defectio* non est invitorum ac detrectantium, sed volentium. DUK. *detractantis* vel *detractantes* Flor. Lovel. 1. 2. et Ber. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Proxime accedit Cant. *detractis* exhibens. V. ad 34, 15, 9. *retractantes* Gaertn. V. ad 3, 49, 4. *defectio* autem et *deditio* etiam alibi commutantur. Exemplum infra est hoc lib. c. 14, 5.

Digitized by Google

maritimam haberet. Ubi fines Neapolitanorum in- 6
travit, Numidas partim in insidiis, (et pleraeque
cavae sunt viae, sinusque occulti) quacumque apte
poterat, disposuit: alios, prae se actam praedam
ex agris ostentantes, obequitare portis jussit. in 7
quos, quia nec multi, et incompositi videbantur,
quum turma equitum erupisset, ab cedentibus con-
sulto tracta in insidias, circumventa est: nec eva- 8
sisset quisquam, ni mare propinquum, et haud pro-
cul litore naves piscatoriae pleraeque conspectae
peritis nandi dedissent effugium. Aliquot tamen eo

§. 6. *Quacumque arte poterat, disposuit*] Vet. lib. *potuit*. SIG. Vet. ed. et Pal. 3. *disponit*. Caeterum Pall. duo reliqui *quacumque apte poterat, disposuit*. GEBHARD. Meliores *apte*. J. FR. GRON. Pauci tantum *arte* servant. sed *apte* est in Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. Harl. Hafn. Ber. Hav. aliisque. Locutionem *apte disponere* inlustrat Cortius ad Plin. 5. ep. 17, 2. Solent autem *tà arte* et *apte* commutari. V. Inl. Nic. Heins. ad Ovid. Rem. Am. 84. et Cel. Burm. ad Phaedr. Epilog. l. 2, 13. Ratio est similitudo literarum *P* et *R*, quas saepe scribae confuderunt. V. Salmas. ad Solin. p. 122. Hinc permutantur *coeptae* et *certe* 2, 1, 2. *repulere* et *pepulere* c. 50, 10. *exortans* et *exoptans* 9, 25, 5. *torrens* et *torpens* 21, 58, 9. *accipi* et *acciri* hoc lib. c. 17, 7. *Asorus* et *Asopus* 36, 22, 7. v. etiam ad 24, 2, 9. Praeterea *poterat* et *disposuit* constanter omnes scripti, quibus usus sum: sed *disponit* typis excusi ante Aldum. Paullo ante *ut pleraeque cavae* Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. De quo scribarum errore egi ad 21, 28, 8. In verbis sequentibus *obequitare portus* Gaertn. *obequitare portas* Hafn. Male. V. plura exempla, in quibus verbo huic semper casum tertium Livius junxit, ad 2, 45, 3.

§. 7. *A cedentibus consulto tracta in insidias*] Lege *ab cedentibus*. quo non intellecto, ab exscriptoribus Pal. pr. factum est *abscendentibus*, et sec. *accedentibus*. GEBH. *ab cedentibus* etiam plerique mei, nisi quod *abscedentibus* sit in Harl.

§. 8. *Nisi mare propinquum*] Meliores *ni mare*. J. FR. GRON. *ni mare* etiam Flor. et plerique alii. Neque aliter edd. antt. usque ad Basil. anni 1539. nisi quod in quibusdam earum lapsu operarum *in mare* datum sit. Saepissime *ni* et *nisi* scribae commutarunt. V. ad 1, 48, 8. [l. 2.] c. 56, 14. 2, 23, 10. c. 34, 3. c. 35, 1. c. 40, 4. c. 50, 10. et innumeris aliis locis. Adde Oudend. ad Front. 1, 1, 1. Mox *dedissent refugium*, pro *effugium*, Hearnii D. Infra 24, 26, 12. *Si effugium patuisset in publicum*.

Digitized by Google

proelio nobiles juvenes capti caesique sunt: inter quos et Hegeas praefectus equitum, intemperantius
10 cedentes secutus, cecidit. Ab urbe obpugnanda Poenum absterruere conspecta moenia, haudquaquam promta obpugnanti.

1 II. Inde Capuam flectit iter, luxuriantem longa felicitate atque indulgentia fortunae, maxime tamen, inter conrupta omnia, licentia plebis sine modo

§. 9. *Nobiles juvenes caesi sunt*] Put. et Pet. lectior *capti caesique sunt*. J. FR. GRON. Eamdem scripturam praeferunt D. Hearnii, Flor. et forte etiam Cant. unde in excerptis nihil notatur, nisi exsulare *τὸ sunt*.

Inter quos et Hegeas praefectus etc. *cedentes secutus, cecidit*] Vox ultima haud dubie venit ab eo, qui Livium ignoravit. Certe ego pro Liviana nullatenus admittam. Infra c. 33, 1. *In hanc dimicationem omnes reges gentesque animos intenderant: inter quos Philippus Macedonum rex*. Et ita passim. JAC. GRON. Ultima voce deleta, ut Gronov. vult, incertum erit, utrum Hegeas captus an caesus fuerit. Codicibus igitur in eam defendendam conspirantibus adsentior.

§. 10. *Ab urbe obpugnanda Poenum absterruere conspecta moenia*] Scriptus codex *Poenum abstinuere*. eleganter. Arnobius. *Jovem cum patre bella conseruisse civilia, atque eum jure abstinuisse regali*. Ac scio ego, Plautum et veteres vulgo ita locutos. Valla, seu quis alius, vellem abstinuisset ab hoc loco manum. LIPS. 2. Epist. Quaest. 5. Optimi *absterruere*. 27, [28, 12.] *Alii e turribus portae murisque, saxis, sudibus, pilis absterrent hostem*. J. FR. GRON. *abstinuere* in plerisque superest codd. et vett. edd. et, ut Gebh. supra testatur ad 2, 16, 9. in Pall. duobus, et vet. ed. Eamdem lectionem, Lipsii auctoritate motus, Gruterus recepit. Ita *abstinuere* erit, effecerunt, ut Poenus abstineret. V. Gronov. ad 7, 1, 2. de *abstinere* autem cum casu quarto v. ad 2, 22, 4. Sed rectius *absterruere* Flor. Cant. et Hearnii D. atque L. 1. ex quo posteriore tamen etiam *abstrahere* profert. Proxime accedit Lovel. *abstruere*, pro *abstruere*, id est *absterruere*, exhibens. 30, 11, 9. *Pedes Romanus absterruit effuse invehentem sese hostem*. V. ad 5, 41, 6. Similiter in Mstis commutantur *tenere* et *terrere*, *detinere* ac *deterrere*. V. ad 9, 30, 6. 10, 44, 4. 22, 42, 7. 34, 27, 3. et 44, 19, 9. (* 39, 53, 2.) Erroris causa est similitudo literarum *rr* et *n* in scriptura Longobardica. V. ad 4, 10, 9. Vox *Poenum* non adparet in Gaertn.

§. 1. *Longa felicitate atque indulgentia fortunae*] Perperam *ac indulgentia* Voss. Lovel. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hav. Hearnii N. omnesque edd. ante Aldum. Caussam v. ad 10, 36, 17. In praece-

Digitized by Google

modo libertatem exercentis. Senatum et sibi et 2
plebi obnoxium Pacuvius Calavius fecerat; nobilis
idem ac popularis homo, ceterum malis artibus
nanctus opes. is quum eo forte anno, quo res male 3
gesta ad Trasimenum est, in summo magistratu es-
set, jam diu infestam senatui plebem, ratus, per
occasionem novandi res, magnum ausuram facinus,
ut, si in ea loca Hannibal cum victore exercitu
venisset, trucidato senatu traderet Capuam Poenis;

dentibus *In capuam* legit Lov. 4. V. ad 10, 20, 6. In sequentibus vero *maxime tamen corruptam omni licentia plebis sine modo libertatem exercentis* praefert Flor.

§. 2. *Pacuvius Calavins fecerat*] *Calavius* per *u*, non per *n*, legendum. Est autem nomen Samniticum, unde Campani oriundi erant, ut l. 4, [37.] docuit Livius. Silius l. 11. *Pactulonem* vocat, sed carminis fortassis gratia: quamquam is poëta historico similior, ut de Lucano docti sentiunt. GLAR. *Calavium* gentis Campanae nomen esse constat. Ergo *Pacuvius* hoc in loco praenomen est. Vereor tamen, ne *Pacullus* sit legendum. Nam Silius Italicus hunc *Pactulonem* vocat. Et Livius 39, [13, 9.] *Pacullae Miniae Campanae* sacerdotis meminit. Et in hoc libro haud ita multo post [c. 8, 1.] *Minios Celeres Stenium Pacuviumque* nominat. In veteribus etiam libris est *Pacinus*. SIG. Pal. 1. *fecerat Pacuvius Clavius*. sec. *fecerat Pacinus Calavius*. Sigonius *Pacullus* restituendum censet; admodum levi suspicione. GEBHARD. *Pacunius* Lovel. 2. et Gaertn. Reliqui tuentur vulgatum, quod cum Sigonio in *Pacullus* mutandum non est. Nam et apud Silium 11, 58. et 313. et apud Liv. hoc lib. c. 8, 1. ita legendum viri docti docuerunt. V. etiam Gronov. 4. Obs. 4. Praeterea *Claudius* Lovel. 1. et Harl. *Clavius* Voss. Lov. 3. 4. 5. Gaertner. et Hearnii N. in cujus margine emendatur *Calanius*, quod etiam praeferunt Lovel. 2. et edd. usque ad Ald. nisi quod Moguntini dederint *Calaninus*. Sed rectius *Calavius* reliqui, quod gentis Campanae nomen esse Sigonio affirmanti credo. V. ad 9, 7, 2. Quin etiam inter Romanos memoratur *Calavius Sabinus*, *qui legionem duodecimam regebat*, apud Tacit. 15. Ann. 7. ubi *Calvisius* tamen Freinsh. malebat. Ceterum ordinem verborum a Gebhardo indicatum servant etiam Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *Tò fecerat* deerat in Lovel. 1. Mox *inde* quaedam edd. vett. pro quo Mediol. anno 1505. et mox Moguntini *idem* recte dederunt, quod etiam in edd. Rom. anni 1472. ac Parm. et omnibus scriptis superest, nisi quod tota vox exsulet a Lov. 4. V. ad 1, 19, 7. Pro eo iterum perperam Francofurti anno 1578. *item* datum, quod ad Gronovium usque obtinuit. Etiam vox *homo* non adparet in Lovel. 2.

Malis artibus nanctus opes] Ita edidit Gronov. neque aliter

proelio nobiles juvenes capti caesique sunt: inter quos et Hegeas praefectus equitum, intemperantius
10 cedentes secutus, cecidit. Ab urbe obpugnanda Poenum absterruere conspecta moenia, haudquaquam promta obpugnanti.

1 II. Inde Capuam flectit iter, luxuriantem longa felicitate atque indulgentia fortunae, maxime tamen, inter conrupta omnia, licentia plebis sine modo

§. 9. *Nobiles juvenes caesi sunt*] Put. et Pet. lectior *capti caesique sunt*. J. FR. GRON. Eamdem scripturam praeferunt D. Hearnii, Flor. et forte etiam Cant. unde in excerptis nihil notatur, nisi exsulare *τὸ sunt*.

Inter quos et Hegeas praefectus etc. *cedentes secutus, cecidit*] Vox ultima haud dubie venit ab eo, qui Livium ignoravit. Certe ego pro Livianâ nullatenus admittam. Infra c. 33, 1. *In hunc dimicationem omnes reges gentesque animos intenderant: inter quos Philippus Macedonum rex*. Et ita passim. JAC. GRON. Ultima voce deleta, ut Gronov. vult, incertum erit, utrum Hegeas captus an caesus fuerit. Codicibus igitur in eam defendendam conspirantibus adsentior.

§. 10. *Ab urbe obpugnanda Poenum absterruere conspecta moenia*] Scriptus codex *Poenum abstinuere*. eleganter. Arnobius. *Jovem cum patre bella conseruisse civilia, atque eum jure abstinuisse regali*. Ac scio ego, Plautum et veteres vulgo ita locutos. Valla, seu quis alius, vellem abstinuisset ab hoc loco manum. LIPS. 2. Epist. Quaest. 5. Optimi *absterruere*. 27, [28, 12.] *Alii e turribus portae murisque, saxis, sudibus, pilis absterrent hostem*. J. FR. GRON. *abstinuere* in plerisque superest codd. et vett. edd. et, ut Gebh. supra testatur ad 2, 16, 9. in Pall. duobus, et vet. ed. Eamdem lectionem, Lipsii auctoritate motus, Gruterus recepit. Ita *abstinuere* erit, effecerunt, ut Poenus abstineret. V. Gronov. ad 7, 1, 2. de *abstinere* autem cum casu quarto v. ad 2, 22, 4. Sed rectius *absterruere* Flor. Cant. et Hearnii D. atque L. 1. ex quo posteriore tamen etiam *abstrahere* profert. Proxime accedit Lovel. *abstruere*, pro *abst'ruere*, id est *absterruere*, exhibens. 30, 11, 9. *Pedes Romanus absterruit effuse invehentem sese hostem*. V. ad 5, 41, 6. Similiter in Mstis commutantur *tenere* et *terrere*, *detinere* ac *deterrere*. V. ad 9, 30, 6. 10, 44, 4. 22, 42, 7. 34, 27, 3. et 44, 19, 9. (* 39, 53, 2.) Erroris caussa est similitudo literarum *rr* et *n* in scriptura Longobardica. V. ad 4, 10, 9. Vox *Poenum* non adparet in Gaertn.

§. 1. *Longa felicitate atque indulgentia fortunae*] Perperam *ac indulgentia* Voss. Lovel. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hav. Hearnii N. omnesque edd. ante Aldum. Caussam v. ad 10, 36, 17. In praece-

Digitized by Google

modo libertatem exercentis. Senatum et sibi et 2
plebi obnoxium Pacuvius Calavius fecerat; nobilis
idem ac popularis homo, ceterum malis artibus
nanctus opes. is quum eo forte anno, quo res male 3
gesta ad Trasimenum est, in summo magistratu es-
set, jam diu infestam senatui plebem, ratus, per
occasionem novandi res, magnum ausuram facinus,
ut, si in ea loca Hannibal cum victore exercitu
venisset, trucidato senatu traderet Capuam Poenis;

dentibus *In capuam* legit Lov. 4. V. ad 10, 20, 6. In sequentibus vero *maxime tamen corruptam omni licentia plebis sine modo libertatem exercentis* praefert Flor.

§. 2. *Pacuvius Calavins fecerat*] *Calavius* per *u*, non per *n*, legendum. Est autem nomen Samniticum, unde Campani oriundi erant, ut l. 4, [37.] docuit Livius. Silius l. 11. *Pactulonem* vocat, sed carminis fortassis gratia: quamquam is poëta historico similior, ut de Lucano docti sentiunt. GLAR. *Calavium* gentis Campanae nomen esse constat. Ergo *Pacuvius* hoc in loco praenomen est. Vereor tamen, ne *Pacullus* sit legendum. Nam Silius Italicus hunc *Pactulonem* vocat. Et Livius 39, [13, 9.] *Pacullae Miniae Campanae* sacerdotis meminit. Et in hoc libro haud ita multo post [c. 8, 1.] *Minios Celeres Stenium Pacuviumque* nominat. In veteribus etiam libris est *Pacinus*. SIG. Pal. 1. *fecerat Pacuvius Clavius*. sec. *fecerat Pacinus Calavius*. Sigonius *Pacullus* restituendum censet; admodum levi suspicione. GEBHARD. *Pacunius* Lovel. 2. et Gaertn. Reliqui tuentur vulgatum, quod cum Sigonio in *Pacullus* mutandum non est. Nam et apud Silium 11, 58. et 313. et apud Liv. hoc lib. c. 8, 1. ita legendum viri docti docuerunt. V. etiam Gronov. 4. Obs. 4. Praeterea *Claudius* Lovel. 1. et Harl. *Clavius* Voss. Lov. 3. 4. 5. Gaertner. et Hearnii N. in cujus margine emendatur *Calanius*, quod etiam praeferunt Lovel. 2. et edd. usque ad Ald. nisi quod Moguntini dederint *Calaninus*. Sed rectius *Calavius* reliqui, quod gentis Campanae nomen esse Sigonio adfirmanti credo. V. ad 9, 7, 2. Quin etiam inter Romanos memoratur *Calavius Sabinus*, *qui legionem duodecimam regebat*, apud Tacit. 15. Ann. 7. ubi *Calvisius* tamen Freinsh. malebat. Ceterum ordinem verborum a Gebhardo indicatum servant etiam Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *To fecerat* deerat in Lovel. 1. Mox *inde* quaedam edd. vett. pro quo Mediol. anno 1505. et mox Moguntini *idem* recte dederunt, quod etiam in edd. Rom. anni 1472. ac Parm. et omnibus scriptis superest, nisi quod tota vox exsulet a Lov. 4. V. ad 1, 19, 7. Pro eo iterum perperam Francofurti anno 1578. *item* datum, quod ad Gronovium usque obtinuit. Etiam vox *homo* non adparet in Lovel. 2.

Malis artibus nanctus opes] Ita edidit Gronov. neque aliter

Digitized by Google

4 improbus homo, sed non ad extremum perditus, quum mallet incolumi, quum eversa, republica dominari; nullam autem incolumem esse orbatam publico consilio crederet, rationem iniit, qua et senatum servaret, et obnoxium sibi ac plebi faceret.
5 Vocato senatu, quum, sibi defectionis ab Romanis consilium placiturum nullo modo, nisi necessarium
6 fuisset, praefatus esset; *quippe qui liberos ex Ap. Claudii filia haberet, filiamque Romam nuptum Livio dedisset; ceterum majorem multo rem magis-*
7 *que timendam instare. Non enim per defectionem ad tollendum ex civitate senatum plebem spectare, sed per caedem senatus vacuam rempublicam trade-*
8 *re Hannibali ac Poenis velle. Eo se periculo poss:*

legunt Flor. aliique optimi. V. infra ad 24, 31, 14.

§. 4. *Nullam autem incolumem esse orbatam publico consilio crederet*] *orbatamque publico consilio* Gaertn. *orbatam Patrum consilio* Ber. quod ex glossa interpretis natum videtur. *orbatam rempublicam consilio* Hav. Deinde *traderet* Gaertn. V. ad Epit. Liv. 60. Mox *rationem iniit*, pro *iniit*, Flor. Ita etiam variatur supra 2, 20, 8. et 36, 23, 7. Plura alia v. ad 36, 20, 3.

§. 5. *Quum* etc. *praefatus esset* etc. *ceterum*] Oratio non satis apte cohaerere ac procedere videtur. DUK. Cl. Crevier. orationem pendere existimat ex verbo *inquit*, quod §. 9. subjicitur.

§. 6. *Filiamque Romam nuptum Livio dedisset*] Vet. lib. *Romae*. SIG. Pal. 1. exhibet *Roma*. GEBH. *Roma* Harl. et Hearnii L. 1. *Romae* Lovel. 1. 2. Ber. Hafn. Hav. et Hearnii N. utrumque lectionem servant Flor. et Voss. illam a m. 1. hanc a m. 2. Praeterea *nuptam Livio dedisset* Lov. 3. Harl. Ber. Hafn. *nupti Livio dedisset* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *nuptui Livio dedisset* Lovel. 4. et 5. Sed nihil mutandum. Infra 30, 13, 5. *Sed etiam filiam ei nuptum dederit*. V. ad 1, 49, 9. ubi ex Caesare laudatum *nuptum in alias civitates conlocasse* hic etiam vulgatum *Romam* defendit.

§. 7. *Non enim per defectionem* etc. *plebem spectare, sed per caedem*] *Non enim defectionem* etc. *plebem spectare, sed caede senatus* Lovel. 3.

§. 8. *Si se permittant sibi, et certaminum in republica obliti, credant*] *oblitum* Pal. 3. ut et statim *in hoc quidem fidem, quam vultis, ipsum accipe*. GEBH. si

Digitized by Google

liberare eos, si se permittant sibi, et, certaminum in republica obliti, credant. Quum omnes victi metu permitterent; *Claudam in curia vos,* inquit, *et, tamquam et ipse cogitati facinoris particeps, adprobando consilia, quibus nequidquam adversarer, viam saluti vestrae inveniam. In hoc fidem, quam vultis ipsi, accipite.* Fide data egressus, claudi curiam, jubet, praesidiumque in vestibulo reliquit; ne quis adire curiam injussu suo, neve inde egredi possit. 9 10

III. Tunc vocato ad concionem populo, *Quod saepe,* inquit, *optastis, Campani, ut supplicii sumendi vobis ex inprobo ac detestabili senatu potestas esset; eam nunc, non per tumultum expugnantes* 1 2

permittant sibi Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et, quas vidi, edd. antt. *Tò se* primus recepit Ascens. anno 1513. et recte. *Permittere* enim hic est fidei alicujus committere, sive, ut subjungit, *credere.* V. ad 8, 31, 9.

§. 9. *Claudam in curiam vos, inquit, et, tamquam*] *Tò inquit* non adparet in Voss. Lovel. 1. 2. et Harl. Alio ordine *Claudam, inquit, in curia vos* legunt Flor. et Ber. *Claudam in curia, ait, vos* Lovel. 3. Insuper *Claudam in curiam* Harl. Gaertn. et Hav. cap. seq. *Clausos omnes in curiam accipite.* quomodo *includere in carcerem* infra est 38, 59, 10. ubi alia vide. Deinde vocula *et* deest in Hav. et a manu 2. in Hearnii N. Subsequens *et* in Lovel. 5. Mox *nequaquam,* pro *nequidquam,* Hav. V. ad 27, 26, 1.

§. 10. *Praesidiumque in vestibulo reliquit*] *relinquit* Lov. 5. cujus scriba forte id tempus requiri existimavit, quia praecessit *jubet.* At saepe praesentia et praeterita jungi vidimus ad 9, 41, 16. Mox *injussus,* pro *injussu suo,* Cant. Male. V. ad 22, 22, 9. Tum *posset,* pro *possit,* Harl. et Lovel. 4.

§. 1. *Ex inprobo ac detestabili senatu*] Videtur librarius vetus scribere voluisse *intestabili.* sed mutavit. Nota est formula *Improbus intestabilisque esto.* LIPS. 2. Epist. Quaest. 5. Nihil variant libri omnes. Interim tamen C!. Lipsius ex veteri formula nimis juvenili corrigendi prurigine et hic subjiciendum censuit *intestabili.* Quod tamen tantis de literarum omni genere meritis viri celeberrimi condonandum est. GEBH. Rejiciendae Lipsii conjecturae, quam nullus codex probat, sufficit, Livium *ac* ante vocem a vocali incipientem uti non solere. V. ad 10, 36, 17.

Digitized by Google

4 inprobus homo, sed non ad extremum perditus, quum mallet incolumi, quam eversa, republica dominari; nullam autem incolumem esse orbatam publico consilio crederet, rationem iniit, qua et senatum servaret, et obnoxium sibi ac plebi faceret.
5 Vocato senatu, quum, sibi defectionis ab Romanis consilium placiturum nullo modo, nisi necessarium
6 fuisset, praefatus esset; *quippe qui liberos ex Ap. Claudii filia haberet, filiamque Romam nuptum Livio dedisset; ceterum majorem multo rem magis-*
7 *que timendam instare. Non enim per defectionem ad tollendum ex civitate senatum plebem spectare, sed per caedem senatus vacuam rempublicam trade-*
8 *re Hannibali ac Poenis velle. Eo se periculo posse*

legunt Flor. aliique optimi. V. infra ad 24, 31, 14.

§. 4. *Nullam autem incolumem esse orbatam publico consilio crederet*] *orbatamque publico consilio* Gaertn. *orbatam Patrum consilio* Ber. quod ex glossa interpretis natum videtur. *orbatam rempublicam consilio* Hav. Deinde *traderet* Gaertn. V. ad Epit. Liv. 60. Mox *rationem init*, pro *iniit*, Flor. Ita etiam variatur supra 2, 20, 8. et 36, 23, 7. Plura alia v. ad 36, 20, 3.

§. 5. *Quum* etc. *praefatus esset* etc. *ceterum*] Oratio non satis apte cohaerere ac procedere videtur. DUK. Cl. Crevier. orationem pendere existimat ex verbo *inquit*, quod §. 9. subjicitur.

§. 6. *Filiamque Romam nuptum Livio dedisset*] Vet. lib. *Romae*. SIG. Pal. 1. exhibet *Roma*. GEBH. *Roma* Harl. et Hearnii L. 1. *Romae* Lovel. 1. 2. Ber. Hafn. Hav. et Hearnii N. utramque lectionem servant Flor. et Voss. illam a m. 1. hanc a m. 2. Praeterea *nuptam Livio dedisset* Lov. 3. Harl. Ber. Hafn. *nupta Livio dedisset* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *nuptui Livio dedisset* Lovel. 4. et 5. Sed nihil mutandum. Infra 30, 13, 5. *Sed etiam filiam ei nuptum dederit.* V. ad 1, 49, 9. ubi ex Caesare laudatum *nuptum in alias civitates conlocasse* hic etiam vulgatum *Romam* defendit.

§. 7. *Non enim per defectionem* etc. *plebem spectare, sed per caedem*] *Non enim defectionem* etc. *plebem spectare, sed caede senatus* Lovel. 3.

§. 8. *Si se permittant sibi, et certaminum in republica oblitti, credant*] *oblitum* Pal. 3. ut et statim *in hoc quidem fidem, quam vultis, ipsum accipe.* GEBH. *si*

Digitized by Google

liberare eos, si se permittant sibi, et, certaminum in republica obliti, credant. Quum omnes victi metu permitterent; *Claudam in curia vos*, inquit, *et, tamquam et ipse cogitati facinoris particeps, adprobando consilia, quibus nequidquam adversarer, viam saluti vestrae inveniam. In hoc fidem, quam vultis ipsi, accipite.* Fide data egressus, claudi curiam, jubet, praesidiumque in vestibulo reliquit; ne quis adire curiam injussu suo, neve inde egredi possit. 9 10

III. Tunc vocato ad concionem populo, *Quod saepe*, inquit, *optastis, Campani, ut supplicii sumendi vobis ex inprobo ac detestabili senatu potestas esset; eam nunc, non per tumultum expugnantes* 1 2

permittant sibi Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et, quas vidi, edd. antt. *Tò se* primus recepit Ascens. anno 1513. et recte. *Permittere* enim hic est fidei alicujus committere, sive, ut subjungit, *credere*. V. ad 8, 31, 9.

§. 9. *Claudam in curiam vos, inquit, et, tamquam*] *Tò inquit* non adparet in Voss. Lovel. 1. 2. et Harl. Alio ordine *Claudam, inquit, in curia vos* legunt Flor. et Ber. *Claudam in curia, ait, vos* Lovel. 3. Insuper *Claudam in curiam* Harl. Gaertn. et Hav. cap. seq. *Clausos omnes in curiam accipite.* quomodo *includere in carcerem* infra est 38, 59, 10. ubi alia vide. Deinde vocula *et* deest in Hav. et a manu 2. in Hearnii N. Subsequens *et* in Lovel. 5. Mox *nequaquam*, pro *nequidquam*, Hav. V. ad 27, 26, 1.

§. 10. *Praesidiumque in vestibulo reliquit*] *relinquit* Lov. 5. cujus scriba forte id tempus requiri existimavit, quia praecessit *jubet*. At saepe praesentia et praeterita jungi vidimus ad 9, 41, 16. Mox *injussus*, pro *injussu suo*, Cant. Male. V. ad 22, 22, 9. Tum *posset*, pro *possit*, Harl. et Lovel. 4.

§. 1. *Ex inprobo ac detestabili senatu*] Videtur librarius vetus scribere voluisse *intestabili*. sed mutavit. Nota est formula *Improbus intestabilisque esto*. LIPS. 2. Epist. Quaest. 5. Nihil variant libri omnes. Interim tamen C!. Lipsius ex veteri formula nimis juvenili corrigendi prurigine et hic subjiciendum censuit *intestabili*. Quod tamen tantis de literarum omni genere meritis viri celeberrimi condonandum est. GEBH. Rejiciendae Lipsii conjecturae, quam nullus codex probat, sufficit, Livium *ac* ante vocem a vocali incipientem uti non solere. V. ad 10, 36, 17.

Digitized by Google

domos singulorum, quas praesidiis clientium servorumque tuentur, cum summo vestro periculo, sed
3 *tutam habetis ac liberam. Clausos omnes in curiam accipite, solos, inermes: nec quidquam raptim, aut forte temere egeritis. de singulorum capite vobis jus sententiae dicendae faciam, ut, quas quisque*
4 *meritus est, poenas pendat. Sed ante omnia ita vos irae indulgere oportet, ut potiorem ira salutem atque utilitatem vestram habeatis. etenim hos (ut opinor) odistis senatores; non senatum omnino habere*
5 *non vultis. quippe aut rex, (quod abominandum) aut, quod unum liberae civitatis consilium est, se-*

In principio cap. *Tum vocato*, pro *Tunc*, ostentant Flor. et Lovel. 2. V. ad 2, 12, 15.

§. 2. *Eam nunc, non per tumultum*] Abest a Pall. 1. ac 2. *nunc*. Tert. vero exhibet *etiam non per tumultum*. GEBH. Illud *nunc* abest etiam a Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Mox *clientum*, pro *clientium*, Ber. et ed. Rom. anni 1472. Ita saepe variant codd. scripti. V. ad 2, 16, 4. c. 56, 3. 3, 14, 4. 4, 13, 2. 26, 50, 14. 38, 51, 6. Etiam apud Suet. in Aug. 60. ubi v. Cel. Burm. et in Tib. 1. Verum adeundus est Vossius 4. Gramm. 14.

§. 3. *Ut, quas quisque meritus est, poenas pendat*] Pall. tres, et Vet. ed. *emeritus est poenas*. GEBH. *emeritus* Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. quas vidi, ante Froben. anni 1535. *peremeritus* Flor. cujus librarius duplicem lectionem *permeritus* et *emeritus* hac ratione junxisse videtur. Non displiceret haec lectio *emeritus est*, si Livium *emereri* alibi hoc sensu adhibuisse notassem. Posset autem *emereri* hic accipi vel pro admodum mereri, quemadmodum ita saepe *e* in compositis auget, vel pro simplici mereri. V. quae notavi ad Silii 7, 19. et Cel. Burm. ad Suet. Aug. 24. Et quidem in reliquis codd. qui *meritus* exhibent, prima litera intercidisse dicenda foret ob ultimam vocis praecedentis. V. ad 7, 6, 8. Paullo ante *temere* male exsulat a Lov. 2. Nam *forte temere* et Livius et alii saepissime junxerunt. V. ad 10, 43, 12.

§. 4. *Nam senatum omnino non habere non vultis*] Pal. 3. *non senatum omnino habere non vultis*. GEBH. Put. Pet. Pal. *odistis senatores. non senatum omnino habere non vultis*. J. FR. GRON. Ita et Flor. Lovel. 5. atque Hearnii D. Paullo ante *vos, ut opinor, odistis* perperam est in Ber a m. 1. pro quo m. 2. *vos, ut opinor, hos odistis* pejus datum est.

§. 5. *Itaque duae res simul agendae sunt vobis*] *Ita duae res*

Digitized by Google

natus habendus est. Itaque duae res simul agendae sunt vobis, ut et veterem senatum tollatis, et novum cooptetis. Citari singulos senatores jubebo, 6 *de quorum capite vos consulam. quod de quoque censueritis, fiet. Sed prius in ejus locum virum fortem ac strenuum novum senatorem cooptabitis, quam de noxio supplicium sumatur.* Inde consedit, et, 7 nominibus in urnam conjectis, citari, quod primum sorte nomen excidit, ipsumque e curia produci jussit. Ubi auditum est nomen, malum et in- 8 probum pro se quisque clamare, et supplicio dignum. Tum Pacuvius, *Video, quae de hoc sententia* 9

simul Gaertn. V. ad 21, 53, 7. *Itaque duae simul res* Ber. Tum *agendae vobis sunt* Flor. Mox *coaptetis* et §. seq. *coaptabitis* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 3, 64, 9. *captetis* Harl. et Hafn.

§. 6. *Citari singulos senatores jubebo*] *jubeo* Voss. Lovel. 1. 3. 5. et Hearnii D. Mox *primo in ejus locum*, pro *prius*, Gaertn. Vox autem *virum* exsulat ab Harl.

§. 7. *Quod primum sorte nomen excidit*] *exiit* Berol. et in margine Hearnii N. Male. Supra 21, 42, 3. *Ut cujusque sors exciderat, arma raptim capiebat.* ubi vide. *forte* est in Lovel. 4. Tum *ex curia produci jussit* Lovel. 3. et Gaertn. *e curia produci jubet* Rec.

§. 9. *Video, quae sententia de hoc sit data. Ejicitur pro malo atque inprobo. bonum senatorem et justum eligite*] Quid si legamus *lata*? Sensus enim est, video hunc a vobis condemnatum esse. SIG. MSS. *justum substituite.* LIPS. 2. Epist. Quaest. 5. Sigonius malit legere, *quae sententia de hoc sit lata.* Lipsius vero ait in suo MS. exstare *bonum senatorem et justum substituite.* quorum utrumvis ut ferri potest, ita nihil mutandum censeo de vulgata lectione et ipsa tolerabili. MOD. Vulgata lectio *sit data* et *justum eligite* vindicat se auctoritate vet. ed. et consensu duorum Pall. 2. ac 3. Primus autem omnino excernit vocem *eligite*, cui suppositum est ab aliena manu ad vacuam membranam *coaptate.* GEBH. Verbum postremum, ut et succedaneum ejus, *substituite*, quod Lipsius protulit, nusquam inveni. Numquid igitur sermo corruptus est, et ita distinguendus? *Ejicitur. Pro malo atque improbo bonum senatorem et justum. Primo silentium* etc. Quomodo plane Barberinus codex. Sic Cicero Philipp. 6, [5.] *Populi Romani igitur est patronus L. Antonius? Malam quidem illi pestem. clamori enim vestro adsentior.* Philipp. 14, [7.] *Memoria tenent, meis sententiis a Kal. Januar.*

Digitized by Google

sit data. Eligite pro malo atque inprobo bonum se-
10 *natorem et justum.* Primo silentium erat inopia potioris subjiciundi; deinde, quum aliquis, omissa verecundia, quempiam nominassset, multo major extemplo clamor oriebatur, quum alii negarent nosse;
11 alii nunc probra, nunc humilitatem sordidamque inopiam, et pudendae artis aut quaestus genus, ob-
12 jicerent. Hoc multo magis in secundo ac tertio citato senatore est factum: ut ipsius poenitere homines adpareret; quem autem in ejus substituerent lo-
13 cum, deesse. quia nec eosdem nominari adtinebat, nihil aliud quam ad audienda probra nominatos, et

nunquam legatos ad Antonium, semper illum hostem, semper hoc bellum. 2. de Nat. Deorum, [4.] *Augures rem ad senatum: senatus ut abdicarent: consules abdicaverunt.* Plinius in Epist. [2, 20.] *Primo impudentiam hominis, qui venerit ad aegram, cujus marito inimicissimus, ipsi invisissimus fuerat.* Nisi forte legendum: *sit data. Eligite pro malo atque improbo bonum.* Aut quia in optimo codice est *datacicitur*, et Sigonius quoque offenditur ad *τὸ data*, lege, *Video, quae sententia de hoc sit. Date igitur pro malo atque improbo* etc. J. FR. GRON. *quae de hoc sententia*, mutato ordine dictionum, Flor. Lovel. quinque, Harl. Ber. et Hav. quod sequor. *data* constanter servant omnes codd. Quamvis itaque *datus* et *latus* in Mstis commutentur, ut vidimus ad 1, 4, 7. Sigonio tamen *lata* substituenti adsentiri nequeo. Certe *dare sententiam* supra est 8, 20, 12. *Meae partes exquirendae magis sententiae, quam dandae, sunt.* Deinde *eicitur* Flor. Lovel. 3. et Gaertn. quomodo passim scribunt librarii antiqui. V. ad 2, 10, 9. *eiciatu-* Ber. et Hav. Ejus loco *eligite* Hearnius in N. invenit; quod etiam m. 2. sed tamen satis antiqua, et inter versus et ad marginem Flor. adscribitur; unde secunda Gronovii conjectura, quam etiam recepi, firmatur: nam insuper ambo illi codd. ultimam vocem hujus periodi omittunt. Eamdem omittunt etiam Cant. Lovel. 4. Rec. et Colbert. apud Doujatium. unde iterum non nihil praesidii peti potest Gronovii tertiae conjecturae. Certe alterutra earum vera est. Quod enim *et justum substituite* sit in Lovel. 1. ac margine Voss. *et justum in hujus locum sufficite* in Lovel. 2. *et justum coaptate* in Lovel. 3. somnia sunt librariorum. Praeterea *Tum Pacuvius*, non *Tunc*, Flor. Lovel. 2. 4. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et priscae edd. pro quo Basileensis anni 1539. *Tunc* substituit. Sed cui bono?

§. 10. *Quum aliquis, omissa verecundia, quempiam nomi-*

Digitized by Google

multo humiliores obscurioresque cetèri erant eis, qui primi memoriae obcurrebant. Ita dilabi homi- 14
nes, notissimum quodque malum maxime tolerabile dicentes esse, jubentesque senatum ex custodia dimitti.

IV. Hoc modo Pacuvius quum obnoxium vitae 1
beneficio senatum multo sibi magis, quam plebi, fecisset, sine armis, jam omnibus concedentibus, dominabatur. Hinc senatores, omissa dignitatis liber- 2
tatisque memoria, plebem adulari, salutare, benigne invitare, adparatis accipere epulis, eas caussas 3
suscipere, ei semper parti adesse, secundum eam,

nasset] Pal. 1. numero multitudinis *cum aliqui* etc. *nominassent*. GEBH. Ita etiam Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et editi ante Aldum. *nominassent* etiam Voss. et Hearnii N. Paullo ante *subiciendi*, pro *subjiciundi*, Flor.

§. 12. *In secundo ac tertio senatore factum est*] Vet. lib. *ac tertio citato senatore*. SIG. Pall. tres, et vet. ed. *tertio citato senatore est factum*. GEBH. *citato*, quod interponit Sigonius, non MSS. modo, sed et antiquae omnes editiones habent usque ad Frobenium: hic primo omisit: inde Gryphius et caeteri. J. FR. GRON. *citato* agnoscunt etiam omnes nostri, et Hearnii codices. Praeterea, trajectis vocibus, *est factum* Flor. Lovel. 1. 2. 4. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. quas vidi, Basileensi anni 1539. antiquiores. Unde ita edi jussi.

§. 14. *Ita dilabi homines*] *Ita dilabi coeperunt homines* Lov. 3. Sed v. ad 1, 50, 5. Mox *malum* omittitur scribae neglegentia in Harlej. Hinc *e custodia* legunt Ber. et Rec.

§. 1. *Jam omnibus concedentibus, dominabatur*] *jam omnis concedentibus* Put. ut Gronov. monuit ad 21, 60, 7. ubi de hoc errore plura vide. Neque aliter Flor. Lovel. 1. et Harl. Praeterea *donabatur* Flor. Lov. 4. Harl. et Gaertn. V. ad 6, 35, 5.

§. 2. *Plebem adfari*] Put. *plebem aduari*. Lege cum Salmasio *adulari*. J. FR. GRON. Salmasii conjecturam veram puto. Antiquos autem *adulari* potius cum casu quarto, quam tertio, construxisse, jam docuit Quinctil. 9. Inst. 3. in princ. ubi v. Cel. Burm. Utriusque constructionis exempla apud Livium obcurrunt. Dativum huic verbo junxit 36, 7, 4. *Praesentibus adulando semper*. Accusativum 45, 31, 4. *Adulando aut Romanorum imperium, aut amicitiam regum*.

Salutare, benigne invitare] Pal. 2. *benigne mutare*. Legendum forte *mutitare*, hoc est, mu-

Digitized by Google

2 nobilis inter suos: sed premebat eum Mopsiorum factio, familiae per gratiam Romanorum potentis. 3 Post famam Cannensis pugnae, vulgatumque Trebii sermonibus adventum Hannibalis, quum Mopsiani urbem excessissent; sine certamine tradita urbs 4 Poeno, praesidiumque acceptum est. Ibi praeda omni atque inpedimentis relictis, exercitu partito, Magonem regionis ejus urbes, aut deficientes ab Romanis accipere, aut detrectantes cogere ad de- 5 fectionem jubet. ipse per agrum Campanum mare inferum petit, obpugnaturus Neapolim, ut urbem

§. 2. *Sed premebat eum Compsanorum factio*] Put. *Mopsiorum faetio.* Alii *Compsinorum* aut *Compsmorum.* Sane pars utraque Comsani. Sed si placet istud, etiam mox scribendum erit *Mopsii*, vel *Mopsiani;* etsi illic et optimus et alii *quam Compsam urbem excessissent.* Cluverius [4. Ital. ant. 8, 1204.] legit *accitus in Hirpinos a Trebio:* deinde *premebat eum Statianorum factio.* Ego priore loco malim *in Hirpinos a Statio Trebio.* Est enim *Statius* praenomen Italicum. J. FR. GRON. *Consanorum* Lovel. 1. Gaertn. et edd. antt. *Cossanorum* Ald. *Consinorum* Hearnii L. 1. *Cossmorum* ejusdem D. *Compsinorum* Flor. Hafn. Voss. a m. 1. Lovel. 2. 4. 5. *Composinorum* Harl. *Compsanorum* Voss. a m. 2. Lovel. 3. Ber. Rec. Hav. Exc. Pithoei, et Hearnii N.

§. 3. *Quum Compsani urbe excessissent*] Pall. pr. *cum Compani urbem excississent.* sec. *cum Compsam urbem accessissent.* Vet ed. *cum Consam urbem excessissent.* GEBH. In id conspirant, quos consului, codd. *urbem excessissent*, non *urbe*, legendum esse. quod et in omnibus suis superesse Cl. Crevier. professus est; et in edd. Moguntina antiquioribus inveni. Eam igitur lectionem recepi. Locutionem autem inlustravi supra ad 2, 37, 8. Paullo ante *vulgatumque crebris sermonibus* edd. ante Froben. anni 1531. nisi quod quaedam *vulgatum* praeferant.

§. 4. *Praeda omni atque inpedimentis*] Conspicitur in Pal. tert. *praeda omni impedimentisque.* GEBH.

Aut detrectantes cogere ad defectionem] De hoc dubitabo, donec apud alios quoque id inveniri sciam. *ad deditionem compellere* et *cogere* obvia sunt. Verum *defectio* non est invitorum ac detrectantium, sed volentium. DUK. *detractantis* vel *detractantes* Flor. Lovel. 1. 2. et Ber. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Proxime accedit Cant. *detractis* exhibens. V. ad 34, 15, 9. *retractantes* Gaertn. V. ad 3, 49, 4. *defectio* autem et *deditio* etiam alibi commutantur. Exemplum infra est hoc lib. c. 14, 5.

Digitized by Google

maritimam haberet. Ubi fines Neapolitanorum in- 6
travit, Numidas partim in insidiis, (et pleraeque
cavae sunt viae, sinusque occulti) quacumque apte
poterat, disposuit: alios, prae se actam praedam
ex agris ostentantes, obequitare portis jussit. in 7
quos, quia nec multi, et incompositi videbantur,
quum turma equitum erupisset, ab cedentibus con-
sulto tracta in insidias, circumventa est: nec eva- 8
sisset quisquam, ni mare propinquum, et haud pro-
cul litore naves piscatoriae pleraeque conspectae
peritis nandi dedissent effugium. Aliquot tamen eo

§. 6. *Quacumque arte poterat, disposuit*] Vet. lib. *potuit*. SIG. Vet. ed. et Pal. 3. *disponit*. Caeterum Pall. duo reliqui *quacumque apte poterat, disposuit*. GEBHARD. Meliores *apte*. J. FR. GRON. Pauci tantum *arte* servant. sed *apte* est in Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. Harl. Hafn. Ber. Hav. aliisque. Locutionem *apte disponere* inlustrat Cortius ad Plin. 5. ep. 17, 2. Solent autem *tà arte* et *apte* commutari. V. Inl. Nic. Heins. ad Ovid. Rem. Am. 84. et Cel. Burm. ad Phaedr. Epilog. l. 2, 13. Ratio est similitudo literarum *P* et *R*, quas saepe scribae confuderunt. V. Salmas. ad Solin. p. 192. Hinc permutantur *coeptae* et *certe* 2, 1, 2. *repulere* et *pepulere* c. 50, 10. *exortans* et *exoptans* 9, 25, 5. *torrens* et *torpens* 21, 58, 9. *accipi* et *acciri* hoc lib. c. 17, 7. *Asorus* et *Asopus* 36, 22, 7. v. etiam ad 24, 2, 9. Praeterea *poterat* et *disposuit* constanter omnes scripti, quibus usus sum: sed *disponit* typis excusi ante Aldum. Paullo ante *ut pleraeque cavae* Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. De quo scribarum errore egi ad 21, 28, 8. In verbis sequentibus *obequitare portus* Gaertn. *obequitare portas* Hafn. Male. V. plura exempla, in quibus verbo huic semper casum tertium Livius junxit, ad 2, 45, 3.

§. 7. *A cedentibus consulto tracta in insidias*] Lege *ab cedentibus*. quo non intellecto, ab exscriptoribus Pal. pr. factum est *abscendentibus*, et sec. *accedentibus*. GEBH. *ab cedentibus* etiam plerique mei, nisi quod *abscedentibus* sit in Harl.

§. 8. *Nisi mare propinquum*] Meliores *ni mare*. J. FR. GRON. *ni mare* etiam Flor. et plerique alii. Neque aliter edd. antt. usque ad Basil. anni 1539. nisi quod in quibusdam earum lapsu operarum *in mare* datum sit. Saepissime *ni* et *nisi* scribae commutarunt. V. ad 1, 48, 8. (l. 2.) c. 56, 14. 2, 23, 10. c. 34, 3. c. 35, 1. c. 40, 4. c. 50, 10. et innumeris aliis locis. Adde Oudend. ad Front. 1, 1, 1. Mox *dedissent refugium*, pro *effugium*, Hearnii D. Infra 24, 26, 12. *Si effugium patuisset in publicum*.

Digitized by Google

2 nobilis inter suos: sed premebat eum Mopsiorum factio, familiae per gratiam Romanorum potentis.
3 Post famam Cannensis pugnae, vulgatumque Trebii sermonibus adventum Hannibalis, quum Mopsiani urbem excessissent; sine certamine tradita urbs
4 Poeno, praesidiumque acceptum est. Ibi praeda omni atque inpedimentis relictis, exercitu partito, Magonem regionis ejus urbes, aut deficientes ab Romanis accipere, aut detrectantes cogere ad de-
5 fectionem jubet. ipse per agrum Campanum mare inferum petit, obpugnaturus Neapolim, ut urbem

§. 2. *Sed premebat eum Compsanorum factio*] Put. *Mopsiorum factio.* Alii *Compsinorum* aut *Compsmorum.* Sane pars utraque Comsani. Sed si placet istud, etiam mox scribendum erit *Mopsii*, vel *Mopsiani;* etsi illic et optimus et alii *quam Compsam urbem excessissent.* Cluverius [4. Ital. ant. 8, 1204.] legit *accitus in Hirpinos a Trebio:* deinde *premebat eum Statianorum factio.* Ego priore loco malim *in Hirpinos a Statio Trebio.* Est enim *Statius* praenomen Italicum. J. FR. GRON. *Consanorum* Lovel. 1. Gaertn. et edd. antt. *Cossanorum* Ald. *Consinorum* Hearnii L. 1. *Cossmorum* ejusdem D. *Compsinorum* Flor. Hafn. Voss. a m. 1. Lovel. 2. 4. 8. *Composinorum* Harl. *Compsanorum* Voss. a m. 2. Lovel. 3. Ber. Rec. Hav. Exc. Pithoei, et Hearnii N.

§. 3. *Quum Compsani urbe excessissent*] Pall. pr. *cum Compani urbem excississent.* sec. *cum Compsam urbem accessissent.* Vet ed. *cum Consam urbem excessissent.* GEBH. In id conspirant, quos consului, codd. *urbem excessissent*, non *urbe*, legendum esse. quod et in omnibus suis superesse Cl. Crevier. professus est; et in edd. Moguntina antiquioribus inveni. Eam igitur lectionem recepi. Locutionem autem inlustravi supra ad 2, 37, 8. Paullo ante *vulgatumque crebris sermonibus* edd. ante Froben. anni 1531. nisi quod quaedam *vulgatum* praeferant.

§. 4. *Praeda omni atque inpedimentis*] Conspicitur in Pal. tert. *praeda omni impedimentisque.* GEBH.

Aut detrectantes cogere ad defectionem] De hoc dubitabo, donec apud alios quoque id inveniri sciam. *ad deditionem compellere* et *cogere* obvia sunt. Verum *defectio* non est invitorum ac detrectantium, sed volentium. DUK. *detractantis* vel *detractantes* Flor. Lovel. 1. 2. et Ber. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Proxime accedit Cant. *detractis* exhibens. V. ad 34, 15, 9. *retractantes* Gaertn. V. ad 3, 49, 4. *defectio* autem et *deditio* etiam alibi commutantur. Exemplum infra est hoc lib. c. 14, 5.

Digitized by Google

maritimam haberet. Ubi fines Neapolitanorum in- 6
travit, Numidas partim in insidiis, (et pleraeque
cavae sunt viae, sinusque occulti) quacumque apte
poterat, disposuit: alios, prae se actam praedam
ex agris ostentantes, obequitare portis jussit. in 7
quos, quia nec multi, et incompositi videbantur,
quum turma equitum erupisset, ab cedentibus con-
sulto tracta in insidias, circumventa est: nec eva- 8
sisset quisquam, ni mare propinquum, et haud pro-
cul litore naves piscatoriae pleraeque conspectae
peritis nandi dedissent effugium. Aliquot tamen eo

§. 6. *Quacumque arte poterat, disposuit*] Vet. lib. *potuit*. SIG. Vet. ed. et Pal. 3. *disponit*. Caeterum Pall. duo reliqui *quacumque apte poterat, disposuit*. GEBHARD. Meliores *apte*, J. FR. GRON. Pauci tantum *arte* servant. sed *apte* est in Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. Harl. Hafn. Ber. Hav. aliisque. Locutionem *apte disponere* inlustrat Cortius ad Plin. 5. ep. 17, 2. Solent autem *và arte* et *apte* commutari. V. Inl. Nic. Heins. ad Ovid. Rem. Am. 84. et Cel. Burm. ad Phaedr. Epilog. l. 2, 13. Ratio est similitudo literarum *P* et *R*, quas saepe scribae confuderunt. V. Salmas. ad Solin. p. 122. Hinc permutantur *coeptae* et *certe* 2, 1, 2. *repulere* et *pepulere* c. 50, 10. *exortans* et *exoptans* 9, 25, 5. *torrens* et *torpens* 21, 58, 9. *accipi* et *acciri* hoc lib. c. 17, 7. *Asorus* et *Asopus* 36, 22, 7. v. etiam ad 24, 2, 9. Praeterea *poterat* et *disposuit* constanter omnes scripti, quibus usus sum: sed *disponit* typis excusi ante Aldum. Paullo ante *ut pleraeque cavae* Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. De quo scribarum errore egi ad 21, 28, 8. In verbis sequentibus *obequitare portus* Gaertn. *obequitare portas* Hafn. Male. V. plura exempla, in quibus verbo huic semper casum tertium Livius junxit, ad 2, 45, 3.

§. 7. *A cedentibus consulto tracta in insidias*] Lege *ab cedentibus*. quo non intellecto, ab exscriptoribus Pal. pr. factum est *abscendentibus*, et sec. *accedentibus*. GEBH. *ab cedentibus* etiam plerique mei, nisi quod *abscedentibus* sit in Harl.

§. 8. *Nisi mare propinquum*] Meliores *ni mare*. J. FR. GRON. *ni mare* etiam Flor. et plerique alii. Neque aliter edd. antt. usque ad Basil. anni 1539. nisi quod in quibusdam earum lapsu operarum *in mare* datum sit. Saepissime *ni* et *nisi* scribae commutarunt. V. ad 1, 48, 8. (l. 2.) c. 56, 14. 2, 23, 10. c. 34, 3. c. 35, 1. c. 40, 4. c. 50, 10. et innumeris aliis locis. Adde Oudend. ad Front. 1, 1, 1. Mox *dedissent refugium*, pro *effugium*, Hearnii D. Infra 24, 26, 12. *Si effugium patuisset in publicum*.

Digitized by Google

proelio nobiles juvenes capti caesique sunt: inter quos et Hegeas praefectus equitum, intemperantius
10 cedentes secutus, cecidit. Ab urbe obpugnanda Poenum absterruere conspecta moenia, haudquaquam promta obpugnanti.

1 II. Inde Capuam flectit iter, luxuriantem longa felicitate atque indulgentia fortunae, maxime tamen, inter conrupta omnia, licentia plebis sine modo

§. 9. *Nobiles juvenes caesi sunt*] Put. et Pet. lectior *capti caesique sunt*. J. FR. GRON. Eamdem scripturam praeferunt D. Hearnii, Flor. et forte etiam Cant. unde in excerptis nihil notatur, nisi exsulare *τὸ sunt*.

Inter quos et Hegeas praefectus etc. *cedentes secutus, cecidit*] Vox ultima haud dubie venit ab eo, qui Livium ignoravit. Certe ego pro Liviana nullatenus admittam. Infra c. 33, 1. *In hanc dimicationem omnes reges gentesque animos intenderant: inter quos Philippus Macedonum rex*. Et ita passim. JAC. GRON. Ultima voce deleta, ut Gronov. vult, incertum erit, utrum Hegeas captus an caesus fuerit. Codicibus igitur in eam defendendam conspirantibus adsentior.

§. 10. *Ab urbe obpugnanda Poenum absterruere conspecta moenia*] Scriptus codex *Poenum abstinuere*. eleganter. Arnobius. *Jovem cum patre bella conseruisse civilia, atque eum jure abstinuisse regali*. Ac scio ego, Plautum et veteres vulgo ita locutos. Valla, seu quis alius, vellem abstinuisset ab hoc loco manum. LIPS. 2. Epist. Quaest. 5. Optimi *absterruere*. 27, [28, 12.] *Alii e turribus portae murisque, saxis, sudibus, pilis absterrent hostem*. J. FR. GRON. *abstinuere* in plerisque superest codd. et vett. edd. et, ut Gebh. supra testatur ad 2, 16, 9. in Pall. duobus, et vet. ed. Eamdem lectionem, Lipsii auctoritate motus, Gruterus recepit. Ita *abstinuere* erit, effecerunt, ut Poenus abstineret. V. Gronov. ad 7, 1, 2. de *abstinere* autem cum casu quarto v. ad 2, 22, 4. Sed rectius *absterruere* Flor. Cant. et Hearnii D. atque L. 1. ex quo posteriore tamen etiam *abstrahere* profert. Proxime accedit Lovel. *abstruere*, pro *abst'ruere*, id est *absterruere*, exhibens. 30, 11, 9. *Pedes Romanus absterruit effuse invehentem sese hostem*. V. ad 5, 41, 6. Similiter in Mstis commutantur *tenere* et *terrere*, *detinere* ac *deterrere*. V. ad 9, 30, 6. 10, 44, 4. 22, 42, 7. 34, 27, 3. et 44, 19, 9. (* 39, 53, 2.) Erroris caussa est similitudo literarum *rr* et *n* in scriptura. Longobardica. V. ad 4, 10, 9. Vox *Poenum* non adparet in Gaertn.

§. 1. *Longa felicitate atque indulgentia fortunae*] Perperam *ac indulgentia* Voss. Lovel. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hav. Hearnii N. omnesque edd. ante Aldum. Caussam v. ad 10, 36, 17. In praece-

Digitized by Google

modo libertatem exercentis. Senatum et sibi et 2
plebi obnoxium Pacuvius Calavius fecerat; nobilis
idem ac popularis homo, ceterum malis artibus
nanctus opes. is quum eo forte anno, quo res male 3
gesta ad Trasimenum est, in summo magistratu es-
set, jam diu infestam senatui plebem, ratus, per
occasionem novandi res, magnum ausuram facinus,
ut, si in ea loca Hannibal cum victore exercitu
venisset, trucidato senatu traderet Capuam Poenis;

dentibus *In capuam* legit Lov. 4. V. ad 10, 20, 6. In sequentibus vero *maxime tamen corruptam omni licentia plebis sine modo libertatem exercentis* praefert Flor.

§. 2. *Pacuvius Calavins fecerat*] *Calavius* per *u*, non per *n*, legendum. Est autem nomen Samniticum, unde Campani oriundi erant, ut l. 4, [37.] docuit Livius. Silius l. 11. *Pactulonem* vocat, sed carminis fortassis gratia: quamquam is poëta historico similior, ut de Lucano docti sentiunt. GLAR. *Calavium* gentis Campanae nomen esse constat. Ergo *Pacuvius* hoc in loco praenomen est. Vereor tamen, ne *Pacullus* sit legendum. Nam Silius Italicus hunc *Pactulonem* vocat. Et Livius 39, [13, 9.] *Pacullae Miniae Campanae* sacerdotis meminit. Et in hoc libro haud ita multo post [c. 8, 1.] *Minios Celeres Stenium Pacuviumque* nominat. In veteribus etiam libris est *Pacinus*. SIG. Pal. 1. *fecerat Pacuvius Clavius*. sec. *fecerat Pacinus Calavius*. Sigonius *Pacullus* restituendum censet; admodum levi suspicione. GEBHARD. *Pacunius* Lovel. 2. et Gaertn. Reliqui tuentur vulgatum, quod cum Sigonio in *Pacullus* mutandum non est. Nam et apud Silium 11, 58. et 313. et apud Liv. hoc lib. c. 8, 1. ita legendum viri docti docuerunt. V. etiam Gronov. 4. Obs. 4. Praeterea *Claudius* Lovel. 1. et Harl. *Clavius* Voss. Lov. 3. 4. 5. Gaertner. et Hearnii N. in cujus margine emendatur *Calanius*, quod etiam praeferunt Lovel. 2. et edd. usque ad Ald. nisi quod Moguntini dederint *Calaninus*. Sed rectius *Calavius* reliqui, quod gentis Campanae nomen esse Sigonio adfirmanti credo. V. ad 9, 7, 2. Quin etiam inter Romanos memoratur *Calavius Sabinus*, *qui legionem duodecimam regebat*, apud Tacit. 15. Ann. 7. ubi *Calvisius* tamen Freinsh. malebat. Ceterum ordinem verborum a Gebhardo indicatum servant etiam Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *To fecerat* deerat in Lovel. 1. Mox *inde* quaedam edd. vett. pro quo Mediol. anno 1505. et mox Moguntini *idem* recte dederunt, quod etiam in edd. Rom. anni 1472. ac Parm. et omnibus scriptis superest, nisi quod tota vox exsulet a Lov. 4. V. ad 1, 19, 7. Pro eo iterum perperam Francofurti anno 1578. *item* datum, quod ad Gronovium usque obtinuit. Etiam vox *homo* non adparet in Lovel. 2.

Malis artibus nanctus opes] Ita edidit Gronov. neque aliter

Digitized by Google

4 inprobus homo, sed non ad extremum perditus, quum mallet incolumi, quam eversa, republica dominari; nullam autem incolumem esse orbatam publico consilio crederet, rationem iniit, qua et senatum servaret, et obnoxium sibi ac plebi faceret.
5 Vocato senatu, quum, sibi defectionis ab Romanis consilium placiturum nullo modo, nisi necessarium
6 fuisset, praefatus esset; *quippe qui liberos ex Ap. Claudii filia haberet, filiamque Romam nuptum Livio dedisset; ceterum majorem multo rem magis-*
7 *que timendam instare. Non enim per defectionem ad tollendum ex civitate senatum plebem spectare, sed per caedem senatus vacuam rempublicam trade-*
8 *re Hannibali ac Poenis velle. Eo se periculo posse*

legunt Flor. aliique optimi. V. infra ad 24, 31, 14.

§. 4. *Nullam autem incolumem esse orbatam publico consilio crederet*] *orbatamque publico consilio* Gaertn. *orbatam Patrum consilio* Ber. quod ex glossa interpretis natum videtur. *orbatam rempublicam consilio* Hav. Deinde *traderet* Gaertn. V. ad Epit. Liv. 60. Mox *rationem iniit*, pro *iniit*, Flor. Ita etiam variatur supra 2, 20, 8. et 36, 23, 7. Plura alia v. ad 36, 20, 3.

§. 5. *Quum* etc. *praefatus esset* etc. *ceterum*] Oratio non satis apte cohaerere ac procedere videtur. DUK. Cl. Crevier. orationem pendere existimat ex verbo *inquit*, quod §. 9. subjicitur.

§. 6. *Filiamque Romam nuptum Livio dedisset*] Vet. lib. *Romae*. SIG. Pal. 1. exhibet *Roma*. GEBH. *Roma* Harl. et Hearnii L. 1. *Romae* Lovel. 1. 2. Ber. Hafn. Hav. et Hearnii N. utramque lectionem servant Flor. et Voss. illam a m. 1. hanc a m. 2. Praeterea *nuptam Livio dedisset* Lov. 3. Harl. Ber. Hafn. *nuptu Livio dedisset* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *nuptui Livio dedisset* Lovel. 4. et 5. Sed nihil mutandum. Infra 30, 13, 5. *Sed etiam filiam ei nuptum dederit.* V. ad 1, 49, 9. ubi ex Caesare laudatum *nuptum in alias civitates conlocasse* hic etiam vulgatum *Romam* defendit.

§. 7. *Non enim per defectionem* etc. *plebem spectare, sed per caedem*] *Non enim defectionem* etc. *plebem spectare, sed caede senatus* Lovel. 3.

§. 8. *Si se permittant sibi, et, certaminum in republica obliti, credant*] *oblitum* Pal. 3. ut et statim *in hoc quidem fidem, quam vultis, ipsum accipe.* GEBH. *si*

Digitized by Google

liberare eos, si se permittant sibi, et, certaminum in republica obliti, credant. Quum omnes victi metu permitterent; *Claudam in curia vos*, inquit, *et, tamquam et ipse cogitati facinoris particeps, adprobando consilia, quibus nequidquam adversarer, viam saluti vestrae inveniam. In hoc fidem, quam vultis ipsi, accipite.* Fide data egressus, claudi curiam, jubet, praesidiumque in vestibulo reliquit; ne quis adire curiam injussu suo, neve inde egredi possit. 9 10

III. Tunc vocato ad concionem populo, *Quod saepe*, inquit, *optastis, Campani, ut supplicii sumendi vobis ex inprobo ac detestabili senatu potestas esset; eam nunc, non per tumultum expugnantes* 1 2

permittant sibi Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et, quas vidi, edd. antt. *To se* primus recepit Ascens. anno 1513. et recte. *Permittere* enim hic est fidei alicujus committere, sive, ut subjungit, *credere*. V. ad 8, 31, 9.

§. 9. *Claudam in curiam vos, inquit, et, tamquam*] *To inquit* non adparet in Voss. Lovel. 1. 2. et Harl. Alio ordine *Claudam, inquit, in curia vos* legunt Flor. et Ber. *Claudam in curia, ait, vos* Lovel. 3. Insuper *Claudam in curiam* Harl. Gaertn. et Hav. cap. seq. *Clausos omnes in curiam accipite.* quomodo *includere in carcerem* infra est 38, 59, 10. ubi alia vide. Deinde vocula *et* deest in Hav. et a manu 2. in Hearnii N. Subsequens *et* in Lovel. 5. Mox *nequaquam*, pro *nequidquam*, Hav. V. ad 27, 26, 1.

§. 10. *Praesidiumque in vestibulo reliquit*] *relinquit* Lov. 5. cujus scriba forte id tempus requiri existimavit, quia praecessit *jubet*. At saepe praesentia et praeterita jungi vidimus ad 9, 41, 16. Mox *injussus*, pro *injussu suo*, Cant. Male. V. ad 22, 22, 9. Tum *posset*, pro *possit*, Harl. et Lovel. 4.

§. 1. *Ex inprobo ac detestabili senatu*] Videtur librarius vetus scribere voluisse *intestabili*. sed mutavit. Nota est formula *Improbus intestabilisque esto*. LIPS. 2. Epist. Quaest. 5. Nihil variant libri omnes. Interim tamen Cl. Lipsius ex veteri formula nimis juvenili corrigendi prurigine et hic subjiciendum censuit *intestabili*. Quod tamen tantis de literarum omni genere meritis viri celeberrimi condonandum est. GEBH. Rejiciendae Lipsii conjecturae, quam nullus codex probat, sufficit, Livium ac ante vocem a vocali incipientem uti non solere. V. ad 10, 36, 17.

Digitized by Google

domos singulorum, quas praesidiis clientium servorumque tuentur, cum summo vestro periculo, sed
3 *tutam habetis ac liberam. Clausos omnes in curiam accipite, solos, inermes: nec quidquam raptim, aut forte temere egeritis. de singulorum capite vobis jus sententiae dicendae faciam, ut, quas quisque*
4 *meritus est, poenas pendat. Sed ante omnia ita vos irae indulgere oportet, ut potiorem ira salutem atque utilitatem vestram habeatis. etenim hos (ut opinor) odistis senatores; non senatum omnino habere*
5 *non vultis. quippe aut rex, (quod abominandum) aut, quod unum liberae civitatis consilium est, se-*

In principio cap. *Tum vocato*, pro *Tunc*, ostentant Flor. et Lovel. 2. V. ad 2, 12, 15.

§. 2. *Eam nunc, non per tumultum*] Abest a Pall. 1. ac 2. *nunc*. Tert. vero exhibet *etiam non per tumultum*. GEBH. Illud *nunc* abest etiam a Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Mox *clientum*, pro *clientium*, Ber. et ed. Rom. anni 1472. Ita saepe variant codd. scripti. V. ad 2, 16, 4. c. 56, 3. 3, 14, 4. 4, 13, 2. 26, 50, 14. 38, 51, 6. Etiam apud Suet. in Aug. 60. ubi v. Cel. Burm. et in Tib. 1. Verum adeundus est Vossius 4. Gramm. 14.

§. 3. *Ut, quas quisque meritus est, poenas pendat*] Pall. tres, et Vet. ed. *emeritus est poenas*. GEBH. *emeritus* Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. quas vidi, ante Froben. anni 1535. *peremeritus* Flor. cujus librarius duplicem lectionem *permeritus* et *emeritus* hac ratione junxisse videtur. Non displiceret haec lectio *emeritus est*, si Livium *emereri* alibi hoc sensu adhibuisse notassem. Posset autem *emereri* hic accipi vel pro admodum mereri, quemadmodum ita saepe *e* in compositis auget, vel pro simplici mereri. V. quae notavi ad Silii 7, 19. et Cel. Burm. ad Suet. Aug. 24. Et quidem in reliquis codd. qui *meritus* exhibent, prima litera intercidisse dicenda foret ob ultimam vocis praecedentis. V. ad 7, 6, 8. Paullo ante *temere* male exsulat a Lov. 2. Nam *forte temere* et Livius et alii saepissime junxerunt. V. ad 10, 43, 12.

§. 4. *Nam senatum omnino non habere non vultis*] Pal. 3. *non senatum omnino habere non vultis*. GEBH. Put. Pet. Pal. *odistis senatores. non senatum omnino habere non vultis*. J. FR. GRON. Ita et Flor. Lovel. 5. atque Hearnii D. Paullo ante *vos, ut opinor, odistis* perperam est in Ber a m. 1. pro quo m. 2. *vos, ut opinor, hos odistis* pejus datum est.

§. 5. *Itaque duae res simul agendae sunt vobis*] *Ita duae res*

Digitized by Google

natus habendus est. Itaque duae res simul agendae sunt vobis, ut et veterem senatum tollatis, et novum cooptetis. Citari singulos senatores jubebo, 6 *de quorum capite vos consulam. quod de quoque censueritis, fiet. Sed prius in ejus locum virum fortem ac strenuum novum senatorem cooptabitis, quam de noxio supplicium sumatur.* Inde consedit, et, 7 nominibus in urnam conjectis, citari, quod primum sorte nomen excidit, ipsumque e curia produci jussit. Ubi auditum est nomen, malum et in- 8 probum pro se quisque clamare, et supplicio dignum. Tum Pacuvius, *Video, quae de hoc sententia* 9

simul Gaertn. V. ad 21, 53, 7. *Itaque duae simul res* Ber. Tum *agendae vobis sunt* Flor. Mox *coaptetis* et §. seq. *coaptabitis* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 3, 64, 9. *captetis* Harl. et Hafn.

§. 6. *Citari singulos senatores jubebo*] *jubeo* Voss. Lovel. 1. 3. 5. et Hearnii D. Mox *primo in ejus locum*, pro *prius*, Gaertn. Vox autem *virum* exsulat ab Harl.

§. 7. *Quod primum sorte nomen excidit*] *exiit* Berol. et in margine Hearnii N. Male. Supra 21, 42, 3. *Ut cujusque sors exciderat, arma raptim capiebat.* ubi vide. *forte* est in Lovel. 4. Tum *ex curia produci jussit* Lovel. 3. et Gaertn. *e curia produci jubet* Rec.

§. 9. *Video, quae sententia de hoc sit data. Ejicitur pro malo atque inprobo. bonum senatorem et justum eligite*] Quid si legamus *lata*? Sensus enim est, video hunc a vobis condemnatum esse. SIG. MSS. *justum substituite.* LIPS. 2. Epist. Quaest. 5. Sigonius malit legere, *quae sententia de hoc sit lata.* Lipsius vero ait in suo MS. extare *bonum senatorem et justum substituite.* quorum utrumvis ut ferri potest, ita nihil mutandum censeo de vulgata lectione et ipsa tolerabili. MOD. Vulgata lectio *sit data* et *justum eligite* vindicat se auctoritate vet. ed. et consensu duorum Pall. 2. ac 3. Primus autem omnino excernit vocem *eligite*, cui suppositum est ab aliena manu ad vacuam membranam *coaptate.* GEBH. Verbum postremum, ut et succedaneum ejus, *substituite*, quod Lipsius protulit, nusquam inveni. Numquid igitur sermo corruptus est, et ita distinguendus? *Ejicitur. Pro malo atque improbo bonum senatorem et justum. Primo silentium* etc. Quomodo plane Barberinus codex. Sic Cicero Philipp. 6, [5.] *Populi Romani igitur est patronus L. Antonius? Malam quidem illi pestem. clamori enim vestro adsentior.* Philipp. 14, [7.] *Memoria tenent, meis sententiis a Kal. Januar.*

Digitized by Google

sit data. Eligite pro malo atque inprobo bonum se-
10 *natorem et justum.* Primo silentium erat inopia potioris subjiciundi; deinde, quum aliquis, omissa verecundia, quempiam nominasset, multo major extemplo clamor oriebatur, quum alii negarent nosse;
11 alii nunc probra, nunc humilitatem sordidamque inopiam, et pudendae artis aut quaestus genus, ob-
12 jicerent. Hoc multo magis in secundo ac tertio citato senatore est factum: ut ipsius poenitere homines adpareret; quem autem in ejus substituerent lo-
13 cum, deesse. quia nec eosdem nominari adtinebat, nihil aliud quam ad audienda probra nominatos, et

nunquam legatos ad Antonium, semper illum hostem, semper hoc bellum. 2. de Nat. Deorum, [4.] *Augures rem ad senatum: senatus ut abdicarent: consules abdicaverunt.* Plinius in Epist. [2, 20.] *Primo impudentiam hominis, qui venerit ad aegram, cujus marito inimicissimus, ipsi invisissimus fuerat.* Nisi forte legendum: *sit data. Eligite pro malo atque improbo bonum.* Aut quia in optimo codice est *datacicitur*, et Sigonius quoque offenditur ad *τὸ data*, lege, *Video, quae sententia de hoc sit. Date igitur pro malo atque improbo* etc. J. FR. GRON. *quae de hoc sententia*, mutato ordine dictionum, Flor. Lovel. quinque, Harl. Ber. et Hav. quod sequor. *data* constanter servant omnes codd. Quamvis itaque *datus* et *latus* in Mstis commutentur, ut vidimus ad 1, 4, 7. Sigonio tamen *lata* substituenti adsentiri nequeo. Certe *dare sententiam* supra est 8, 20, 12. *Meae partes exquirendae magis sententiae, quam dandae, sunt.* Deinde *eicitur* Flor. Lovel. β. et Gaertn. quomodo passim scribunt librarii antiqui. V. ad 2, 10, 9. *eiciatu-* Ber. et Hav. Ejus loco *eligite* Hearnius in N. invenit; quod etiam m. 2. sed tamen satis antiqua, et inter versus et ad marginem Flor. adscribitur; unde secunda Gronovii conjectura, quam etiam recepi, firmatur: nam insuper ambo illi codd. ultimam vocem hujus periodi omittunt. Eamdem omittunt etiam Cant. Lovel. 4. Rec. et Colbert. apud Doujatium. unde iterum non nihil praesidii peti potest Gronovii tertiae conjecturae. Certe alterutra earum vera est. Quod enim *et justum substituite* sit in Lovel. 1. ac margine Voss. *et justum in hujus locum sufficite* in Lovel. 2. *et justum coaptate* in Lovel. 3. somnia sunt librariorum. Praeterea *Tum Pacuvius*, non *Tunc*, Flor. Lovel. 2. 4. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et priscae edd. pro quo Basileensis anni 1539. *Tunc* substituit. Sed cui bono?

§. 10. *Quum aliquis, omissa verecundia, quempiam nomi-*

Digitized by Google

multo humiliores obscurioresque cetèri erant eis, qui primi memoriae obcurrebant. Ita dilabi homi- 14
nes, notissimum quodque malum maxime tolerabile dicentes esse, jubentesque senatum ex custodia dimitti.

IV. Hoc modo Pacuvius quum obnoxium vitae 1
beneficio senatum multo sibi magis, quam plebi, fecisset, sine armis, jam omnibus concedentibus, dominabatur. Hinc senatores, omissa dignitatis liber- 2
tatisque memoria, plebem adulari, salutare, benigne invitare, adparatis accipere epulis, eas caussas 3
suscipere, ei semper parti adesse, secundum eam,

nasset] Pal. 1. numero multitudinis *cum aliqui* etc. *nominassent*. GEBH. Ita etiam Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et editi ante Aldum. *nominassent* etiam Voss. et Hearnii N. Paullo ante *subiciendi*, pro *subjiciundi*, Flor.

§. 12. *In secundo ac tertio senatore factum est*] Vet. lib. *ac tertio citato senatore*. SIG. Pall. tres, et vet. ed. *tertio citato senatore est factum*. GEBH. *citato*, quod interponit Sigonius, non MSS. modo, sed et antiquae omnes editiones habent usque ad Frobenium: hic primo omisit: inde Gryphius et caeteri. J. FR. GRON. *citato* agnoscunt etiam omnes nostri, et Hearnii codices. Praeterea, trajectis vocibus, *est factum* Flor. Lovel. 1. 2. 4. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. quas vidi, Basileensi anni 1539. antiquiores. Unde ita edi jussi.

§. 14. *Ita dilabi homines*] *Ita dilabi coeperunt homines* Lov. 3. Sed v. ad 1, 50, 5. Mox *malum* omittitur scribae neglegentia in Harlej. Hinc *e custodia* legunt Ber. et Rec.

§. 1. *Jam omnibus concedentibus, dominabatur*] *jam omnis concedentibus* Put. ut Gronov. monuit ad 21, 60, 7. ubi de hoc errore plura vide. Neque aliter Flor. Lovel. 1. et Harl. Praeterea *donabatur* Flor. Lov. 4. Harl. et Gaertn. V. ad 6, 35, 5.

§. 2. *Plebem adfari*] Put. *plebem aduari*. Lege cum Salmasio *adulari*. J. FR. GRON. Salmasii conjecturam veram puto. Antiquos autem *adulari* potius cum casu quarto, quam tertio, construxisse, jam docuit Quinctil. 9. Inst. 3. in princ. ubi v. Cel. Burm. Utriusque constructionis exempla apud Livium obcurrunt. Dativum huic verbo junxit 36, 7, 4. *Praesentibus adulando semper*. Accusativum 45, 31, 4. *Adulando aut Romanorum imperium, aut amicitiam regum*.

Salutare, benigne invitare] Pal. 2. *benigne mutare*. Legendum forte *mutitare*, hoc est, mu-

Digitized by Google

litem judices dare, quae magis popularis aptiorque
4 in vulgus favori conciliando esset. Jam vero nihil in senatu actum aliter, quam si plebis ibi esset concilium. Prona semper civitas in luxuriam, non ingeniorum modo vitio, sed adfluenti copia voluptatua cum plebe convivia agitare. Gellius 18, 2. *Quam ob caussam patricii Megalensibus mutitare soliti sunt, plebes Cerealibus.* Quo in loco Henr. Stephanus legit *mutuitare*, sicut et 2, 24. GEBH. Unius librarii errantis caussa nihil mutandum censeo. — Inducta alia interpunctione *salutare benigne*, *invitare* legendum censet Cel. Burm. ad Petron. Sat. 44. p. 280. ed. ultimae. —

§. 3. *Adparatis accipere epulis*] Pall. 2. et 3. *excipere*. GEBH. Et hic omnes codd. stant a vulgato. Id autem, non minus quam alterum, verbum convivale est. V. Cerdam ad Virg. 3. Aen. 353. et Cel. Burm. ad Petr. Satyr. 42. *Adparatis epulis*, ut 24, 16, 17. *Adpārata convivia omnibus in propatulo aedium fuerant.* 33, 48, 6. *Adparatae celebrataeque ejus diei epulae sunt.* V. Cel. Graev. ad Justin. 1, 6, 5. Ita *ludi adparatiores* infra 44, 9, 5. ubi vide.

Eas caussas suscipere, ei semper parti adesse] Ita Gronov. ad verba seq. ex Put. et Pet. meliore emendavit, eamque lectionem in contextum admisit, adsentiente ex meis Flor. Antea edebatur *ejus caussas suspicere, ei semper parati adesse.* Ex meis fere omnes reliqui *ejus caussas* servant. Sed *ejus semper parti* praeferunt Lovel. 2. 3. Hafn. et Gaertn. *ejusque semper parti* Ber. a m. 1. *ejusque semper paruti* a m. 2. *ei semper parati* a m. 2. [?]

Secundum eum in lite judicem dare, qui magis popularis] Vetus *secundum ea militem judices dare.* Omnino scribendum *secundum eum, litem judices dare, qui. Dare litem secundum aliquem* merum Latium. Judices igitur, inquit, caussam illi plerumque addicebant, qui aptissimus ad conciliandum vulgus. LIPS. 2. Ep. Quaest. 5. Editio Moguntinensis antiqua tamen habet expressim *secundum eam in lite judicem dare.* ut de plebe hoc accipiatur, cui judex datus sit a senatoribus ex animi sui sententia. MOD. Pal. 1. malignitatem correctorum expertus est, *secundum eam in litem judices dare* exhibens, ut rescripsit in sua quoque ed. Andreas, invenique in Pal. 3. Pal. vero sec. *secundum eam litem judices dare.* GEBH. Lipsius vidit sensum, et orationem fecit Latiniorem refingendo, *secundum eum litem judices dare.* Sed vera lectio suppeditatur a Put. et Pet. meliore: *eas caussas suscipere, ei semper parti adesse, secundum eam litem judices dare, quae magis popularis.* Ita plane illi duo, nisi quod una abundante litera: *eamilitem.* Pronomen *eam* intelligit *partem* ex commate praecedente. J. FR. GRON. Doujatius edidit *secundum eam, in litem judices dare, quae magis;* et, plerosque scriptos ita habere professus, ejus lectionis hunc sensum credit: senatores Campani *ad litem* (ipse edidit tamen *in litem*) quamque judicandam, *secundum eam*, nimirum *partem, quae magis popularis esset, ju-*

Digitized by Google

tium, et inlecebris omnis amoenitatis maritimae terreſtrisque; tum vero ita obsequio principum et 5
licentia plebei lascivire, ut nec libidini nec sumtibus modus eſſet. ad contemtum legum, magiſtra- 6
tuum, senatus, acceſſit tum, poſt Cannensem cla-

dices dare. At nullus, vel meorum, vel Gronovii, vel Hearnii, ita exhibet; et Gebhardus ex duobus tantum Pall. (quos tamen Doujatius non consuluit) et ed. principe eam scripturam protulit, quam etiam inveni in aliis vett. edd. alii deinde subſtituerunt *secundum eam in litem judicem dare, quae.* Ascensius anno 1513. *secundum eam in lite judicem dare, quae.* Frobenius anno 1531. *secundum eum in lite judicem dare, qui.* Gronov. tandem recte ex Mſtis suis emendavit *secundum eam, litem judices dare, quae,* quod supereſt in Flor. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. *secundum ea militem judices dare, quae* Lovel. 1. *secundum eam milites judices dare, quae,* Voſſ. qui *judicem* exhibet a m. 2. *secundum ea in litem judices dare, qui* Lovel. 2. Cl. Crevier. recepta Gronovii lectione, ejus hunc sensum explicat: dabant, aſſignabant judices pronos ad favendum ei litigatori, qui magis acceptus populo eſſet. Verum ut emendationi, ita etiam expositioni Gronovii adhaerendum, puto. *judices dare litem secundum eam*, scilicet partem, *quae* etc. *Judices* hic accipiendum, si judices eſſent. V. ad 9, 18, 4. *litem dare secundum aliquem*, eſt ita sententiam pronunciare, ut is cauſſam obtineat. Gellius 5, 10. *Si contra te lis data erit, merces mihi ex sententia debebitur, quia ego vicero: sin vero secundum te judicatum erit, merces mihi ex pacto debebitur; quia tu viceris.* Cic. pro Rosc. Com. 1. *Quo minus secundum eas lis detur, non recusamus.* ubi v. viros doctos, et Briſſon. in Lexico v. *Dare simpliciter.* Ubi tamen, vitiosa priorum edd. lectione deceptus, *secundum eum in lite judicium dare* reponere videtur.

§. 4. *Quam si plebis ibi esset concilium*] Vet. lib. *adesset.* SIG. Pal. 2. *quam si ibi plebis esset consilium.* GEBH. *adesset* unus Hav. *consilium* unus Lovel. 4. sed uterque mendose. Mox *copia voluptatium* Flor. quod ejus fide recepi. V. supra ad 7, 38, 5. Deinde *amoenitatis marinae terrestrisque*, pro *maritimae*, Lovel. 4. V. ad c. 15, 1.

§. 5. *Et licentia plebis lascivire*] Legitur in Pal. 1. *licentia plebei.* GEBH. Etiam in Voſſ. Lovel. 1. 3. et Ber. a m. altera; quod etiam Cl. Jac. Gronovius admisit. *licentia plebeis* eſt in Flor. et Exc. Pithoei, ubi utraque lectio *plebei* et *plebis* juncta videri poteſt. *plebes lascivire* plures ex edd. vetuſtiſſimis.

§. 5. *Ad contemtum legum, magistratuum, senatusque accessit*] Copulativam exeſſe jubent optimi. J. FR. GRON. Illis, qui τὸ *que* omittunt, adnumerandi sunt Flor. Voſſ. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. et Hearnii L. 1. ac D.

Cujus aliqua erat verecundia, Romanum quoque imperium spernerent] Superbia Campana

Digitized by Google

Karthaginiensium, ut pacem a populo Romano peterent: nec tenuit, obstrepente Barcina factione. Claudius Marcellus praetor ad Nolam, eruptione adversus Hannibalem ex oppido facta, prospere pugnavit. Exercitus Hannibalis per hiberna Capuae ita luxuriatus est, ut corporum viribus atque animorum enervaretur. Casilinum, a Poenis obsessum, ita fame vexatum est, ut lora et pelles scutis detractas, item mures, essent; et nucibus, per Vulturnum amnem a Romanis missis, vixerint. Senatus ex equestri ordine hominibus centum nonaginta septem suppletus est. L. Postumius praetor a Gallis cum exercitu

factione Leid. *obstrepente barbaria factione* Voss. *obstrepente Branchina familia* Boend. *Barcinae factionis* meminit Liv. 21, 2, 4. et 9, 4. 23, 12, 6. et alibi. Sed et *Barcinam familiam* memorat 23, 13, 6.

Claudius Marcellus praetor ad Nolam] In vet. lib. etiam praenomen continetur. DELR. Praenomen ipsi erat *Marcus*, quod mihi in nullo cod. obvium fuit. Raro etiam auctor Epit. praenomina usurpat. Sed *C. Lucius Marcellus* legunt Leid. Voss. et Berg. quod ex compendio *Cl.* pro *Claudius*, natum est. Vox *praetor* deficit in Leid.

Exercitus Hannibalis etc. *enervaretur*] Tota haec periodus ad finem Epitomes rejicitur in Voss. Leid. Berg. Boend. Norv. et priscis edd. In Aldina demum hoc loco positam vidi. Praeterea vocem *Capuae* ignorant Leid. Voss. Berg. et Boend. qui etiam legunt *corporis animique viribus enervaretur*.

Item mures essent; et nucibus, per Vulturnum amnem a Romanis missis, vixerint] *et mures inclusi essent. nucibus* etc. *a Roma missis vixerunt* Voss. et Leid. *et mures ederent, et, cum fame inclusi essent, nucibus, per Vulturnum a Romanis missis, vixerunt* Berg. et Boend. *vixerunt* etiam Norv. et edd. ante Moguntinam. Paullo ante *ita a fame vexatum est* Voss.

Senatus ex equestri ordine hominibus centum nonaginta septem suppletus est] *ex equestris ordinis hominibus* Boend. Vox *ordine* deficit in Voss. et Leid. *hominibus CXLVII* legit Berg. Sed Livius, *centum septuaginta septem* in senatum lectos esse, infra narrat c. 23, 7. Mox sequens periodus *L. Postumius* etc. *caesus est* exsulat a Leid.

Ne recederent inde] *ne decederent* Leid. et Exc. Pithoei. Verba haec interdum commutari a librariis, infra videbimus 35, 10, 2. Et hic quidem ea lectio praeferenda videtur, quod *decedere* de militibus ex praesidio vel provincia abeuntibus sollemne sit. Eamdem etiam probavit Cl. Crevier. *To inde* non adparet in Leid.

Finito bello. Inter Philippum Macedonum regem] *Macedo-*

Digitized by Google

caesus est. Cn. et P. Scipiones in Hispania Hasdrubalem vicerunt, et Hispaniam suam fecerunt. Reliquiae Cannensis exercitus in Siciliam relegatae sunt; ne recederent inde, nisi finito bello. Inter Philippum Macedonum regem et Hannibalem societas juncta est. Sempronius Gracchus consul Campanos cecidit. Praeterea in Sardinia feliciter a T. Manlio praetore adversus Poenos Sardosque res gestas continet: a quo Hasdrubal dux, et Mago, et Hanno capti. Claudius Marcellus praetor Hannibalis exercitum ad Nolam proelio fudit et vicit: primusque tot cladibus fessis Romanis meliorem spem belli dedit.

niae regem Berg. et Boend. Ceterum in ultima hujus Epitomes parte ordinem plane mutant Berg. Boend. Norvic. et edd. antt. Hac enim serie periodi finales exhibentur *finitio bello. Sempronius Gracchus consul Campanos cecidit. Claudius Marcellus praetor* etc. *spem belli dedit. Inter Philippum Mac.* etc. *juncta est. Praeterea in Sardinia* etc. *et Mago et Hanno capti.* quibus deinde ultimo loco subjungitur periodus, cujus supra mentio facta est, *Exercitus Hannibalis* etc. *enervaretur.* Omnia vero in ordinem, qui nunc obtinet, primus Aldus digessit.

In Sardinia feliciter a T. Manlio praetore adversus Poenos Sardosque res gestas] *in Hispaniam feliciter* Boend. *in Hispania pugnatum feliciter* Berg. *in Hispania feliciter* Leid. Voss. Norv. et antt. edd. usque ad Ascens. qui anno 1513. *in Sardinia* substituit. Praeterea *a P. et Manlio praetoribus adversus Poenos res gestas* Berg. Voss. Leid. Boend. Norv. et edd. Aldo priores. *a P. et Manlio praetore* Exc. Pithoei. Paullo ante vocem *consul* ignorat Leid. *occidit* vero, pro *cecidit*, praefert Berg. Solent librarii voces illas in his Epitomis confundere. V. ad libb. 5. 18. 75. 91. 94. 96. 108. et alibi. Adde, quae notantur ad Livii 36, 36, 6.

A quo Hasdrubal dux, et Mago, et Hanno capti] *de quibus* Voss. et Berg. *a quibus* Berg. Boend. Norv. Exc. Pithoei, et edd. antt. Tum *capti sunt* Leid. *Hasdrubal, Mago et Hanno capti* legit Berg.

Claudius Marcellus praetor] *C. L. Marcellus* Berg. *C. Lucius Marcellus* Voss. V. supra ad hanc Epit. Ceterum, ut recte etiam observavit Cl. Crevier. quae hic a Livio referuntur, non a Claudio Marcello praetore, sed ab eodem consule gesta sunt. Consulem enim creatum refert Liv. infra hoc lib. c. 31. at victoriam de Hannibale reportasse c. 44. et seqq.

Primusque tot cladibus etc.] *primusque omnium tot cladibus* Norv. et edd. usque ad Gruter. qui vocem *omnium*, in nullo cod. obviam, in ultima ed. omisit. V. infra ad Epit. 48.

Digitized by Google

2 nobilis inter suos: sed premebat eum Mopsiorum factio, familiae per gratiam Romanorum potentis.
3 Post famam Cannensis pugnae, vulgatumque Trebii sermonibus adventum Hannibalis, quum Mopsiani urbem excessissent; sine certamine tradita urbs
4 Poeno, praesidiumque acceptum est. Ibi praeda omni atque inpedimentis relictis, exercitu partito, Magonem regionis ejus urbes, aut deficientes ab Romanis accipere, aut detrectantes cogere ad de-
5 fectionem jubet. ipse per agrum Campanum mare inferum petit, obpugnaturus Neapolim, ut urbem

§. 2. *Sed premebat eum Compsanorum factio*] Put. *Mopsiorum factio.* Alii *Compsinorum* aut *Compsmorum.* Sane pars utraque Comsani. Sed si placet istud, etiam mox scribendum erit *Mopsii*, vel *Mopsiani;* etsi illic et optimus et alii *quam Compsam urbem excessissent.* Cluverius [4. Ital. ant. 8, 1204.] legit *accitus in Hirpinos a Trebio:* deinde *premebat eum Statianorum factio.* Ego priore loco malim *in Hirpinos a Statio Trebio.* Est enim *Statius* praenomen Italicum. J. FR. GRON. *Consanorum* Lovel. 1. Gaertn. et edd. antt. *Cossanorum* Ald. *Consinorum* Hearnii L. 1. *Cossmorum* ejusdem D. *Compsinorum* Flor. Hafn. Voss. a m. 1. Lovel. 2. 4. 5. *Composinorum* Harl. *Compsanorum* Voss. a m. 2. Lovel. 3. Ber. Rec. Hav. Exc. Pithoei, et Hearnii N.

§. 3. *Quum Compsani urbe excessissent*] Pall. pr. *cum Compani urbem excississent.* sec. *cum Compsam urbem accessissent.* Vet ed. *cum Consam urbem excessissent.* GEBH. In id conspirant, quos consului, codd. *urbem excessissent*, non *urbe*, legendum esse. quod et in omnibus suis superesse Cl. Crevier. professus est; et in edd. Moguntina antiquioribus inveni. Eam igitur lectionem recepi. Locutionem autem inlustravi supra ad 2, 37, 8. Paullo ante *vulgatumque crebris sermonibus* edd. ante Froben. anni 1531. nisi quod quaedam *vulgatum* praeferant.

§. 4. *Praeda omni atque inpedimentis*] Conspicitur in Pal. tert. *praeda omni impedimentisque.* GEBH.

Aut detrectantes cogere ad defectionem] De hoc dubitabo, donec apud alios quoque id inveniri sciam. *ad deditionem compellere* et *cogere* obvia sunt. Verum *defectio* non est invitorum ac detrectantium, sed volentium. DUK. *detractantis* vel *detractantes* Flor. Lovel. 1. 2. et Ber. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Proxime accedit Cant. *detractis* exhibens. V. ad 34, 15, 9. *retractantes* Gaertn. V. ad 3, 49, 4. *defectio* autem et *deditio* etiam alibi commutantur. Exemplum infra est hoc lib. c. 14, 5.

Digitized by Google

maritimam haberet. Ubi fines Neapolitanorum in- 6
travit, Numidas partim in insidiis, (et pleraeque
cavae sunt viae, sinusque occulti) quacumque apte
poterat, disposuit: alios, prae se actam praedam
ex agris ostentantes, obequitare portis jussit. in 7
quos, quia nec multi, et incompositi videbantur,
quum turma equitum erupisset, ab cedentibus con-
sulto tracta in insidias, circumventa est: nec eva- 8
sisset quisquam, ni mare propinquum, et haud pro-
cul litore naves piscatoriae pleraeque conspectae
peritis nandi dedissent effugium. Aliquot tamen eo

§. 6. *Quacumque arte poterat, disposuit*] Vet. lib. *potuit*. SIG. Vet. ed. et Pal. 3. *disponit*. Caeterum Pall. duo reliqui *quacumque apte poterat, disposuit*. GEBHARD. Meliores *apte*. J. FR. GRON. Pauci tantum *arte* servant. sed *apte* est in Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. Harl. Hafn. Ber. Hav. aliisque. Locutionem *apte disponere* inlustrat Cortius ad Plin. 5. ep. 17, 2. Solent autem *τὰ arte* et *apte* commutari. V. Inl. Nic. Heins. ad Ovid. Rem. Am. 34. et Cel. Burm. ad Phaedr. Epilog. l. 2, 13. Ratio est similitudo literarum *P* et *R*, quas saepe scribae confuderunt. V. Salmas. ad Solin. p. 192. Hinc permutantur *coeptae* et *certe* 2, 1, 2. *repulere* et *pepulere* c. 50, 10. *exortans* et *exoptans* 9, 25, 5. *torrens* et *torpens* 21, 58, 9. *accipi* et *acciri* hoc lib. c. 17, 7. *Asorus* et *Asopus* 36, 22, 7. v. etiam ad 24, 2, 9. Praeterea *poterat* et *disposuit* constanter omnes scripti, quibus usus sum: sed *disponit* typis excusi ante Aldum. Paullo ante *ut pleraeque cavae* Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. De quo scribarum errore egi ad 21, 28, 8. In verbis sequentibus *obequitare portus* Gaertn. *obequitare portas* Hafn. Male. V. plura exempla, in quibus verbo huic semper casum tertium Livius junxit, ad 2, 45, 3.

§. 7. *A cedentibus consulto tracta in insidias*] Lege *ab cedentibus*. quo non intellecto, ab exscriptoribus Pal. pr. factum est *abscendentibus*, et sec. *accedentibus*. GEBH. *ab cedentibus* etiam plerique mei, nisi quod *abscedentibus* sit in Harl.

§. 8. *Nisi mare propinquum*] Meliores *ni mare*. J. FR. GRON. *ni mare* etiam Flor. et plerique alii. Neque aliter edd. antt. usque ad Basil. anni 1539. nisi quod in quibusdam earum lapsu operarum *in mare* datum sit. Saepissime *ni* et *nisi* scribae commutarunt. V. ad 1, 48, 8. [l. 2.] c. 56, 14. 2, 23, 10. c. 34, 3. c. 35, 1. c. 40, 4. c. 50, 10. et innumeris aliis locis. Adde Oudend. ad Front. 1, 1, 1. Mox *dedissent refugium*, pro *effugium*, Hearnii D. Infra 24, 26, 12. *Si effugium patuisset in publicum*.

Digitized by Google

proelio nobiles juvenes capti caesique sunt: inter quos et Hegeas praefectus equitum, intemperantius
10 cedentes secutus, cecidit. Ab urbe obpugnanda Poenum abſterruere conspecta moenia, haudquaquam promta obpugnanti.

1 II. Inde Capuam flectit iter, luxuriantem longa felicitate atque indulgentia fortunae, maxime tamen, inter conrupta omnia, licentia plebis sine modo

§. 9. *Nobiles juvenes caesi sunt*] Put. et Pet. lectior *capti caesique sunt*. J. FR. GRON. Eamdem scripturam praeferunt D. Hearnii, Flor. et forte etiam Cant. unde in excerptis nihil notatur, nisi exsulare *τὸ sunt*.

Inter quos et Hegeas praefectus etc. *cedentes secutus, cecidit*] Vox ultima haud dubie venit ab eo, qui Livium ignoravit. Certe ego pro Liviana nullatenus admittam. Infra c. 33, 1. *In hanc dimicationem omnes reges gentesque animos intenderant: inter quos Philippus Macedonum rex*. Et ita paſſim. JAC. GRON. Ultima voce deleta, ut Gronov. vult, incertum erit, utrum Hegeas captus an caesus fuerit. Codicibus igitur in eam defendendam conspirantibus adsentior.

§. 10. *Ab urbe obpugnanda Poenum absterruere conspecta moenia*] Scriptus codex *Poenum abstinuere*. eleganter. Arnobius. *Jovem cum patre bella conseruisse civilia, atque eum jure abstinuisse regali*. Ac scio ego, Plautum et veteres vulgo ita locutos. Valla, seu quis alius, vellem abſtinuiſſet ab hoc loco manum. LIPS. 2. Epiſt. Quaeſt. 5. Optimi *absterruere*. 27, [28, 12.] *Alii e turribus portae murisque, saxis, sudibus, pilis absterrent hostem*. J. FR. GRON. *abstinuere* in plerisque supereſt codd. et vett. edd. et, ut Gebh. supra teſtatur ad 2, 16, 9. in Pall. duobus, et vet. ed. Eamdem lectionem, Lipsii auctoritate motus, Gruterus recepit. Ita *abstinuere* erit, effecerunt, ut Poenus abſtineret. V. Gronov. ad 7, 1, 2. de *abstinere* autem cum casu quarto v. ad 2, 22, 4. Sed rectius *absterruere* Flor. Cant. et Hearnii D. atque L. 1. ex quo poſteriore tamen etiam *abstrahere* profert. Proxime accedit Lovel. *abstruere*, pro *abst'ruere*, id eſt *absterruere*, exhibens. 30, 11, 9. *Pedes Romanus absterruit effuse invehentem sese hostem*. V. ad 5, 41, 6. Similiter in Mſtis commutantur *tenere* et *terrere*, *detinere* ac *deterrere*. V. ad 9, 30, 6. 10, 44, 4. 22, 42, 7. 34, 27, 3. et 44, 19, 9. (* 39, 53, 2.) Erroris cauſſa eſt similitudo literarum *rr* et *n* in scriptura Longobardica. V. ad 4, 10, 9. Vox *Poenum* non adparet in Gaertn.

§. 1. *Longa felicitate atque indulgentia fortunae*] Perperam *ac indulgentia* Voſſ. Lovel. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hav. Hearnii N. omnesque edd. ante Aldum. Caussam v. ad 10, 36, 17. In praece-

Digitized by Google

modo libertatem exercentis. Senatum et sibi et 2
plebi obnoxium Pacuvius Calavius fecerat; nobilis
idem ac popularis homo, ceterum malis artibus
nanctus opes. is quum eo forte anno, quo res male 3
gesta ad Trasimenum est, in summo magistratu es-
set, jam diu infestam senatui plebem, ratus, per
occasionem novandi res, magnum ausuram facinus,
ut, si in ea loca Hannibal cum victore exercitu
venisset, trucidato senatu traderet Capuam Poenis;

dentibus *In capuam* legit Lov. 4. V. ad 10, 20, 6. In sequentibus vero *maxime tamen corruptam omni licentia plebis sine modo libertatem exercentis* praefert Flor.

§. 2. *Pacuvius Calavins fecerat*] *Calavius* per *u*, non per *n*, legendum. Est autem nomen Samniticum, unde Campani oriundi erant, ut l. 4. [37.] docuit Livius. Silius l. 11. *Pactulonem* vocat, sed carminis fortassis gratia: quamquam is poëta historico similior, ut de Lucano docti sentiunt. GLAR. *Calavium* gentis Campanae nomen esse constat. Ergo *Pacuvius* hoc in loco praenomen est. Vereor tamen, ne *Pacullus* sit legendum. Nam Silius Italicus hunc *Pactulonem* vocat, Et Livius 39, [13, 9.] *Pacullae Miniae Campanae* sacerdotis meminit. Et in hoc libro haud ita multo post [c. 8, 1.] *Minios Celeres Stenium Pacuviumque* nominat. In veteribus etiam libris est *Pacinus*. SIG. Pal. 1. *fecerat Pacuvius Clavius*. sec. *fecerat Pacinus Calavius*. Sigonius *Pacullus* restituendum censet; admodum levi suspicione. GEBHARD. *Pacunius* Lovel. 2. et Gaertn. Reliqui tuentur vulgatum, quod cum Sigonio in *Pacullus* mutandum non est. Nam et apud Silium 11, 58. et 313. et apud Liv. hoc lib. c. 8, 1. ita legendum viri docti docuerunt. V. etiam Gronov. 4. Obs. 4. Praeterea *Claudius* Lovel. 1. et Harl. *Clavius* Voss. Lov. 3. 4. 5. Gaertner. et Hearnii N. in cujus margine emendatur *Calanius*, quod etiam praeferunt Lovel. 2. et edd. usque ad Ald. nisi quod Moguntini dederint *Calaninus*. Sed rectius *Calavius* reliqui, quod gentis Campanae nomen esse Sigonio adfirmanti credo. V. ad 9, 7, 2. Quin etiam inter Romanos memoratur *Calavius Sabinus*, *qui legionem duodecimam regebat*, apud Tacit. 15. Ann. 7. ubi *Calvisius* tamen Freinsh. malebat. Ceterum ordinem verborum a Gebhardo indicatum servant etiam Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *To fecerat* deerat in Lovel. 1. Mox *inde* quaedam edd. vett. pro quo Mediol. anno 1505. et mox Moguntini *idem* recte dederunt, quod etiam in edd. Rom. anni 1472. ac Parm. et omnibus scriptis superest, nisi quod tota vox exsulet a Lov. 4. V. ad 1, 19, 7. Pro eo iterum perperam Francofurti anno 1578. *item* datum, quod ad Gronovium usque obtinuit. Etiam vox *homo* non adparet in Lovel. 2.

Malis artibus nanctus opes] Ita edidit Gronov. neque aliter

Digitized by Google

4 inprobus homo, sed non ad extremum perditus, quum mallet incolumi, quam eversa, republica dominari; nullam autem incolumem esse orbatam publico consilio crederet, rationem iniit, qua et senatum servaret, et obnoxium sibi ac plebi faceret.
5 Vocato senatu, quum, sibi defectionis ab Romanis consilium placiturum nullo modo, nisi necessarium
6 fuisset, praefatus esset; *quippe qui liberos ex Ap. Claudii filia haberet, filiamque Romam nuptum Livio dedisset; ceterum majorem multo rem magis-*
7 *que timendam instare. Non enim per defectionem ad tollendum ex civitate senatum plebem spectare, sed per caedem senatus vacuam rempublicam trade-*
8 *re Hannibali ac Poenis velle. Eo se periculo posse*

legunt Flor. aliique optimi. V. infra ad 24, 31, 14.

§. 4. *Nullam autem incolumem esse orbatam publico consilio crederet*] *orbatamque publico consilio* Gaertn. *orbatam Patrum consilio* Ber. quod ex glossa interpretis natum videtur. *orbatam rempublicam consilio* Hav. Deinde *traderet* Gaertn. V. ad Epit. Liv. 60. Mox *rationem init*, pro *iniit*, Flor. Ita etiam variatur supra 2, 20, 8. et 36, 23, 7. Plura alia v. ad 36, 20, 3.

§. 5. *Quum* etc. *praefatus esset* etc. *ceterum*] Oratio non satis apte cohaerere ac procedere videtur. DUK. Cl. Crevier. orationem pendere existimat ex verbo *inquit*, quod §. 9. subjicitur.

§. 6. *Filiamque Romam nuptum Livio dedisset*] Vet. lib. *Romae*. SIG. Pal. 1. exhibet *Roma*. GEBH. *Roma* Harl. et Hearnii L. 1. *Romae* Lovel. 1. 2. Ber. Hafn. Hav. et Hearnii N. utramque lectionem servant Flor. et Voss. illam a m. 1. hanc a m. 2. Praeterea *nuptam Livio dedisset* Lov. 3. Harl. Ber. Hafn. *nuptu Livio dedisset* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *nuptui Livio dedisset* Lovel. 4. et 5. Sed nihil mutandum. Infra 30, 13, 5. *Sed etiam filiam ei nuptum dederit*. V. ad 1, 49, 9. ubi ex Caesare laudatum *nuptum in alias civitates conlocasse* hic etiam vulgatum *Romam* defendit.

§. 7. *Non enim per defectionem* etc. *plebem spectare, sed per caedem*] *Non enim defectionem* etc. *plebem spectare, sed caede senatus* Lovel. 3.

§. 8. *Si se permittant sibi, et, certaminum in republica oblitti, credant*] *oblitum* Pal. 3. ut et statim *in hoc quidem fidem, quam vultis, ipsum accipe*. GEBH. *si*

Digitized by Google

liberare eos, si se permittant sibi, et, certaminum in republica obliti, credant. Quum omnes victi metu permitterent; *Claudam in curia vos*, inquit, *et, tamquam et ipse cogitati facinoris particeps, adprobando consilia, quibus nequidquam adversarer, viam saluti vestrae inveniam. In hoc fidem, quam vultis ipsi, accipite.* Fide data egressus, claudi curiam, jubet, praesidiumque in vestibulo reliquit; ne quis adire curiam injussu suo, neve inde egredi possit. 9 10

III. Tunc vocato ad concionem populo, *Quod saepe*, inquit, *optastis, Campani, ut supplicii sumendi vobis ex inprobo ac detestabili senatu potestas esset; eam nunc, non per tumultum expugnantes* 1 2

permittant sibi Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et, quas vidi, edd. antt. *Tò se* primus recepit Ascens. anno 1513. et recte. *Permittere* enim hic est fidei alicujus committere, sive, ut subjungit, *credere*. V. ad 8, 31, 9.

§. 9. *Claudam in curiam vos, inquit, et, tamquam*] *Tò inquit* non adparet in Voss. Lovel. 1. 2. et Harl. Alio ordine *Claudam, inquit, in curia vos* legunt Flor. et Ber. *Claudam in curia, ait, vos* Lovel. 3. Insuper *Claudam in curiam* Harl. Gaertn. et Hav. cap. seq. *Clausos omnes in curiam accipite.* quomodo *includere in carcerem* infra est 38, 59, 10. ubi alia vide. Deinde vocula *et* deest in Hav. et a manu 2. in Hearnii N. Subsequens *et* in Lovel. 5. Mox *nequaquam*, pro *nequidquam*, Hav. V. ad 27, 26, 1.

§. 10. *Praesidiumque in vestibulo reliquit*] *relinquit* Lov. 5. cujus scriba forte id tempus requiri existimavit, quia praecessit *jubet*. At saepe praesentia et praeterita jungi vidimus ad 9, 41, 16. Mox *injussus*, pro *injussu suo*, Cant. Male. V. ad 22, 22, 9. Tum *posset*, pro *possit*, Harl. et Lovel. 4.

§. 1. *Ex inprobo ac detestabili senatu*] Videtur librarius vetus scribere voluisse *intestabili*. sed mutavit. Nota est formula *Improbus intestabilisque esto*. LIPS. 2. Epist. Quaest. 5. Nihil variant libri omnes. Interim tamen Cl. Lipsius ex veteri formula nimis juvenili corrigendi prurigine et hic subjiciendum censuit *intestabili*. Quod tamen tantis de literarum omni genere meritis viri celeberrimi condonandum est. GEBH. Rejiciendae Lipsii conjecturae, quam nullus codex probat, sufficit, Livium *ac* ante vocem a vocali incipientem uti non solere. V. ad 10, 36, 17.

Digitized by Google

domos singulorum, quas praesidiis clientium servorumque tuentur, cum summo vestro periculo, sed
3 *tutam habetis ac liberam. Clausos omnes in curiam accipite, solos, inermes: nec quidquam raptim, aut forte temere egeritis. de singulorum capite vobis jus sententiae dicendae faciam, ut, quas quisque*
4 *meritus est, poenas pendat. Sed ante omnia ita vos irae indulgere oportet, ut potiorem ira salutem atque utilitatem vestram habeatis. etenim hos (ut opinor) odistis senatores; non senatum omnino habere*
5 *non vultis. quippe aut rex, (quod abominandum) aut, quod unum liberae civitatis consilium est, se-*

In principio cap. *Tum vocato*, pro *Tunc*, ostentant Flor. et Lovel. 2. V. ad 2, 12, 15.

§. 2. *Eam nunc, non per tumultum*] Abest a Pall. 1. ac 2. *nunc*. Tert. vero exhibet *etiam non per tumultum*. GEBH. Illud *nunc* abest etiam a Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Mox *clientum*, pro *clientium*, Ber. et ed. Rom. anni 1472. Ita saepe variant codd. scripti. V. ad 2, 16, 4. c. 56, 3. 3, 14, 4. 4, 13, 2. 26, 50, 14. 38, 51, 6. Etiam apud Suet. in Aug. 60. ubi v. Cel. Burm. et in Tib. 1. Verum adeundus est Vossius 4. Gramm. 14.

§. 3. *Ut, quas quisque meritus est, poenas pendat*] Pall. tres, et Vet. ed. *emeritus est poenas*. GEBH. *emeritus* Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. quas vidi, ante Froben. anni 1535. *peremeritus* Flor. cujus librarius duplicem lectionem *permeritus* et *emeritus* hac ratione junxisse videtur. Non displiceret haec lectio *emeritus est*, si Livium *emereri* alibi hoc sensu adhibuisse notassem. Posset autem *emereri* hic accipi vel pro admodum mereri, quemadmodum ita saepe *e* in compositis auget, vel pro simplici mereri. V. quae notavi ad Silii 7, 19. et Cel. Burm. ad Suet. Aug. 24. Et quidem in reliquis codd. qui *meritus* exhibent, prima litera intercidisse dicenda foret ob ultimam vocis praecedentis. V. ad 7, 6, 8. Paullo ante *temere* male exsulat a Lov. 2. Nam *forte temere* et Livius et alii saepissime junxerunt. V. ad 10, 43, 12.

§. 4. *Nam senatum omnino non habere non vultis*] Pal. 3. *non senatum omnino habere non vultis*. GEBH. Put. Pet. Pal. *odistis senatores. non senatum omnino habere non vultis*. J. FR. GRON. Ita et Flor. Lovel. 5. atque Hearnii D. Paullo ante *vos, ut opinor, odistis* perperam est in Ber a m. 1. pro quo m. 2. *vos, ut opinor, hos odistis* pejus datum est.

§. 5. *Itaque duae res simul agendae sunt vobis*] *Ita duae res*

Digitized by Google

natus habendus est. Itaque duae res simul agendae sunt vobis, ut et veterem senatum tollatis, et novum cooptetis. Citari singulos senatores jubebo, 6 de quorum capite vos consulam. quod de quoque censueritis, fiet. Sed prius in ejus locum virum fortem ac strenuum novum senatorem cooptabitis, quam de noxio supplicium sumatur. Inde consedit, et, 7 nominibus in urnam conjectis, citari, quod primum sorte nomen excidit, ipsumque e curia produci jussit. Ubi auditum est nomen, malum et in- 8 probum pro se quisque clamare, et supplicio dignum. Tum Pacuvius, *Video, quae de hoc sententia* 9

simul Gaertn. V. ad 21, 53, 7. *Itaque duae simul res* Ber. Tum *agendae vobis sunt* Flor. Mox *coaptetis* et §. seq. *coaptabitis* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 3, 64, 9. *captetis* Harl. et Hafn.

§. 6. *Citari singulos senatores jubebo*] *jubeo* Voss. Lovel. 1. 3. 5. et Hearnii D. Mox *primo in ejus locum*, pro *prius*, Gaertn. Vox autem *virum* exsulat ab Harl.

§. 7. *Quod primum sorte nomen excidit*] *exiit* Berol. et in margine Hearnii N. Male. Supra 21, 42, 3. *Ut cujusque sors exciderat, arma raptim capiebat.* ubi vide. *forte* est in Lovel. 4. Tum *ex curia produci jussit* Lovel. 3. et Gaertn. *e curia produci jubet* Rec.

§. 9. *Video, quae sententia de hoc sit data. Ejicitur pro malo atque inprobo. bonum senatorem et justum eligite*] Quid si legamus *lata*? Sensus enim est, video hunc a vobis condemnatum esse. SIG. MSS. *justum substituite.* LIPS. 2. Epist. Quaest. 5. Sigonius malit legere, *quae sententia de hoc sit lata.* Lipsius vero ait in suo MS. exstare *bonum senatorem et justum substituite.* quorum utrumvis ut ferri potest, ita nihil mutandum censeo de vulgata lectione et ipsa tolerabili. MOD. Vulgata lectio *sit data* et *justum eligite* vindicat se auctoritate vet. ed. et consensu duorum Pall. 2. ac 3. Primus autem omnino excernit vocem *eligite*, cui suppositum est ab aliena manu ad vacuam membranam *coaptate.* GEBH. Verbum postremum, ut et succedaneum ejus, *substituite*, quod Lipsius protulit, nusquam inveni. Numquid igitur sermo corruptus est, et ita distinguendus? *Ejicitur. Pro malo atque improbo bonum senatorem et justum. Primo silentium* etc. Quomodo plane Barberinus codex. Sic Cicero Philipp. 6, [5.] *Populi Romani igitur est patronus L. Antonius? Malam quidem illi pestem. clamori enim vestro adsentior.* Philipp. 14, [7.] *Memoria tenent, meis sententiis a Kal. Januar.*

Digitized by Google

sit data. Eligite pro malo atque inprobo bonum se-
10 *natorem et justum.* Primo silentium erat inopia potioris subjiciundi; deinde, quum aliquis, omissa verecundia, quempiam nominasset, multo major extemplo clamor oriebatur, quum alii negarent nosse;
11 alii nunc probra, nunc humilitatem sordidamque inopiam, et pudendae artis aut quaestus genus, ob-
12 jicerent. Hoc multo magis in secundo ac tertio citato senatore est factum: ut ipsius poenitere homines adpareret; quem autem in ejus substituerent lo-
13 cum, deesse. quia nec eosdem nominari adtinebat, nihil aliud quam ad audienda probra nominatos, et

nunquam legatos ad Antonium, semper illum hostem, semper hoc bellum. 2. de Nat. Deorum, [4.] *Augures rem ad senatum: senatus ut abdicarent: consules abdicaverunt.* Plinius in Epist. [2, 20.] *Primo impudentiam hominis, qui venerit ad aegram, cujus marito inimicissimus, ipsi invisissimus fuerat.* Nisi forte legendum: *sit data. Eligite pro malo atque improbo bonum.* Aut quia in optimo codice est *datacicitur*, et Sigonius quoque offenditur ad τὸ *data*, lege, *Video, quae sententia de hoc sit. Date igitur pro malo atque improbo* etc. J. FR. GRON. *quae de hoc sententia*, mutato ordine dictionum, Flor. Lovel. quinque, Harl. Ber. et Hav. quod sequor. *data* constanter servant omnes codd. Quamvis itaque *datus* et *latus* in Mstis commutentur, ut vidimus ad 1, 4, 7. Sigonio tamen *lata* substituenti adsentiri nequeo. Certe *dare sententiam* supra est 8, 20, 12. *Meae partes exquirendae magis sententiae, quam dandae, sunt.* Deinde *eicitur* Flor. Lovel. 3. et Gaertn. quomodo passim scribunt librarii antiqui. V. ad 2, 10, 9. *eiciatu-* Ber. et Hav. Ejus loco *eligite* Hearnius in N. invenit; quod etiam m. 2. sed tamen satis antiqua, et inter versus et ad marginem Flor. adscribitur; unde secunda Gronovii conjectura, quam etiam recepi, firmatur: nam insuper ambo illi codd. ultimam vocem hujus periodi omittunt. Eamdem omittunt etiam Cant. Lovel. 4. Rec. et Colbert. apud Doujatium, unde iterum non nihil praesidii peti potest Gronovii tertiae conjecturae. Certe alterutra earum vera est. Quod enim *et justum substituite* sit in Lovel. 1. ac margine Voss. *et justum in hujus locum sufficite* in Lovel. 2. *et justum coaptate* in Lovel. 3. somnia sunt librariorum. Praeterea *Tum Pacuvius*, non *Tunc*, Flor. Lovel. 2. 4. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et priscae edd. pro quo Basileensis anni 1539. *Tunc* substituit. Sed cui bono?

§. 10. *Quum aliquis, omissa verecundia, quempiam nomi-*

Digitized by Google

multo humiliores obscurioresque cetèri erant eis, qui primi memoriae obcurrebant. Ita dilabi homi- 14
nes, notissimum quodque malum maxime tolerabile dicentes esse, jubentesque senatum ex custodia dimitti.

IV. Hoc modo Pacuvius quum obnoxium vitae 1
beneficio senatum multo sibi magis, quam plebi, fecisset, sine armis, jam omnibus concedentibus, dominabatur. Hinc senatores, omissa dignitatis liber- 2
tatisque memoria, plebem adulari, salutare, benigne invitare, adparatis accipere epulis, eas caussas 3
suscipere, ei semper parti adesse, secundum eam,

nasset] Pal. 1. numero multitudinis *cum aliqui* etc. *nominassent*. GEBH. Ita etiam Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et editi ante Aldum. *nominassent* etiam Voss. et Hearnii N. Paullo ante *subiciendi*, pro *subjiciundi*, Flor.

§. 12. *In secundo ac tertio senatore factum est*] Vet. lib. *ac tertio citato senatore*. SIG. Pall. tres, et vet. ed. *tertio citato senatore est factum*. GEBH. *citato*, quod interponit Sigonius, non MSS. modo, sed et antiquae omnes editiones habent usque ad Frobenium: hic primo omisit: inde Gryphius et caeteri. J. FR. GRON. *citato* agnoscunt etiam omnes nostri, et Hearnii codices. Praeterea, trajectis vocibus, *est factum* Flor. Lovel. 1. 2. 4. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. quas vidi, Basileensi anni 1539. antiquiores. Unde ita edi jussi.

§. 14. *Ita dilabi homines*] *Ita dilabi coeperunt homines* Lov. 3. Sed v. ad 1, 50, 5. Mox *malum* omittitur scribae neglegentia in Harlej. Hinc *e custodia* legunt Ber. et Rec.

§. 1. *Jam omnibus concedentibus, dominabatur*] *jam omnis concedentibus* Put. ut Gronov. monuit ad 21, 60, 7. ubi de hoc errore plura vide. Neque aliter Flor. Lovel. 1. et Harl. Praeterea *donabatur* Flor. Lov. 4. Harl. et Gaertn. V. ad 6, 35, 5.

§. 2. *Plebem adfari*] Put. *plebem aduari*. Lege cum Salmasio *adulari*. J. FR. GRON. Salmasii conjecturam veram puto. Antiquos autem *adulari* potius cum casu quarto, quam tertio, construxisse, jam docuit Quinctil. 9. Inst. 3. in princ. ubi v. Cel. Burm. Utriusque constructionis exempla apud Livium obcurrunt. Dativum huic verbo junxit 36, 7, 4. *Praesentibus adulando semper*. Accusativum 45, 31, 4. *Adulando aut Romanorum imperium, aut amicitiam regum*.

Salutare, benigne invitare] Pal. 2. *benigne mutare*. Legendum forte *mutitare*, hoc est, mu-

Digitized by Google

litem judices dare, quae magis popularis aptiorque
4 in vulgus favori conciliando esset. Jam vero nihil in senatu actum aliter, quam si plebis ibi esset concilium. Prona semper civitas in luxuriam, non ingeniorum modo vitio, sed adfluenti copia voluptatua cum plebe convivia agitare. Gellius 18, 2. *Quam ob caussam patricii Megalensibus mutitare soliti sunt, plebes Cerealibus.* Quo in loco Henr. Stephanus legit *mutuitare*, sicut et 2, 24. GEBH. Unius librarii errantis caussa nihil mutandum censeo. — Inducta alia interpunctione *salutare benigne*, *invitare* legendum censet Cel. Burm. ad Petron. Sat. 44. p. 280. ed. ultimae. —

§. 3. *Adparatis accipere epulis*] Pall. 2. et 3. *excipere*. GEBH. Et hic omnes codd. stant a vulgato. Id autem, non minus quam alterum, verbum convivale est. V. Cerdam ad Virg. 3. Aen. 353. et Cel. Burm. ad Petr. Satyr. 42. *Adparatis epulis*, ut 24, 16, 17. *Adparata convivia omnibus in propatulo aedium fuerant.* 33, 48, 6. *Adparatae celebrataeque ejus diei epulae sunt.* V. Cel. Graev. ad Justin. 1, 6, 5. Ita *ludi adparatiores* infra 44, 9, 5. ubi vide.

Eas caussas suscipere, ei semper parti adesse] Ita Gronov. ad verba seq. ex Put. et Pet. meliore emendavit, eamque lectionem in contextum admisit, adsentiente ex meis Flor. Antea edebatur *ejus caussas suspicere, ei semper parati adesse.* Ex meis fere omnes reliqui *ejus caussas* servant. Sed *ejus semper parti* praeferunt Lovel. 2. 3. Hafn. et Gaertn. *ejusque semper parti* Ber. a m. 1. *ejusque semper paruti* a m. 2. *ei semper parati* a m. 2. [?]

Secundum eum in lite judicem dare, qui magis popularis] Vetus *secundum ea militem judices dare.* Omnino scribendum *secundum eum, litem judices dare, qui. Dare litem secundum aliquem* merum Latium. Judices igitur, inquit, caussam illi plerumque addicebant, qui aptissimus ad conciliandum vulgus. LIPS. 2. Ep. Quaest. 5. Editio Moguntinensis antiqua tamen habet expressim *secundum eam in lite judicem dare.* ut de plebe hoc accipiatur, cui judex datus sit a senatoribus ex animi sui sententia. MOD. Pal. 1. malignitatem correctorum expertus est, *secundum eam in litem judices dare* exhibens, ut rescripsit in sua quoque ed. Andreas, invenique in Pal. 3. Pal. vero sec. *secundum eam litem judices dare.* GEBH. Lipsius vidit sensum, et orationem fecit Latiniorem refingendo, *secundum eum litem judices dare.* Sed vera lectio suppeditatur a Put. et Pet. meliore: *eas caussas suscipere, ei semper parti adesse, secundum eam litem judices dare, quae magis popularis.* Ita plane illi duo, nisi quod una abundante litera: *eamilitem.* Pronomen *eam* intelligit *partem* ex commate praecedente. J. FR. GRON. Doujatius edidit *secundum eam, in litem judices dare, quae magis*; et, plerosque scriptos ita habere professus, ejus lectionis hunc sensum credit: senatores Campani *ad litem* (ipse edidit tamen *in litem*) quamque judicandam, *secundum eam*, nimirum *partem, quae magis popularis esset, ju-*

Digitized by Google

tium, et inlecebris omnis amoenitatis maritimae terrestrisque; tum vero ita obsequio principum et 5
licentia plebei lascivire, ut nec libidini nec sumtibus modus esset. ad contemtum legum, magistra- 6
tuum, senatus, accessit tum, post Cannensem cla-

dices dare. At nullus, vel meorum, vel Gronovii, vel Hearnii, ita exhibet; et Gebhardus ex duobus tantum Pall. (quos tamen Doujatius non consuluit) et ed. principe eam scripturam protulit, quam etiam inveni in aliis vett. edd. alii deinde substituerunt *secundum eam in litem judicem dare, quae.* Ascensius anno 1513. *secundum eam in lite judicem dare, quae.* Frobenius anno 1531. *secundum eum in lite judicem dare, qui.* Gronov. tandem recte ex Mstis suis emendavit *secundum eam, litem judices dare, quae,* quod superest in Flor. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. *secundum ea militem judices dare, quae* Lovel. 1. *secundum eam milites judices dare, quae,* Voss. qui *judicem* exhibet a m. 2. *secundum ea in litem judices dare, qui* Lovel. 2. Cl. Crevier. recepta Gronovii lectione, ejus hunc sensum explicat: dabant, assignabant judices pronos ad favendum ei litigatori, qui magis acceptus populo esset. Verum ut emendationi, ita etiam expositioni Gronovii adhaerendum, puto. *judices dare litem secundum eam,* scilicet partem, *quae* etc. *Judices* hic accipiendum, si judices essent. V. ad 9, 18, 4. *litem dare secundum aliquem,* est ita sententiam pronunciare, ut is caussam obtineat. Gellius 5, 10. *Si contra te lis data erit, merces mihi ex sententia debebitur, quia ego vicero: sin vero secundum te judicatum erit, merces mihi ex pacto debebitur; quia tu viceris.* Cic. pro Rosc. Com. 1. *Quo minus secundum eas lis detur, non recusamus.* ubi v. viros doctos, et Brisson. in Lexico v. *Dare simpliciter.* Ubi tamen, vitiosa priorum edd. lectione deceptus, *secundum eum in lite judicium dare* reponere videtur.

§. 4. *Quam si plebis ibi esset concilium*] Vet. lib. *adesset.* SIG. Pal. 2. *quam si ibi plebis esset consilium.* GEBH. *adesset* unus Hav. *consilium* unus Lovel. 4. sed uterque mendose. Mox *copia voluptatium* Flor. quod ejus fide recepi. V. supra ad 7, 38, 5. Deinde *amoenitatis marinae terrestrisque,* pro *maritimae,* Lovel. 4. V. ad c. 15, 1.

§. 5. *Et licentia plebis lascivire*] Legitur in Pal. 1. *licentia plebei.* GEBH. Etiam in Voss. Lovel. 1. 3. et Ber. a m. altera; quod etiam Cl. Jac. Gronovius admisit. *licentia plebeis* est in Flor. et Exc. Pithoei, ubi utraque lectio *plebei* et *plebis* juncta videri potest. *plebes lascivire* plures ex edd. vetustissimis.

§. 5. *Ad contemtum legum, magistratuum, senatusque accessit*] Copulativam esse jubent optimi. J. FR. GRON. Illis, qui τὸ *que* omittunt, adnumerandi sunt Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. et Hearnii L. 1. ac D.

Cujus aliqua erat verecundia, Romanum quoque imperium spernerent] Superbia Campana

Digitized by Google

dem, ut, cujus aliqua erat verecundia, Romanum
7 quoque imperium spernerent. id modo erat in mora, ne extemplo deficerent, quod connubium vetustum multas familias /claras ac potentes Romanis
8 miscuerat: et quod, quum militarent aliquot apud Romanos, maximum vinculum erant trecenti equites, nobilissimus quisque Campanorum, in praesidia Sicularum urbium delecti ab Romanis ac missi.

1 V. Horum parentes cognatique aegre pervicerunt, ut legati ad consulem Romanum mitterentur. Ii, nondum Canusium profectum, sed Venusiae cum paucis ac semiermibus consulem invenerunt, quam poterat maxime miserabilem bonis sociis; superbis atque infidelibus, ut erant Campani, sper-
2 nendum. Et auxit rerum suarum suique contem-

etiam proverbio innotuit. Doctissimus poëta Ausonius de clar. urb. [carm. 6.]

Mox ut in occasum vitiis communibus acti
Corruerunt Poeni luxu, Campania fastu.

Sic enim, me judice, eleganter hos versus interpolat in lectissimis suis Electis noster Lipsius [1, 24.] MOD. *cujus erat aliqua verecundia* Hav. *cujus aliqua verecundia erat, Romanum spernerent imperium* Flor.

§. 7. *Id modo erat in mora, ne id extemplo efficerent*] Deficit in Pal. 1. posterius *id*. sec. habet *id modo erat in mora, ne extemplo deficerent*. GEBH. Pronomen in iisdem [optimis] desideratur. Scribe *ne extemplo deficerent*. quomodo et nonnulli veteres clare. J. FR. GRON. Desideratur etiam pronomen posterius in Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. et Hav. Hearne etiam suos Gronovii emendationi favere testatur. certe *deficerent* est in Lovel. 2. 3. 4. 5. Ber. et Hav.

§. 8. *Et quod* etc. *maximum vinculum erant trecenti equites*] Cl. Crevierio supervacaneum omnino videtur illud *quod* et inelegans. Abesse posse consentio; sed ita innumera in Livio supervacanea erunt. Cur vero inelegans vocetur, caussam non video. Duplicem rationem dilatae defectionis Livius reddit, et quamque earum per voculam *quod* proponit: *quod connubium* etc. *et quod*, *quum* etc. Tantum abest, τὸ *quod* supervacaneum aut inelegans videri posse, ut brevitatis studiosissimus et simul elegantissimus scriptor Sallustius ita loqui amarit. V. Cl. Cortium ad Catil. 9, 6. (* ad Liv. 35, 7, 2,) Ce-

Digitized by Google

tum consul nimis detegendo cladem nudandoque. Nam quum legati, aegre ferre senatum populumque 3 Campanum, adversi quidquam evenisse Romanis, nunciassent, pollicerenturque omnia, quae ad bellum opus essent; *Morem magis*, inquit, *loquendi* 4 *cum sociis servastis, Campani, jubentes, quae opus essent ad bellum, imperare, quam convenienter ad praesentem fortunae nostrae statum locuti estis. Quid enim nobis ad Cannas relictum est, ut, quasi* 5 *aliquid habeamus, id, quod deest, expleri ab sociis velimus? Pedites vobis imperemus, tamquam equites habeamus? pecuniam deesse dicamus, tamquam ea tantum desit? Nihil, ne quod suppleremus qui-* 6 *dem, nobis reliquit fortuna. legiones, equitatus, arma, signa, equi virique, pecunia, commeatus,*

terum *erat* Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N.

§. 1. *Legati ad consulem Romanum mitterentur. Hi nondum*] *mitterentur duo. nondum* Voss. Lovel. 2. 3. Harl. Ber. Hafn. Rec. et Hav. Saepe pronomen *ii* et numeri binarii nota *II* a librariis commutantur. V. ad 36, 43, 11. Duplicem lectionem *mitterentur duo. Hi nondum* jungunt Lovel. 4. 5. et Gaertn. *mitterentur. missi nondum* legunt editi ante Ald. Mox *poterat* deest in Ber. a m. 2. et Hav. Ejus loco *poterant* legunt Flor. Lovel. 1. 2. 3. Harl. et Gaertn.

§. 4. *Morem, inquit, magis loquendi*] *Morem magis, inquit*, trajectis vocibus, Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Quin et addit vocem Ber. *inquit consul, loquendi*. Paullo post *imperitare*, pro *imperare*, editi ante Aldum.

§. 5. *Ut, quasi aliquid habeamus, id, quod deest, expleri ab sociis velimus*] Pal. 1. *ut, qui aliquid habeamus*. sec. *ut, quia aliquid habeamus*. tert. *quam quod aliquid* etc. GEBH. *ut qui aliquid habeamus* Lovel. 1. 2. 3. et Harl. *ut, quia aliquid habeamus* Flor. Cant. Lov. 4. et Gaertn. Tum *id quod est* Flor. et Lovel. 1. ac 3.

§. 6. *Aut in ruinis postero die amissis*] Quas, quaeso, *ruinas* hic finxerunt sibi? solus eas fulcit Put. in quo *autuinis postero*. Emenda *aut in acie, aut binis postero die amissis castris*. V. libro praecedenti. J. FR. GRON. Quum Put. lectio commodum sensum non praeberet, unica litera auctius *aut ruinis* datum est in Flor. Voss. et Colbert. apud Dou-

Digitized by Google

aut in acie, aut binis postero die amissis castris
7 *perierunt. Itaque non juvetis nos in bello oportet,*
Campani, sed pene bellum pro nobis suscipiatis.
8 *Veniat in mentem, ut trepidos quondam majores*
vestros intra moenia compulsos; nec Samnitem modo
hostem, sed etiam Sidicinum paventes, receptos in
fidem apud Saticulam defenderimus, coeptumque

jatium; quum potius *u* vertenda esset in *b*.

§. 7. *Itaque non juvetis nos in bello oportet, Campani*] Pal. 3. *Itaque ut juvetis.* GEBH. *Itaque non juvetis modo nos* Brancal. Latinii. Vox *Campani* omittitur a librariis Lovel. 4. et 5.

Sed cum Poenis bellum pro nobis suscipiatis] Lectio vetus, *sed paene bellum suscipiatis.* Utraque recta, haec fortasse germanior. LIPS. 2. Epist. Quaest. 8. Nostra Mogunt. nensis editio vetus *sed cum Poeno bellum pro nobis suscipiatis.* Vetus Lipsii codex *sed poene bellum suscipiatis.* Quorum ut neutrum spreverim, ita vulgatam lectionem, recta et proba cum sit, rejiciendam et expungendam non putavi. MOD. *sed poene bellum* non Lipsiani modo est, sed omnium meliorum librorum. J. FR. GRON. Lectio, quae Lipsii tempore exstitit, ab Aldo est. Priores ediderunt *cum Poeno. sed Poeni bellum* legunt Lov. 4. Harl. et Cant. *sed potius bellum* Lovel. 3. *sed pene bella* Lov. 5. *sed pene bellum* Flor. Voss. Lov. 1. et Gaertn. Vox *bellum* deficit in Lovel. 2.

§. 8. *Receptos in fidem ad Saticulam defenderimus*] *Saticulam*, ut in l. 7, [32, 2.] dixi, et saepe alias. SIG. Pall. 1. ac 3. *recepto in fidem Satricula defenderimus.* GEBH. *receptos in fidem Satricula* Flor. Cant. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Roc. et Gaertn. *receptos in fidem Satriculam* Lovel. 1. 2. Ber. et Hav. *receptos in fidem Saticulam* Voss. *receptos in fidem apud Satriculam* Exc. Pithoei. Paullo ante *trepidos quosdam majores* Flor. a m. 1. Voss. Harl. et Hearnii Oxon. nisi quod N. *quondam* praeferat in margine. Tum *non Samnitem modo hostem, sed Sidicinum* Ber. a m. 1. et edd. ante Aldum. V. ad cap. seq. §. 1. *sed Sidicinum etiam* Ber. a m. 2.

Per centum prope annos] Libro 31, [31, 10.] ait legatus Romanus in concilio Aetolorum, *per annos prope septuaginta.* quod magis verisimile est ex catalogo consulum et annalibus. sed hic oratorie omnia auget. GLAR. Elatorie dixit Terentius *per centum prope annos.* Verius autem legatus Romanus in concilio Aetolorum l. 31, [31, 10.] qui *per annos septuaginta* bellatum esse cum Samnitibus ait. Etenim coeptum est anno ab urbe condita CDXII, M. Valerio, A. Cornelio consulibus, finitum anno CDLXXIX, C. Fabricio, C. Claudio consulibus. De iis enim C. Claudius consul triumphavit, ut exstat in Capitolinis triumphorum fragmentis. † „ Haec omnia diligenter a Glareano notata, tamquam ipse primus invenerit, narrat. „ † SIG.

Digitized by Google

propter vos cum Samnitibus bellum per centum prope annos, variante fortuna eventum, tulerimus. Adji- 9
cite ad haec, quod foedus aequum deditis, quod leges vestras, quod ad extremum (id quod ante Cannensem certe cladem maximum fuit) civitatem nostram magnae parti vestrûm dedimus, communicavimusque vobiscum. Itaque communem vos hanc 10

§. 9. *Quod foedus aequum dedimus, quod leges nostras*] Hoc factum M. Foslio, L. Plautio consulibus, ut ait 9, [20, 5.] *Eodem anno primum praefecti Capuae creari coepti, legibus ab L. Furio praetore datis.* SIG. Optimi quique *dedistis*, et *vestras*. Haud dubie verum est, *quod foedus aequum deditis*, *quod leges vestras*. Recurre ad l. 7. *Nostras* tolerari posset, ut respiceretur ad leges a L. Furio praetore datas, cum illi hoc pro remedio aegris rebus discordia intestina peterent: de quo l. 9, [20.] Sed illud magis decet plenam libertatem deditis redditam. 45, [29, 4.] *Liberos esse jubere Macedonas, habentes urbes easdem agrosque, utentes legibus suis, annuos creantes magistratus.* J. FR. GRON. *leges vestras* melius esse vulgato *leges nostras*, facile ex iis, quae alibi scribit, videre potuisset Sigonius. Nam 2. de Ant. jur. Ital. 14. docet, foederatas civitates, quas inter etiam Capuam recenset, suas leges habuisse. DUK. *dedistis* non tantum optimi quique, verum etiam, praeter Hav. omnes mei, insuper Hearnii L. 1. D. N. et Brancal. Latinii: quod recte Gronov. in *deditis* mutavit. At *leges vestras* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Hearnii L. 1. et D.

Id quod ante Cannensem certe cladem maximum fuit] Cantabrig. *τὸ quod* non agnoscit, et melius aberit. JAC. GRON. Omnes nostri *τὸ quod* constanter tuentur: quare, quae etiam Cl. Dukeri sententia erat, non tantum Cant. tribuendum censeo, ut, reliquis invitis, ejus unius auctoritate deleatur, praesertim quum Liv. ita saepissime loqui soleat. Infra hoc lib. c. 13, 4. *Id quod Dii omen avertant.* c. 16, 10. *Id quod per aliquot dies fecerat.* 25, 22, 3. *Id quod post Cannensem accidisset cladem.* 27, 33, 7. *Id quod nullo ante bello acciderat.* 30, 12, 11. *Id quod erat.* 33, 48, 8. *Id quod serum erat.* 38, 31, 4. *Id quod jam diu moliretur.* 41, 24, 14. *Id quod erat vetusta conjunctio.* 42, 44, 1. *Id quod maxime gratum erat Romanis.* Alia supra v. ad 6, 17, 6. Neque intelligo, cur Gronov. illud *quod* melius abfuturum judicaverit; nisi forte ita pronunciaverit, quoniam mox, quamvis alio sensu, praecesserit. Verum, id Livio insolens non esse, supra docui ad 5, 20, 6. Praeterea *certe* deest in Lovel. 3. Hinc *magnae parti vestrorum* habent Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *vestrum* Flor.

§. 10. *Communem patriam tuendam arbitrari esse*] *arbitremini* Hav. et Brancal. Latinii. *arbitremini esse* Hearnii N. *arbitrari se* Lovel. 3. *arbitrarier* Lovel. 5. *arbitrarier se* Flor. Voss.

Digitized by Google

aut in acie, aut binis postero die amissis castris
7 *perierunt. Itaque non juvetis nos in bello oportet,*
Campani, sed pene bellum pro nobis suscipiatis.
8 *Veniat in mentem, ut trepidos quondam majores*
vestros intra moenia compulsos; nec Samnitem modo
hostem, sed etiam Sidicinum paventes, receptos in
fidem apud Saticulam defenderimus, coeptumque

jatium; quum potius *u* vertenda esset in *b*.

§. 7. *Itaque non juvetis nos in bello oportet, Campani*] Pal. 3. *Itaque ut juvetis*. GEBH. *Itaque non juvetis modo nos* Brancal. Latinii. Vox *Campani* omittitur a librariis Lovel. 4. et 5.

Sed cum Poenis bellum pro nobis suscipiatis] Lectio vetus, *sed paene bellum suscipiatis*. Utraque recta, haec fortasse germanior. LIPS. 2. Epist. Quaest. 8. Nostra Mogunt. nensis editio vetus *sed cum Poeno bellum pro nobis suscipiatis*. Vetus Lipsii codex *sed poene bellum suscipiatis*. Quorum ut neutrum spreverim, ita vulgatam lectionem, recta et proba cum sit, rejiciendam et expungendam non putavi. MOD. *sed poene bellum* non Lipsiani modo est, sed omnium meliorum librorum. J. FR. GRON. Lectio, quae Lipsii tempore extitit, ab Aldo est. Priores ediderunt *cum Poeno. sed Poeni bellum* legunt Lov. 4. Harl. et Cant. *sed potius bellum* Lovel. 3. *sed pene bella* Lov. 5. *sed pene bellum* Flor. Voss. Lov. 1. et Gaertn. Vox *bellum* deficit in Lovel. 2.

§. 8. *Receptos in fidem ad Saticulam defenderimus*] *Saticulam*, ut in l. 7, [32, 2.] dixi, et saepe alias. SIG. Pall. 1. ac 3. *recepto in fidem Satricula defenderimus*. GEBH. *receptos in fidem Satricula* Flor. Cant. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Roc. et Gaertn. *receptos in fidem Satriculam* Lovel. 1. 2. Ber. et Hav. *receptos in fidem Saticulam* Voss. *receptos in fidem apud Satriculam* Exc. Pithoei. Paullo ante *trepidos quosdam majores* Flor. a m. 1. Voss. Harl. et Hearnii Oxon. nisi quod N. *quondam* praeferat in margine. Tum *non Samnitem modo hostem, sed Sidicinum* Ber. a m. 1. et edd. ante Aldum. V. ad cap. seq. §. 1. *sed Sidicinum etiam* Ber. a m. 2.

Per centum prope annos] Libro 31, [31, 10.] ait legatus Romanus in concilio Aetolorum, *per annos prope septuaginta*. quod magis verisimile est ex catalogo consulum et annalibus. sed hic oratorie omnia auget. GLAR. Elatorie dixit Terentius *per centum prope annos*. Verius autem legatus Romanus in concilio Aetolorum l. 31, [31, 10.] qui *per annos septuaginta* bellatum esse cum Samnitibus ait. Etenim coeptum est anno ab urbe condita CDXII, M. Valerio, A. Cornelio consulibus, finitum anno CDLXXIX, C. Fabricio, C. Claudio consulibus. De iis enim C. Claudius consul triumphavit, ut exstat in Capitolinis triumphorum fragmentis. †„ Haec omnia diligenter a Glareano notata, tamquam ipse primus invenerit, narrat.„ † SIG.

Digitized by Google

propter vos cum Samnitibus bellum per centum prope annos, variante fortuna eventum, tulerimus. Adjicite ad haec, quod foedus aequum deditis, quod leges vestras, quod ad extremum (id quod ante Cannensem certe cladem maximum fuit) civitatem nostram magnae parti vestrûm dedimus, communicavimusque vobiscum. Itaque communem vos hanc 9 10

§. 9. *Quod foedus aequum dedimus, quod leges nostras*] Hoc factum M. Foslio, L. Plautio consulibus, ut aït 9, [20, 5.] *Eodem anno primum praefecti Capuae creari coepti, legibus ab L. Furio praetore datis.* SIG. Optimi quique *dedistis*, et *vestras*. Haud dubie verum est, *quod foedus aequum deditis*, *quod leges vestras*. Recurre ad l. 7. *Nostras* tolerari posset, ut respiceretur ad leges a L. Furio praetore datas, cum illi hoc pro remedio aegris rebus discordia intestina peterent: de quo l. 9, [20.] Sed illud magis decet plenam libertatem deditis redditam. 45, [29, 4.] *Liberos esse jubere Macedonas, habentes urbes easdem agrosque, utentes legibus suis, annuos creantes magistratus.* J. FR. GRON. *leges vestras* melius esse vulgato *leges nostras*, facile ex iis, quae alibi scribit, videre potuisset Sigonius. Nam 2. de Ant. jur. Ital. 14. docet, foederatas civitates, quas inter etiam Capuam recenset, suas leges habuisse. DUK. *dedistis* non tantum optimi quique, verum etiam, praeter Hav. omnes mei, insuper Hearnii L. 1. D. N. et Brancal. Latinii: quod recte Gronov. in *deditis* mutavit. At *leges vestras* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Hearnii L. 1. et D.

Id quod ante Cannensem certe cladem maximum fuit] Cantabrig. *τὸ quod* non agnoscit, et melius aberit. JAC. GRON. Omnes nostri *τὸ quod* constanter tuentur: quare, quae etiam Cl. Dukeri sententia erat, non tantum Cant. tribuendum censeo, ut, reliquis invitis, ejus unius auctoritate deleatur, praesertim quum Liv. ita saepissime loqui soleat. Infra hoc lib. c. 13, 4. *Id quod Dii omen avertant.* c. 16, 10. *Id quod per aliquot dies fecerat.* 25, 22, 3. *Id quod post Cannensem accidisset cladem.* 27, 33, 7. *Id quod nullo ante bello acciderat.* 30, 12, 11. *Id quod erat.* 33, 48, 8. *Id quod serum erat.* 38, 31, 4. *Id quod jam diu moliretur.* 41, 24, 14. *Id quod erat vetusta conjunctio.* 42, 44, 1. *Id quod maxime gratum erat Romanis.* Alia supra v. ad 6, 17, 6. Neque intelligo, cur Gronov. illud *quod* melius abfuturum judicaverit; nisi forte ita pronunciaverit, quoniam mox, quamvis alio sensu, praecesserit. Verum, id Livio insolens non esse, supra docui ad 5, 20, 6. Praeterea *certe* deest in Lovel. 3. Hinc *magnae parti vestrorum* habent Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *vestrum* Flor.

§. 10. *Communem patriam tuendam arbitrari esse*] *arbitremini* Hav. et Brancal. Latinii. *arbitremini esse* Hearnii N. *arbitrari se* Lovel. 3. *arbitrarier* Lovel. 5. *arbitrarier se* Flor. Voss.

Digitized by Google

cladem, quae accepta est, credere, Campani, oportet, communem patriam tuendam arbitrari esse.
11 *Non cum Samnite aut Etrusco res est, ut, quod a nobis ablatum sit, in Italia tamen imperium maneat. Poenus hostis, ne Africae quidem indigenam, ab ultimis terrarum oris, freto Oceani Herculisque columnis, expertem omnis juris et conditionis et lin-*
12 *guae prope humanae, militem trahit. Hunc, natura et moribus inmitem ferumque, insuper dux ip-*

et Harl. *arbitrarier esse* Hearnii L. 1.

§. 11. *Poenus hostis ne Africae quidem indigenam, ab ultimis terrarum oris*] Ita habent vetustiores codices, ut sit adjectivum ad *militem*, non ad *hostis*. Quidam temere, meo quidem judicio, mutarunt in nominativum *indigena:* cum utique Hannibal esset Africae indigena, sed non omnes ejus milites. Loquitur autem de ea, quae proprie Africa, in qua Carthago. GLAR. Veteres libri habent *indigenam*, quam lectionem probo, ut non Annibalem, sed militem ejus Africae indigenam esse neget, quippe quem ex ultimis terrarum oris extraxisset. Etenim 28, [42,10.] sic ait, cum de exercitu Romano loquatur: *Romana arma, et exercitum alienigenam.* †,, Haec ,, quoque a Glareano notata ,, sunt. ,, †. SIG. Hermol. Barbarus in Castigat. ad Plinii 3. H. N. 5. ex corrupta scriptura *indigena* conficere vult, Annibalem in Hispania, non in Africa, natum esse. DUK. *indigena* Flor. Harl. Rec. Gaertn. et pr. edd. *indigenas* Lovel. 2. reliqui cum Oxon. Hearnii recte *indigenam*. Deinde *sed ab ultimis* Harl. [Lov.?] 5. et Ber.

§. 12. *Pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue faciendis*] V. Flor. 2, 6, 18. et quae ibi notarunt viri docti. Ceterum *pontibusque ac molibus* Lov. 2. *pontibus molibusque* Lov. 4.

Vesci humanis corporibus docendo] De Annibalis crudelitate loquitur, qui adeo efferaverat animos militum, ut eos etiam vesci carnibus humanis docuerit. Hoc autem falsum esse, tradit Porphyrius l. 2. *περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων*. SIG. Adde huc Victor. 13. Var. Lect. 20. Sed non erat, cur dubitaret, utrum hoc a Varrone oratorie ad augendam invidiam dictum, an a Porphyrio, proposito suo serviente, falso scriptum esset. Nam vera esse, quae Porphyrius prodidit, ex Polybii 9, 1384. Doujatius docuit. (* pro *Doujatius docuit* l. *constat.*) DUK. — Cel. Dukerus loco annotationis suae hanc substitui jussit: Adde huc Victor. 13. Var. Lect. 20. qui non dubitasset vera esse, quae Porphyrius 2. de Abstinent. §. 57. ed. Cantabr. prodidit, fuisse quemdam, qui Hannibali suaserit, ut militem humanis carnibus comedendis adsuefaceret, ne umquam commeatu indigeret, verum Hannibalem consilium illud adspernatum fuisse; si videre potuisset Excerpta Polybii de Virtutibus et Vitiis, in

Digitized by Google

se efferavit, pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue faciendis, et (quod proloqui etiam piget) vesci humanis corporibus docendo. Hos, infandis 13
pastos epulis, quos contingere etiam nefas sit, videre atque habere dominos, et ex Africa et a Karthagine jura petere, et Italiam Numidarum ac Maurorum pati provinciam esse, cui non, genito modo in Italia, detestabile sit? Pulchrum erit, Campani, 14
prolapsum clade Romanum imperium vestra fide, ve-

quibus haec, p. 1384. ed. Gronov. scripta sunt: unde haud dubie descripsit Porphyrius. Mihi non valde verisimile videtur, Varronem hanc orationem habuisse ad socios, quam ei hic tribuit Livius. DUKER. —

§. 13. *Hos, infandis pastos epulis, quos contingere etiam nefas sit*] Put. et Pet. *His infandis pastos epulis.* Conflat autem hanc invidiam Hannibali unus e comitibus ejus Hannibal Monomachus, qui deliberanti de annona et commeatibus, exercitui per longum ex Hispania in Italiam iter inter barbaras nationes comparandis, consilium dedit διδάξαι τὰς δυνάμεις ἀνθρωποφαγεῖν καὶ τούτῳ ποιήσαι συνήθεις· a quo tamen ipse abhorruit, ut est apud Polyb. in excerptis l. 9. J. FR. GRON. *His infandis* etiam Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Rec. Hav. et Hearnii N. Sed pronomen omittit Flor. Quas autem Livius *infandas epulas* dicit, alii *dapes feras, humanas, cibos inhumanos* vocarunt. V. ad Silii 2, 522.

Et ex Africa et a Karthagine jura petere] Pal. pr. *et ex Africa et ex Carthagine.* sec. *habere dominos, ex Africa et Carthagine.* tert. *et ex Africa et Carthagine.* GEBH. *ex Africa et ex Carthagine*, omisso priori *et*, Lovel. 3. et Gaertn. *et ex Africa et ex Carthagine* Voss. Lovel. 1. 2. Harl. Hav. et Hearnii N. *et ex Africa et Carthagine* Lovel. 4. 5. et Ber. Sed v. ad 6, 28, 3.

Cui non, genito modo in Italia, detestabile sit] Pal. pr. *genito modo in Italiam.* Inverso ordine sec. *cui non genito modo detestabile in Italiam sit.* GEBH. *genito modo in Italiam* Voss. Harl. et Hav. *genito in Italiam* Lovel. 1.

§. 14. *Pulchrum erit, Campani, prolapsum clade Romanum imperium*] Non agnosco hic damnum pulcri sensus, qui recuperetur scribendo *Romana.* Nam et sic apud socios loquuntur, 27, (9, 12.] *Tum quidem, quae temere agitassent, ea prodendi imperii Romani fore.* Et inferius hoc lib. [c. 28, 8.] *Illum Romani finem imperii fore.* J. FR. GRON. Designat Freinsh. ad Curtii 8, 10, 25. Mihi haec conjectura non inepta esse, et loca Livii, quibus *Romanum* defendit Gronovius, non multum ad eam confutandam facere videntur. Freinshemius non ignorabat dici *imperium Romanum*; sed hoc, credo, repu-

Digitized by Google

15 *stris viribus retentum ac recuperatum esse. Triginta millia peditum, quatuor equitum arbitror ex Campania scribi posse. jam pecuniae adfatim est frumentique. Si parem fortunae vestrae fidem habetis,*

nec

tabat, si legeretur *Romanum*, deesse *nostra*, vel aliud quid, quod ad *clade* referri posset: et recte sibi opponi *Romana clade*, et *vestra fide*, *vestris viribus*. DUK. *Pulchrum erit Campanis* Flor. Voss. Lovel. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. et Hav. *clade Romanorum imperium* Rec. et Gaertn. *clade Romana imperium*, quod recte cum Freinsh. probat Cl. Dukerus, Hafn.

§. 15. *Arbitror ex Campania vos scripsisse. jam pecuniae adfatim esse frumentique*] Ego ista nec Livium scripsisse puto, nec Varronem dixisse. Falsa enim. nec Campani tunc ullum militem conscriptum habebant, nisi qui in Romanis castris fuisset, ne dum ut triginta millia. Quod quispiam ad vetusta tempora referat, nihil est. Liber Mstus leviter dissentit, sed ex quo veritas erui possit. *arbitror ex Campania scripsisse;* omittitque illud *vos*, et statim *affatim est*. Emendo, *arbitror ex Campania scribi posse*. Postremas voces proclive fuit confundere in unam. et deinde *jam pecuniae affatim est*. Omnia certe haec ad praesentem fortunam Campanorum referenda sunt: aut Varro nugas tota cohortatione sua egerit. LIPS. 2. Epist. Quaest. 8. Lipsii codici secundas ferunt Pall. codd. Msti duo. Sec. quoque omittit τὸ *vos*, et in fine aliter nectit, *jam pecuniae affatim est et frumenti*. Vet. ed. male depravata est: *Triginta millia peditum, quatuor equitum arbitrorum ex Campania vos scripsisse. Jam pecuniae affatim esse frumentique*. GEBH. Omnes scripti *arbitror ex Campania scripsisse*. Itaque adsentimur Lipsio reponendum *scribi posse*. J. FR. GRON. *ex Campania scripsisse. jam pecuniae affatim est* etiam omnes mei; sed *et frumenti* Lovel. 3. 4. 5. et Gaertn. *scribi posse* etiam Freinsh. ad Curtii 8, 10, 25.

Qui si parem fortunae vestrae] Scribe *jam pecuniae adfatim est frumentique: si parem fortunae vestrae fidem habetis, nec Hannibal se vicisse sentiet, nec Romani victos esse*. deletis τῷ *qui* et τῷ *se* posteriori. Ita enim volunt Put. et Pet. alioquin *quod si*. J. FR. GRON. *frumenti, qui si parem* Voss. et Flor. a m. 1. in quo deinde emendatum est *frumentique, si parem*, ut Gronov. in suis invenit. *et frumenti. Quod si parem* Lovel. 5. De qua locutione v. ad 2, 29, 8. Sequor tamen optimos. Deinde *nec Romani victos esse* Flor. *nec R. p. victos esse* Voss. Olim edebatur *nec Romani se victos esse*.

§. 1. *Hac oratione consulis dimissis*] Nihil mutant libri. Repone tamen, *Ab hac oratione consulis dimissis redeuntibusque domum legatis*. Ut lib. sequenti [c. 22, 6.] *Ab hac concione legati missi sunt*. 37, [32, 12.] *Ab hac voce ad diripiendam urbem passim discurrerunt*. 44, [34, 6.] *Ab his praeceptis concionem dimisit*. J. FR. GRON. *Hanc orationem* Voss. et Lovel. 1. Si quid tamen mutandum, cum Grono-

Digitized by Google

nec Hannibal se vicisse sentiet, nec Romani victos esse.

VI. Hac oratione consulis dimissis redeuntibus- 1
que domum legatis, unus ex iis, Vibius Virrius, *Tempus venisse*, ait, *quo Campani non agrum so-*

vio malim *Ab hac oratione.* Ita enim innumeris locis Livius loquitur. 5, 46, 4. *A proelio adverso palati fuerant.* 22, 40, 4. *Ab hoc sermone profectum Paullum tradunt.* 24, 39, 1. *Ab hac adhortatione dimissi corpora curant.* 26, 15, 5. *Ab hoc sermone quum digressi essent.* 27, 30, 17. *Ipse ab eo concilio Argos regressus.* ubi alia vide. Adde Markl. ad Stat. 1. Silv. 2, 144. Et hoc sensu Harduin. emendat apud Plin. 7, 54. *Idque enim voluisse, veritum talionem, ab eruto C. Marii cadavere:* quum vulgo praepositio omitteretur, et codd. Msti, ea itidem omissa, legerent *obruto.* Quod si cogitasset Davis. ad Cic. 2. de Leg. 22. eam tamquam prorsus absurdam non traduxisset, hoc praetextu, quod nemo a cadavere talionem metuat. Non enim Harduinum junxisse *talionem ab eruto*, sed potius *voluisse ab eruto*, id est post erutum, ex ejus interpunctione constat. Certe Harduini conjectura longe verisimilior videtur, quam illa Davisii *ob erutum C. Marii cadaver.*

Unus ex iis Subius Virius] Hic est, qui in summa desperatione Capuae senatores ad coenam invitat l. 26, (13, 2.) quo in loco tamen *Vibius Virius* dicitur, non *Subius.* GLAR. Vet. lib. *Vibius Virius.* Puto legendum *Vibus Virius.* Est enim *Vibus* praenomen, ut in *P. Sestio Q. F. VIBI. N.* Capitolino consule. SIG. Pall. *Subius.* Vet. ed. *Virius Subius* inverse. GEBH. Put. *Ubius Virrius.* non *Subius*, non *Vibus.* At 26, (13, 12.) idem integrum est *Vibius Virrius.* J. FR. GRON. *Subvinius*, duabus vocibus in unam contractis. Ber. *Subius* Flor. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertner. Exc. Pithoei, Hearnii D. et N. ac Voss. in contextu, qui *Uvius* habet in margine. *Fabius* Hafn. Sed malim cum Gronov. *Vibius:* eo enim ducunt Hav. et Hearnii L. 1. transpositis literis legentes *Iubius.* Infra etiam 26, 13, 2. Flor. *Vivius*, praefert. Neque necesse est, ut *Vibus* cum Sigonio legamus. Aliam enim esse rationem praenominum apud Romanos, aliam apud reliquos Italiae populos, saepe supra dictum est. V. ad 1, 49, 9. Adde ad cap. seq. §. 4. Certe *Vibius Accuaeus* infra memoratur 25, 14, 4. ubi tamen Sigon. nihil notat. Recte deinde Flor. Putaneo consentiens, et hic et l. 26. *Virrius* exhibet. Neque aliter est in Exc. Pithoei, et Hearnii D. Eadem hujus nominis orthographia est in cod. integerrimo Colon. apud Silium 11, 65. ubi v. quae notantur. Hearnius se *Virbius* in N. *Junius* in L. 1. invenisse testatur.

Tempus venisse, ait] Pall. 2. et 3. *venisse sociis, ait.* GEBH. Ita et Harl. ac Rec. *veniet, ait* Voss. et Lovel. 1.

Sed imperio etiam Italiae] *Tà etiam* abest ab edd. Aldina antiquioribus. Et ita Livium locutum esse, vidimus ad 2, 6, 1. Hic

Digitized by Google

lum, ab Romanis quondam per injuriam ademtum, recuperare, sed imperio etiam Italiae potiri possint.
2 *Foedus enim cum Hannibale, quibus velint legibus, facturos. neque controversiam fore, quin, quum ipse confecto bello Hannibal victor in Africam decedat, exercitumque deportet, Italiae imperium Campanis*
3 *relinquatur.* Haec Virrio loquenti adsensi omnes, ita renunciant legationem, ubi deletum omnibus vide-
4 retur nomen Romanum. Extemplo plebes ad defe-
5 ctionem ac pars major senatus spectare. extracta tamen, auctoritatibus seniorum, per paucos dies est res: postremo vicit sententia plurium, ut iidem legati, qui ad consulem Romanum ierant, ad Hanniba-

tamen, omnibus scriptis dissentientibus, nihil mutandum, ut nec supra cap. praec. §. 8.

§. 2. *Quin ipse confecto bello Hannibal victor in Africam hinc decedat*] Pall. tres, *quin, quum ipse confecto bello.* GEBH. Put. Pet. Voss. tres Pall. *quin, quum ipse confecto.* Put. etiam *in Africa incedebat.* Lege *in Africam decedat,* expuncto τῷ *hinc.* J. FR. GRON. Illud *quum* etiam in omnibus nostris superest. Deinde *in Africam hinc decedat* soli Lovel. 3. et Hav. *in Africam incedat* Ber. a m. 1. *hinc recedat* a m. 2. *inde decedat* Voss. *inde cedat* Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Rec. Gaertn. et Oxon. Hearnii. *in Africam decedat* Flor.

Deportet, Italiae imperium] Tres priores modo nuncupati: *et Italiae.* Possis cogitare, *deportet, et Italiae imperium Campanis relinquat.* J. FR. GRON. *et Italiae imperium,* pro etiam, inveni quoque in Flor. et Harlej. quod facile excidisse potuit ob prioris vocis literas finales. V. ad 35, 41, 7.

§. 3. *Deletum omnibus videretur nomen Romanum*] Pal. 3. *videretur R. imperium.* Justin. 5, 6. *Tantaque strages aut occisorum aut captivorum fuit, ut Atheniensium deletum non imperium tantum, verum etiam nomen videretur.* Confer eodem lib. c. 8. ex quibus patet, majus esse, *nomen delere,* quam *imperium.* GEBH. Liv. 9, 7, 1. *Deploratum pene Romanum nomen in concilio sociorum fidelium esset.* Paullo ante *Virbio loquenti adsensi sunt* Hearnii N. Neque aliter Ber. nisi quod legat *Vinio;* unde patet, verisimilem esse orthographiam *Virrio;* literae enim *rr* et *n* commutantur. V. ad 4, 10, 9.

§. 4. *Extemplo plebes ad defectionem ac pars maxima senatus spectare*] Optimi *pars ma-*

Digitized by Google

lem mitterentur. Quo priusquam iretur, certumque 6
defectionis consilium esset, Romam legatos missos a
Campanis, in quibusdam annalibus invenio, postu-
lantes, ut alter consul Campanus fieret, si rem Ro-
manam adjuvari vellent. indignatione orta, submo- 7
veri a curia jussos esse: missumque lictorem, qui ex
urbe educeret eos, atque eo die manere extra fines
Romanos juberet. Quia nimis compar Latinorum 8
quondam postulatio erat, Coeliusque et alii id haud
sine caussa praetermiserant scriptores, ponere pro
certo sum veritus.

VII. Legati ad Hannibalem venerunt, pacemque 1
cum eo conditionibus fecerunt: *Ne quis imperator*

jor. J. FR. GRON. Ita et Flor. sed *pars magna* Lov. 4. 5. Harl. et Hearnii L. 1. Praeterea vox *plebes* deest in Hearnii L. 1. *plebis* legunt Lovel. 1. Harl. et Hav. *pleb*' Voss. *plebs* Flor. Lovel. 2. 3. 4. 5. Ber. Hav. Rec. et Gaertn.

§. 6. *Quo priusquam iretur*] *irent* Gaertn. De hoc errore v. ad 38, 40, 1.

§. 8. *Nimis compar Latinorum quondam postulationi erat*] De qua supra l. 8, [5.] SIG. Ejus mentionem quoque facit infra c. 22, 6. *Eam sententiam haud aequioribus animis, quam ipsorum quondam postulatum Latinorum, Patres audierunt.* Pal. 3. *nimis compar postulationi eondam Latinorum erat.* GEBH. Put. Pet. unus Pal. cum Aldina *postulatio.* infra c. 22, 6. *Ipsorum quondam postulatum Latinorum.* Sed ibi subaudi, huic postulationi. J. FR GRONOV. *postulatio erat* etiam Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Hafn. Rec. Hav. et Hearnii L. 1. ac N.

Caeliusque et alii, ita ut sine caussa praetermiserant scriptores] Vos sic emendatis *Caeliusque et alii, ut non sine caussa praetermiserant*, quod Grammatica non consentit. Ego sic *Caeliusque et alii scriptores haud sine caussa praetermiserant.* Nam quidam *haud* per *t* scribunt, hincque fuit erroris caussa. VALLA. Ut Valla emendat, praeferunt Ber. et Hav. Plerique reliqui ab eo rejectam scripturam servant. Quod nunc editur, in prima Ald. obvium fuit. Et ita fere Flor. Antea edebatur *Coeliusque et alii quia haud sine caussa.*

§. 1. *Pacemque cum eo his conditionibus fecerunt*] Nec Put. neque ulli alii boni Gall. aut Pall. aut Voss. codices habent *to his.* et jure deleri puto. sed et optimi *conditionis.* Hoc librarii exratum in principe, indeque propagatum, de quo supra. Scribe ergo: *pacemque cum eo conditionibus fecerunt.* Sic

Digitized by Google

magistratusve Poenorum jus ullum in civem Campanum haberet, neve civis Campanus invitus militaret, munusve faceret. ut suae leges, sui magistratus Capuae esset. ut trecentos ex Romanis captivis Poenus daret Campanis, quos ipsi elegissent; cum quibus equitum Campanorum, qui in Sicilia stipendia facerent, permutatio fieret. Haec pacta: illa insuper, quam quae pacta erant, facinora Campani ediderunt.

24, [3, 11.] de Hannone: *Is conditionibus ad deditionem compellere Crotoniatas conatus, ut coloniam* etc. Cic. pro Quinctio [8.] *Annum et sex menses nihil petit, quiescit, conditionibus hunc, quoad potest, producit.* Sallust. Jug. [112.] *Sibi per Dabarem ex Sulla cognitum, posse conditionibus bellum poni.* Pomponius Mela [1, 8.] *Missi ad dirimendum conditionibus bellum.* Nostr 6, [42, 11.] *Cum tamen per dictatorem conditionibus sedatae discordiae sint.* 35, [42, 2.] *Quas neque vi expugnare ad eam diem poterat, neque conditionibus in amicitiam perlicere.* Vellejus 2, [3.] *Discordiaeque civium, antea conditionibus sanari solitae, ferro dijudicatae.* Et de Maroboduo [c. 108] *Finitimos omnes aut bello domuit, aut conditionibus sui juris fecit.* J. FR. GRON. Pronomen *his* praeter unum Ber. nullus meorum agnoscit. Deest etiam in Hearnii L. 1. D. et N. ita tamen ut postremi margini adscriptum sit. Praeterea *pacisque cum eo conditiones fecerunt* Lovel. 4. *pactique cum eo conditiones fecerunt* Lovel. 5. *pactumque cum eo conditionis fecerunt* Gaertn. *pacemque cum eo conditionesque fecerunt* Hafn. et Hav. quae omnes lectiones inde ortae sunt, quod librarii perperam scripserint *pacemque cum eo oonditionis fecerunt*, pro *conditionibus:* quomodo est in Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Voss. de quo errore v. ad 21, 60, 7. *conditionibus* autem, ut 9, 15, 2. *Populos aut vi subegit, aut conditionibus in societatem accepit.* 34, 23, 11. *Aetolos polliceri, aut conditionibus et voluntate sua Nabin praesidium Argis deducturum.* ubi v. Gronovium. (* l. ita ibi legendum vindicabo.) Mox *ullum jus*, trajectis vocibus, Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 2. *Sui magistratus Campanis essent*] Pall. tres *Campaniae.* GEBH. Put. et Pet. melior, *ut suae leges, sui magistratus Capuae essent.* quamquam parum intersit, ut infra ad 27, [3, 1.] videbimus. Men. Voss. et tres Pall. *Campanie.* J. FR. GRON. *Campaniae* etiam Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Ber. Harl. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. N. ac D. At *Capuae* Flor. et forte etiam Cant.

Trecentos ex Romanis captivos] Pall. tres *trecentos ex Romanis captivis.* GEBH. Optimi *captivis.* 8, [16, 9.] *M. Fabius captivus Romanus per negligentiam custodum ruptis vinculis.* J. FR. GRON. Hearne testatur, se etiam *captivis* invenisse in Oxon. D. et N. *captivos* ta-

Digitized by Google

nam praefectos sociùm civesque Romanos alios, partim aliquo militiae munere occupatos, partim privatis negotiis inplicitos, plebs repente omnes comprehensos, velut custodiae caussa, balneis includi jussit: ubi, fervore atque aestu anima interclusa, foedum in modum exspirarent. Ea ne fierent, neu 4 legatio mitteretur ad Poenum, summa ope Decius Magius, vir cui ad summam auctoritatem nihil, prae-

men in posterioris ora adscriptum esse. Tota illa vox exsulat a Gaertn. Praeterea *quos ipsi delegissent* Ber. V. ad 34, 29, 10.

§. 3. *Haec pacta: illa insuper, quam quae pacta erant, facinora Campani ediderunt*] Deinde subjungitur interfectio praefectorum civiumque Romanorum. Vos ita hoc emendatis, ut duo prima verba tollatis, tertium mutetis in *alia*. Ego nihil ex iis nec tollo, nec muto, sed *facinora* in *foediora*, sic: *Haec pacta*, scilicet (* l. subaudi) fuerunt. *illa insuper, quam quae pacta sunt, foediora Campani ediderunt*. VALLA. Omnes scripti et antiquitus editi: *Haec pacta: illa insuper*. 43, [5, 9.] *Haec missa: illa petentibus data, ut* etc. J. FR. GRON. Lectionem, a Valla damnatam, servat Lovel. 2. quidam codd. lectionem, ejus annotationi a principio adpositam, per omnia servant, nisi quod tamen *alia*, pro *illa* praeferant, quod deinde ed. Mog. et reliquae usque ad Gronov. adoptarunt, qui pristinam iterum scripturam revocavit. alii vero, ut Flor. pluresque, *illa*. Et solent voces *illa* et *alia* saepe a scribis commutari. V. ad 2, 38, 5. c. 45, 16. 3, 42, 2. c. 70, 6. 6, 5, 3. 10, 15, 5. 22, 27, 8. 36, 40, 7. 39, 53, 11. et 40, 22, 6. (* 38, 33, 2.) Adde Cel. Burm. ad Sueton. Galb. 1. Mox *tò Romanos* deficit in Flor.

Velut custodiae suae caussa] Abest ab omnibus libris *tò suae*. GEBH. Deest in omnibus pronomen. J. FR. GRON. Deest etiam non tantum in omnibus scriptis meis, verum etiam in edd. ante Basil. anni 1539.

Ubi fervore atque aestu] Vet. lib. *foetore atque aestu*. SIG. Omnes libri constanter vindicant *fervore*. GEBH. Nullus etiam meorum Sigonii vet. lib. consentit.

§. 4. *Decius Magius, vir cui* etc.] *Magios* item gentem Campanam esse, et hic Livius, et contra Rullum Cicero ostendit [2, 34.] *Magios, Blosios mihi videbar illos videre ac Jubellios*. Quare *Decius*, quod alias nomen est gentis, in hoc viro praenomen est, mendose, ut solet, pro *Decimus*. SIG. Intrusit Sigonii curiositas *Decimus*. Pal. 3. *Decius Magnus*. GEBH. Hujus Decii Magii meminit etiam Vellej. Pat. 2, 16. eum vocans Campanorum principem, celeberrimum et fidelissimum virum, ejusque nepotem fuisse dicit Minatium Magium Asculanensem, atavum suum. ubi Puteanus etiam *Decimi Magii* legendum censuit; adversus quem vulgatum *Decii*

Digitized by Google

5 ter sanam civium mentem, defuit, restiterat. ut vero praesidium mitti ab Hannibale audivit, Pyrrhi superbam dominationem, miserabilemque Tarentinorum servitutem, exempla referens, primo, ne re-
6 ciperetur praesidium, palam vociferatus est: deinde, ut receptum aut ejiceretur, aut, si malum facinus, quod a vetustissimis sociis consanguineisque defecissent, forti ac memorabili facinore purgare vellent, ut, interfecto Punico praesidio, restituerent se Ro-
7 manis. Haec (neque enim occulte agebantur) quum relata Hannibali essent, primo misit, qui vocarent Magium ad sese in castra: deinde, quum is ferociter negasset se iturum, (nec enim Hannibali jus esse

Ger. Vossius hoc argumento defendit, quod Italici duces interdum duo gentilicia nomina habuerint. Sane longe aliam fuisse rationem praenominum apud reliquos Italiae populos, quam apud Romanos, saepius supra monuimus. V. ad 1, 49, 9. 9, 26, 7. 22, 42, 4. hoc lib. cap. praec. §. 1. etiam hoc cap. §. 8. *Tò vir* deest in Ber. Paullo ante *neve legatio* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et pr. edd. Male. V. ad 2, 15, 2.

§. 6. *Deinde, ut receptum aut ejiceretur, aut, si malum facinus, quod* etc.] Silius [11, 194.]

Et Decius, Nunc hora, viri, nunc tempus. adeste. etc.

MOD. *rejiceretur* Lovel. 2. Harl. Ber. et Hav. Praeterea *Demum ut receptum* Hearnii D. V. ad 40, 22, 1. *receptum aut* aberat a Ber. a m. 1. solum *aut* a Lov. 1.

§. 7. *Haec (neque enim occulte agebantur)*] Pal. 1. *enim nec occulte agebantur.* ut *tò enim* auspicetur sententiam. GEBH. *nec enim* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Deinde *occulta agebantur* Flor. a m. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. et Hav. Mox *ad se in castra*, pro *ad sese*, Lov. 2. 4. 5. et Hearnii D. et N. Contra *adtrahi ad sese*, pro *ad se*, Flor. Lov. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. et N.

§. 8. *Ad Marium Blosium praetorem Campanum*] *Blosios* pariter gentem esse Campanam, idem Ciceronis locus [2. Agr. 34.] docet. Unde *C. Blosius* genus traxit, is qui cum Ti. Gracho tribunus pl. fuit. De quo Cicero in Laelio [11.] et contra Rullum [loc. laud.] Quod si ita est, ergo corrupte *Marius*, pro *Marco* vel *Manio*. Sit enim praenomen, necesse est. SIGON. *Blosiorum* gentem apud Campanos floruisse, constat et ex Liv. 27, 3, 4. *Campani, principibus fratribus Blosiis, conjurave-*

Digitized by Google

in civem Campanum) concitatus ira Poenus, comprehendi hominem, vinctumque adtrahi ad se jussit. veritus deinde, ne quid inter vim tumultus, atque 8
ex concitatione animorum inconsulti certaminis oriretur, ipse, praemisso nuncio ad Marium Blosium praetorem Campanum, postero die se Capuae futurum, proficiscitur e castris cum modico praesidio. Marius concione advocata edicit, ut frequentes cum 9
conjugibus ac liberis obviam irent Hannibali. Ab universis id non obedienter modo, sed enise, favore etiam vulgi, et studio visendi tot jam victoriis clarum imperatorem, factum est. Decius Magius 10
nec obviam egressus est, nec, quo timorem aliquem

rant. Non tamen propterea *Marium* cum Sigonio in *Marcum* vel *Manium* mutandum est, qui eumdem hic errorem commisit, quem §. 4. *Marius* enim apud quosdam Italiae populos praenominis vicem obtinuisse, supra docui 22, 42, 4. Vulgatum etiam defendit Gronov. pr. edit. notarum ad Liv. 32, 2. Cl. Dukero quoque Sigonii conjectura displicebat. Ceterum paullo ante *oreretur* Flor. a m. 1. Et ita Put. hic et fere ubique scriptum praeferre, monuit Gronov. infra hoc lib. ad c. 16, 7.

§. 9. *Ab adversis id non obedienter modo*] Codex scriptus *Ab universis id.* bene. LIPS. 2. Ep. Quaest. 8. Quinam sunt tandem illi *adversi?* auctores manendi in foedere et amicitia Romana? Minime, ut ex sequentibus de Decio Magio cum clientela sua intelligere est. Corrupta itaque haud dubie lectio est, reponendumque tam ex ed. nostra Mog. quam MS. Lipsiano *Ab universis.* MOD. Ut Lipsius reperit, ita ingerunt constanter omnes libri nostri. GEBH. Illud *Ab adversis* sphalmate typographico primum in ed. Lugdun. anni 1553. exstitit. Inde etiam receptum est in Paris. anni 1573. et tum in reliquis usque ad ultimam Gruteri. Alteram lectionem omnes codd. et ceterae edd. servant.

§. 10. *Decius Magius nec obviam egressus est, nec, quo timorem aliquem significare posset*] Silius [11, 225.]

Nec non et Decio propiora pericula mentem etc.

MOD. Praepositio *ex* non adparet in Hearnii L. 1.

Nec privatim se tenuit] An non *privato?* 2, [24, 7.] *Undique tota urbe proripientium se ex privato.* 9, [7, 12.] *Consules, in privato abditi, nihil pro magistratu agere.* 32, [26, 18.] *Ut et obsides in privato servaren-*

Digitized by Google

ex conscientia significare posset, privatim se tenuit: in foro cum filio clientibusque paucis otiose inambulavit, trepidante tota civitate ad excipiendum Poe-
11 num visendumque. Hannibal, ingressus urbem, senatum extemplo postulat, precantibusque inde pri-

tur, neque in publicum prodeundi facultas daretur. 39, [18, 6.] de mulieribus. *Ut ipsi in privato animadverterent in eas.* J. FR. GRON. Mihi non satis liquet de necessitate hujus emendationis. Plautus non obscure *privatim* dicit, pro in loco privato, vel apud privatum, Bacchid. 2, 3, 78.

CH. *Quin in ipsa aede Dianae conditum est.*
Ibidem publicitus servant.
NI. *Occidistis me.*
Nimius hic privatim servaretur rectius.

Et pro ex locis privatis Sallust. Catil. 11. *Signa, tabulas pictas, vasa caelata mirari, ea privatim ac publice rapere; delubra spoliare; sacra profanaque omnia polluere.* et Cic. 5. Verr. 1. *Nemini video dubium esse, Judices, quin apertissime C. Verres in Sicilia sacra profanaque omnia et privatim et publice spoliarit.* Haec me inducunt, ut putem, non minus recte dici *privatim se tenere*, quam *in privato.* Scio viros doctos apud Sallust. et Cic. aliter exponere *privatim;* sed hic non est locus eorum interpretationem refellendi. DUK. Gronovii conjectura, si libros auctores haberet, non displiceret; Livium enim ita loqui solere, docent exempla ab eo laudata. Adde 34, 2, 10. *An blandiores in publico, quam in privato, estis?* Ipsum illud *tenere se privato* obcurrit in fragmento l. 14. apud Prisc. 15. Gramm. 1009. *Privato nos tenuissemus.* Omittitur in hac locutione praepositio, ut in illa *tenere se castris*, de qua v. ad 3, 2, 1. Contra, an Livius hoc sensu *privatim* adhibuerit, admodum dubito. Si quis tamen Mstorum fide nisus vulgatum malit, non adversabor.

Trepidante tota civitate ad excipiendum Poenum] Comparet in Pal. 2. *ad capiendum Poenum.* GEBH. *tripudiante tota civitate* Voss. a m. 2. et Lovel. 2. in margine. Sed auctor hujus lectionis non intellexit vim et elegantiam verbi *trepidare*, de qua v. ad 27, 1, 8.

§. 11. *Precantibusque inde primoribus Campanorum*] Pal. tres, et vet. ed. *primoribus civitatis Campanorum.* GEBH. Ita et Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Ber. Rec. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. Aldina priores, invitis tamen optimis. Insuper *precantibus deinde* Hearnii D.

Ne quid eo die fere gereret] Vetus *eo die ferre gereret.* Sed *fere* nos dictum a *fero* putamus, et capimus hic saeve, ferociter. LIPS. 2. Epist. Quaest. 8. Vetus Lipsii codex *ferre gereret.* unde placebat, inquit, *ferale gereret.* agebatur enim de Magio damnando. nunc propius verum puto *ne quid eo die seriae rei gereret.* MOD. *Ne quid eo die seriae rei gereret* Modii felicissima est conjectura, satis firmata vetustissimo Put. in quo *sererei.* Eandem formulam aboleverant imperiti 26,

Digitized by Google

moribus Campanorum, ne quid eo die seriae rei gereret, diemque ut ipse adventu suo festum laetus ac libens celebraret; quamquam praeceps ingenio 12
in iram erat, tamen, ne quid in principio negaret, visenda urbe magnam diei partem consumsit.

27, 12. *Illum diem religiosum Karthaginiensibus ad agendum quidquam rei seriae esse.* Sic enim nos ex optimis libris. illi *feriatum esse.* Plautus Poenulo [2, 1, 52.]

Ita res divina mihi fuit. res serias
Omnes extollo ex hoc die in alium diem.

Frontinus 2, 1. *Judaeos Saturni die, quo eis nefas est quicquam seriae rei agere, adortus superavit.* J. FR. GRON. Hinc non dubito ei, quod in Nepotis Pelopida 3. vulgo editur, *In crastinum, inquit, differo res severas,* cum Schotto praeferre *res serias.* quod etiam in margine ed. vet. Trajectinae adnotatum est. Nam non sunt mutanda verba formulae. Et quamquam *res severae* etiam dicuntur pro gravibus et magni momenti rebus, ut in Cic. 1. de Off. 40. *In re severa convivii dicta aut delicatum aliquem inferre sermonem;* tamen *severus* et *severitas* magis sunt hominum, de rebus seriis agentium, quam rerum, quae aguntur. Cic. ibid. c. 37. *Ac videat in primis, quibus de rebus loquatur: si seriis, severitatem adhibeat: si jocosis, leporem.* Et ibidem c. 29. DUK. Ter. Eun. 3, 3, 7. *Ait, rem seriam velle agere mecum.* Ceterum *eo die ferre gereret* Lovel. 1. et Ber. *eo die sero gereret* Cant. *eo die sere gereret* Flor.

Diemque ut ipse adventu suo festum] Legerim *diemque et ipse.* Nihil enim importunius, quam ut diem sibi proprie festum ipse solus non coleret. GRUTER.

§. 12. *Visendoque urbem magnam diei partem consumpsit*] Pal. pr. *visenda urbe.* sec. *in visendam urbem.* Forte *invisenda urbe.* GEBH. Alii *visendam.* optimi *visenda urbe.* Sic 2, [60, 5.] *Plus dignitatis comitiis ipsis detractum est, Patribus ex concilio submovendis, quam virium additum plebi.* Quod diceret *Patres submovendo.* 3, [51, 8.] *Ne comitiorum militarium praerogativam urbana comitia iisdem tribunis plebis creandis sequerentur.* 21, [28, 12.] *Excidere quidam in flumen, sed pondere ipso stabiles quaerendis vadis in terram evasere.* Cicero: *Gratiam quoque nos inire ab eo defendenda pace arbitrabamur.* Pro *defendendo pacem.* Plautus Epidico [3, 3, 52.]

Quum militabam, pugnis memorandis meis
Eradicabam hominum aures.

Id est, pugnas memorando meas. Frustra alii *memorandus* conjiciunt. J. FR. GRON. *visendam urbem* Voss. Lov. 1. Hafn. Gaertn. et Hearnii N. *ad visendam urbem* Lovel. 3. *visenda urbem* Flor. addita nota, ut indicetur, ultimam literam *m* delendam esse. *visenda urbe* Lovel. 2. Harl. Ber. et alii. De hac locutione v. ad 1, 53, 3. et 7, 21, 2. Insuper *magnam partem diei* Flor.

Digitized by Google

1 VIII. Deversatus est apud Ninnios Celeres, Stenium Pacuviumque, inclitos nobilitate ac divitiis.
2 Eo Pacuvius Calavius, de quo ante dictum est, princeps factionis ejus, quae traxerat rem ad Poe-
3 nos, filium juvenem adduxit, abstractum abs Decii Magii latere, cum quo ferocissime pro Romana societate adversus Punicum foedus steterat; nec eum aut inclinata in partem alteram civitas, aut patria
4 majestas sententia depulerat. Huic tum pater juve-

§. 1. *Diversatus est apud Munios Celeres, Stenium Pacullumque*] Vet. lib. *Minios*. recte. nam *Pacullae Miniae Campaniae* 39, [13, 9.] meminit. SIG. Vet. ed. vocat *Munios*. Pal. 1. *Deversatus est apud Munios Celeres, Stenium Pacuviumque*. (ut ultimum quoque vocabulum concipit Andreas) sec. *Diversatusque est apud Munio Celeres Themium Pacimiumque*. tert. *Deversatus apud Mevios Clereres St. Pacuviumque*. GEBH. Put. Pet. melior, Men. Pal. *Ninnios*. Caeterum hoc et sequenti capite, non Livius, sed Lerna atque Hydra consederant: domuimus tamen omnia fere monstra, adjuti a Put. aliisque fidis libris, ut explicitum latius 4. Obs. 4. Verae lectiones pleraeque sunt in contextu. J. FR. GRON. *Munios* Lovel. 1. *Nimios* Lovel. 3. *Mutuos* Lovel. 4. *Mimios* Hav. *Minios* Hearnii D. *Minuos* N. *Menios* L. 1. Rec. et Gaertn. *Ninivos* Voss. *Nininos* Ber. *Ninnios* Flor. Lovel. 2. et Harl. quam lectionem eorum, et codicum, quos Gronov. laudavit, auctoritate recepi. Nam et infra 39, 13, 9. *Pacuviam Ninniam*, et *Ninnium et Herennium Cerrinios* restituendum esse, ex veterum codicum vestigiis idem Gronov. docuit in Obs. loco laud. Tum *Strenium* Voss. *Stenurum* Ber. *Schernium* Gaertn. *Stennium* Lovel. 1. *Stennum* Lovel. 2. *Schenium* Lovel. 4. *Thenium* Hav. *Sthenium* Flor. et Lovel. 5. Deinde *Pacuviumque* fere omnes codd. V. supra hoc lib. ad c. 2, 2. Tandem *Diversatumque est* Lovel. 4. *Dieversatusque est* Lovel. 5. *Deversatus est* Flor. Lovel. 1. 2. et Hav. Quod et ipsum admisi. V. ad 1, 51, 2. et 8. 7, 20, 7. et 21, 48, 5.

§. 2. *Quae adtraxerat rem ad Poenos*] Gronov. in Obs. *traxerat* restituit; et ita Flor. et Hearnii N. ac D. Infra 24, 2, 8. *Plebs ad Poenos rem traheret*. 32, 19, 2. *Cycliadem, principem factionis ad Philippum trahentium res, expulerant*. 37, 9, 3. *Plebem ad Antiochum trahebat*. 39, 34, 4. *Quum alii ad se, alii ad Eumenem civitatem traherent*. 42, 44, 3. *Aliis ad regem trahentibus civitatem, aliis ad Romanos*.

§. 3. *Abstractum a suo cum Decio ait latere*] Vos sic emendatis, *abstractum a sinu a latere Decii*. Ego, quia Livius illum semper duobus nominibus appellat, sic emendo: *abstractum a sueto Decii Magii latere*. VALLA. Scriptura, quam

Digitized by Google

ni Hannibalem deprecando magis, quam purgando, placavit, victusque patris precibus lacrimisque etiam ad coenam eum cum patre vocari jussit: cui 5 convivio neminem Campanum, praeterquam hospites, Jubelliumque Tauream, insignem bello virum, adhibiturus erat. Coeperunt epulari de die, et 6 convivium non ex more Punico, aut militari disciplina esse; sed, ut in civitate atque etiam domo luxuriosa, omnibus voluptatium inlecebris instructum.

Valla rejicit, restat in Pal. 2. Reliqui duo codd. *abstractum a suo cum Decii aït latere*. Vet. ed. *abstractumque a Decl Magi latere*. GEBH. Omnes edd. usque ad Gronov. *abstractumque ab se a Decii, aït, latere*. a quibus in nullo dissentiunt Hav. Hearnii N. et Exc. Pithoei, nisi quod τὸ *que* omittant; neque etiam Lovel. 5. nisi quod ejus loco praeferat *eum*. Alii inde longius abeunt. *abstractum a se a Decii latere* habet Bor. *abstractum a suo cum Decio, aït, latere* Voss. Cant. Lovel. 1. 4. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac D. *abstractum tum suo Decii, aït, latere* Lovel. 3. *abstractum a se Decio aït latere* Flor. *abstractum a sinu a latere Decii* Lov. 2. *abstractum atsdecimagit latere* Put. unde feliciissime Gronov. in Obs. conjicit *abstractum absDecii Magii latere*. quam conjecturam in contextum recepit, et reliqui editores servarunt. Mox *a sententia depulerat*, addita praepositione, Hav. et Hearnii N. a m. 2. *Depellere* etiam alibi sine praepositione construi solere, infra videbimus ad Epit. Liv. 93.

§. 4. *Victusque patris precibus lacrimisque*] Pal. 3. *patriis lacrimis ac praecibus*. GEBH. *patriis precibus* Lovel. 2. Harl. Ber. et Gaertn. V. ad 32, 6, 6. Paullo ante *Huic tamen*, pro *tum*, Hav. et Brancal. Latinii, sollemni scribarum errore; de quo v. ad 22, 27, 5.

§. 6. *Ut in civitate atque etiam modo diu ad varias omnium voluptatum illecebras instructum*] Leviculum fortassis est, quod me hic torquet, torquet tamen: quid enim sibi vult illud, *modo diu*? Num pro admodum, ut saepe alias? an naevus aliquis hunc occupavit locum, ut pleraque in hac decade. Valla legit *domo*, et *diu* ad sequentia conjungit: sed nescio, quid dicam. Sed et sequentia suspicionem non omnino vanam convincunt, ut illud *ipsique valetudinem excusans patri*, quomodo ad priora connectitur? Et illud *ejus* quid refert, aut quomodo prioribus sequentibusque cohaeret? Sed judicet lector. Valla multis modis effert: verum conjecturae sunt, quales plures effingere non esset difficile, si quidem vulnus sic sanaretur. GLAR. Malim pro *diu, divite*: ut in civitate et domo divite. Nam *Calavios*, quorum domi erat Annibal, inclytos nobilitate ac divitiis paulo ante nominavit. In vet. lib. est *interdiu*, luxatis fortasse syllabis. Hoc certe sententia postulat, ut recta sit

Digitized by Google

7 Unus nec dominorum invitatione, nec ipsius interdum Hannibalis, Calavii filius Perolla vinci potuit; ipse valetudinem excusans, patre animi quoque ejus
8 haud mirabilem interturbationem caussante. Solis ferme occasu patrem Calavium, ex convivio egres-

ἀντιδεσις. SIG. Haerent interpretes. Sigonius emendat *domo divite*. Pace ejus liceat, alia est sententia Livii. Postremam vocem mutandum erat, legendumque *instructa*. Nam hoc dixit, convivium fuisse, quale verisimile est in civitate atque etiam divitis hospitis domo, facta et longo usu docta ad voluptates. LIPS. 2. Ep. Quaest. 8. Vulgatam lectionem omnibus apicibus tuetur prisca ed. At Pal. 1. *ut in civitate atque etiam modo diu ad varios omnium voluptatum illecebris instructum*. Alludit tert. Sec. adscribit vulgatae, nisi quod paullo superius *ex* omittat, *non more Punico*. GEBH. Curtius 5, 1. *Nihil urbis hujus corruptius moribus, nihil ad irritandas voluptates illiciendasque instructius*. J. FR. GRON. Quamvis plerique et tantum non omnes codd. legant *in civitate atque etiam modo*, certum tamen est, legendum esse, transpositis tantummodo syllabis vel literis, *atque etiam domo*. Solent autem *modo* et *domo* in Mstis confundi. V. ad 39, 13, 3. Deinde pro *diu ad varias*, quod in uno tantum Lov. 2. obvium fuit, plerique *diu ad varios*, alii una pluribusve vocibus insertis *diu ad varios apparatus*, *diu ad varios luxus*, *diu ad varios terrae usus*, sed Cant. *diu adversariosa*, Flor. *diu ad variosa*. Similes lectiones Gronovius in suis invenit, unde erudite conjicit in Obs. *atque etiam domo luxuriosa*. De Campanorum luxuria v. ad 7, 31, 6. At inter ipsos Campanos Ninniorum Celerum domus luxuriosa vocatur; ipsi enim nobilitate et divitiis incliti dicuntur in principio hujus cap. *luxuriae domum* vocat Phaedr. 4, 4, 44. ubi v. Cel. Burm. Gronovii hanc conjecturam ad rem quidem adpositam, longius tamen a scriptis et editis discedere, Doujatius existimat. Mihi aliter videtur. Deinde *omnibus voluptatum illecebris* omnes codd. uno vel altero excepto, qui *omnium* praefert. Insuper *voluptatium* Gronov. in Obs. quomodo est in Flor. et Cant. V. ad 7, 38, 5. Qua fronte igitur Doujatius adfirmare sustinet, in libris scriptum esse *domo diu ad varias voluptatum illecebras instructum*? Ceterum ipse duabus literis insertis legebat, *ut in ea civitate atque etiam domo*.

§. 7. *Calavii filius Perolla vinum potuit. Ipsique valetudinem excusans paterni animi quoque aut mirabilem interturbationem caussa; ante solis ferme*] Vos sic emendatis: *permolliri potuit, ipsiusque valetudinem excusans pater*. Ego sic: *pelli ad vinum potuit cibumque, valetudinem excusante patre: animi quoque ejus haud mirabilem turbationis caussam*. vel, *animi quoque ejus atram bilem interpretabatur caussam*. vel, *haud miram ait perturbationem. Paullo ante solis occasum*. etc. VALLA. Totum hunc locum eleganter sic Silius extulit [11, 305.]

Interea Tyrio resoluta in gaudia vostu etc.

Digitized by Google

sum, secutus filius, ubi in secretum (hortus erat posticis aedium partibus) pervenerunt, *Consilium*, 9
inquit, *adfero, pater, quo non veniam solum peccati, quod defecimus ad Hannibalem, impetraturi ab Romanis, sed in multo majore dignitate et gratia si-*

MOD. Alii aliter. Ego lego, *Calavii Perolla vino posuit. Ipsi quoque excusans valetudinem patri (animi ejus mir. interturb. cum quaer.) ante solis fer. occ. pat. ex conv. egr. sec. filius* etc. KLOCK. Syllog. epist. a Cel. Burm. editarum tom. 1. p. 394. Gronovius 4. Obs. 4. ita sententiam hujus loci explicat: quum Perolla valetudinem excusaret, quo minus vino et laetitiae se daret, patrem illius excusationi ita subserviisse, ut diceret non mirum esse, si tentationem corporis animi quoque mutatio quaedam subsequeretur. Non repugno: sed tamen considerandum puto, an alia designetur caussa perturbationis Perollae, et sententia horum verborum sit, patrem ad excusationem filii addidisse, praeterea non mirum esse, eum apud Annibalem animo perturbari, ut qui sibi conscius esset eorum, quae adversus eum dixisset fecissetque, et etiam ob hanc perturbationem animi, quae ad valetudinem accederet, minus hilariter epulari. DUK. Et hic monstra potius, quam lectiones Livianae, in Mstis supersunt. Singulis recensendis si inmorarer, tempus inutiliter perderem. In primis tamen verbis praecipue conveniunt illis, quas Gronov. in Obs. retulit, aut parum inde differunt. Ipse Gronov. ex eorum vestigiis primo legit *Perolla vinum petiit:* mox tamen, quod in editis exstitit, *Perolla vinci potuit*, probavit. Ut *vinci* ponatur pro permoveri, persuaderi, ad aliquid faciendum induci. V. Cel. Burm. ad Quinctil. 7. Inst. Orat. 3, 617. In verbis sequentibus vulgo edebatur, *ipsique valetudinem excusans patri, animi quoque ejus mirabilem interturbationem cum quaereret, ante solis ferme occasum.* Optimi Msti praeferunt, *ipse valetudinem excusans, patrem animi quoque ejus mirabilem interturbationem caussa ante solis ferme occasu.* Unde parva mutatione Gronov. effecit, *ipse valetudinem excusans, patre unimi quoque ejus haud mirabilem interturbationem caussante. Solis ferme occasu.* Vide, quae in Observ. notavit. (* et in Elench. Antidiatr. p. 213.)

§. 8. *In secretum (hortus erat posticis aedium partibus) pervenerunt*] Reduxi lectionem editionum primarum *posticis aedium, pervenerunt.* Nam posteriores, etiam Sigonii, adjecerant *posticis aedium partibus.* cujus vocis nullum etiam vestigium in Pall. tribus: neque requiritur. GRUT. Vox *partibus* deest etiam in Voss. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Ascens. anni 1513. At reliqui codd. eam defendunt, quam etiam tuetur Gronov. non modo in Obs. sed etiam ad Liv. 40, 2, 2. *ubi secretus hortus erat, postico aedium pervenerunt* legunt Ber. Hafn. et Brancal. Latinii.

§. 9. *Peccati, quo defecimus ad Hannibalem, impetraturi ab Romanis*] Pal. 1. *quod fecimus*, nimirum ex prava coalitione literarum. Reliqui duo *quod defe-*

Digitized by Google

10 *mus Campani, quam umquam fuimus.* Quum mirabundus pater, *quidnam id esset consilii*, quaereret; toga rejecta ab humero, latus subcinctum gla-
11 dio nudat: *Jam ego*, inquit, *sanguine Hannibalis sanciam Romanum foedus. te id prius scire volui, si forte abesse, dum facinus patratur, malles.*

1 IX. Quae ubi vidit audivitque senex, velut si jam agendis, quae audiebat, interesset, amens me-

ctimus. GEBH. Malim *quod.* J. FR. GRON. *quod fecimus ad Hannibalem* Flor. a m. 1. Harl. et Hav. *quod defecimus* Voss. Gaertn. Ber. Hearnii L. 1. et Brancal. Latinii. Litera *d* perperam excidit in fine vocis *quod*, quia eadem initialis erat vocis sequentis. Innumera hujus erroris exempla passim exstant. V. ad 1, 55, 1. 2, 7, 8. c. 26, 5. c. 34, 3. c. 39, 4. c. 65, 2. 3, 29, 4. c. 45, 2. 4, 41, 6. c. 59, 2. 5, 6, 13. c. 17, 2. c. 39, 6. et saepissime alibi. Adde Ciofan. ad Ovid. 14. Met. 484.

Impetrari ab Romanis, sed in multo] Non *impetrari* scribendum reor, sed *impetraturi.* VALLA. Pal. 2. *impetrari a Romanis queat.* GEBH. *impetraturi* primus in contextum recepit Vascos. ante edebatur *impetrare.* quod etiam est in Lovel. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *impetrari* in Flor. multisque aliis. *impetrare possimus a Romanis* in Ber. et Brancal. Latinii.

§. 11. *Si forte abesse, dum facinus patratur, malles*] Praestant libri omnes *si forte adesse.* Sed vulgatum defendit Silius [11, 324.]

Si perferre nequit spectacula tanta senectus,
Et tremit inceptis lasso majoribus aevo,
Et tu securis concede penatibus.

GEBH. *adesse* etiam Flor. Cant. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii N. Brancal. Latinii, et edd. vett. *abesse* demum inveni in Froben. anni 1531. Saepe librarii haec verba perperam commutarunt. Exempla habuimus 3, 3, 4. 6, 31, 4. 7, 37, 6. 8, 4, 6. 9, 2, 3. et 22, 39, 6. Adde viros doctos ad Ovidii 18. Her. 50. et quae notantur ad Silii 13, 268.

§. 1. *Velut si jam agendis, quae audiebat, interesset cum metu*]*interesse tamen metu* Flor. *interesset tamen metu* Cant. Voss. Lov. 1. et Harl. unde Gronov. qui et in suis codd. similes scripturas invenit, recte in Observ. conjicit *interesset, amens metu.* Ita *amore amens* 3, 44, 4. *vino et Venere amens* 39, 43, 5. Et huc ducit fere, quod est in Hearnii L. 1. *interesset amatum metu.* Ceterum ex vitiosa illa scriptura *interesset tñ* (sive *tamen*) *metu*, vitiosiores aliae natae sunt. Nam ejus loco datum est *interesset tm*, id est *tantum*, in Lov. 2. de quo errore v. ad 9, 12, 6. *interesset tũ*, id est *tum*, in Gaertn. et Hearnii N. De hoc errore v. ad 22, 17, 5. Hinc tandem prognatum est vulgatum *interesset, cũ*, sive *cum metu.* Innumeris enim locis

Digitized by Google

tu, *Per ego te*, inquit, *fili*, *quaecumque jura libe-* 2
ros jungunt parentibus, *precor quaesoque*, *ne ante oculos patris facere et pati omnia infanda velis. Paucae horae sunt, intra quas jurantes per quidquid* 3
Deorum est, *dextrae dextras jungentes*, *fidem obstrinximus*, *ut sacratas fide manus*, *digressi ab conloquio*, *extemplo in eum armaremus? Ab hospi-* 4
tali mensa surgis, *ad quam tertius Campanorum*

eum et *tum* confundi, videbimus ad Epit. Liv. 48. circa finem.

§. 2. *Per ego te, inquit, fili*] Quae ad hunc locum notarat Modius, descripsit ex Briss. 8. de Form. 717. Quare omisi.

§. 3. *Jurantes per quidquid Deorum est*] Praepositio exsulat a Voss. Lov. 1. 2. Gaertn. et Ber. a m. 1. Locutionem *jurare Deos* inlustravi ad Silii 8, 105. Apud poëtas tamen, quam alios scriptores, id genus loquendi frequentius obcurrit, nisi quod *Jovem lapidem jurare* Cic. dixerit 7. ad fam. 12.

Dextras dextrae jungentes fidem obstrinximus, ut sacratis de mensis essemus: digressi] Vitiose Pall. tres *ut sacrata* (sec. *sacra*) *fide mansissemus. Esse de sacratis mensis* dictum est imitatione Terentii in Eun. 3, 4, 2.

Heri aliquot adolescentuli coimus in Pireo,
In hanc diem ut de simbolis essemus.

GEBH. Optimi: *dextrae dextras jungentes fidem obstrinximus, ut sacratas fide mansis digressi.* Lege *ad sacratas Deûm aras.* J. FR. GRON. Sic quoque cum reliqua scriptorum cohorte Cantabrigiensis. Sed praeterea quoque *armaremus*, non *mur.* Hinc ecce verum: *ut sacratas fide manus, digressi ab colloquio, extemplo in eum armaremus.* Illud *sacratas fide* sic habes 25, 8, 8. *Congressi cum Annibale rursus fide sanxerunt.* JAC. GRON. *ut sacratis de mensis essemus*, non demum in ed. Mag. adparuit, ut Gronov. in Obs. existimat, sed jam in Ascens. anni 1513. quae eam quinquennium praecessit. Antea edebatur *ut sacrata fide mansissemus.* Neque aliter est in plerisque scriptis. sed *ut sacratas fide mansis*, et mox *armaremus*, cum optimis servat Flor. quod posterius etiam est in Exc. Pithoei. Nihil verius itaque Cl. Jac. Gronov. conjectura, quam in contextum recepi, et Cl. Crevier. quoque calculo suo probavit. Praeterea *dextrae dextras jungentes* Flor. et alii quidam.

In eum armamur jurgiis ab hospitali] Credo legendum non *jurgiis*, sed *perjuriis.* VALLA. Ex Vallae mente *perjuriis* exhibet Ber. Sed *Surgis ab hospitali mensa* primum vulgavit Ascensius anno 1513. Quum tamen alio ordine Flor. et Cant. *Ab hospitali mensa jurgiis* dederint, *Ab hospitali mensa surgis*, ut edidi, legendum patet; quomodo etiam Gronov. se in melioribus invenisse auctor est in Observ.

§. 4. *Adhibitus ab Hannibale*

Digitized by Google

adhibitus es ab Hannibale, ut eam ipsam mensam cruentares hospitis sanguine? Hannibalem pater filio meo potui placare, filium Hannibali non possum?
5 *Sed sit nihil sancti, non fides, non religio, non pietas: audeantur infanda, si non perniciem nobis cum sce-*

es: eam ipsam mensam cruentare vis] *adhibitus es ab Hannibale, ut eam ipsam mensam cruentares*, quemadmodum Gronov. se in optimis invenisse in Obs. testatur, et partim jam edidit, plane Flor. exhibet; quare et reliquum ejus fide mutavi. *adhibitus es ab Hannibale* firmat etiam Harl. et Exc. Pithoei. *adhibitus Hannibali es* ostentant Voss. Lovel. 1. 2. et Ber. a m. 1. Paullo ante *tertius Campanus*, pro *Campanorum*, Hearnii N.

Hannibalem pater filio meo potui placare] Vet. lib. *Annibalem modo*. SIG. Deficit Pall. tribus, ut et vet. ed. particula *modo*. Sed Pal. 1. a manu interpolatoris *Hannibalem placare filio modo potui*. GEBH. Vet. lib. Sigonii consentit Hav. at interpolatori Pal. primi Lovel. 5. et Brancal. Latinii. In reliquis *modo* non adparet; quod nec in melioribus suis fuisse, Gronov. in Observ. profitetur.

§. 5. *Sed si nihil sancti, non fides, non religio, non pietas, audeantur infanda, ni non perniciem nobis cum scelere afferunt, unus* etc.] Longe aliter haec oratio et legitur, et interpungitur in vet. lib. et procul dubio melius: *Sed si nihil sancti, non fides, non religio, non pietas audiantur, infanda si non perniciem nobis cum scelere afferunt, unus es aggressurus Annibalem.* Duo enim argumenta sunt, quibus deterret filium pater ab impetu in Annibalem faciendo, unum ἀπὸ τοῦ αἰσχροῦ, alterum ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου. SIG. *Sed sit nihil sancti, non fides, non religio, non pietas, audeantur nefanda* edd. antiquissimae egregio sensu. Modius invenerat *pietas audiatur; infanda* etc. secutus tamen Sigonium. GRUT. Pall. tres *Sed si nihil sancti, non fides, non religio, non pietas, audiantur infanda, si non perniciem nobis cum scelere ferunt.* Admodum perperam, ut mirer probatam lectionem, seu praelatam vulgatae, talem Sigonio: *sed si nihil sancti, non fides, non religio, non pietas audiantur, infanda si non perniciem nobis cum scelere afferunt.* Quae omnia si excutiantur, admodum sublesta erunt. quomodo enim pietas, religio, fides, hoc in casu audiri recte dici potest? Vult dicere Livius, omnia, quae sancta atque inviolabilia mortalibus habentur, abs te profanentur, atque infanda impune audeas, quomodo unum Annibalem aggressurus es et caesurus? GEBH. Gronov. in Obs. ex optimis codd. probat, *Sed sit nihil sancti, non fides, non pietas, non religio: audeantur nefanda, si non perniciem nobis cum scelere ferunt. Unus aggressurus es Hannibalem?* Id etiam in contextum postea recepit, nisi quod tamen *infanda* servavit: quod etiam in omnibus meis constanter superest. Eaedem voces supra commu-

Digitized by Google

scelere adferunt. Unus adgressurus es Hannibalem? 6
quid illa turba tot liberorum servorumque? quid in
unum intenti omnium oculi? quid tot dextrae? tor-
pescentne in amentia illa? Vultum ipsius Hannibalis, 7
quem armati exercitus sustinere nequeunt, quem hor-
ret populus Romanus, tu sustinebis? et, alia auxi-

tabantur 5, 49, 1. (* et 39, 10, 8.) Praeterea *Sed si nihil sancti* plerique iterum, quibus usus sum, codices. Sed alterum omnino praestat. Has etiam voculas a librariis confundi, docet Broekh. ad Prop. 3, 3, 53. In eo vero omnes omnino consentiunt, *perniciem cum scelere ferunt* legendum esse. Hoc sensu *ferre luctum* Livius dixit 6, 3, 4. *ferre fraudem* 24, 38, 8. ubi v. Gronov.

§. 6. *Quid illa turba tot liberorum servorumque*] Doujatius *tot libertorum* conjicit: facile enim utriusque generis plures epulanti adesse potuisse; a libertis tamen, quam a servis Hannibalis, magis Perollae metuendum esse existimat. Sed vellem, *libertos Karthaginiensium* nobis inlustrasset.

Quid tot dextrae? torpescentne in amentia illa? Vultum ipsius Hannibalis] Et hic etiam locus castigatior ac sincerior est in manuscriptis exemplaribus, sic: *quid tot dextrae? torpescentne? in amentia illa vultum ipsius Annibalis*, etc. quasi vero velit intelligi, aliis temporibus eum posse; in amentia illa fore, ut non possit. SIG. Aliter distinxit Sigonius; sed minus recte. nam quod arbitratur, alias forte ferre potuisse Annibalis vultum, non etiam in amentia; prorsus est alienum in ratione. quae enim amenti ratio? GRUT. Videtur delenda praepositio. J. FR. GRONOV. Potest exponi, quum tu tam amens eris, quum illam tuam amentiam, quum te tam amentem videbunt. Cicero 4. ad fam. 3. *Vehementer te esse sollicitum, et in communibus miseriis praecipuo quodam dolore angi.* et 5, 16. *Non tacere tanto in tuo moerore tamdiu.* Livius 5, 38, 3. *In paucitate hostium artem maxime timens.* DUK. *quid tot dextrae torpescentes in amentia illa* perperam praeferunt Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Hearnii L. 1. *quid tot dextrae? torpescent in amentia illa?* Lov. 5. et Gaertn.

§. 7. *Quem armati exercitus tremunt, quem horret*] *quem armati exercitus sustinerem, quem* Flor. a m. 1. *sustinere* a m. 2. et Cant. Similes etiam lectiones in optimis suis invenit Gronov. unde in Observ. legit, *quem armati exercitus sustinere nequeunt, horret;* vel *nequeunt, quem horret:* quod posterius etiam recepit in contextum. *tremunt* in reliquis meis superest.

Tu sustinebis? et, si alia auxilia desint] Pall. 1. ac 2. *tu sustinebis talis? auxilia desunt?* tert. et vet. ed. *tali auxilia desunt.* GEBH. Vulgatum demum vidi in Ascens. anni 1513. sed nullus codicum adsentitur. *sustinebis auxilia* legit Lov. 2. *sustinebis talis auxilia* Flor. Lov. 1. 4. 5. Rec. et plures ex primis edd. *sustinebis tales auxilia* Gaertn. *sustinebis talem auxilia* Harl.

Digitized by Google

lia desint, me ipsum ferire, corpus meum obponen-
8 *tem pro corpore Hannibalis, sustinebis? Atqui per meum pectus petendus ille tibi transfigendusque est. deterreri hic sine te potius, quam illic vinci. Valeant preces apud te meae, sicut pro te hodie va-*
9 *luerunt.* Lacrimantem inde juvenem cernens, medium complectitur, atque, osculo haerens, non ante precibus abstitit, quam pervicit, ut gladium po-
10 neret, fidemque daret, nihil facturum tale. Tum

sustinebis talia auxilia Lov. 3. Ber. Hav. et ed. Asc. anni 1510. Similes fere lectiones in suis reperit Gronov. unde in Observ. legit *sustinebis? et, alia auxilia desint.* quod non displicet. Posses tamen etiam *sustinebis? ut alia auxilia desint.* id est, licet, quamvis desint. V. ad 22, 25, 2. ubi etiam *si* ante *ut* hoc sensu a librariis perperam insertum est.

§. 8. *Deterreri hic sine te potius, quam illic vinci*] Pal. 2. *sed hic te deterreri sine, quam* etc. apprime eleganter. Sic 10, 26, 4. a me restitutum est, *Triumphusque, quam bellum, decretum consulibus videretur.* Nam et hic et ibi *potius* venuste omissum est. Ita Justin. 6, 1. *Mercetur ab his, ut differant bella, quam gerant.* Scriptum quoque 27, 4, 4. in Pal. 3. *Ex his nosceret, quae caussa Patribus eum, quam collegam, revocandi e provincia esset.* Sic corrigit Lipsius, annuente Pal. 1. 28, 44, 9. *Et Carthago praemium victoriae erit, quam semiruta Brutiorum castella.* Expresse comparet quoque in Pal. 2. MS. omisso *potius*, 30, 38, 7. *Quod Patres de pace P. Scipionis arbitrium esse, quibus legibus daretur, quam consulis, censuerant.* GEBH. *Τὸ potius* saepius a Livio aliisque omitti, infra docebo ad 34, 49, 10. omnibus tamen reliquis eam voculam tutantibus, calidius fore puto, si unum ejicientem audirem. *sed hic te deterreri sine potius* legit Flor. Pronomen *te* omittunt Voss. Cant. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N.

§. 9. *Osculo haerens, non ante precibus abstitit*] *osculo adhaerens* Lovel. 4. et 5. *osculo inhaerens* Ber. a m. 2. qui et *astitit* praefert. Mox *nihil se facturum*, inserto pronomine, Lovel. 2.

§. 11. *Semel, cum defectionem inisti ab Romanis*] *defectione immissa ab Romanis* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *defectione imissa a Romanis* Flor. *defectionis immissae ab Romanis* Hafn. *defectionis initae ab Romanis* Ber. Gronov. scribendum putat *defectionis ab Romanis.* idque contextu expressit.

Tertio hodie] Lego *tertium hodie.* Vides quamobrem. T. FABER. Ego vero non video. Post *iterum* non minus recte dici *tertio*, quam *tertium*, certum est. Loca multa optimorum auctorum prostant apud eos, qui de Parti-

Digitized by Google

juvenis, *Ego quidem*, inquit, *quam patriae debeo, pietatem exsolvam patri. tuam doleo vicem, cui ter proditae patriae sustinendum est crimen; semel,* 11 *quum defectionis ab Romanis; iterum, quum pacis cum Hannibale fuisti auctor; tertio hodie, quum restituendae Romanis Capuae mora atque inpedimentum es. Tu, patria, ferrum, quo pro te armatus* 12 *hanc arcem defendere volebam, hosti minime parcens, quando parens extorquet, recipe.* Haec quum 13

culis linguae Latinae scripserunt. DUK. Doujatius caussam Fabro fuisse opinatur, ne quis *tertio* referat ad *die*. Addit tamen, neminem non facile videre, *tertio* hic adverbium esse. *tertio* est in omnibus Mstis. *tertium* in edd. Aldina antiquioribus.

§. 12. *O patria, ferro, quo pro te armatus hanc arcem defendere volebam, hosti minime parcens*] Primum *quam arcem*, quae nulla erat? deinde, *hosti minime parcens*, mirum. Illud quidem *parcens* natum arbitror ἐκ τοῦ *parens*, quod mox sequitur. Legendum auguror, *Tu, patria, ferrum, quo pro te armatus hostem ultum volebam, quando parens extorquet, recipe*. Caetera ex glossematis puto. T. FABER. Put. *hanc arcem hostrimini quoniam parens*. unde Alb. Rubenius: *hanc arcem hostium inii*. Videtur enim commode domum, ubi Hannibal diversabatur, *hostium arcem* appellare. J. FR. GRON. Antea edebatur *impedimentum tu es. O patria*. pro quo Gronovius substituit *impedimentum es. Tu patria*. Et ita est in Flor. *Τὸ o* saepius a scribis de suo additum esse, videbimus ad 32,32, 16. Voces vero *defendere volebam* et *parcens* desunt etiam in Flor. et Cant. verum in eorum priori a manu recenti inter versus adscriptae sunt. Gronov. in Observ. sed admodum timide, conjecit *pro te armatus hanc pacem postremus inii*: quod in notis, nullam ejus rationem habendo, plane displicuisse, eique Rubenii conjecturam praetulisse, adparet.

Quando parens extorquet, recipe] Vet. lib. *accipe*. SIG. Maluit Sigonius *accipe*. mihi *recipe* satisfacit, defendentibus id tribus MSS. Pall. et significatione verbi. *recipimus* enim et id quoque, quod ante non dedimus. GRUT. Sigonio mutanti nullus meorum favet. Recte igitur Gruterus ab ipso receptum, et ab aliis ejus exemplum secutis servatum, iterum ejecit, veteri lectione restituta. Insuper, *quoniam parens* in optimo cod. Put. esse, Gronov. testatus est in epistola ad Salmas. quam edidit Cel. Burm. Syllog. epist. tom. 2. p. 606. Neque aliter est in Flor. Lovel. 2. 4. 5. et Hav. Saepe has voces commutari in Mstis culpa scribarum, dictum est ad 9, 8, 5. *quum parens* Rec. et Gaertn. Verum et hoc glossatoris est.

§. 13. *Gladium in publicum trans maceriam hosti abjecit*] Ego *horti* libentius legerim,

Digitized by Google

dixisset, gladium in publicum trans maceriam horti abjecit: et, quo minus res suspecta esset, se ipse convivio reddidit.

1 X. Postero die senatus frequens datus Hannibali. ubi prima ejus oratio perblanda ac benigna fuit, qua gratias egit Campanis, quod amicitiam suam
2 Romanae societati praeposuissent: et inter cetera magnifica promissa pollicitus, brevi caput Italiae omni Capuam fore, juraque inde cum ceteris popu-

quam *hosti;* ex quo nihil sequitur. SABELL. Perperam tamen *hosti* vel *hostii* legunt plerique codd. *abdicat* etiam Rec. Tum *suspecta esset hosti, se ipse* Hafn. *suspecta esset hosti ipse* Lov. 3.

§. 1. *Senatus frequens datur Hannibali*] Vet. lib. *datus*. SIG. Ita et codices, quibus usus sum, omnes, excepto solo Berol. qui *datur* ostentat, et Cant. unde ea vox abest. *datus* etiam est in edd. antt.

§. 2. *Brevi caput Italiae omnis Capuam fore*] Pall. tres *Italiae omni*. nec aliter vet. ed. Plautus Asin. 3, 3, 138.

Ego caput huic argento fui hodie reperiundo.

GEBH. Libri *omni*. Plaut. Asinar.

Ego caput huic argento fui hodie reperiundo.

J.FR.GRON. Vulgatum non damnatur, ut Livio indignum. Ita enim supra ipse locutus est 1, 16, 7. *Ut mea Roma caput orbis terrarum sit.* 25, 16, 5. *Caput partis ejus Lucanorum, quae cum Romanis stabat.* 32, 30, 6. *Brixiamque, quod caput gentis erat.* Sed sequimur scriptos, qui, uno vel altero excepto, legunt *caput Italiae omni*. Et ita apud Hearnium L. 1. et N. apud quem D. ultimam vocem omittit. Doujatio locus ex Plauto laudatus non satisfaciebat, ideoque vulgatum praeferre videbatur. Habeat itaque locum Livii ex 8, 4, 5. *Concedentibus Romam caput Latio esse.* Addat insuper, quae Cl. Duker. notavit ad Flori 1, 20. Dicitur autem eadem forma, qua *finis populationibus, locus seditioni*, et similia, de quibus egi ad 3, 46, 2.

Cum ceteris populis Romanum etiam] Vet. lib. *cum caeteris populum Rom. etiam petiturum*. SIG. MSS. libri omnes exhibent *cum caeteris populis Romanum etiam*. quod licenter interpolavit Sigonius. GEBH. MSS. *populis*. J. FR. GRON. Ita et mei, et Hearnii Msti.

§. 4. *Haud parvo initio minui*] Vet. lib. *judicio*. Judicium enim intelligitur, quod parabatur in Magium ex senatusconsulto. SIG. Sigonius videtur inclinare in *judicio*. male. nam initium istud sane non erat exile contra leges et mores liberorum. Sic et Curtius 10, 7. *Alexander exsules recipi ab omnibus Graeciae civitatibus, queis pulsi erant, jussit. Et Graeci haud ausi imperium*

Digitized by Google

lis Romanum etiam petiturum. Unum esse exsortem 3
Punicae amicitiae foederisque secum facti, quem neque esse Campanum, neque dici debere, Magium Decium. eum postulare, ut sibi dedatur, ac se praesente de eo referatur, senatusque consultum fiat. Omnes in eam sententiam ierunt: quamquam magnae 4
parti et vir indignus ea calamitate, et haud parvo initio minui videbatur jus libertatis. Egressus curia, 5
in templo magistratus consedit; comprehendique

aspernari, quamquam solvendarum legum id principium esse censebant. GRUT. Iterum falso probat Sigonius sublestissimi cod. sui scripturam *parvo judicio*, quasi voluerit intelligi Livius judicium, quod parabatur ex senatusconsulto in Magium. Pal. 1. ac 2. et vet. ed. recte tuentur *initio*. Ponit enim duas, ob quas Magius indignus ea calamitate magnae parti videbatur, caussas: prior, quia nulli Campanorum secundus ad mortem rapiebatur; dein, quia tali initio imminutum ibat libertatem Campanis contra foedus. Pal. 3. perperam *haud parvo indicio*. GEBH. Omnes etiam nostri, praeter unum Rec. pro vulgato fiant contra Sigonii vet. lib. V. ad 1, 1, 4.

§. 5. *Egressus curia in templo magistratus consedit*] *Magistratus* est Marius Blosius, quem tum praetorem Campanum fuisse dixit c. 7, 8. *Templum* puto esse tribunal, in quo causam cogniturus consedit; sive quod inaugurato consecratum esset, ut curiae Romanae et Rostra, quae ob hanc causam saepe *templa* dicuntur; quamquam hoc de tribunalibus nondum usquam traditum inveni: sive, quod omnia loca excelsiora, unde late prospici potest, *Templa* vocantur. qua ratione Graevius in vexato loco Flori 2, 12, 11. *Quum in conspectum venisset hostis, in templum recepit*, templum etiam tribunal exponi posse putat. Sed hoc quidquid est, hic tribunal designari, mihi etiam ex eodem genere loquendi, quo de tribunali alibi utitur Livius, probabile visum est. Nam quod hic est *in templo consedit*, l. 26, 15, 8. dicit, *Quum in tribunali consedisset*. Et quod hic *ante pedes destitutum* (sc. in templo considentis) 2, 12, 8. *ante tribunal regis destitutus*. DUK. *in templo magistratum* Flor. a m. 1. *magistratuum* a m. 2. et ita, cum edd. Rom. anni 1472. Parm. et quibusdam aliis, Mss. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertner. et Hearnii Oxon. nisi quod orae N. adscriptum sit *magistratum*. Sed v. Cl. Jac. Gronov. ad Liv. 24, 47, 12.

Ante pedes statutum caussam dicere] Libri omnes *ante pedes destitutum*. nec caussa erat mutandi. Amant hoc verbum in illa re veteres. Gracchus, *palus in foro destitutus est, vestimenta detracta sunt*. ubi item alii *defixus* maluerunt. Poëta vetus, *ita me destituit nudum*. Livius ipse 2, [12, 8.] de Mutio Scaevola, *Ante tribunal regis destitutus, tum quoque inter fortunae mi-*

Digitized by Google

Decium Magium, atque ante pedes deſtitutum caus-
6 sam dicere juſſit. Qui quum, manente ferocia animi, negaret lege foederis id cogi poſſe, tum injectae catenae, ducique ante lictorem in caſtra eſt juſſus.
7 Quoad capite aperto eſt ductus, concionabundus inceſſit, ad circumfusam undique multitudinem vociferans: *Habetis libertatem, Campani, quam petistis. foro medio, luce clara, videntibus vobis, nulli Campanorum secundus, vinctus ad mortem rapior.*
8 *Quid violentius Capua capta fieret? Ite obviam Hannibali, exornate urbem, diemque adventus ejus con-*

nas. Sed et hunc locum diſtinguendo depravarant. LIPS. 4. Ep. Quaeſt. 10. Haud aliter tres Pall. non *statutum*, quod placebat Sigonio, nescio quare. Planc Cic. 9. famil. 22. *Modo ita me deſtituit nudum.* Val. Max. 9, 2. de Artaxerxe: *Patruum cum centum amplius filiis ac nepotibus, vacua area deſtitutum, jaculis confixit.* Livius 7, 10, 6. *Duo in medio armati, spectaculi magis more, quam lege belli, deſtituuntur.* Idem 27, 13, 9. *Quorum signa amissa fuerant, diſtrictis gladiis discinctos deſtituit.* GRUT. *deſtitutum* in libb. vett. eſſe, ante Lipsium monuit Cujacius 10. Obs. 24. DUK. *ante pedes deſtitutum* non tantum conſtanter praeferunt scripti, sed et edd. antt. pro quo Sigonius demum in prima ed. Schol. *statutum* scribendum conjecit, ac conjecturae in contextu locum dedit. Scholion illud deinde in ed. quae poſt mortem Sigonii Ven. anno 1592. prodiit, omissum eſt, licet tamen ipsa lectio servata sit. Hinc itaque poſt Sigonium Cujacius, Lipsius, ac Gruterus priscam lectionem recte vindicarunt. Liv. 7, 13, 3. *Condemnatum se universus exercitus a te ignaviae ratus, et prope ignominiae caussa deſtitutum sine armis.* Eamdem vocem hoc sensu Ciceroni reſtituit Graev. pro Rabir. perduell. reo 4. *Auspicato in loco crucem ad civium supplicium defigi et deſtitui jubes.* ubi vulgo *constitui* legebatur. V. Hotom. ad Cic. 3. in Verr. 26. Zinzerl. in Prom. Crit. c. 41. et Broekh. ad Tib. 1, 1, 15.

§. 6. *Qui quum, manente ferocia animi*] *Quod quum* Hearnii N. altera tamen lectione in margine exſtante. Mox *lege foederisit cogi* Flor. a m. 1. *lege foederis se cogi* a m. 2. Hinc *injecta catena* Brancal. Latinii, et Hearnii N. in margine.

§. 7. *Habetis libertatem, Campani*] Vet. lib. *Habetis en libertatem, Campani.* SIG. Ejiciunt libri omnes MSS. particulam *eam.* Sigonii lectio non displicet. GEBH. Sigonius *Habetis en libertatem.* Sed noſtri omnes utravis voce carent. J. FR. GRON. Operarum errore Paris. anno 1573. editum eſt *Habetis eam li-*

Digitized by Google

secrate, ut hunc triumphum de cive vestro spectetis. Haec vociferanti, quum moveri vulgus videretur, ob- 9
volutum caput est, ociusque rapi extra portam jussus. ita in castra perducitur: extemploque inpositus in navim, et Karthaginem missus; ne, motu aliquo 10
Capuae ex indignitate rei orto, senatum quoque poeniteret dediti principis: et, legatione missa ad repetendum eum, ne aut negando rem, quam primum peterent, offendendi sibi novi socii; aut tribuendo, habendus Capuae esset seditionis ac turbarum auctor. Navem Cyrenas detulit tempestas, quae tum 11

bertatem. Sed utravis voce, *eam*, vel *en*, carent etiam omnes nostri, nisi quod unus Hav. Sigonii lectionem adoptarit. Paullo ante *capite operto* perperam legunt Voss. Lov. 1. et Hafn. V. ad 39, 14, 9.

§. 8. *Quid violentius Capua capta fieret*] *capta Capua* Flor. et Ber. Tum *foret* Lovel. 4. et 5. Ita et alibi variant scribae. Exemplum habuimus supra 10, 41, 7. V. etiam hoc lib. c. 32, 1. (* 35, 14, 4.) Mox *ejus* non adparet in Lovel. 2.

§. 9. *Haec eo vociferante, quum moveri vulgus videretur*] Scripti carent medio pronomine. Scribimus ergo *Haec vociferanti.* J. FR. GRON. Omnes etiam mei pronomen omittunt. At insuper suos *Haec vociferanti*, ut Gronovius conjecit, praeferre Hearnius testatur. Certe id in Ber. prostare vidi. Tum *commoveri* Flor. et Cant. V. ad 4, 24, 7. Mox *obvolutum caput ejus*, pro *caput est*, Hearnii N. *revolutum caput* perperam edd. Rom. anni 1472. et Parm. Supra 4, 12, 11. *Obvolutis capitibus se in Tiberim praecipitaverunt.* Tum *extra portam jussus est* Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldo priores.

Et Karthaginem missus] Malim *est Carthaginem missus.* SIGON. Vocula *et* deest in Hav. quemadmodum etiam paullo ante τὸ *ita* in Lovel. 5. Hinc *in castra producitur* legunt Lovel. 2. et 5. *in castra inducitur* Flor. Tum *in navem* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad cap. seq. §. 5.

§. 10. *Ne aut negando rem, quam primum peterent*] Lege *primam.* J. FR. GRON. *ne* hoc loco positum impeditam quodammodo reddit orationem; quae, mea sententia, facilius curreret, si vel abesset, vel ante *legatione* posita fuisset. DUK. Ita Cl. Jac. Gronov. infra edidit hoc lib. c. 23, 5. *Inde primos in demortuorum locum legit.* ubi antea legebatur *primum.*

Offendi sibi novi socii] Legendum opinor non *offendi*, sed *offendendi.* VALLA. Ita etiam est in plerisque codd. Mox etiam *turbationum*, pro *turbarum*, habet Rec.

Digitized by Google

in ditione regum erant. ibi quum Magius ad ſtatuam Ptolemaei regis confugiſſet, deportatus a cu-
12 ſtodibus Alexandriam ad Ptolemaeum, quum eum docuiſſet, contra jus foederis vinctum se ab Hannibale eſſe, vinculis liberatur; permiſſumque, ut re-
13 diret, seu Romam, seu Capuam mallet. *Nec* Magius *Capuam sibi tutam* dicere; *et Romam eo tempore, quo inter Romanos Campanosque bellum sit,*

§. 11. *Quae tum in ditione regum erant*] Suspicor hic defectum eſſe, scripsiſſeque Livium *in ditione regum Aegypti erant*. Omnino puto, Livium hoc monere voluiſſe et debuiſſe, quia ejus aetate mutata res erat. Olim enim sub Aegypti regibus Cyrenaïca erat, Strabone teſte l. 17, [836.] Poſtea Romani eam Africae adjunxerunt, ut apparet ex Plinio. Ideo aït, *quae tuum in ditione* etc. id eſt, illa aetate aliter, quam nunc. LIPS. 4. Epiſt. Quaeſt. 21. Sic omnes. Nusquam *Aegypti*, quod excidiſſe suspicabatur Lipsius. Poſſumus tueri, ut tacuerit hoc Livius, quia modo eosdem, quos Aegyptus, modo proprios habuere reges, ut Magam, Physconem, Apionem. J. FR. GRON. Omnes etiam noſtri vocem *Aegypti* ignorant, neque ullum indicium praebent, aliquid excidiſſe.

§. 12. *Dum eum docuisset, contra jus foederis*] Malo *quum eum docuisset*, quam *dum*. J. FR. GRON. V. ad 1, 40, 7. Omnes tamen codd. in *dum* consentiunt.

§. 13. *Quam hospitis fore domicilium*] Vet. lib. *domicilium fore*. SIG. At mei alterum verborum ordinem unice probant. Sigonio consentit Hearnii N.

Nusquam malle, quam in regno ejus, vivere] *magis malle* Voſſ. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii D. L. 1. omnesque ante Aldum edd. Eamdem scripturam ex tribus Pall. et vet. ed. supra hoc loco probavit Gebhard. ad 21, 59, 7. Saepius τὸ *magis* abundare, praesertim vero comparativis addi, supra dictum eſt ad 9, 7, 6. Quo minus tamen hic probare audeam, obſtat codd. integerrimorum diſſensus, qui particulam illam ignorant.

§. 1. *Q. Fabius Pictor legatus a Delphis Romam rediit*] Ejusdem legati meminit Plutarchus in Fabio [184.] Hunc eundem illum eſſe, qui res Romanas scripsit, tradit Appianus in Annibalis hiſtoria [329.] (quam manu scriptam saepius apud eum, quem ante etiam nominavi, omni et literarum et humanitatis genere ornatiſſimum Ludovicum Beccatellum legi) cujus hiſtorici, ut horum temporum aequalis, saepe et in hoc bello, et in aliis meminit Livius. SIG. Libri scripti, *Q. Fabius Pictor legatus a Delphis*. J. FR. GRON. Nimirum vocem *legatus*, quam omnes servant codd. Modius eumque secuti recentiores omiserant; quare Gronov. eam ex codd. reſtituendam docet. Praeterea *Romam a Delphis* Lovel. 1. Hinc *redit* Flor. Voſſ. Lov. 4. 5. et Hav. V. ad 36, 35, 2.

Digitized by Google

transfugae magis, quam hospitis, fore domicilium. nusquam malle, quam in regno ejus, vivere, quem vindicem atque auctorem habeat libertatis.

XI. Dum haec geruntur, Q. Fabius Pictor legatus a Delphis Romam rediit, responsumque ex scripto recitavit: Divi quoque in eo erant, quibus quoque modo supplicaretur. tum, *Si ita faxitis, Romani, vestrae res meliores facilioresque erunt: ma-*

Ceterum verba Sigonii inposuerunt Pighio in Ann. Rom. ad ann. DXXXIV. p. 142. ut crederet, Fabii Pictoris historiam Venetiis superesse in bibliotheca Lud. Beccatelli, ibique eam Sigonium vidisse ac legisse; quum verba Sigonii accipienda sint de Appiani Hannibalicis. V. etiam Voss. de Hist. Lat. 1, 3. ex cujus consilio Sigonii verba parentheseos notis distinxi.

Divi quoque in eo erant, quibus quoque modo supplicaretur] Pall. hic alio divertunt. quorum pr. *divini quae in eo erant, quibus quoque modis supplicaretur.* sec. et vet. ed. *divina quae in eo erant, quibus quoque modis supplicaretur.* Forte legendum *Divini quoque erant.* Nam ut Latini usurparunt *humani*, pro *homines*, ut docui ad Propert. 3, 6, 30.

Ista per humanos mors venit acta manu.

Sicut ibi expressissime Pal. membr. *humanos* oggerunt: ita quoque *divini* adhibent pro *Dii*, seu *Divi*. quod ingratum librarii mutarunt. Sic expresse MS. cod. Pal. Nonii in verbis Pomponii,

Divinos Venus veget voluptatibus.

Quod quum ibidem non caperent correctores, substituerunt *animos.* qua de re commonefeci Antiq. Lect. 2, 17. GEBH. *divini carminis, quae in eo erant* Ber. Hav. et Brancal. Latinii. *divini certaminis quoque in eo erant* Hafn. *Divinique in eo erant* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Hearnii L. 1. ac N. *divaque in eo erant* Gaertn. *divini in quo erant* Lovel. 3. *dinaque*, vel *divina quoque, in eo erant* edd. vett. pro quo Aldus demum *Divi quoque in eo erant* restituit. quod praefero illi Gebhardi *Divini quoque.* Alibi enim Livium aut ullos ejus aetatis, qui prosa scripserunt, *Divinus* pro *Divus* dicere non memini; et solent etiam librarii *divus* et *divinus* confundere. V. exemplum supra ad 22, 1, 16. Doujatius malebat *Divi quique in eo erant:* quod et Cl. Crevier. in mentem venit; cui ceteroquin τὸ *quoque* recidendum videbatur, quod nihil huc pertinet, et ex vicino orationis membro facile inmigrare potuit. Tum *quibusque modis* Lovel. 4. Rec. et Brancal. Latinii. *quibusque modo* Lovel. 5. *quibus quoque modis* Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et pr. edd. quas vidi, omnes. *quibus quotque modis* Ascens.

§. 2. *Tum si ita faxitis, Romani*] Voculam primam in postrema editione subnotavit linea

Digitized by Google

gisque ex sententia respublica vestra vobis procedet,
3 *victoriaque duelli populi Romani erit. Pythio Apollini, republica vestra bene gesta servataque, lucris meritis donum mittitote, deque praeda, manubiis, spoliisque honorem habetote, lasciviam a vobis pro-*

pater, forte suspicatus, repetitam ex ultima syllaba vocis praecedentis. Nihil tamen ex MSS. notatum video. JAC. GRON. Nec causa est quidquam mutandi. Sic in responso oraculi 5, 16, 10. *Tum tu audax insiste hostium muris.* In precibus quoque et jurejurando usus est hujus particulae. 1, 24, 8. 25. [c. 32, 7.] V. Muretum ad Cic. 1. Catil. 13. Tamen Livius 25, 12, 10. *Haec si recte faxitis.* DUK. Prima illa vocula accipienda videtur non tamquam pars responsi, quod Apollo Delphicus Fabio dedit, sed tamquam ipsius Livii, qui, quum dixisset, in responso fuisse Divos, quibus et quomodo supplicaretur, addit, *tum*, nempe in responso erant haec verba, *Si ita faxitis Romani* etc. Et hanc forte ob caussam Gronov. eam lineola subnotavit, ut indicaret, scribendam esse eodem genere characterum, quo contextus Livianus, non quo responsum Apollinis, exprimitur. Ceterum perperam *facitis* Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertner. Hav. et edd. Aldo priores.

Vestrae res meliores facilioresque erunt] Vet. lib. *felicioresque.* SIG. Pall. duo ab eadem stant lectione. At pr. *meliores felicioresque.* Vet. ed. *meliores fortioresque.* Mox Pall. tres *magisque ex sententia respublica vestra vobis* (absunt a tert. *vestra vobis*) *procedet.* GEBH. Omnes melioris notae *res vestrae meliores facilioresque erunt, magisque ex sententia.* Non ullus horum *feliciores*, quod intrusit Sigonius. Ter. Ad. [3, 4, 56.]

Quam vos facillime agitis,
quam estis maxime
Potentes, dites, fortunati, nobiles.

Virgilius [1. Aen. 444.]

— — — — bello
Egregiam et facilem victu per secula gentem.

Plautus Curcul. [5, 2, 6.]

Nugas garris. CU. *Soleo, nam propter eas vivo facilius.*

Epidico [2, 2, 59.]

Quam facile et quam fortunate evenit illi, obsecro, mulieri.

Cicero 6. famil. 5. *Res et fortunae tuae mihi maximae curae sunt, quae quidem quotidie faciliores mihi et meliores videntur.* Sic Tacitus in vita Agric. [3.] *Augeatque quotidie facilitatem imperii Nerva Trajanus.* Quod non debuit mutare Pichena. Theophrastus Charact. ἀδολεσχ. Ἧς χαλεπόν ἐστι τὸ ζῆν. J. FR. GRON. *facilioresque* est ab Aldo; priores edd. legunt *fortioresque.* Sigonio consentiunt Lovel. 3. 5. Hafn. Gaertn. et Hav. Reliqui cum Hearnii Oxon. servant *facilioresque*, ex cujus interpretatione *felicioresque* natum videtur. Hoc sensu ferme *facilis* inlustrat Graev. ad Cic. 3. ad fam. 12. et ad 6, 5. Solent autem *faciles* et *felices* a librariis commutari. V. Cel. Burm. ad Vell. Pat. 2, 53. et Suet. Claud. 29. Etiam viros doctos ad Plinii 2. ep. 4.

Digitized by Google

hibetote. Haec ubi ex Graeco carmine interpretata 4
recitavit, tum dixit, *se oraculo egressum extemplo his omnibus Divis rem divinam ture ac vino fecisse: jussumque ab templi antistite, sicut coronatus laurea* 5
corona et oraculum adisset, et rem divinam fecisset;

§. 3. *Lucris meritis donum mittitote*] Scaliger ad Festum [in v. *Lucar.*] *lucaris meriti:* quod vellem, ipse explicuisset. MSS. nihil mutant. An vitium e notis ortum, quas non ceperint, maleque interpretati sint librarii, et voluit auctor *lubentes merito donum mittitote?* An *Divisque meritis?* Plures enim Pythio σύνναοι. unde *universorum templorum antistites;* et non juvenis modo, sed et duae armatae virgines Gallos infestos repellunt apud Trogum 24, 8. et mox refert noster, *his omnibus Divis.* An et servabimus potius vulgatum, et *lucris meritis* est, lucris perceptis, quae Deorum nutu et strenua virtute promeriti estis? 45, [39, 11.] in orat. Servilii, *Victor in Capitolio, triumphans ad eosdem Deos, quibus vota nuncupavit, merita dona traducit.* J. FR. GRON. *lucris meritis* etiam omnes mei.

Honorem habetote] Adjiciunt Put. et non nisi optimi: *lasciviam a vobis prohibetote.* Denotat hic *lascivia* irreligiosam exsultationem in rebus secundis, atque ex ea Deûm incuriam atque oblivionem. J. FR. GRON. Eadem verba exhibet etiam Flor.

§. 4. *Omnibus Diis rem* etc. *jussumque ab antistite*] Scripti magno numero *Divis.* Put. etiam *ab tempi antistite.* sic, ut *b* et *t* in unam contracta sint figuram. Lege, *ab templi antistite.* J. FR. GRON. *Divis* non tantum omnes scripti, sed et omnes edd. usque ad ultimam Gruteri, quae perperam *Diis* dedit. *Antistes templi*, ut infra hoc lib. c. 24, 12. Et ita *antistes fani Dianae* supra 1, 45, 6. Vox *templi* tamen in nullo apud me cod. superest.

§. 5. *Coronatus laurea corona*] Vocem postremam indicio libri Cantabrig. ea carentis pro additamento intueor hominis nimium simplicis, aeque ut infra hoc lib. c. 23, 6. *Aut civicam coronam accepissent.* Ubi cernis MSS. omnes agnoscere *civicam Romanam.* Sed et *Romanam* et *coronam* ejusdem pretii videntur. 27, 37, 13. *Virginum ordinem sequebantur decemviri, coronati laurea praetextatique.* JAC. GRON. Si plures codd. lectioni Cant. faverent, vocem ultimam pro librariorum additamento habere non dubitarem. Nam ita *laurea* simpliciter etiam supra est 2, 47, 10. *Se publico privatoque deformem luctu lauream non accepturum.* 7, 13, 10. *Cupimus tibi lauream insignem deferre, tecum triumphantes urbem inire.* 40, 37, 3. *Lauream in manu tenentes supplicaverunt.* Et praeterea soliti sunt librarii voces per ellipsin omissas de suo addere. V. infra ad 37, 18, 1. et quidem praesertim vocem *corona* nunc addiderunt, nunc expunxerunt. V. Casaub. aliosque ad Suet. Caes. 2. 45. et 79. Quum tamen hoc loco omnes reliqui libri, etiam, ut videtur, optimus Put. de quo nihil monent viri docti, qui eum excutiendi potestatem habuerunt,

Digitized by Google

ita coronatum navim adscendere, nec ante deponere
6 *eam, quam Romam pervenisset. Se, quaecumque imperata sint, cum summa religione ac diligentia exsecutum; coronam Romae in aram Apollinis deposuisse.* Senatus decrevit, ut eae res divinae supplicationesque primo quoque tempore cum cura fie-
7 rent. Dum haec Romae atque in Italia geruntur,

vocem *corona* retineant, eamdem delere non ausim. Mox *cornaculum*, pro *oraculum*, mendose praeferre Put. auctor est Gronov. infra ad 29, 27, 5. Eodem vitio laborant Flor. Lovel. 1. 4. et Harl.

Coronatum navim adscendere, nec ante deponere eam] Non dicam Livius, sed Q. Fabius certe ignoravit solemnem morem Graecorum. Nam quod ille ut novum et mirum recenset, jussum se ab antistite, ut coronatus domum rediret; id quidem servare omnes debebant, qui ad oraculum accesserant. Est in Scholiaste Euripidis locus valde huic Liviano illustrando, in Hippolyto [792.] Ἔθος γὰρ εἶχον οἱ ἀρχαῖοι τοῦτο, ὅτε ἤρχοντο ἀπὸ μαντείας, ἐστεφανομένοι ἤρχοντο, καὶ πάντες τοὺ ὄικον προσεκύνουν αὐτούς. Item in Sophoclis Scholiaste in Oedipo tyranno: οἱ ἐπι τινί ἀσίῳ παραγενόμενοι ἐκ Δέλφων ἐστεμμένοι ἐπανῆεσαν. LIPS. 4. Epist. Quaest. 21. Nec hoc tantum ita se habet in consulentibus oracula, sed in omnibus rem porro etiam divinam facientibus: sine cujus moris notione legas citra intelligentiam Arriani ista de Epicteti sermonibus l. 1, 19. Σήμερον τὶς ὑπὲρ ἱεροσύνης ἐλάλει μοι τοῦ Ἀυγούστου. etc. Porro ut hoc quoque admoneam, in Moguntinensi veteri editione est non *oraculum ingressus erat*, sed *oraculum adisset*. quod perinde, et fortassis etiam melius huic loco convenit. MOD. Ex veteri more, de quo plura notavi ad syntagma Castellani de Graecorum festis in *ΔΗΛΙΑ*. H. VALES. Loca ex Scholiastis Euripidis et Sophoclis laudat etiam Brodaeus 4. Miscell. 15. qui insuper addit Aristophan. in Plut. 21. Quod vero pro certo habet Lipsius, Fabium solennem hunc morem Graecorum ignorasse, atque ideo tamquam novum et mirum referre, non nimis certum esse arbitror. Credamus et Romanos alios, et ipsum Fabium, priusquam Delphos venerat, eum ignorasse. Sed cur incredibile videbitur de eo, quum ibi esset edoctum? In senatu autem hoc propter illos dicere potuit, qui, quum se laurea coronatum Romam venientem vidissent, forsitan insolentiam rei mirati fuerant. DUK. *navem adscendere* Flor. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad cap. praec. §. 9. (* 24, 26, 6. Burm. ad Virg. 1. Aen. 120.) Nescio vero, qua ed. usus fuerit Modius, ubi vulgatum erat *oraculum ingressus erat*. Omnes enim, quas vidi, praeferunt *adisset*.

§. 6. *In ara Apollinis deposuisse*] Membranae *in aram*. J. FR. GRON. Ita et Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 5. Harl. Ber.

Digitized by Google

nuncius victoriae ad Cannas Karthaginem venerat Mago Hamilcaris filius: non ex ipsa acie a fratre missus, sed retentus aliquot dies in recipiendis civitatibus Bruttiorum, quaeque deficiebant. Is, quum 8
ei senatus datus esset, res gestas in Italia a fratre exponit: *Cum sex imperatoribus eum, quorum quatuor consules, duo dictator ac magister equitum*

Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quam lectionem, a Cl. Crevier. receptam, similiter tot codicum fide recepi. Simili modo *inponere in caput* supra restitutum est 1, 18, 8. ubi plura vide. *ponere in aedem* inlustratur infra 41, 28, 7. Mox *eae res divinaeque supplicationes* Hearnii L. 1.

§. 7. *Quae deficiebant*] Optimi et complures *quaeque deficiebant*. J. FR. GRON. Utrum hoc est, et quae alibi, quam in Bruttiis, deficiebant? nam in Hirpinis relictum ad recipiendos, qui deficiebant, scribit c. 1, 4. An *quaeque* est, quaecumque in Bruttiis deficiebant? ut saepe alibi *quique* pro quicumque, *ubique* pro ubicumque, *quandoque* pro quandocumque; de quibus Gronov. et Drakenb. ad 1, 24, 3. Fabric. ad Cic. 1. de Off. 39. et Ach. Statius ad Catulli 68, 12. Hoc verius puto. DUK. *quaeque deficiebant* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 3. 5. Harl. Gaertn. Hearnii Oxon. et ed. Parm. quo admisso, insuper legendum existimat Cl. Crevier. *ut quaeque deficiebant*. Sed possunt indicari civitates Bruttiorum aliorumque Italiae populorum, quaecumque deficiebant. Paullo ante *Romae atque Italia*, pro *in Italia*, Flor. Voss. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad Epit. Liv. 85. Hinc *victoriae Cannensis* Ber. Hav. et Hearnii N. Tandem *a fratre* exsulat a Lov. 1. 2. et Voss.

§. 8. *Res gestas in Italia a fratre exposuit*] Meliores *exponit*. J. FR. GRON. Ita omnes et mei et Hearnii Oxon.

Cum sex imperatoribus eum, quorum quatuor consules, duo dictator ac magister equitum] Nemini dubium, Magonem haec, qua potuerit magnificentia, senatui Carthaginensi retulisse, cum amplissimo, ut decuit, fratris encomio. Quare miror, hunc locum non ita legi: *Cum septem imperatoribus eum, quorum quinque consules* etc. Sunt autem hi, P. Scipio, T. Sempronius, C. Flaminius, L. Aemylius, C. Terentius, Q. Fabius, et M. Minutius. De Fabio certe et Minutio dubitari non potest, cum ipse eos hic nominet. Praeterea *cum sex*, ait, *consularibus exercitibus*, ubi etiam plures inveniet, qui pugnas ordine leget: sed, hercules, in repetitione imperatorum Sempronii oblitus videtur. At nobis haec ideo memorare placuit, ut videant studiosi, non omnino vanam esse suspicionem nostram, hanc decadem plenam esse mendis. Spero autem fore, ut haec per alios manifestiora fiant. GLAR. Praeteritus est *Ti. Sempronius*, quem Annibal ad Trebiam vicit, non librarii vitio, sed auctoris. Quod

Digitized by Google

fuerint, cum sex consularibus exercitibus acie con-
9 *flixisse: occidisse supra ducenta millia hostium: supra quinquaginta millia cepisse. Ex quatuor consulibus duos occidisse; ex duobus saucium alterum, alterum, toto exercitu amisso, vix cum quinquagin-*
10 *ta hominibus effugisse. Magistrum equitum, quae consularis potestas sit, fusum fugatumque: dicta-*

ex verbis ipsis intelligi perspicue potest. Nam dictatorem et magistrum equitum nominat Q. Fabium et M. Minucium, et duos consules occisos, C. Flaminium et C. Paullum; et duos, quorum alter saucius fuerit, P. Cornelius Scipio, alter vix cum quinquaginta hominibus evaserit, C. Terentius Varro. SIG. Pronomen *eum* deest in Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii Oxoniensibus. Hinc *duo dictatores* legunt Flor. Lovel. 3. 4. Hav. et Hearnii N. *duo dictatores ac magistri equitum* Voss. a m. 1. et Lovel. 2. Mox *τὸ exercitibus* deest in Voss. *acie* in edd. Aldo prioribus. At posteriorem vocem, quam etiam omnes Msti defendunt, ex veteri cod. addendam esse, jam Pierius monuit ad Virg. 2. Aen. 30. *conflixisse acie* legit Gaertn.

§. 9. *Occidisse supra ducenta millia hostium; supra quinquaginta millia cepisse*] *supra ducenta millia hostium, quinquaginta millia* Hearnii L. 1. *supra ducenta millia, quinquaginta millia hostium* ejusdem N. *supra ducenta millia, supra quinquaginta millia hostium* Voss. Lovel. quinque, Ber. Gaertner. Hav. et edd. ante Aldum. In verbis sequentibus *toto amisso exercitu* alio ordine legunt Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertner. et Hav. Tum *cum septuaginta hominibus*, pro *quinquaginta*, legendum videtur ex illis, quae notat Gronov. ad Liv. 22, 49, 14. et 25, 6, 13. Nisi forte quis contendat, Magonem dedita opera *cum quinquaginta hominibus* dixisse, ut cladem Romanorum tanto magis augeret.

§. 10. *Magistrum equitum, qui consularis potestatis sit, fusum fugatumque*] Pal. 2. *quae consularis potestatis sit, effusum.* Vereor, ne perperam. GEBHARD. Egregie sanctiores, *Magistrum equitum, quae consularis potestas sit.* Sic 1, [20, 3.] *Virginesque Vestae legit, Alba oriundum sacerdotium, et genti conditoris haud alienum.* 4, [44, 5.] *Preces tribunorum plebis, potestatis sacrosanctae.* 8, [32, 3.] *Pareantque ei consules, regia potestas.* 24, [26, 11.] *Puellis ut saltem parcerent, a qua aetate etiam hostes iratos abstinere.* 30, [7, 5.] *Suffetes, quod velut consulare imperium apud eos erat.* Seneca in Controv. Sacerdos prostituta [1. contr. 2.] *Summum imperium, consules cedent tibi.* Justinus 18, [4.] *Sacerdoti Herculis, qui honos secundus a rege erat.* J.FR.GRON. Ita et Flor. legit. Supra 6, 37, 3. *Contemni jam tribunos plebis, quippe quae potestas jam suam ipsa vim frangat.* Simili modo *eam aetatem*, pro puellas ejus aetatis, Livius dixit 2,

Digitized by Google

torem, quia se in aciem numquam commiserit, unicum haberi imperatorem. Bruttios Apulosque, partim Samnitium ac Lucanorum defecisse ad Poenos. Capuam, quod caput, non Campaniae modo, sed, post adflictam rem Romanam Cannensi pugna, Italiae sit, Hannibali se tradidisse. Pro his tantis totque victoriis, verum esse, grates Deis inmortalibus agi haberique. 11 12

13, 10. *cum vestra aetate*, pro cum adolescentibus vestrae aetatis, Cic. de Senect. 14. V. Cel. Burm. ad Nas. 1. Art. Amat. 9. et Cort. ad Sall. Catil. 2. Praeterea *fusum fugatum* sine copula Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Cant. Harl. Ber. et Gaertn. V. ad 38, 53, 2. Mox *qui se in acie numquam commisit* Lovel. 3. *commisit* etiam Voss. *dictatoremque in acie se numquam commiserit* Lovel. 2. Male. Locutionem *committere se in aciem* supra inlustravi ad 4, 27, 6.

§. 11. *Partem Samnitum ac Lucanorum defecisse ad Poenos*] Put. Pet. Flor. *partim Samnitium*. V. 3. Obs. 2. J. FR. GRON. Antiquum illud *partim*, pro *partem*, Gronov. etiam infra restituit 26, 46, 8. V. etiam Cortium ad Sall. Jug. 55. Saepissime autem Msti modo *Samnitum*, modo *Samnitium* scribunt; quam tamen posteriorem scripturam plerumque servant optimi. V. ad 8, 1, 7. c. 6, 8. c. 22, 7. aliisque locis pluribus. Adde, quae notavit Doctiss. Arntzen. ad Aur. Victor. Viros inl. c. 33, 7. Tum *descisse* Lovel. 1. 2. et Harl. de quo verbo, et quidem ita in tempore perfecti contracto, v. ad 24, 45, 2. Optimi tamen in receptam lectionem conspirant. Tum *ad Poenum* Hearnii D. V. infra hoc lib. ad c. 13, 3. Mox *Capuam, quae caput* Lovel. 3. Sed v. ad 31, 30, 5.

§. 12. *Pro his tot tantisque victoriis rerum sacrum Diis inmortalibus agi haberique*] Hoc *rerum* quidam haud temere amoverunt, mea quidem opinione. Quidam mutarunt in *verum*. Quanquam praeterea sensus videtur desiderare verbum *petit*, vel quid simile. GLAR. Vet. lib. non habent vocem *verum*: et pro *tantis totque* habent *tot tantisque*. Quidam libri olim habebant *rerum*, non *verum*. Itaque in suspicionem venio, ne quoniam huic sententiae subaudiendum est verbum *petere*, ne pro *rerum*, voce perspicue depravata, *petere* sit substituendum, quod tamen non affirmo. SIG. Et recte quidem tu, Sigoni, quod non adfirmas, quae probare nulli sano possis; recte etiam Glareanus ad hunc locum. Bene, inquam, factum a vobis, quod temere nihil mutandum statuistis eo loco, ubi vobis non licebat, et merae erant tenebrae; quarum nubem ita discutio, ut dicam, nihil mutandum, et veram germanamque Livii scripturam esse; *pro his tot tantisque victoriis verum, sacrum Diis immortalibus agi haberique*. Positum enim est hic *verum*, pro aequum, ut dixit Horatius [1. ep. 7, 98.]

Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.

et Cic. pro Mur. [35.] *Cato negat verum esse, allici benevo-*

Digitized by Google

1 XII. Ad fidem deinde tam laetarum rerum, effundi in vestibulo curiae jussit annulos aureos, qui tantus acervus fuit, ut, metientibus dimidium super tres modios explesse, sint quidam auctores. Fama

lentiam cibo. Hoc est, negat justum, aequum esse. Quin ne Jureconsulti quidem hoc loquendi genere sese abstinuerunt. Vide l. omnes 4. de in integr. restit. l. si cui legetur 49. §. Julianus 6. de Legatis 1. Instit. quibus ex caus. manum. non licet §. Semel 6. MOD. *Verum* hic notat aequum ac justum est. GRUT. Modius propugnat Livii veram germanamque scripturam, positumque hic *verum* docet pro aequum. Pall. ignorant *τὸ verum.* ex hisque pr. *Pro his tantisque victoriis sacrum D. im. a. h.* sec. et tert. *Pro his tot tantisque victoriis sacrum D. im. a. h.* Vet. autem ed. *Pro his tot tantisque victoriis verum, sacrum Diis immortalibus agi haberique. Τὸ verum* sic Livius infra utitur 32, 33, 4. *Caeterum et sociùm audiri postulata verum esse.* 40, 16, 6. *Verius fuisse, consules, quorum provincia esset, quam se, quid e republica esset, decernere.* Confer 2, 48, 2. 32, 33, 4. 39, 27, 3. GEBH. Exercuit hoc Sigonium et Modium. Ille, quia invenerat alicubi *rerum*, quod et Andreas habet, suspicatur substituendum *petere:* hic alterum tuetur. Sed vetustissimus: *victoriis atrum esse graes Deis.* Unde liquet scribendum, *Pro his tantis totque victoriis, verum esse, grates Deis immortalibus agi haberique.* V. ad 2, 48, 2. J. FR. GRON. Plerique codd. *Pro his tantisque*, vel *Pro his tot tantisque.* At Flor. *Pro his tantis totque victoriis:* quomodo Aldus etiam et reliqui, praeter Sigonium, editores vulgari curarunt. Saepissime quidem *tot tantique* obcurrit; at Cic. etiam *tanti tamque multi* dixit, ubi *tam multi* est tot. Ita 1. de Orat. 10. 2. de Nat. Deor. 36. et alibi. Deinde *victoriis sacrum Diis immortalibus*, reliquis omissis, longe plurimi codd. *victoriis verum, sacrum Deis inmortalibus* Flor. *victoriis ver sacrum Deis immortalibus* Exc. Pithoei. Et ita non modo conjecit etiam Latinius, sed insuper quoque Robert. Titius 16. Locor. controv. posteriorum c. 20. ex quo opere nondum typis descripto, quae ad Livii vel emendationem vel inlustrationem pertinebant, mecum communicavit vir Cl. Henric. Brencmannus. Is autem Titius existimabat, Magonem his verbis senatui Karthaginiensi referre, tot calamitatibus adflictos fuisse Romanos ab Hannibale, ut coacti fuerint ver sacrum vovere. Triumphat deinde, quod ita etiam locum produxerit P. Victorius 35. Var. lect. 22. Verum quis umquam dixit *agere et habere ver sacrum?* Neque etiam Romani ver sacrum *pro his tantis totque victoriis* Hannibalis voverunt, verum *si bellatum prospere esset*, ut inquit Liv. 22, 9, 10. sive *si respublica populi Romani Quiritium ad quinquennium proximum salva servata erit hisce duellis*, ut inquit c. 10, 2. Gifan. Obs. in ling. Lat. v. *Verum est*, legebat *victoriis verum, sacra Diis immortalibus*, et *verum* pro aequum multis inlustrat: de quo etiam supra

Digitized by Google

Fama tenuit, quae propior vero est, haud plus 2
fuisse modio. Adjecit deinde verbis, quo majoris
clàdis indicium esset, neminem, nisi equitem, at-
que eorum ipsorum primores, id gerere insigne.
Summa fuit orationis, *Quo propius spem belli per-* 3

v. ad 3, 40, 11. Titius quoque, si prior conjectura displiceret, *verum* eodem modo exponebat, et, praeter loca Horat. Cic. pro Mur. et Liv. l. 32. laudabat Virg. 12. Aen. 694. Ter. Andr. 4, 1, 5. et Cic. 2. ad Att. ep. 1. Reliquis tamen praeferendam, atque unice veram esse Gronovii emendationem, nemo non animum adtendens facile videbit.

§. 1. *Dimidium super tres modios*] Hinc Plinius 33, 1. *Annulorum aureorum promiscuus usus fuit secundo bello Punico; neque enim aliter potuissent trimodia illa annulorum Carthaginem ab Annibale mitti.* SIG. Val. Max. 7, 2. Ext. 13. *Inque tanti successus fidem annulos aureos trium modiorum mensuram explentes effundente, qui interfectis nostris civibus detracti erant.* Ceterum *ut metientibus visum fuerit, dimidium super tres modios explesse. Sunt quidam auctores, et fama tenuit* legunt Ber. et Hav. Paullo ante *Ad fidem deinde tantarum rerum* Gaertn. *Ad fidem deinde laetarum rerum* Hav. Praeterea *effundi jussit in vestibulo curiae* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et editiones Aldina vetustiores.

§. 2. *Fama tenuit, quae propior vero est, haud plus fuisse modio*] Perizon. Animadv. Hist. c. 9. p. 378. conjicit, *paulo plus fuisse modio*, ut Livio cum auctore Epitomes, qui scribit *excéssisse modii mensuram*, con-

veniat: de quo eruditos judicare vult. Ego quoque illorum judicio relinquo, an hoc satis firmum illius conjecturae fundamentum sit. Nec tamen dissimulo, mihi tutius videri, constantem Mstorum lectionem ob hoc solum, ut idem dicat Livius, quod auctor Epitomes, non sollicitare. Nam quae religio est credere, eum hic quoque, ut aliis locis, quae ipse Perizonius observavit, a Livio abiisse. DUK. *Et fama tenuit* Oxon. N. pro quo Hearnius *At fama* scribendum conjicit. Verum, unde potius illud *Et* natum sit, ex illis, quae praecedenti §. notata sunt, patet.

Eorum ipsorum primores, id gerere insigne] Magnificentius hoc, quam verius, ob caussam, quam dicit Livius. V. Sigon. 2. de Ant. jur. civ. Rom. 3. Ferratius 2. Epist. 2. scribit, hinc necessario consequi, aut non omnes equites Romanos tunc annulis aureis usos fuisse, sed tantum primores; aut in equitum turmis alios etiam ex plebe militasse. Prius ei non videtur probabile: de posteriore quid sentiat, non dicit. Neutrum ex gloriosa oratione Magonis consequitur. Sed in turmis equitum Romanorum etiam plebejos militasse tam certum est, quam tribunos plebis ejusdem ordinis fuisse. DUK. *id in digito gerere* Lov. 3. Ber. et Brancal. Latinii.

§. 3. *Quo propius spes belli perficiendi sit*] Libri *spem*, ut diximus ad 22, 40, 5. *sit*, nempe

Digitized by Google

ficiendi sit, eo magis omni ope juvandum Hanni-
lem esse. procul enim ab domo militiam esse, in
4 *media hostium terra. magnam vim frumenti, pe-*
cuniae, absumi; et tot acies, ut hostium exercitus
delesse, ita victoris etiam copias parte aliqua mi-
5 *nuisse. Mittendum igitur supplementum esse, mit-*
tendam in stipendium pecuniam frumentumque tam
6 *bene meritis de nomine Punico militibus.* Secundum
haec dicta Magonis laetis omnibus, Himilco, vir

ipse Hannibal. J. FR. GRON. Ita Flor. a m. 1. Voss. Ber. et Hearnii D. atque N. in contextu, quum in margine *spes* quoque cum reliquis habeat. *spem* hoc loco legendum esse, monuit antea Gronov. in priori ed. notarum ad 8, 32. Paullo post *eo magis ope juvandum* edd. antiquae usque ad Aldinam, quae addidit *omni ope*. Recte. V. ad 8, 16, 4.

§. 4. *Magnam vim frumenti pecuniaeque absumi*] Put. Pet. Men. duo Pall. Voss. *magnam vim frumenti pecuniae absumi*, extrita copulativa. J. FR. GRON. Nec aliter est in Flor. Lovel. 1. 2. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac D.

Et tot acies, ut hostium exercitus delesse, ita victoris etiam copias parte aliqua minuisse] Perperam Pall. tres *actis*, mox *delesset*. sec. *deesset*. Caeterum hoc axioma inculcat quoque Curtius 4, 6. *Nam et secundis proeliis atterebantur copiae.* Infra c. 30, 2. *Multorumque sanguine ac vulneribus ea Poenis victoria stetit.* GEBH. *et tot actis, ut hostium* Lovel. quinque, Harl. Hafn. Gaertn. et edd. usque ad Froben. anni 1531. *et tot proeliis actis, ut hostium* Hav. et Hearnii N. a m. 2. *et tot proeliis peractis ut hostium* Ber. *et tot proeliis ut hostium* Brancal. Latinii. Tum *delesset* Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Brancal. Latinii, cum iisdem edd. Deinde *inminutas esse* Ber. Hearnii D. idemque Latinii codex.

§. 5. *Mittendam in stipendium pecuniam frumentumque*] A Livii calamo reor prodiisse *mittenda*. 24, 24, 3. *Huic genus et fortuna honesta erant.* 33, 33. 7. *Et ubique jus, fas, lex potentissima sint.* 34, 4, 10. *Quum aurum et purpuram data et oblata ultro non accipiebant.* Et c. 19, 8. *Quum incerta bellum an pax cum Celtiberis essent.* JAC. GRON. 35, 25, 10. *Tempus et ratio administrandi ejus libera praetori permissa sunt.* (* 36, 39, 9.) V. ad 1, 31, 7. Omnes tamen libri vulgatum servant, nisi quod *mittendum* sit in Lovel. 4. et 5.

§. 6. *Secundum haec dicta Magonis* etc. *Himilco* etc.] Silius increpitum ab ipso Magone Hannonem refert, non ab Himilcone, [11, 545.] MODIUS.

Vir factionis Barchinae] Optimus *Barcinae*. et sic fere semper. J. FR. GRON. Ita et Flor.

Digitized by Google

factionis Barcinae, locum Hannonis increpandi esse ratus, *Quid est, Hanno?* inquit. *etiam nunc poenitet belli suscepti adversus Romanos? Jube dedi* 7 *Hannibalem: veta in tam prosperis rebus grates Diis inmortalibus agi. audiamus Romanum senatorem in Karthaginiensium curia.* Tum Hanno: *Tacuissem* 8 *hodie, Patres conscripti, ne quid in communi omnium gaudio, minus laetum quod esset vobis, loquerer. nunc interroganti senatori, poeniteatne me* 9

V. ad 21, 2, 4. (* Similiter Florent. infra cap. seq. §. 6.)

Etiam nunc poenitet belli] Vet. lib. *etiam nunc te poenitet.* SIG. Iidem spernunt pronomen ab Sigonio ingestum. J. FR. GRON. Id non adparet etiam in Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. aliisque. V. etiam Gronov. ad Liv. 28, 40, 7. *poenitet te belli*, pronomine transposito, legunt Ber. et Hav.

§. 7. *Gratias Diis inmortalibus agi*] MSS. *grates:* quod quia poëtis magis, quam oratoribus, grammaticorum tribuerunt editiones, ubique fere deleverunt. J. FR. GRON. *grates* non tantum servant omnes codd. mei, et Hearnii L. 1. verum etiam, quas vidi, edd. ante Ascens. anni 1513. Et quidem frequentissime hoc vocabulo utitur Livius. Supra 7, 36, 7. *Diis laudes gratesque agunt.* 10, 25, 5. *Laeti atque alacres Diis populoque Romano grates agunt.* 27, 13, 2. *Diis inmortalibus laudes gratesque ago.* c. 51, 7. *Discursum inde ab aliis circa templa Deûm, ut grates agerent.* Eodem cap. §. 9. *Quum matronae amplissima veste Diis inmortalibus grates agerent.* 28, 39, 15. *Jovi Optimo Maximo grates ob haec agere jussi sumus.* 45, 14, 3. *Grates Diis pro populi Romani victoria apud suos penates ageret.* c. 39, 12. *Diis grates agentem imperatorem ob rempublicam bene gestam redire.* Idem insuper vocabulum Livio restituit Sigonius 5, 23, 3. et Gronov. 26, 48, 3. 30, 17, 6. et c. 21, 9. V. Cellarii Antib. p. 262. ubi adversus Rob. Steph. et Paraeum, qui poëticum putarunt, etiam aliis scriptoribus in usu fuisse docuit. Praeterea *Deis inmortalibus* Florent. V. ad 10, 40, 13.

§. 8. *Tacuissem, inquit, hodie, Patres conscripti*] Iidem vero hoc *inquit* sustulerunt ab initio hujus orationis, quod ego malim in posterioribus sublatum: *Respondeam, inquit, Himilconi.* Errorem fecit dilemma Hannonis, altera defectum parte. Dilemmatis partes sunt, *si reticeam, si respondeam.* et membrum quidem praecedens suis explicatum est partibus conditionalibus, sequens non item: sed statim absque conditionis explicatione respondet. quapropter non est mihi dubium, orationi aliquid deesse, quod cordatus lector judicio haec legens facile videbit. GLAR. Illud *inquit*, quod sublatum queritur Glareanus, in nullo inveni cod. Neque

Digitized by Google

adhuc suscepti adversus Romanos belli, si reticeam, aut superbus, aut obnoxius videar: quorum alterum est hominis alienae libertatis obliti; alterum
10 *suae. Respondeam igitur Himilconi, non desisse poenitere me belli, neque desiturum ante invictum vestrum imperatorem incusare, quam finitum aliqua tolerabili conditione bellum videro: nec mihi pacis antiquae desiderium ulla alia res, quam pax*
11 *nova, finiet. Itaque ista, quae modo Mago jactavit, Himilconi ceterisque Hannibalis satellitibus jam laeta sunt. mihi possunt laeta esse, quia res bello*

ex editionibus servant, nisi Ascens. anni 1513. 1516. et Paris. anni 1529. Merito ergo omissum est.

§. 9. *Nunc interroganti senatori, poeniteatne me* etc.] Videtur legendum *interrogante senatore.* SIG. Sic [*interroganti senatori*] omnes sine variatione. Sigonius voluit *interrogante senatore*, non recordatus sermonis elegantia *reticere alicui.* 3, [41, 3.] *Et ad Valerium, negantem se privato reticere, lictorem accedere jussit.* Ovidius 3. Met. [357.]

— — *quae nec reticere loquenti,*
Nec prior ipsa loqui didicit.

Tacitus 14. Ann. [49.] *Vitellius optimum quemque jurgio lacessens, et respondenti reticens.* J. FR. GRONOV. V. etiam Cel. Burm. ad Calpurnii Ecl. 4, 3. Illud *interroganti* etiam regi potest a sequenti *videar.* Ceterum *poeniteat me*, omissa interrogandi particula *ne*, Flor. Voss. Lov. 1. 3. Harl. et Ber. Superbi autem esse non respondere, indicat etiam Cic. 1. ad fam. 10. *Te superbum esse dicunt, quod nihil respondeas.*

§. 10. *Respondeam, inquit, Himilconi*] Vet. lib. *Respondeam igitur Himilconi*, et recte. Cur enim vox *inquit* in media oratione inculcetur, quae initio solet collocari? Apta autem est huic loco particula *igitur*, qua concludit, sibi potius respondendum esse, quam reticendum. SIG. Pall. duo (quippe in sec. haec omnia desunt) *Respondeam, inquit.* GEBH. Put. *Responde ad inquit Himilc.* Sed inter versus super *d* posterius positum erat *m*. Inde alii fere omnes vulgati *Respondeam, inquit, Him.* Vulgatum est ab Sigonio. J. FR. GRON. *inquit* servant Flor. Cant. Lovel. quinque, Harl. Ber. et Gaertn. Id sibi quoque displicuisse, supra hoc cap. ad §. 8. Glareanus testatus est. Praeterea *Respondebo* Ber. Mox *invictum imperatorem vestrum*, pro *nostrum*, ex Put. admisit Cl. Crevier. eique voci indignationem et contemtum inesse monuit; quasi nempe Hanno eum non suum imperatorem agnosceret, qui semper obstiterat, ne imperium

Digitized by Google

bene gestae, si volumus fortuna uti, pacem nobis aequiorem dabunt. nam si praetermittimus hoc tem- 12
pus, quo magis dare, quam accipere, possumus videri pacem, vereor, ne haec quoque laetitia luxu-riet nobis, ac vana evadat. Quae tamen nunc quo- 13
que qualis est? Occidi exercitus hostium: mittite milites mihi. quid aliud rogares, si esses victus? Hostium cepi bina castra, praedae videlicet plena 14
et commeatuum: frumentum et pecuniam date. quid aliud, si spoliatus, si exutus castris esses, peteres? Et, ne omnia ipse mirer, (mihi quoque enim, quo- 15

acciperet, sed factionis Barcinae. Non aliter etiam legunt Flor. Voss. Lovel. 3. 4. Hav. et Hearnii N. quare et ego probavi. Tum *video*, pro *videro*, Lov. 1. et Gaertner. *videbo* Hav. et Hearnii N. *videam* Lovel. 2.

§. 11. *Ista, quae modo Mago jactavit, Himilconi ceterisque*] Fortasse, *jactavit, et Himilconi caeterisque Hannibalis satellitibus tam laeta sunt, mihi possunt.* J. FR. GRON. Vocula *modo* non adparet in Harl.

§. 12. *Vereor, ne haec quoque laetitia luxuriet nobis, ac vana evadat*] Pal. tres, et vet. ed. *laetitia luxuriae nobis ac vana evadat.* Sic infra c. 13, 6. *Nihil, quo vanius fieret gaudium suum, auribus admittebant.* 30, 16, 2. *Prope vano gaudio ab satis prospera in praesens oppugnatione classis perfusi.* GEBH. *laetitia luxuriae* Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn et Hav. cum edd. ante Aldum. *laetitia luxuriae nobis vana evadat* Ber. a m. 2. Nihil mutandum. Similiter *luxuriare* et *evanescere* jungit Liv. 2, 48, 3. *Nimia gloria luxuriare et evanescere vividum quondum illud Kaesonis ingenium.* Paullo ante *praetermittemus* Harl. Tum *accipere videmur pacem* Ber. Hav. et Hearnii N. in margine.

§. 14. *Praedae videlicet plena et commeatuum; frumentum*] Ita legendum monuerunt Freinshem. ad Curtii 9, 5, 21. et Gronov. ad Liv. 9, 15, 3. Neque aliter est in plerisque codd. et edd. antt. Curio demum perperam ediderat *praedae videlicet plena; et commeatum, frumentum et pecuniam date,* quod reliqui fere omnes usque ad Gronov. servarunt, et praeferunt etiam Lov. 1. 2. 5. Harl. et Hav.

Quid aliud, inquam, si spoliatus, si exutus castris esses, peteres] Volentibus omnibus scriptis, relegamus *τὸ inquam.* J. FR. GRON. Omnes etiam nostri *τὸ inquam* ignorant, ejus tamen loco *quam* est in Voss. Lovel. 1. 2. 5. Ber. et Hav. quae vocula commodum sensum hic efficere nequit. Praeterea *si spoliatus et exutus castris* Ber. Male. V. ad 3, 17, 3.

Digitized by Google

niam respondi Himilconi, interrogare jus fasque est) velim seu Himilco, seu Mago respondeat; quum ad internecionem Romani imperii pugnatum ad Cannas
16 *sit, constetque in defectione totam Italiam esse; primum ecquis Latini nominis populus defecerit ad nos? deinde ecquis homo, ex quinque et triginta tribubus,*
17 *ad Hannibalem transfugerit?* Quum utrumque Mago negasset: *Hostium quidem ergo*, inquit, *adhuc nimis multum superest. sed, multitudo ea quid animorum, quidve spei habeat, scire velim.*

1 XIII. Quum, id nescire, Mago diceret; *Nihil fa-*

§. 15. *Velim, seu Himilco respondeat*] Legendum credo *seu Mago seu Himilco respondeat.* VALLA. Voces *seu Mago* exsulant etiam a Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. *velim, quod Himilco respondeat* est in Hearnii N. *velim, ut Mago seu Himilco respondeat* in Hav. *velim, ut Himilco seu Mago respondeat* in Ber. Quod nunc vulgo exstat, in omnibus superest edd. Mox *ad internetionem* Flor. *ad internicionem* Lov. 2. 4. et Gaertn. V. ad 9, 26, 2. Hinc *in defectionem* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. Gaertner. et Hearnii L. 1. N. et quaedam ex primis edd. Ita et se in Put. invenisse, testatur Crevier. ad 24, 1, 13.

§. 16. *Primum ecquis Latini nominis populus defecerit ad nos? deinde ecquis homo*] *dicas primum* Ber. Hav. et Hearnii N. a m. 2. Tum *et quis Latini*, et mox *deinde haec, quis homo* Flor. *quis Latini*, et *deinde et quis homo* Ber. et Hav. *ut quis Latini*, et *deinde ut quis homo* Lovel. 4. *et quis Latini*, et *deinde equis homo* Lovel. 5. Sed *et quis* utroque loco Voss. Lovel. 2. 3. et Harl. V. ad 5, 36, 5.

§. 17. *Hostium quidem ergo, inquit, adhuc multum superest*] Pal. 2. *Hostium quidem ergo, inquit Hanno, adhuc nimis multum superest.* Vet. ed. *Hostium quidem Romae, inquit.* GEBH. Probi nostri *adhuc nimis multi.* J. FR. GRON. *Hostium quidem, inquit, adhuc* Voss. *Hostium quidem ergo, inquit Hanno, adhuc* Lov. 2. Ber. Hav. et Hearnii N. *Hostium quidem ergo*, αὖτ, *adhuc* Lovel. 4. *Hostium quidem Romae, inquit, adhuc* editi ante Aldum. *To nimis* a Gronovio interpositum agnoscit etiam Flor. Mox *quid animorum, quid spei* Lov. 2.

§. 1. *Quum id nescire se Mago diceret*] Put. Pet. Pall. Voss. *id nescire, Mago diceret*, omisso pronomine *se.* J. FR. GRONOV. *Quum se id nescire* Ber. Reliqui mei cum Hearnii L. 1. pronomen omittunt: quod probat etiam Gron. ad 40, 42, 2. Mox *et quos*, atque *et quam* Flor. Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. V. modo ad cap. praec. §. 16.

Digitized by Google

cilius scitu est, inquit. *Ecquos legatos ad Hannibalem Romani miserunt de pace? ecquam denique mentionem pacis Romae factam esse, adlatum ad vos est?* Quum id quoque negasset, *Bellum igitur*, 2 inquit, *tam integrum habemus, quam habuimus, qua die Hannibal in Italiam est transgressus. Quam* 3 *varia victoria priore Punico bello fuerit, plerique, qui meminerimus, supersumus. numquam terra marique magis prosperae res nostrae visae sunt, quam ante consules C. Lutatium et A. Postumium fuerunt. Lutatio et Postumio consulibus, devicti ad Aegates* 4

§. 2. *Quum id quoque negasset; Bellum igitur, inquit, tam integrum habemus*] Pal. pr. *Bellum igitur jam, inquit, integrum.* sec. *Cum id quoque is negasset, Bellum igitur tam, inquit.* GEBH. *Quum id quoque is negasset* Ber. et Hearnii N. Tum *Bellum igitur jam, inquit, integrum* Voss. Lovel. 1. Ber. et Harl. *Bellum igitur tam, inquit, integrum* Lovel. 4. Gaertn. Hav. et edd. antt. *Bellum igitur, inquit, jam integrum* Flor. *Bellum igitur, inquit, magis integrum* Lovel. 2. *Bellum, inquit, tam integrum* Lovel. 3.

In Italiam est ingressus] Meliores *in Italiam est transgressus.* J. FR. GRON. Ita et Flor. ac Ber. Liv. 40, 53, 5. *Galli Transalpini, tria millia hominum, in Italiam transgressi.* ubi vide.

§. 3. *Priore Punico bello*] Ridicule, quum homo Poenus loquatur: qui non potuit magis id *Punicum* bellum dicere, quam Romanus, si loqueretur, idem vocare posset *Romanum.* Dele igitur *τὸ Punico*; aut, si vis, subjice *Romano*, vel *Italico*, aut *pugnatum.* J. FR. GRON. Certe *bellum Romanum* vocat Hannibal infra hoc lib. c. 43, 4. Cl. Periz. etiam similem errorem commissum putabat supra c. 11, 11. *Bruttios, Apulosque, partim Samnitium ac Lucanorum defecisse ad Poenos.* Quamvis autem alia illo, quam hoc loco, ratio sit, si quis tamen eum etiam vitiosum putet, facile emendari poterit legendo *defecisse ad nos.* Paullo post voces *nostrae* et *consules* desunt in Lovel. 4. sed Lutatii praenomen in Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et editis ante Aldum. *Cn. Lutatius* perperam vocatur in Lovel. 4.

§. 4. *Devicti ad Aegates insulas sumus*] Pal. 3. *ad Egatis insulas victi sumus.* GEBH.

Id quod Dii omen avertant] Pronomen *id* a m. 2. expungitur in Ber. Male. V. supra hoc lib. ad c. 5, 9. Tum *Di* Flor. V. ad 5, 14, 4. Hinc *omne avertant*, transpositis literis, Lovel. 5. V. ad Epit. Liv. 117.

Pacem speratis, cum vinci-

Digitized by Google

insulas sumus. Quod si (id quod Dii omen avertant) nunc quoque fortuna aliquid variaverit; tum pacem speratis, quum vincemur, quàm nunc, quum
5 *vincimus, dat nemo? Ego, si quis de pace consulet, seu deferenda hostibus, seu accipienda, habeo, quid sententiae dicam: si de iis, quae Mago postulat, refertis, nec victoribus mitti adtinere puto, et frustrantibus nos falsa atque inani spe multo minus*

mur, quam nunc vicimus, nemo dat] Legendum perspicue: *quam nunc, cum vicimus.* SIG. Pall. tres *quam nunc, cum vincimus, dat nemo.* GEBH. Optimi: *quum vincemur, quam nunc, cum vincimus, dat nemo.* Velim ergo *quum vincemur, quam nunc, dum vincimus.* J. FR. GRON. *pacem speramus* Ber. *pacem sperabitis* Lovel. 2. Tum *cum vincemur* et *cum vincimus* Flor. Illud *cum vincimus* non tantum in omnibus etiam aliis superest codd. scriptis, sed et in edd. praeterquam in una Basil. anni 1554. in qua operarum lapsu τὸ *cum* ultimo loco omittitur.

§. 5. *Ego, si quis de pace consulet*] Pall. tres *Ergo, si quis de pace consulet.* Vet. ed. *consultet.* GEBH. *Ergo* etiam Flor. Voss. Lovel. 2. 4. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. et, eodem Hearnio teste, ed. Rom. princeps, cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed v. ad 37, 53, 11.

Sed de iis, quae Mago postulat, repertis. Nec victoribus mitti attinere puto] Sic legendum puto: *sed de iis, quae Mago postulat, nec repertis victoribus mitti attinere puto.* VALLA. *sed de his, quae Mago postulat, repertis* Voss. Lovel. 3. 4. Harl. et Gaertn. *sed de his, quae Mago postulat, requiritis* Hav. *si de his, quae Mago postulat, requiritis* Ber. *si de his, quae Mago postulat, repertis* Flor. Lovel. 1. et Hearnii N. qui *requiritis* in margine praefert. *sed de iis, quae Mago postulat, refertis* primae edd. usque ad Aldum, qui recte substituit, quod nunc vulgo exstat.

Falsa atque inani victoria multo] Exterminant *victoria*, ejusque vice Put. *falsa atque inanis quae multo.* Pet. et Men. *falsa atque inania que.* Voss. *falsa atque inania multo.* Scribe *falsa atque inani spe multo.* Nempe Mago ipse dixerat: *Quo propius spem belli perficiendi sit.* J. FR. GRON. *falsa atque inania multo* Lovel. 3. 4. 5. Harl. Hav. et Hearnii Oxon. *per falsa atque inania multo* Lov. 2. *falsa atque inania quae multo* Gaertn. et Flor. a m. 2. qui a m. 1. cum Cantabr. *falsa atque inani quae multo* exhibet. Gronovii conjectura nihil melius video. Certe vulgatum ante Gronovium non nisi unius Lovel. 1. testimonio firmatur, quod in hac re levius videtur.

§. 7. *Ut Hannibali quadraginta Numidarum millia mitterentur in supplementum*] Itane quadraginta millia equitum tantum in supplementum? Atqui

Digitized by Google

censeo mittenda esse. Haud multos movit Hannonis 6
oratio. nam et simultas cum familia Barcina leviorem auctorem faciebat, et occupati animi praesenti laetitia nihil, quo vanius fieret gaudium suum, auribus admittebant: debellatumque mox fore, si adniti paullulum voluissent, rebantur. Itaque in- 7
genti consensu fit senatusconsultum, ut Hannibali quatuor Numidarum millia in supplementum mitte-

non omnes Annibalis copiae ad hanc summam. Bene liber vetus, cujus excerpta ad me misit Amplissimus Aug. Busbequius, ∞ ∞ ∞ ∞, id est *quatuor millia*, praefert. LIPS. 2. Elect. 11. Pro *quadraginta* millibus Numidarum, *quatuor millia* notis iisdem liber optimus, quibus Lipsianus, productus illi 2. Elect. 11. J. FR. GRON.

Et argenti multa talenta] Quis non miretur, cum et militum et elephantorum numerus senatusconsulto definitus, ac certo comprehensus fuerit, de pecunia ita ἀορίστως decretum esse? Non immorabor in re perspicua longius. Fuit haec paulo supra nostram aetatem ab hominibus ineruditis inveeta scribendi ratio, ut, cum *quingenta* significare vellent, ita scriberent *Vcta*. Erat igitur scriptum in vetere Liviano libro *M. Vcta*, id est *mille quingenta*. Quod qui non intellexerunt, inepte scripserant *multa*. MURET. 16. Var. lect. 8. Put. et Pet. omittunt τὸ *multa*, ut credibile sit numerum excidisse. M. Antonius Muretus acute legit *M. VCta*, quod explicat *mille quingenta talenta*, 16. Var. lect. 8. *mille* forte sufficient ex c. 32, 5. hujus libri. J. FR. GRON. Gronovii sententiam confirmat Gudius ad Phaedri 4. fab. ult. DUK. Vocem *multa* non agnoscit etiam Flor. Si quid autem mutandum, malim cum Mureto *mille quingenta talenta*. Infra quidem c. 32, 5. mille argenti talenta in Italiam transmittenda cum Magone Hannibalis fratre memorantur: sed observandum est, omnia ibi minora memorari, quam hoc loco decernuntur. Nam pro quatuor Numidarum millibus et quadraginta elephantis nunc decretis, Mago tantum transmissurus dicitur mille et quingentos equites, viginti elephantos. Ceterum idem ille locus in eam me suspicionem adducit, aliquid hic culpa scribarum excidisse. Nam, praeter hic memorata, ibi etiam mentio fit duodecim millium peditum. quin et, pedites exercitui, qui in Italia erat, supplendo ut conscriberentur, decretum fuisse, verba sequentia indicant. An ergo et hic legendum, *ut Hannibali viginti peditum, quatuor Numidarum millia in supplementum mitterentur, et quadraginta elephanti, et mille quingenta talenta?* An vero ex hoc loco alius Livii infra hoc lib. c. 41, 10. emendandus sit, ut Gronovius censuit, ibidem videbimus.

§. 8. *Dictatorque cum Magone in Hispaniam praemissus*] Utrum Carthaginenses etiam dictatores habent, an ita loquitur Livius, ut paulo ante *Patres conscripti* dixit Hannonicae oratio-

Digitized by Google

rentur, et quadraginta elephanti, et argenti multa
8 talenta. Dictatorque cum Magone in Hispaniam praemissus est, ad conducenda viginti millia peditum, quatuor equitum, quibus exercitus, qui in Italia, quique in Hispania erant, supplerentur.

1 XIV. Ceterum haec, ut in secundis rebus, se-

nis exordio de senatu Carthaginensi? GLAR. Miratur Glareanus, Livium dictatoris Carthaginiensis meminisse. Jam nunc mirari desinat. † „ Glareanus quaerit duo, nihil de admiratione: „ Sigonius ad unum respondet, „ alterum omittit. „ †. Nam Gellius 10, 24. haec verba profert ex Catonis Orig. *Dictatorem Carthaginiensium magister equitum monuit: mitte mecum Romam equitatum, die quinta in Capitolio tibi coena cocta erit.* Dictatorem autem Cato vocat imperatorem Annibalem. SIG. Adde Spanhem. ad Juliani Orat. 1. p. 130. Perizon. Diss. 1. de Praetor. §. 11. Interpretes Justini ad 19, 1. et Frontini ad 2, 1, 4. DUK. *missus* Lovel. 3. 4. et Harl. Mox *ad conducenda triginta millia* Ber. Hav. et Hearnii N. ac D. Praeterea *quatuor millia equitum* Lovel. 3. Ber. Hav. et Hearnii N. a m. 2.

§. 1. *Segniter otioseque gesta sunt*] Pal. pr. *segniter atque otiose gesta*, reciso verbo *sunt*; quod factum quoque in sec. et tert. GEBH. Omnes etiam mei praeter Gaertn. ignorant τὸ *sunt*, quod recte jam Cl. Jac. Gronov. ex ed. sua ejecit.

§. 2 *Et dictator M. Junius rebus divinis perfectis*] Put. meliorque Pet. et Voss. *Junius per rebus.* Scribe omnino *M. Junius Pera rebus.* Nam id cognomen dictatoris fuisse constat. Quod etiam vereor, ne corruptum sit apud Valerium Maximum 7, 6. *Cannensis autem clades adeo urbem nostram confudit, ut M. Junii opera dictatura rempublicam administrantis spolia hostium adfixa templis, Deorum numini consecrata, instrumento militiae futura convellerentur.* Sic ex scriptis edidit Pighius, elegantius, ut putat, quam vulgo, *opera M. Junii.* Non equidem admiror praedicatam elegantiam hujus transpositionis, sed in ea propiora ad veritatem vestigia deprehendo. Neque enim dubito, quin scripserit Valerius, *ut M. Junio Pera dictatura rempublicam administrante.* Apud eundem legendum ex vet. cod. l. 2, 4. *Gladiatorium munus primum Romae datum est in foro Boario Ap. Claudio, M. Fulvio consulibus. Dederunt M. et D. Bruti Perae, funebri memoria patris cineres honorando.* Utrumque est Juniorum cognomen, et habetur in Fastis paucis annis ante hos consules, cum N. Fabio Pictore *D. Junius Pera*, post censor *D. Junius Pera* cum L. Postumio Megello. J. FR. GRON. Emendationis Gronovianae vestigia, licet obscuriora, in aliis etiam codd. supersunt. Nam *M. Junius pro rebus divinis* praeferunt Voss. Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. et Hav.

Latoque, ut solet, ad populum, ut equum ascendere liceret] De his dictatoris caeremo-

Digitized by Google

gniter otioseque gesta. Romanos, praeter insitam industriam animis, fortuna etiam cunctari prohibebat. nam nec consul ulli rei, quae per eum agenda esset, deerat: et dictator M. Junius Pera, rebus divinis perfectis, latoque, ut solet, ad populum, ut equum escendere liceret, praeter duas urbanas le- 2

niis nihil antea in Livio lectum, neque de ascensu, neque descensu, quod equidem sciam: sed neque apud Dionysium Halicarnasseum. cum tamen is libro 5. non ita longe a fine de aliis moribus dictatoris tractet, nihil tamen ejusmodi narret. GLAR. De hoc more, de quo ambigit apud Livium Glareanus, agit etiam Plutarchus in Fabio [175.] id est, cur dictator peteret, ut sibi equum ascendere liceret: *Πρῶτον μὲν ᾐτήσατο τὴν σύγκλητον, ἵππῳ χρῆσθαι παρὰ τὰς στρατείας· οὐ γὰρ ἐξῆν, ἀλλὰ ἀπηγόρευτο κατὰ δή τινα νόμον παλαιόν, ἐπεὶ τῆς ἀλκῆς τὸ πλεῖστον ἐν τῷ πεζῷ τιθεμένων, καὶ διὰ τοῦτο τὸν στρατηγὸν οἰομένων δεῖν παραμένειν τῇ φάλαγγι, καὶ μὴ προλείπειν· εἶθ' ὅτι τυραννικὸν ἐς ἅπαντα τἄλλα, καὶ μέγα τὸ τῆς ἀρχῆς κράτος ἐστίν, ἓν γε τούτῳ βουλομένων τὸν δικτάτωρα τοῦ δήμου φαίνεσθαι δεόμενον.* SIG. Nota hunc morem, de quo vide omnino Plut. in Fabio, ubi ejus rei ratio redditur. Existimo hanc legem curiatam esse, quam et dictator et caeteri magistratus sibi de imperio ferebant. V. omnino l. 9, 38. H. VALES. Gruchius quoque 3. de Comit. Rom. 2. putat, hoc nominatim ad populum ferendum fuisse lege curiata, quae de imperio dictatoris ferebatur. Manut. de Leg. c. 5. fortassis eadem lege, quae dictatorem e consularibus dici jubebat, cautum fuisse, ne ei liceret equo uti, scribit. Addit Gruchius, Plut. in Fabio tradere, ab hoc *primum* institutum fuisse, ut ferretur ad populum, ut dictatori equum adscendere liceret. Eadem est sententia Manutii l. d. scribentis, senatum Fabio petenti contra legem veterem concessisse, ut equo vehi posset, idque virtuti illius ac tempori dedisse. Pighius quoque in Annal. A. V. CCLII. tradit, Fabium accepta dictatura *primum* a senatu petiisse, ut equo sibi uti liceret, et id honoris ergo ipsi concessum. Ideoque dictatorem rei gerendae causa in provinciam abiturum ad populum ferre solere, uti equum sibi adscendere liceret: hoc enim ex Livii l. 23. colligi. Valde dubito, an, quae de Fabio et sententia hujus legis dicunt, ita se habeant. Non dicit ibi Plutarchus, Fabium *primum* hoc instituisse a senatu petere, sed *quid primum fecerit* Fabius, postquam dictator creatus fuerat: *ἀποδειχθεὶς δικτάτωρ Φάβιος πρῶτον μὲν ᾐτήσατο τὴν σύγκλητον. Fabius dictator creatus primum quidem a senatu petiit, ut sibi liceret equo in bello uti:* *πρῶτον primum* dicit, non *πρῶτος primus;* quod utique dicturus fuisset, si significare voluisset, hoc *primum* a Fabio ortum fuisse. Nam ratio sermonis Graeci non patitur, ut, qui dicere vult *Fabius primus petiit*, dicat *Φάβιος πρῶτον ᾐτήσατο.* Et *πρῶτον* hic esse adverbium ordinis, etiam ex eo patet, quod Plutarch. post satis longum hyperbaton ita

Digitized by Google

giones, quae principio anni a consulibus conscriptae fuerant, et servorum delectum, cohortesque
3 ex agro Piceno et Gallico conlectas, ad ultimum

pergit scribere: *μετὰ δὲ ταῦτα deinde autem*. Sed et Livii de hac re verba, *ut solet*, satis ostendunt, hoc non primum a Fabio, qui anno priore post cladem ad Trasimenum a populo prodictator creatus fuerat, institutum, sed dudum usu receptum fuisse. Quod porro Plutarchus tradit, Fabium hoc *a senatu* petiisse, atque impetrasse, in eo a Livio dissentire videtur, qui *de ea re ad populum ferri solitum* significat. Sed haec ita conciliari possunt, ex SCto, ut saepe de aliis rebus, ad populum latum fuisse. An autem ea fuerit sententia legis vetustae, quae dictatorem equo vehi prohibebat, ut *ne in bello quidem* eo, nisi permissu populi, uti posset, mihi parum certum videtur. Plutarchus quidem disertis verbis hoc prodidit, addita ratione, *quod Romani plurimum roboris in peditatu posuerint, atque ideo existimaverint, duci in acie a peditatu non discedendum esse*. Sed sunt argumenta non infirma, quae hoc dubium facere possint. Ex Livio liquet, dictatori interdictum fuisse usu equi: nam, si ei equo uti licuisset, non opus fuisset lege ad populum lata, ut liceret. Sed non docet Livius, quibus locis lex eum equo vehi prohibuerit. Plutarchus dicit *in bello*. Hoc non magnam veri speciem habet. Nam primum multa in bellis, maxime in proeliis, incidunt, quae ab imperatore, cui usus equi ademtus est, non recte administrari possunt. Deinde, consules aliosque belli duces in proeliis equis usos fuisse, saepe legimus. V. Liv. 5, 28, 12. 6, 24, 5. 9, 31, 10. 10, 41, 8. et aliis quamplurimis locis. Unde intelligi potest, vanam esse rationem, ob quam dictatorem in bello equo vehi prohibitum scribit Plutarchus. Nam si ea vera esset, cur aliis belli ducibus id permitteretur? Denique A. Postumium *dictatorem* in proelio ad Regillum *inter equites ex equo* pugnasse narrat Dionys. Halic. 6, 11. et 12. quod etiam non obscure significat Livius 2, 19, 6. his verbis: *In Postumium* etc. *Tarquinius Superbus* etc. *equum infestum admisit, ictusque ab latere*. et c. 20, 10. *Tum ad equites dictator advolat*. Dionys. 10, 24. legatos, ad Quintium Cincinnatum ab aratro ad dictaturam arcessendum missos, *equos* phaleris insignibus ornatos secum adduxisse auctor est. Hoc ex Pighii rationibus in A. V. CCXCV. illud in CCLVII. incidit, quum paucis ante annis dictatura instituta fuisset. Ex his omnibus colligo, dictatores jam statim ab eo tempore, quo hic magistratus in rempublicam venit, in bello equis usos, nec magis, quam alios imperatores, militiae equos escendere prohibitos fuisse. Qua de causa autem, et quibus locis, iis deinde usu equi interdictum fuerit, non habeo dicere: sed suspicor, quum sibi jure dictatoriae potestatis sumere coepissent, ut etiam in Urbe equo veherentur, idque populo *τυραννικώτερον* visum fuisset, lege lata prohibitos fuisse equum escendere, priusquam ab Urbe ad bellum profecturi essent. Verum hoc deinde ob causas nobis incognitas mutatum, et concessum fuisse, ut etiam ante, quam ex Urbe ad bellum exirent, equo uti possent, sed ita demum, si hoc lege ad populum lata ab eo impetrassent. Certe ex eo, quod

Digitized by Google

prope desperatae reipublicae auxilium, quum honesta utilibus cedunt, descendit, edixitque: *Qui capitalem fraudem ausi, quique pecuniae judicati in*

hic Livius post hanc legem latam multa a dictatore acta tradit, quae neque alibi, quam in Urbe, neque uno alterove die perfici potuerunt, satis apparet, eum non statim lege lata ab Urbe profectum fuisse. In hanc suspicionem ex eo veni, quod Zonaras 7, 13. scribit, *dictatoriam potestatem regno parem* fuisse, πλὴν ὅτι μὴ ἐφ' ἵππῳ ἀναβῆναι ὁ δικτάτωρ ἠδύνατο, εἰ μὴ ἐκρατεύεσθαι ἔμελλε, *praeterquam quod dictatori equum adscendere non licebat, nisi ad bellum iturus.* Nullam ille mentionem facit legis, quam Plutarchus memorat, sed simpliciter dicit, *non licuisse dictatori equum adscendere*, nimirum priusquam ab Urbe exiturus erat, quia scilicet lege vetabatur; sed *licuisse ad bellum profecturo*, eodem videlicet jure, quo omnibus aliis belli ducibus, et sine lege. Ostendi, quae in communi sententia dubia videantur, et quid mihi in mentem venerit conjectare. Cogitent doctiores, et nos erudiant, non pigebit discere. DUK. Quum antea *ascendere* vulgatum foret, J. Fr. Gronovius ei subposuit *escendere*. Queritur autem Doujatius, eum, neque unde illud verbum huc intruserit, neque cur eo uti maluerit, hoc loco indicasse. Verum si curam, quam debuerat, recensendo Livio adhibuisset, latere non potuissent, quae de verbo *escendere* Gronov. notavit ad 2, 28, 6. ubi inter alia monet, omnium antiquissimum et integerrimum cod. Put. ita hic praeferre. Vel si id gravius ac difficilius putasset, consuluisset modo ipsum summae auctoritatis cod. qui Antecessori Parisiensi Parisiis ad manus erat, et Livium publica auctoritate in usum Delphini Franciae edenti negatus non fuisset. Huic Put. adsentitur ex meis Flor. Ceterum sententiam Clerici, qui existimavit, *equum escendere* esse formulam antiquam, quae significat jus belli gerendi, aperte refellit a Sigonio laudatus locus Plut. ad quem tamen ipse Clericus provocat.

§. 3. *Quum honesta utilibus cedunt*] De hujus rei indignitate queritur serio Val. Max. 7, 6. in princ. et ex. 1. MODIUS.

Descendit equo, dixitque: Qui capitalem] Quid illud *descendit equo*? An in urbe dictator equum adscendebat, et, ut id fuerit, an ex equo edicere non potuit. campae et flocci. Scribo et distinguo, *descendit, edixitque*. Scriptum fortasse fuit *ecdixitque*. At homines acutos movit, quod antea legerant latum fuisse, ut equum ascendere liceret. Itaque facete iterum equo detrahunt, propter illud *descendit*. quod Livius ita dixit, ut vulgo *ad extrema descendere*. LIPS. 2. Ep. Quaest. 11. Lipsius non male, nisi forsan orationi turbandae dederit occasionem vetus loquendi mos, *descendit, equo dixit*, h. e. *et edixit*. GRUT. Olim substitui *descendit, atque edixit*, quoniam suspicabar, ex illo *atque* factum esse *equo*. GEBH. Plane, ut voluit Lipsius, *descendit, edixitque* Put. et Pet. melior. J. FR. GRON. Non longe abit Flor. nisi quod, perperam in voces divisis literis olim continua serie scriptis, et male syllabis transpositis, praeferat *descendite dixit, quique capitalem*. Vocem *equo* ejiciendam etiam Freinsh.

Digitized by Google

vinculis essent, qui eorum apud se milites fierent,
4 *eos noxa pecuniaque sese exsolvi jussurum.* Ea sex millia hominum Gallicis spoliis, quae triumpho C. Flaminii translata erant, armavit. itaque cum viginti quinque millibus armatorum ab urbe proficiscitur.
5 Hannibal, Capua recepta, quum iterum Neapolitanorum animos, partim spe, partim metu, nequidquam tentasset, in agrum Nolanum exercitum tra-

docuit ad Curtii 3,12,19. et 5, 1, 8. Non perceperant indocti librarii locutionem *ad ultimum desperatae reipublicae auxilium descendere*, de qua v. notata ad Epit. Liv. 5.

Capitalem fraudem ausi] *capitalem fraudem frausi* voluit Scaliger ad illud Festi: *Frausus erit, fraudem commiserit.* Plautus [Asin. 2, 2, 20.] *Metuo in commune, ne quam fraudem frausus siet.* Et solent in hujusmodi formulis antiquitatem amare nitidissimi quoque scriptores. Sed omnes MSS. ut editur. 26, [40, 17.] *Capitalia ausi plerique.* 27, [9, 10.] *Ausi tantum nefas.* J. FR. GRON. Virg. 6. Aen. 624.

Ausi omnes inmane nefas, ausoque potiti.

Quem locum ad marginem Livii opportune Cl. Wasse adscripsit.

Quique pecuniae judicati] Pall. tres, et vet. ed. *pecunia. Pecuniae*, vel *pecunia judicare* est pecuniae anquirere, seu, ut Liv. 1. 25 [3, 13.] loquitur, *pecuniae multam dicere.* Idem 26, 3, 8. *Quoad vel capitis, vel pecuniae judicasset.* GEBH. In optimis plerisque *pecunia judicati.* At 6, [14, 3.] *Centurionem judicatum pecuniae.* 26, [3, 8.] *Quoad vel capitis, vel pecuniae judicasset privato.* Statimque iterum: *Tum Sempronius perduellionis se judicare Cn. Fulvio dixit.* Ex quo loco, sic in optimis codd. integro, jam dudum ambigo, sitne eadem antiqua et exquisita formula restituenda 1, 26, 5. *Duumviros, qui Horatio perduellionis judicent secundum legem, facio.* Et *Duumviri perduellionis judicent.* Iterumque, *P. Horati, tibi perduellionis judico.* Nec secus 43, 16, 11. *Et utrique censori perduellionis se judicare pronuntiavit.* Quibus omnibus locis vulgo habetur *perduellionem.* J. FR. GRON. Hi non possunt esse alii, quam ob aes alienum nexi. Et tamen Liv. 8, 28. plebem Romanam dudum ante hoc tempus necti desiisse auctor est. Nodum solvunt Salmas. de Modo usur. p. 833. et Gronov. de Centesim. usur. p. 470. DUK. Inter eos tamen, qui *pecuniae* servant, si excerptis meis fidem habere possim, praecipuus est Flor. cui consentiunt pauci alii. Reliqui cum Oxon. Hearnii et antiquioribus, quas vidi, edd. *pecunia* praeferunt, usque ad Ascens. anni 1513. in qua demum *pecuniae* adparuit.

Se exsolvi jussurum. et sex millia hominum] Vet. lib. *Ea sex millia hominum.* Eos enim intelligit, quos se noxa pecuniaque exsoluturum dictator promiserat. SIG. Duo optimi *sese ex-*

Digitized by Google

ducit: et ut non hostiliter statim, quia non despe- 6
rabat voluntariam deditionem; ita, si morarentur spem, nihil eorum, quae pati aut timere possent, praetermissurus. Senatus, ac maxime primores ejus, 7
in societate Romana cum fide perstare; plebs novarum, ut solet, rerum atque Hannibalis tota esse; metumque agrorum populationis, et patienda in obsidione multa gravia indignaque proponere animo.

solvi jussurum. Ea sex millia. Alterum notavit et Sigonius, et passim in scriptis habetur. J. FR. GRON. *sese exsolvi jussurum* etiam Flor. at pronomen exsulat a Cantabr. Harl. Ber. et Hav. V. ad 1, 23, 5. et 4, 10, 1. Tutius tamen est, ut cum Gronovio hic optimos sequamur. Deinde *Ea sex millia* non tantum nostri et Oxon. Hearnii, verum et priscae edd. pro quo Ascens. anno 1513. *et sex millia* dedit. Veram scripturam Gronov. etiam supra vindicavit ad 3, 31, 4.

§. 4. *Itaque cum viginti quinque millibus*] Vet. lib. *ita cum.* SIG. Consentit unus Hav. quare reliquis alterum tuentibus adhaereo. Voculae illae innumeris locis in Mstis confusae sunt. V. ad 21, 53, 7. et mox h. cap. §. 8.

§. 5. *Traducit, et ut non hostiliter*] Ego conjunctionem *et* tollerem e medio propter participium sequens *praetermissurus.* GLAR. Supervacuum et defendum τὸ *et.* V. Freinshemium ad Taciti Ann. 11, 7. J. FR. GRON. Omnes tamen codd. in τῷ *et* defendendo perperam conspirant, verum ejus loco potius sequens *ut*, quod abesse nequit, omisit Lovel. 2. quod et Victorin. fecisse Cl. Crevier. testatur. Mox *traditionem*, pro *deditionem*, Gaertner. a m. 1. *defectionem* Lovel. 3. V. supra hoc lib. ad c. 1, 5.

§. 7. *In societate Romana cum fide perstando*] Voces *cum fide* non adparent in Lovel. quinque, Harl. Gaertn. Hearnii N. et editionibus Aldina prioribus. Verum *cum fide* pro fideliter, quod reliqui, et inter eos integerrimi, constanter servant, saepius apud Livium obcurrit. Ita 9, 11, 3. *Te victori, cum qua potes fide, restituis.* hoc libro c. 19, 16. *Remissi Cumas cum fide.* c. 31, 10. *In Sicilia cum fide stipendiis emeritis.* 24, 47, 9. *Emissique cum fide.* 26, 20, 2. *Sociosque cum fide tutati essent.* 32, 33, 10. *De pace cum fide agere.* V. Gronov. ad 28, 32, 1. et quae notavi ad 45, 8, 4. Similia alia vide ad 38, 28, 7.

Plebs novarum, ut solet, rerum avida, atque Hannibalis tota esse] Heu pravitatem correctorum! Livius scripserat, *plebs novarum, ut solet, rerum atque Annibalis tota esse.* Et testificor ita esse in libro, qui penes me. At illi boni addiderunt *avida.* Scilicet ignorasse eos genus dicendi, quo Livius utitur alias. 6, [14, 9.] *Plebs cum jam unius hominis esset.* 3, [36, 7.] *Hominum, non caussarum, toti erant.* Depravarunt similem locum 3, [38, 11.] *Indignitate rerum cesserant in agros, suarumque rerum solliciti erant, amissa publica.* Sed optimus cod. *suarum-*

Digitized by Google

8 neque auctores defectionis deerant. Itaque ubi senatum metus cepit, si propalam tenderent, resisti multitudini concitatae non posse; clam simulando
9 dilationem mali inveniunt. placere enim sibi defectionem

que rerum erant, nullo vestigio alterius vocis. quod idem et Sigonius in suis libris invenit. LIPSIUS. 4. Ep. Quaest 24. Sic diserte etiam Pall. exclusa voce, quae comparet amplius in vulgatis, *rerum avida*, *atque Annibalis*. GRUT. Vox *avida* exsulat etiam ab omnibus meis, et Oxoniensibus Hearnii, nisi quod in ejus solo D. superesse dicatur. De ipsa locutione v. ad 3, 38, 11. Mox *patienda obsidione multa*, omissa praepositione, Lovel. 4. Tum *auctores defectioni*, pro *defectionis*, Lovel. 3. et Ber.

§. 8. *Si palam contra tenderent*] Optimi quique, *si prolatam tenderent*. Lege *si propalam tenderent*. Liv. 4, [7,8.] *Interrex ac senatus consultum comitia; tribuni plebis et plebs, tribunorum militum ut habeantur, tendunt*. Rursum [c. 8, 6.] *Ne in parvis quoque rebus incommode adversarentur, haud sane tetendere*. J. FR. GRON. *sed si palam contra tenderent*, addita voce, edd. Hom. anni 1472. ac Parm. *si prolatam tenderent* etiam Flor. Voss. et Ber. *si propalam tenderent* Lovel. 1. 3. Harl. Ber. et Hav. *propalam* etiam est in Lovel. 4. et 5. Ea voce Livius uti amat. 22, 12, 4. *Concessum* [*eis*] *propalam de virtute et gloria esse*. 24, 38, 3. *Aperte ac propalam claves portarum reposcunt*. 26, 13, 1. *Primoribus propalam minabantur*. 34, 33, 14. *Haec propalam dicebat*. 40, 3, 7. 42, 52, 16. 44, 6, 13. 45, 31, 7. Alia v. ad 5, 29, 10. De verbo *tendere* v. ad 32, 32, 7. Paullo ante *Ita*, pro *Itaque*, Hearnii D. V. supra hoc cap. §. 4. Deinde *senatum metus accepit* Voss. Lovel. quinque, Ber. Hav. et edd. ante Aldum. *senatus metum accepit* Hafn. et Gaertn. Male. *metus capit* aliquem, ut *timor capit* 43, 11, 9. *pavor capit* hoc lib. c. 20, 7. *luctus capit* 25, 22, 1. *libido capit* 1, 57, 10. *cupido capit* 1, 6, 3. 37, 16. [?] 40, 21, 2. *oblivio capit* 27, 13, 3. ubi vide. 38, 46, 12. *admiratio capit* 44, 12, 1. et ita passim.

Non posse, clam simulando dilationem mali inveniunt] Barberin. *non posse sed clam simulanda simulando dil.* Florentini, *non posse secum dissimulanda simulando dil.* Put. Pet. et Flor. optimi *posse secunda simulanda simulando*. Forte *resisti multitudini concitatae non posse, secunda simulando dilationem mali inveniunt*. Sic 2, [38, 1.] *Et eos ipsos sedulo audientes secunda irae verba*. id est, subservientia, subscribentia. 8, [12, 14.] *Tres leges secundissimas plebei, adversas nobilitati tulit*. Silius de Petilia [12, 432.]

Infelix fidei, miseraeque secunda Sagunto.

Toti loco similis est 3, [35, 7.] *Propalam obviam ire cupiditati parum ausi, obsecundando mollire impetum aggrediuntur*. Quare hic quoque suadeo facias, *posse, obsecundando dilationem mali inveniunt*. Video satis frequenter in optimo et pri-

Digitized by Google

ctionem ad Hannibalem simulant: quibus autem conditionibus in foedus amicitiamque novam transeant, parum constare. Ita spatio sumto, legatos 10
propere ad praetorem Romanum Marcellum Claudium, qui Casilini cum exercitu erat, mittunt, do-

mo codice potius superare aliquas literas, quam deesse. Sufficit autem mox sequi *simulant*. J. FR. GRON. *si clam simulando dilationem* Voss. Lovel. 2. 4. Harl. Gaertn. et Hearnii Oxon. *sed clam dissimulando dilationem* Hav. *assensum simulando dilationem* Hafn. et Ber. *secunda clam simulando dilationem* Rec. Aliquid vitii subesse certum videtur; cui num alterutra Gronovii conjectura medeatur, aliis judicandum relinquo. Si codd. addicerent, mihi posterior non displiceret.

§. 10. *Ad praetorem Romanum Marcellum Claudium, qui Casilini cum exercitu erat*] Quidam pro *Casilini* bis hoc in loco, sed male, meo quidem judicio, restituerunt *Canusii*, propterea quod libro praecedente [c. 57, 8] dicatur Marcellus Canusium magnis itineribus contendisse. Sed vel in itinere restitisse eum, vel Casilinum rediisse intelligimus, quod loca hujus itineris facile convincunt. Neque enim a Canusio Nolam proficiscentibus Vulturnus amnis transeundus, neque Galatia petenda: at utrumque a Casilino, etiamsi de Galatia nihil definimus. GLAR. Vet. lib. *Casilini*, quam lectionem probat Glareanus. Ego contra probo magis *Canusii*, quod et primo libro Marcellum magnis itineribus Canusium contendisse dixerit, et quod Plutarchus in Marcello [302.] Canusio item Marcellum ad tutandos socios esse profectum tradiderit. *Ἔπειτα δόγμα τῆς βουλῆς δεξάμενος εἰς Κανύσιον παρῆλθεν, καὶ τοὺς ἐπεὶ συνειλεγμένους παραλαβὼν ἐξήγαγε τῶν ἐρυμάτων, ὡς ὀν προηγόμενος τὴν χώραν.* SIG. *Casilini* retinui et hic et infra, ejecto *Canusio* Sigonii aliorumque, quod pro nostro pugnarent et Pall. et edd. primogeniae. GRUT. Sigonii sententiam verisimilem facit situs locorum. Casilinum propius erat agro Saticulano et Trebiano, quam Calatia. Jam si Casilini fuisset Marcellus, utique ibi trajecto Vulturno multo breviore itinere, quam a Casilino Calatiam per ambages petendo, et deinde Vulturnum transeundo, Nolam venire potuisset. Itaque ex Sigonii sententia paullo post itidem legendum est, *ipse a Canusio*. DUK. *Casilini*, et mox *a Casilino*, omnes mei et Oxonienses Hearnii codd. constanter legunt; eamque lectionem a Glareano probatam Doujatius alteri, quae Sigonio placuit, praefert. Sententiam autem praeter illa, quae Glareanus adduxit, novis his argumentis adstruit, quod Livius Marcellum per agrum Saticulanum Trebulanumque super Suessulam per montes Nolam pervenisse narret, quorum locorum nullus a Canusio venienti obeundus erat; quodque Canusium longius, quam Casilinum, ab urbe Nola distet, unde senatui Nolano difficile fuisset, tantum temporis extrahere, quanto opus esset ad petendum exspectandumque a Canusio auxilium. Si autem tabulas geographicas consulimus, ejus senten-

centque, quanto in discrimine sit Nolana res; agrum Hannibalis esse et Poenorum, urbem extem-
11 plo futuram, ni subveniatur. concedendo plebei senatum, ubi velint, defecturos se, ne deficere prae-
12 festinarent, effecisse. Marcellus, conlaudatis Nolanis, eadem simulatione extrahi rem in suum adventum jussit: interim celari, quae secum acta essent,
13 spemque omnem auxilii Romani. Ipse a Casilino Calatiam petit: atque inde, Vulturno amni trajecto,

tiam veriorem esse patebit. Quod autem Marcellus non ad Casilinum Vulturnum trajecerit, sed potius ambage quadam Calatiam petiisse, ibique amnem transiisse dicatur, caussa esse potest, ut Nolam petens Hannibalem, qui et ipse exercitum in agrum Nolanum traduxerat, evitaret.

§. 11. *Concedendo plebi senatum, ubi velint, defecturos se, ne deficere praefestinarent*] Pall. pr. ac tert. *conciliando plebi senatum, ubi velint defecturos, senatum se non deficere.* sec. *ubi velint defecturos se non deficere.* GEBH. *conciliando plebi* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. Rec. Gaertn. et edd. ante Aldum, qui substituit *concedendo plebi* a reliquis servatum usque ad Gronov. quo auctore deinde editum est *concedendo plebei.* Et ita invenio in Exc. Flor. Deinde *defecturos, senatum se ne deficere praefestinarent* Lovel. 2. 4. 5. Harl. et edd. usque ad Aldum. *defecturos senatum se ne deficere profestinarent* Gaertn. *defecturos senatum se non deficere praefestinarent* Hav. *defecturos senatum se ne deficere praedestinarent* Ber.

§. 12. *Spemque omnem auxilii Romani*] *spemque esse auxilii Romani* Hav. *spemque omnem esse auxilii Romanorum* Hearnii N. *spemque omnem auxilii Romanorum* Ber. *spemque omnem auxilio Romani* Flor. a m. 1. Voss. Lovel. 1. 2. 4. et Harl.

§. 13. *Perque agrum Satriculanum Trebianumque*] Vet. lib. *Saticulanum.* Recte, ut ante dixi. SIG. Ita et Lovel. 5. Plures alii prope accedunt. Nam *Sauculanum* est in Flor. Voss. Lovel. 1. Harl. et Hafn. *Sanculanum* Lovel. 3. 4. *Santulanum* Lovel. 2. V. ad 7, 32, 2. Tum *Trebeianumque* Lov. 4. 5. Gaertn. Hav. et quaedam ex vett. edd. *Treberanumque* Lovel. 3. *Trebreranumque* Hafn. *Trebeilanumque* Hearnius invenit in N. et ed. Aler. principe; quod non multum abit a *Trebulanumque,* quemadmodum Cluver. emendabat 4. Ital. ant. 5, 1183. Ejus emendationem Gruterus in contextum ultimae ed. recepit, aliique postea servarunt. De *Trebula*, sed *Mutusca* cognominata, v. Cel. Graev. Praef. tom. 1. Thes. antiq. Rom. hic tamen memoratam potius *Balinienseim* cognominatam esse, existimat Cluver. l. l. Vulgatum *Trebianumque* defendit Holsten. ad Cluver. Ital. ant. p. 260. cujus auctoritate veterem lectionem Cl.

Digitized by Google

perque agrum Saticulanum Trebulanumque super Suessulam per montes Nolam pervenit.

XV. Sub adventum praetoris Romani Poenus 1
agro Nolano excessit, et ad mare proxime Neapolim descendit, cupidus maritimi oppidi potiundi, quo cursus navibus tutus ex Africa esset. Ceterum, post- 2
quam Neapolim a praefecto Romano teneri accepit, (M. Junius Silanus erat, ab ipsis Neapolitanis adcitus) Neapoli quoque, sicut Nola, omissa, petit Nu-

Crevier. revocavit. V. etiam Cellar. Geogr. ant. 2, 9, 546. Paullo ante *Galitiam* est in Voss. *Galatiam* autem inter versus adscribitur: quod etiam superest in Flor. Cant. Lov. 3. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *Gallatiam* in Lovel. 1. 2. 5. *Galliciam* in Hearnii D. *Calatina* in ejus L. 1. Deinde *atque* exsulat a Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Tandem *Volturno amni*, pro *amne*, legit Flor. V. ad 32, 10, 8.

§. 1. *Cupidus marini oppidi potiundi*] Opinor *maritimi*. VALLA. *marini* servant Flor. Lov. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. principes. Sed et alibi librarii has voces commutarunt. V. ad hujus lib. c. 4, 4. (*39, 46, 6.) Tum *potiundi* exsulat a Ber. Paullo ante *Sub adventu praetoris* Lovel. 2. 3. 4. Harl. et Hearnii N. Et ita a m. 2. exstat in Flor. quum prius *Sub adventum* exstitisset. V. ad 2, 55, 1.

§. 2. *M. Junius Syllanus erat*] Pal. 1. *Julius Silanus*. GEBH. Lege cum optimis *Silanus*. J. FR. GRON. Ita Flor. pluresque alii. Neque aliter Sigonius edidit, quem ante Gronov. nemo audire dignatus est. V. quae notat Sigon. ad 25, 2, 5. et ad 33, 36, 5.

Neapoli quoque sicut Nolam amissa] Opinor legendum *Nola omissa*. VALLA. Pal. 1. *Neapoli quoque sicut Nola amissa*. unde Valla opinabatur legendum *Nola omissa*. Reliqui duo MSS. et casca ed. *Neapoli quoque sicut Nola non admissus* quamquam sec. spernat τὸ *non*. GEBH. MSS. *Neapoli quoque sicut Nolano omissa*. Scribe cum Valla *sicut Nola omissa*. Nisi fuerit tamen, *Neapoli quoque, sicut Nolae, non admissus*. J. FR GRON. *Neapoli quoque sicut Nola non admissus* antiquissimae, quas vidi, edd. praeferunt; cui postea substituerunt *Neapolim quoque sicut Nolam non admissus*. Sed neutra earum lectionum in ullo cod. obvia fuit. *Neapoli quoque sicut Nolano amissa* praefert Voss. a m. 1. *Neapoli quoque sicut Nolano omissa* Flor. a m. 1. sed in utroque cod. manu altera *Nola omissa* emendatur. Et ita praeferunt Lovel. 2. Hafn. Ber. et Hav. nec multum in diversa abeunt reliqui; quare lectionem illam in contextum recepi, quod etiam fecit Cl. Crevierius, duorum e suis codd. auctoritatem secutus.

§. 3. *Quum aliquamdiu circumsedisset; saepe vi* etc.] Urbes *vi oppugnari* saepe dicuntur;

Digitized by Google

3 ceriam. eam quum aliquamdiu circumsedisset, saepe vi, saepe sollicitandis nequidquam nunc plebe nunc principibus, fame demum in deditionem accepit, pactus, ut inermes cum singulis abirent vesti-
4 mentis. deinde, ut qui a principio mitis omnibus Italicis, praeter Romanos, videri vellet, praemia atque honores, qui remanerent, ac militare secum
5 voluissent, proposuit. Nec ea spe quemquam tenuit. dilapsi omnes, quocumque hospitia aut fortui-

circumsederi vi raro, ni fallor. Sermonem concisum, ejusque hanc sententiam esse puto: quum eam aliquamdiu circumsedisset, et saepe vi adhibenda, saepe plebe et principibus sollicitandis, ad deditionem impellere conatus fuisset. 9, 2, 3. *Legiones Samnitium in Apulia esse, Luceriam omnibus copiis circumsedere; nec procul abesse, quin vi capiant.* DUKER.

Pactus, ut inermes] Quia nihil ex MSS. adnotatur, non moveo *pactus*. Nam etiam *pacisci* dicitur, qui alii pollicetur, et conditionem fert accipienti, vel quam eum accepturum putat: qua ratione Annibal quoque dici potest cum iis *pactus* esse, ut, si urbem dederent, cum singulis vestimentis abirent. Sed tamen Livius in hac re fere *pacisci* et *pactos* dicit eos, qui se sub certa conditione dedunt. 22, 52, 2. *Maturior ipsius spe deditio est facta. pacti, ut arma atque equos traderent*, etc. *et ut, eo pretio persoluto, cum singulis abirent vestimentis.* 31, 17. et 47. Non abiret ergo a consuetudine Livii *pactos*. DUKER.

§. 4. *Honores iis, qui remansissent, ac militare vellent secum, proposuit*] Meliores: *honores, qui remanserant, ac militare secum voluissent, proposuit. nec ea spe.* non *spes*. Pro *remanserant*, lege *remanerent*, vel *remanere*. Sed suave τὸ *iis* omissum. Plautus in Trinummo [2, 4, 21.] *Pater cum peregre veniet, in porta est locus.* ubi Douza *Patri*. Sed illo modo MSS. Menaechmis 5, 8. *Eripui, homines qui te ferebant sublimem quatuor.* Ubi haerent interpretes. Sed sententia est: Qui homines quatuor te sublimem ferebant, iis te eripui. Noster 4, [3, 15.] *Ex peregrinone patricius, deinde consul fiat? civis Romanus si sit ex plebe, praecisa consulatus spes erit.* 10, 25, 2. *Hodierno et crastino die qui nomina dederitis, mecum ducam.* Ubi quid opus *dederint* Sigonii? J. FR. GRON. *Τὸ iis* in nullo meorum adparuit. Saepe Livius pronomen hoc omittere solitus est, tum ante relativum *qui*, tum etiam etsi aliud sequatur; quod varias turbas excitandi causa librariis exstitit. V. ad 2, 23, 13. 3, 44, 8. 4, 3, 15. c. 32, 7. c. 49, 11. 6, 4, 5. 10, 31, 15. c. 36, 7. 24, 23, 3. c. 38, 7. 29, 6, 6. c. 7, 6. 32, 9, 1. 39, 46, 4. c. 49, 12. 40, 26, 8. Adde, quae notarunt viri docti ad Suet. Caes. 1. Duker. ad Flori 1, 1, 12. Torren. ad Val. Max. 1, 7. ext. 3. et Cort. ad Sall. Jug. 9. et

Digitized by Google

tus animi inpetus tulit, per Campaniae urbes, maxime Nolam Neapolimque. Quum ferme triginta se- 6
natores, ac forte primus quisque, Capuam petissent, exclusi inde, quod portas Hannibali clausissent, Cumas se contulerunt. Nuceriae praeda militi data est, urbs direpta atque incensa. Nolam 7
Marcellus non sui magis fiducia praesidii, quam voluntate principum, habebat. plebes timebatur, et ante omnes L. Bantius, quem consensus adtenta-

14. Tum *remanserant* tantum non omnes mei, nisi quod *remanserint* sit in Lovel. 5. Deinde *secum voluissent* Flor. et Cant.

§. 5. *Nec ea spes quemquam tenuit*] Pal. 2. et 3. referunt *Nec ea spe quemquam tenuit*, ut referatur ad Hannibalem, qui et praemia et honores proposuit. GEBH. Voss. Gud. Pall. Mureti, *Nec ea spe quemquam tenuit.* Mirum ipse Hannibal. J. FR. GRON. Ita et Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Hav. aliique.

Quocumque hospitia] Gronov. ad c. 17, 6. conjicit *quo quemque.* Hoc frequens est. V. 6, 25, 9. Flor. 3, 11, 10. Freinshem. ad Curt. 3, 11, 12. DUKER.

§. 6. *Nuceriae praeda militi data est*] *Nuceria* Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. Harl. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *Nuceria militi praeda data est* Lovel. 1. et Ber.

§. 7. *Plebes timebatur, et ante omnes L. Bantius*] Val. Max. 7, 3. de vafre dictis aut factis talo quiddam non de Marcello, sed Q. Fabio, scribit, quamquam subobscure. GLAR. Hunc *Λέντιον Βάντιον* vocat Plut. in Marcello [303.] SIG. *Batteum Nolanum* a Frontino vocari 3, 16, 1. ad marginem Livii monuit Cl. Perizon. quem viri docti *Bantium* vocandum ad eum l. viderunt. Exemplum autem Fabii, quod ex Val. Max. Glareanus laudavit, simile quidem, nihilominus tamen ab hoc Marcelli diversum est. V. Doct. Oudend. ad Front. 4, 7, 36. Praeterea *plebs* Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *plebis* Voss.

Quem consensus adtentatae defectionis] Put. Pet. Voss. *quem consensu attemptatae.* Gud. *consensum.* Lege, *quem conscientia tentatae defectionis.* J. FR. GRON. *qui consensu adtemptantem defectionis* Flor. *quem consensu attentantem defectionis* Voss. Lovel. 1. 2. *quem consensum attentantem defectionis* Lovel. 3. *quem consensu ac tentatione defectionis* Lovel. 4. *quem consensu attentatae defectionis* Gaertn. *quem assensus attentatae defectionis* Ber. *quem conscientia attemptatae defectionis* se in Oxon. N. reperisse Hearnius testatur. Quod si verum, non opus est *attentatae* cum Gronov. mutare in *tentatae*; praesertim quum ipse Gronov. *adtentari morbo* Livio ex conjectura restitutum voluerit infra 29, 10, 1. *adtentare dapes ferarum*

Digitized by Google

tae defectionis, ac metus a praetore Romano, nunc
ad proditionem patriae, nunc, si ad id fortuna de-
8 fuisset, ad transfugiendum stimulabat. Erat juvenis
acer, et sociorum ea tempestate prope nobilissimus
eques; seminecem eum ad Cannas in acervo caeso-
rum corporum inventum, curatumque benigne, et-
9 iam cum donis Hannibal domum remiserat. ob ejus
gratiam meriti rem Nolanam in jus ditionemque da-
re voluerat Poeno: anxiumque eum et sollicitum
10 cura novandi res praetor cernebat. Ceterum, quum
aut poena cohibendus esset, aut beneficio conciliandus, sibi adsumsisse, quam hosti ademisse, fortem
ac strenuum maluit socium, adcitumque ad se be-
11 nigne adpellat: *Multos eum invidos inter populares
habere, inde existimatu facile esse, quod nemo civis
Nolanus sibi indicaverit, quam multa ejus egregia*

dixit Sil. 2, 522. *adtentare vias volucrum* 12, 96.

Nunc si ea die fortuna defuisset] Put. *si a die fortuna*. Lege *si ad id fortuna*. nempe ad prodendam patriam. J. FR. GRON.

§. 8. *Ea tempestate nobilissimus*] Moderatius scripti *ea tempestate prope nobilissimus eques*. J. FR. GRON. Ita unus meorum Flor. Voculam hanc librarios pro arbitrio vel addidisse, vel detraxisse, exemplis adlatis docui ad 6, 27, 11. Adde, quae notantur ad 21, 41, 4. 22, 11, 6. c. 24, 14. hoc lib. c. 42, 3. et 38, 45, 3. Eodem modo peccarunt in particula *ferme*. V. ad 21, 52, 10. Proxime accedit Cantabr. qui pro *prope* praefert *probe*; de quo errore v. ad 37, 49, 2.

Seminecem eum ad Cannas in acervo caesorum corporum inventum] Eadem ad verbum scribit Plut. in Marc. [303.] SIGON. Forte *seminecem ad Cannas*, deleto pronomine. J. FR. GRONOV. *occisorum corporum* Gaertn. et edd. principes. V. ad 27, 42, 7.

§. 9. *In jus ditionemque dare voluerat Poeno*] *dari* Lovel. 3. Tum *volebat* Ber. Deinde §. seq. *sibi adsumsisse, hostique ademisse* Lovel. 3.

§. 12. *Qui cum eo stipendia fecerint, referre, qui vir esset ille*] *stipendia fecerant* Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii N. quemadmodum *militaverat* Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Hav. et Hearnii N. Tum *qualis virtutis esset ille* Lovel. 4. ex glossa. Mox *adiisset* Lovel. 4. 5. et Ber.

Digitized by Google

facinora militaria essent. Sed, qui in Romanis militaverit castris, non posse obscuram ejus virtutem esse. multos sibi, qui cum eo stipendia fecerint, referre, qui vir esset ille, quaeque et quoties pericula 12
pro salute ac dignitate populi Romani adisset: utique 13
Cannensi proelio non prius pugna abstiterit, quam prope exsanguis ruina superincidentium virorum, equorum, armorumque sit obpressus. Itaque macte 14
virtute esto, inquit. *apud me tibi omnis honos atque omne praemium erit: et, quo frequentior mecum fueris, senties eam rem tibi dignitati atque emolumento esse.* laetoque juveni promissis equum exi- 15
mium dono dat, bigatosque quingentos quaestorem numerare jubet: lictoribus imperat, ut eum se adire, quoties velit, patiantur.

XVI. Hac comitate Marcelli ferocis juvenis ani- 1

§. 13. *Cannensi pugna non prius proelio abstiterit*] Optimi *Cannensi proelio non prius pugna:* quamquam parum intersit. J. FR. GRON. Ita tamen et Flor. Mox *virorum, equorum, armorum*, pro *armorumque*, Clericus edidit, sed invitis omnibus scriptis et prioribus editis. Id tamen Cl. Crevier. secutus est, non monito lectore, qua auctoritate permotus a recepta lectione recesserit.

§. 14. *Et, quo frequentior mecum fueris*] Ita Aldus edidit. Antea vulgabatur *quo frequentius*; quod servant Voss. Lovel. 1. 2. Harl. Ber. Gaertn. Rec. et Hav.

§. 15. *Laetoque juveni promissis equum eximium dono dat, bigatosque quingentos*] Plut. ita [in Marc. 303.] Ἵππον τε δωρεῖται αὐτῷ, καὶ δραχμὰς ἀργυρίου πεντακοσίας. SIG. *Laeto juveni promissi* Lovel. 5. Alios *laetus* cum secundo casu construxisse, Livium vero his similibusque Graecismis delectatum non esse, jam supra dictum est ad 9, 23, 17. Errorem itaque natum puto ex fonte, indicato ad 6, 3, 8. Hinc *equum eximium exdonabat* Voss. a m. 1. *exdonat* a m. 2. *ex dono dat* Flor. Cant. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii N. et edd. ante Moguntinam. Mox *ut se adire*, omisso τῷ *eum*, Voss. Lovel. 1. 2. et edd. Aldina priores, *ut se eum adire*, trajectis vocibus est, in Gaertn.

§. 1. *Ferocis juvenis animus adeo est mollitus*] *ferox juvenis animus* Lovel. 2. et Hav. *ferocis animus*, media voce exsulante, Voss. et Lovel. 1. Mox *rempu-*

Digitized by Google

mus adeo est mollitus, ut nemo inde sociorum rem
2 Romanam fortius ac fidelius juverit. Quum Hanni-
bal ad portas esset, (Nolam enim rursus a Nuce-
ria moverat castra) plebesque Nolana de integro ad
defectionem spectaret, Marcellus sub adventum ho-
3 stium intra muros se recepit; non castris metuens,
sed ne prodendae urbis occasionem nimis multis in
4 eam inminentibus daret. Instrui deinde utrimque
acies coeptae, Romanorum pro moenibus Nolae,
Poenorum ante castra sua. proelia hinc parva inter
urbem castraque, et vario eventu fiebant: quia duces

blicam, pro *rem Romanam*, Ber. et Hav.

§. 2. *Nolam enim rursus a Nuceria moverat castra*] Non discrepat vet. ed. Pal. vero pr. *Nolanum rursus a Nuceria movit castra*. sec. *Nolam rursus a N. m. c.* tert. *Nolam versus a Nuceria movit castra* GEBH. Scripti omnes *movit*. J FR. GRONOV. *movit* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Insuper *Nolam rursus* Lovel. 3. et Gaertn. nec aliter Voss. a m. 2. qui *Nolanum rursus* a m. 1. praefert. Mox *plebsque Nolana* Flor. a m. 2. Lovel. 1. 2. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Praeterea *sub adventu hostium* Flor. a manu 2. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. principes. V. ad 2, 55, 1.

§. 4. *Instrui deinde utrimque acies Romanorum coeptae pro moenibus Nolae*] Obscurus sensus, qui fiet apertissimus, si loca duarum dictionum contiguarum mutaverimus sic: *Instrui deinde utrimque acies coeptae, Romanorum pro moenibus Nolae*. VALLA. Non dubito, quin vera haec lectio fuerit. Alteram tamen servant Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et edd. ante Moguntinos. Mox *temere procantis* Flor. a m. 1. *temere provocantis* a m. 2. Cl. Crevier. *procantis* etiam in Put. invenit, ex quo utrum *provocantis*, vel *provocantes*, effici debeat, videndum jubet. Id mihi haud inprobabile videtur, codicis jam auctoritate accedente: quare in contextum recepi. Posses tamen etiam *procurrentes*.

§. 5. *In hac comitiaria jam duorum exercituum statione*] Hic locus quam bene habeat, vehementer dubito: neque enim uspiam memini me legere *comitiaria statio*. GLAR. Vet. lib. *In hac continua duorum*. SIG. *In hac continua* reponit Sigonius ex vet. lib. neque discordat Pal. sec. At pr. *In hac comitia jam*. tert. et prisca ed. *In hac comitiaria jam*. GEBH. Est a Sigonio [*In hac continua*,] cum omnes haberent editi *comitiaria*. Sed in Put. est *coditia*. Manus secunda virgula transfixit τὸ *d*, ac superposuit *m*. inde *comitia*,

Digitized by Google

nec prohibere paucos temere provocantes, nec dare signum universae pugnae volebant. In hac cotidia- 5
na duorum exercituum ſtatione principes Nolanorum nunciant Marcello, *Nocturna conloquia inter* 6
plebem ac Poenos fieri: statutumque esse, ut, quum Romana acies egressa portis iret, inpedimenta eorum ac sarcinas diriperent, clauderent deinde portas, murosque occuparent, ut, potentes rerum suarum atque urbis, Poenum inde pro Romano acciperent. Haec ubi nunciata sunt Marcello, conlaudatis sena- 7
toribus Nolanis, priusquam aliquis motus intus ori-

mox *comitiaria*. Verum eſt, *In hac cotidiana duorum exercituum statione*, vel *quotidiana*. J. FR. GRON. *In hac comitia jam* Flor. Voſſ. Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Hearnii L. 1. ac D. *In hac comiaria jam* Gaertn. *In hac comitiva jam* Ber. *In hac continua jam* Lovel. 3. 5. Hafn. Hav. et Brancal. Latinii; quam lectionem Gronovii conjecturae Doujatius praefert. Certe *statio perpetua* supra eſt 10, 21, 10. *statio assidua* 37, 15, 3. Mihi non liquet.

§. 6. *Egressa portis foret*] Ita Gronov. edidit, quum ante vulgo exſtaret *egressa portis iret*. Mutatae lectionis cauſſam non video. Cl. enim Crevierius *iret* in Put. et Victor. supereſſe teſtatur, quod apud me etiam servant Flor. Voſſ. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Eumdem itaque secutus veterem lectionem revocavi.

Clauderentque deinde portas] Meliores relegant copulam. J. FR. GRON. Eadem etiam exsulat a Flor. Voſſ. Ber. aliisque. At *clauderentque* omisit Harl.

Ut, potientes rerum suarum atque urbis] Scripti *potentes*. Sic in contrarium 9, [14, 5.] *Vanissimam increpans gentem, quae suarum impotens rerum.* Ovidius 2. Am. 2.

Ille potens dominae: caetera turba jacet.

Ita notavimus in MSS. et verum videtur contra tot varietates. Sic *regum potens* Lucano [8, 554.] et Ceres *frugum potens* Senecae, eidemque 1. Nat. quaeſt. 17. *Materiam excipiendarum imaginum potentem.* J. FR. GRON. Plerique codd. stant pro vulgato. Ex meis tamen Flor. et ex Hearnii Oxoniensibus N. in margine praeferunt *potentes rerum suarum*, quod Froben. anno 1531. recepit, et reliqui usque ad Sigonium servarunt. Id autem recte a Gronov. reſtitutum, atque altero verius eſſe puto. Ita 8, 13, 14. *Ita vos potentes hujus consilii fecerunt.* 22, 42, 12. *Consules imperii potentes fecit.* 24, 4, 9. *Juvenem jam esse dictitans ac regni potentem.* 26, 13, 14. *Dum liber, dum mei potens sum.* 27, 30, 16. *In ea regione potentes maris.* 28, 30,

Digitized by Google

8 retur, fortunam pugnae experiri ſtatuit. Ad tres portas in hoſtes versas tripartito exercitum inſtruxit: inpedimenta subsequi juſſit: calones lixasque et invalidos milites vallum ferre. media porta robora legionum et Romanos equites, duabus circa portis novos milites levemque armaturam ac sociorum 9 equites statuit. Nolani muros portasque adire vetiti; subsidiaque deſtinata inpedimentis data, ne,

9. *Totius certaminis potens.* 35, 11, 10. *Velut quos inpotentes regendi equi invitos efferrent.* Val. Max. 3, 2, 20. *Ne castrorum quidem suorum potentem esse passa est.* Lucan. 5, 199. *potens veri Paean.* Sen. 1. de Clem. 5. *Quod nulli nisi rerum potenti licet.* Censor. de Die Nat. 4. *Lucumones tum Etruriae potentes.* Quinct. 12. Inſt. 11. *Quam potens efficiendi, quae velit.* V. Titium ad Nemes. ecl. 2, 56. Gron. ad Senec. Herc. fur. 300. et N. Heins. ad Ov. 15. Met. 108.

§. 7. *Priusquam aliquis motus in muris oriretur*] Vet. lib. *intus oriretur.* SIG. Vet. ed. *in muris.* Pal. pr. *in viris.* tert. *in muneris oriretur.* sec. denique *priusquam aliqui motus intus orirentur.* GEBH. *intus* Sigonius, quum legeretur *in muris.* Voſſ. et Pall. *in viriş.* Alius *in muneris.* Pet. *in juris.* Optimus *injurise oreretur.* Scribe *aliquis motus injuriave oreretur.* Terent. Ad. [2, 1, 35.] *Tamen tibi a me nulla orta est injuria.* Solet autem idem codex *oreretur* scriptum habere, pro *oriretur.* Sic c. 7, 8. hujus lib. *Certaminis oreretur.* Et c. 21. [l. 24, 21, 1.] *In Sicilia oreretur.* J. FR. GRON. Liv. 4, 7, 6. *Ne qua injuria in eos oriretur.* DUK. *intus oriretur* Hav. *intus oriretur in muris* Lovel. 5. et *intus muris oriretur* Ber. Haec dicta esse videri poſſent ad exemplum locutionis, quae infra obcurrit 24, 10, 6. *in aede intus*, sive, ut viri docti legunt, *aede intus* sine praepositione. Potius tamen ex duarum lectionum conjunctione nata puto. *in muris oriretur* Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *injuriis oriretur* Lovel. 1. *in viris oriretur* Lov. 2. 3. 4. et Hearnii N. in margine. *injuris oriretur* Flor. et Harl. Cl. Perizonio vet. lib. Sigonii lectio non displicebat, adscripto ad marginem loco ex hoc lib. c. 18, 3. *Cohortes duae ad id ipsum instructae intus.* Ego vero, quod ex vestigiis Put. aliorumque Gronov. elicuit, praefero *motus injuriave oreretur.* Ita 32, 10, 6. *Cui enim non adparere, ab eo, qui prior arma intulisset, injuriam ortam.* Saepe autem optimi codd. *oreretur*, pro *oriretur*, scriptum exhibent. Ita sane eſt in Leid. pr. 2, 16, 2. in eodem et Flor. 2, 39, 6. 4, 50, 2. in duobus illis aliisque codd. 4, 7, 6. c. 45, 4. 5, 42, 3. aliisque locis. (* in uno Lov. 34, 26, 4. in duobus c. 27, 3.) V. Voſſ. 5. Gramm. 35. N. Heins. et Cel. Burm. ad Ovid. 13. Met. 130. eumdem Burm. ad Suet. Tib. 37. et Claud. 13. Ita Gronov. etiam in pluribus membranis *exorerentur* invenit 27, 27, 3. (* *adoreretur* in uno cod. est 37, 13, 1.)

Digitized by Google

occupatis proelio legionibus, in ea inpetus fieret. ita inſtructi intra portas ſtabant. Hannibali, sub 10
signis (id quod per aliquot dies fecerat) ad multum diei in acie ſtanti, primo miraculo eſſe, quod nec exercitus Romanus porta egrederetur, nec armatus quisquam in muris eſſet. ratus deinde prodita con- 11
loquia eſſe, metuque resides factos, partem militum in caſtra remittit, juſſos propere adparatum omnem

§. 8. *Ad tres portas*] Lege ex libris omnibus *Ad tris portas* ἀρχαϊκῶς, ut ante triennium in Ciceronem (* 1. Tuscul. 48. 1. ad Fam. Ep. 1.) diligenter animadverti. Reposui quoque inferius 29, 33, 6. et 34, 44. GEBH. V. Noris. ad Cenot. Pis. Diſſ. 4, 3. Plerique codd. et primae edd. etiam hic ita scriptum exhibent. Mox *in hostem versas* Lovel. 5. Sed omnia haec vocabula exsulant ab Harl.

Ac suorum equites statuit] Opinor legendum *sociorum*, non *suorum*. VALLA. Recte. *suorum* tamen servant Flor. Lovel. 2. a m. 1. et Lovel. 4. Sed solent librarii has voces in Mſtis confundere. V. ad 37, 20, 9.

§. 9. *Subsidiaque destinata inpedimentis data*] Quae sunt *destinata subsidia?* Et tamen sic omnes libri. An forte, *subsidiaque et stationes impedimentis datae*. Adde l. 23, 37. J. FR. GRON. *destinata* videtur nunc vocare, quae alibi *assueta praesidia*. 36, 18, 4. *Elephantos cum assueto praesidio posuit*. Alias plerumque jungit *necessaria praesidia*. 8, 26, 2. *Juventus praeter necessarium urbis praesidium ad litus missa*. Hoc lib. c. 48, 2. JAC. GRON. Noſtri etiam nihil mutant. Doujatius vulgatum tuetur. At Cl. Crevier. se facile passurum profitetur, ut alterutra harum vocum, sive *data*, sive *destinata*, eliminetur.

§. 10. *Nec exercitus Romanus porta egrederetur*] Pal. 3. *portam egrederetur*. Sic Pal. 2. c. 46, 10. *Nihil admodum viribus suis fidentes egredi portas*. Infra 25, 8, 4. exhibent libri omnes. *Nocte per speciem venandi urbem egressi*. Et ibid. *Praedandi caussa se urbem egressos*. Sic reſtat in Pal. 2. 27, 24, 3. *Ne quis nocte urbem exiret*. Statius: *Campum exire vetat*. Liv. 28, 26, 11. *Custodesque circa omnes portas missi, ne quis urbem egrederetur*, ut habent Pall. MSS. 35, 46, 4. habet Pal. 1. *Portum egressus*. Malo tamen ibi referre ad praecedens *procul*. GEBH. Ita Livium loqui solere, certum eſt. V. ad 29, 6, 4. Quum tamen et alia conſtructio passim apud Livium obcurrat, neque ullus meorum uni a Gebh. memorato cod. consentiat, ejus lectionem praeferre praeceps foret. *portas egrederetur* eſt in Hafn. *prior egrederetur* in Lovel. 3.

§. 11. *Prodita conloquia esse, metuque resides factos*] *proditum conloquium esse* Flor. a m. 2. Sed supra dixerat hoc cap. *Nocturna conloquia inter plebem ac Poenos fieri*. Et cap. seq. *Qui clam in conloquiis hostium*

Digitized by Google

obpugnandae urbis in primam aciem adferre; satis fidens, si cunctantibus inſtaret, tumultum aliquem
12 in urbe plebem moturam. Dum in sua quisque miniſteria discursu trepidat ad prima signa, succeditque ad muros acies, pateſacta repente porta, Marcellus signa canere, clamoremque tolli, ac pedites primum, deinde equites, quanto maximo poſſent
13 impetu, in hoſtem erumpere jubet. Satis terroris tumultusque in aciem mediam intulerant, quum duabus circa portis P. Valerius Flaccus et C. Aurelius
14 legati in cornua hoſtium erupere. Addidere clamo-

fuerant. τὸ esse deeſt in Lovel. 4. et 5. *prodita esse colloquia* legit Harl. Tum *desides* Ber. Brancal. Latinii, et Hearnii N. Solent hae voces commutari. V. ad 25, 6, 21. Mox *in castra relinquit*, pro *remittit*, Lovel. 3. *in castra reliquit* Hafn. Hinc *tumultum aliquem in urbe plebem moturam* desunt in Lovel. 1. 3. Voſſ. et Hafn.

§. 12. *Moxque dum in sua quisque ministeria discursu trepidat*] Volentibus melioribus exegi *Moxque;* quod ceu ferrumen male sibi haerentis orationis inserverant male seduli. At eodem prorsus modo 27, 12, 14. *Duodevicesimam legionem in primam aciem inducit. Dum alii trepide cedunt, alii segniter subeunt, turbata tota acies est*, etc. J. FR. GRON. *Moxque in sua*, omiſſa voce *dum*, Voſſ. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. *Mox in sua* Lovel. 1. *Tum in sua* Flor. Mox *quanto maxime possent impetu* Gaertn. et Hav. Male. V. ad 9, 24, 9. *quanto maximo possunt impetu* Ber. *quanto possent maximo impetu* Lovel. 4.

§. 14. *Ingentis repente exercitus speciem fecerint*] *facerent* Ber. et Hav. *faceret* Lovel. 2. *fecerit* Flor. Lovel. 3. Harl. Gaertn. et edd. antiquae. idque voluiſſe videtur Lovel. 4. in quo tamen errore scribae *fecit*, pro *fecit*, id eſt *fecerit*, datum eſt. Referri id poſſet ad *clamorem*, qui ingentis exercitus speciem fecerit.

§. 15. *Duo millia et trecentos hostium caesos, non plus uno Romanos amisisse*] Supra quinque millia hoſtium caesa, haud plures, quam quingentos Romanos cecidiſſe, tradit Plutarchus (p. 304.) hoc tamen a Livio reprobari ait, *Λέγονται ὑπὲρ πεντακισχίλιους ἀποθανεῖν, ἀποκτεῖναι δὲ Ῥωμαίων οὐ πλείους ἢ πεντακοσίους. ὁ δὲ Λίβιος οὕτω μὲν οὐ διαβεβαιοῦται γενέσθαι μεγάλην ἧττα, ὀυδὲ πεσεῖν νεκρὸυς τοσοὑτους τῶν πολεμίων.* SIG. Numerum hunc auget Put. habet enim *millia et DCCC*. Sic etiam de Romanis: *non plus D Romanorum*. ubi vulgo, *non plus uno Romanos amisisse*. Lege *Romanum*. Aliae membranae, *non plus Romanorum*, sine *τῷ uno*. Numerum a vetuſtiſſimo

Digitized by Google

rem lixae calonesque, et alia turba custodiae inpedimentorum adposita, ut paucitatem maxime spernentibus Poenis ingentis repente exercitus speciem fecerint. Vix equidem ausim adfirmare, quod quidam auctores sunt, duo millia et octingentos hostium caesos; non plus quingentos Romanum amisisse. Sive tanta, sive minor victoria fuit, ingens eo die res, ac nescio, an maxima illo bello gesta sit. non vinci enim ab Hannibale vincentibus difficilius fuit, quam postea vincere. 15

XVII. Hannibal, spe potiundae Nolae ademta, 1

editum confirmat Plutarchus in Marcello. J. FR. GRON. *II et DCCC hostium caesos* est etiam in Flor. Deinde *non plus Romanorum amisisse* Flor. et plerique apud me codd. quod Hearne etiam in L. 1. N. atque ed. Aler. superesse monuit. *non plus amisisse* Hafn. *non plus Romanos centum amisisse* Brancal. Latinii. *non plus Romanorum centum amisisse* Ber. a m. 1. in quo *amissis* interpolavit manus altera. At *duo millia et DCCC hostium caesos, non plus D. Romanorum amisisse* Put. consentiens legunt Exc. Pithoei. Gronovii itaque emendationem, qui reliqua ex optimo cod. hausit, *Romanum* pro *Romanorum* ex conjectura dedit, in contextum recepi. Bis in his verbis notam numeri quingenarii sibi incognitam transierant librarii. Quod et alibi factum esse, infra videbimus ad 37, 40, 11.

Ingens eo die res, ac nescio, an maxima illo bello, gesta sit] Hinc Cic. in Bruto [3.] ait: *Post Cannensem illam calamitatem primum Marcelli ad Nolam proelio populus Romanus se erexit.* SIG. Syllaba *sit* lutulat valde rotunditatem orationis. GRUT. Vir doctus *gesta est.* At isto modo Livius 22, [39, 4.] *Nescio, an infestior hic adversarius, quam ille hostis maneat. To est* intelligendum post *res.* J. FR. GRON. Vir doctus, quem Gronov. *gesta est* legere testatur, est Freinsh. ad Curtii 4, 4, 2. cujus conjecturam etiam prima ed. recepit, sed iteratis curis repudiavit. Cl. Jac. Periz. ad oram Livii adscripserat, forte legendum esse *fuit*; quod sane propius ad vulgatum accedit, et, si quid mutandum sit, praeferrem. Omnes tamen codd. receptam lectionem constanter tuentur. Locutioni *nescio an, haud scio an* subjunctivum jungi, docent exempla infra laudata ad 37, 54, 16. Verum ita minor interpunctio post *bello* expungenda est.

Non vinci enim ab Hannibale vincere solitis difficilius fuit, quam postea vincere] Opinor legendum, *non vinci enim ab Annibale vinci solitis*, sive *vinci suetis*, vel *vincere solito*, sive *sueto.* VALLA. Nulla lectionum,

Digitized by Google

quum Acerras recessisset, Marcellus extemplo, clausis portis custodibusque dispositis, ne quis egrederetur, quaestionem in foro de iis, qui clam in con-
2 loquiis hostium fuerant, habuit: supra septuaginta damnatos proditionis securi percussit, bonaque eo-
3 rum jussit publica populi Romani esse: et, summa rerum senatui tradita, cum exercitu omni profectus,
4 supra Suessulam castris positis consedit. Poenus, Acerras primum ad voluntariam deditionem conatus perlicere, postquam obstinatos vidit, obsidere

quas Valla vel notae praescripsit, vel ex ingenio reposuit, in codd. aut edd. obcurrit, nisi quod Basil. anni 1554. 1555. et Sigonianae legant *vincere solito*. Omnes manu vel typis exarati praeferunt constanter *vincentibus*. Nemo non videt, sensum hujus loci esse, illis, qui tunc vincebant, difficilius fuisse non vinci ab Hannibale, quam postea fuit victoriam reportare. ipsi etiam indocti librarii, ita locum intelligendum esse, viderunt; unde *tum vincentibus* scriptum fuit in Lovel. 5. *tunc vincentibus* in Hav. et Brancal. Latinii. Quis igitur ferat Doujatiium querentem, difficile esse sententiam hujus loci capere? Quum vero vel *vincentibus* delendum, vel scribendum conjicit *non vinci enim ab Hannibale victis jam saepius difficilius fuit*, quis non stomachum ejus miratur, qui ferre potuit duplicem illum comparativum pro time junctum. At quum postea per se viderit, *vincentibus* ad Romanos referendum, et pro jam victoribus, qui nunc ad Nolam vincebant, accipiendum esse, nonne priora inducta praetitisset, quam ut ipse se aliis ridendum propinasset?

§. 2. *Bonaque eorum jussit publica esse*. Praeclare Put. *jussit publica P. R. esse*. quod est *populi Romani*. J. FR. GRON. Puteaneo consentit Flor. Formula autem haec apud nostrum frequens est. 3, 71, 7. *Agrum jure belli publicum populi Romani factum*. 40, 38, 3. *Ager publicus populi Romani erat in Samnitibus*. 44, 16, 7. *Agri Tarentini, qui publicus populi Romani esset, ducenta jugera dari*. Alia ex Livio exempla laudavit Gron. 4. Obs. 14. p. 224. Et ita in fragmentis legum agrariarum apud Gruter. in Inscr. p. 202. et 203. Paullo ante *supra LXXX*, pro *septuaginta*, Hearnii D. et N. Tum *proditionis* omittitur in Hav.

§. 3. *Cum exercitu omni profectus, supra Suessulam castris positis consedit*] *Tò profectus* exsulat a Gaertn. Hinc *positis castris* legunt Lov. 4. et 5. Mox *insedit* Cant.

§. 6. *Consilium aut terror tulit*] Imo *error*. Ita emend. Lucret. alibi. Sic et alibi Livius. T. FABER. Fortassis *error*. Nam *terror* quidem agitabat et eos, qui legerunt locum exsilio. Alterum genus tenuerunt. ad quae forte

Digitized by Google

inde atque obpugnare parat. ceterum Acerranis plus animi, quam virium, erat. itaque, desperata 5 tutela urbis, ut circumvallari moenia viderunt, priusquam continuarentur hostium opera, per intermissa munimenta neglectasque custodias silentio noctis dilapsi, per vias inviaque, qua quemque aut 6 consilium aut error tulit, in urbes Campaniae, quas satis certum erat non mutasse fidem, perfugerunt. Hannibal, Acerris direptis atque incensis, quum a 7 Casilino dictatorem Romanum legionesque novas

delati sunt. Supra c. 15, 5. *Quocumque hospitia aut fortuitus animi impetus tulit.* Ubi forsitan etiam legendum: *quo quemque.* J. FR. GRON. Se *aut error tulit* in Put. invenisse, Cl. Crevier. testatus est; eamque lectionem in contextu expressit. Cui locum etiam dedi, quum in Flor. invenerim. Reliqui vitiosae lectioni adhaerent. Solent autem passim voces *error* et *terror* commutari. V. ad 24, 30, 6. Mox *profugerunt* Lovel. 2. V. ad 37, 57, 2.

§. 7. *Dictatorem Romanum legionesque minus accipi nunciatum esset*] Vos mutatis *minus* in *Cumis*; ego in *novas*, et *accipi* in *acciri*. Quod ita debere legi, qui verba ipsa auctoris de duabus novis legionibus legit, animadvertet. VALLA. Vet. lib. *legionesque minus accipi nunciatum esset.* Pro his repositum est, *nuncii accipi nunciassent.* recte, quod ad sententiam pertinet: quod autem ad verba, malim legi, auctore Valla, *legionesque novas accipi nunciatum esset.* Nam de his legionibus paulo ante [c. 14.] scripsit. SIG. Quid est, *dictatorem accipi a Casilino?* quis sic loquitur? dixisset a Casilinensibus, ferremus. ut omittam acceptum numquam esse. Theani castra habuit, ibique hibernavit. Vetus lectio *legionesque minus accipi.* Valla voluit *legionesque novas acciri.* Puto melius *legionesque eminus aspici*, levissima mutatione. LIPS. 3. Ep. Quaest. 4. *legionesque eminus aspici* est a Lipsii dexteritate, quum invenisset in MS. suo *legionesque minus accipi.* quod cum etiam restaret in duobus Pall. malui illud, quam quod Valla, quod Sigonius obtrudunt. GRUT. Pal. 1. et 3. *legionesque nimis accipi nunciassent.* sec. *legionesque minus accipi nunciatum esset.* GEBH. Voss. *legionesque nimis accipi.* Gud. *legionesque novas accipi*, et in margine *acciri.* Quod verum est. J. FR. GRON. In nullo apud me cod. vel ed. *nunciatum esset*, sed semper *nunciassent*, obcurrit. Praeterea *legionesque nuncii accipi nunciassent* legunt Lovel. 3. Hafn. Gaertn. Hearnii N. a m. 1. et pleraeque edd. neque differt Ber. nisi quod praeferat *accepti.* quomodo interpolarunt, quibus *nunciassent* absolute sine nomine poni displicebat. Quod tamen Livio frequens esse, infra videbimus ad 34, 56,

Digitized by Google

adciri nunciassent, ne quis tam propinquis hostium castris Capuam quoque recurrat, exercitum ad Casili-

11. *legionesque Cumis accipi nunciasset* Lovel. 4. *legionesque minus accipi nunciassent* Lovel. 1. *legionesque minis accipi nunciassent* Lovel. 5. *legionesque unius accipi nunciassent* Hav. *legionesque accipi nunciassent* Hearnii N. a m. 2. Lovel. 2. et Flor. a m. 1. in quo emendatum est a manu altera *legionesque nimis accipi nunciassent*, consentiente Harl. Lipsianam conjecturam Gruterus in ultima ed. contextui inseruit, ac J. Fr. Gronovius retinuit non modo, sed etiam probavit ad 38, 1, 4. Probavit etiam Cl. Crevier. Quae autem hic sub nomine J. Fr. Gronovii conspiciuntur, a Cl. Jac. Gronovio post mortem patris edita sunt, qui etiam ex ejus sententia contextus lectionem mutavit. Ea sane cod. praesidio firmata, quod de nulla alia a viris doctis prolata dici potest, non videtur insuper habenda. Certe *acciri* et *accipi* facile commutari potuerunt ob similitudinem ductuum literarum *P* et *R*, non modo in scriptura Romana majuscula, sed etiam Longobardica; de qua dictum ad hujus lib. c. 1, 6. Et ita peccari infra hoc cap. §. 10. putabat Cel. Burm. Similiter confunduntur *acciendum* et *accipiendum*, etiam *accitum* et *acceptum*. V. ad 10, 19, 1. et ad Ep. Liv. 48. non longe post principium. *Acciri* autem *a Casilino*, pro a Casilinatibus, ut supra 8, 11, 3. *Latinis quoque ab Lavinio auxilium ferri coeptum*. Et ita saepe nomina urbium pro earum incolis poni, vidimus ad 8, 11, 12.

Ne quis tam propinquis hostium castris Capuam quoque recurrat] Quod illud tantum periculum, si quis Capuam recurrat, civitatem Annibali sociam et amicam? Meus liber *Capue quoque recurrerant*. Lego, *ne quid tam p. h. c. Capuae quoque occurreret*. Annibal, audito dictatorem vicinum esse, metuens ne quid et Capuae accideret, exercitum propius Casilinum movit. LIPS. 3. Ep. Quaest. 4. Quis non videt esse corruptum. Lipsius, *ne quid t. p. h. c. Capuae quoque occurreret*. In Put. est *Capuae quoque orere currunt*. A m. 2. erat deletum *ore:* inde corruptius alii libri, et tandem exstructa est vulgata. Sed videtur olim fuisse *ne quid t. p. h. c. Capuae quoque moveretur*. J. FR. GRON. Unus Hav. *ne quid tam in propinquis* legit: reliqui in his verbis vel nihil mutant, vel *ne quisquam tam propinquis*, vel *ne quisquam tam in propinquis*, vel *ne quis tam in propinquis* obferunt: quod posterius exstat etiam in antt. edd. In sequentibus codices servant vel *Capuae quoque recurrat*, (consentientibus etiam vett. edd.) vel *Capuae quoque recurrant*, vel *Capuam quoque recurrerant*. Vulgatae lectionis auctor fuit Aldus, quam Doujatius probavit, *ne quis* exponens scilicet Acerranorum. Verum ita Lipsio respondendum fuerat, interroganti, quid illud tantum periculum foret, si quis Capuam recurreret. Insuper Hannibal etiam tum demum Casilinum movit, quum jam Acerrani in urbes Campaniae, quas fidem non mutasse satis certum erat, perfugissent. Gronov. priori ed. not. conjecerat *ne quis t. p. h. c. Capuae quoque oreretur motus.*

Digitized by Google

silinum ducit. Casilinum eo tempore quingenti 8
Praeneſtini habebant, cum paucis Romanis Latinique nominis, quos eodem audita Cannensis clades

cui poſtea, quod hic editur, subſtituit.

§. 8. *Casilinum eo tempore Praenestini habebant*] Quidam adjecerunt numerum *quingenti Praenestini*. Sed ut alia in hiſtoria non conſtant, ita nec militum numerus. Val. enim Max. 7, [6, 3.] trecentos fuiſſe Praeneſtinos aït, Strabo l. 5. circa finem, aït quingentos et quadraginta fuisse. Livius paulo poſt [c. 19, 17.] ambigue loquitur. Nam *qui in praesidio fuere* [inquit] *ex quingentis septuaginta minus dimidium ferrum famesque absumpsit*. Sed praemiserat paulo ante *Praenestini maxima pars fuere*. quod mirum videtur, cum Perusina cohors, homines CCCC et LX, una cum iis obsidionem pertulerint. Verum cum cogito, in hac rerum neceſſitate Valerio murem fuiſſe, Straboni autem medimnum ducentis venditum denariis sive drachmis, denique Livium, cum ex proposito, ut hiſtoricus, ea scriberet de fame, caeterum nihil hac de permutatione meminiſſe, suspicio subit animum, vel libros corruptos, vel hiſtoriam indiligenter a Romanis scriptam, ut sunt alia pleraque. GLAR. In vet. lib. nullus numerus eſt Praeneſtinorum. Paulo poſt [c. 19, 17.] Livius eos quingentos septuaginta fuiſſe scribit. At Strabo l. 5, [249.] quingentos quadraginta. Ἐν τῷ Κασιλίνῳ πολιορκούμενοι Πραινεστίνων ἄνδρες μ καὶ φ πρὸς ἑκκαίδεκα Ἀννίβαν ἐπὶ τοσοῦτον ἀντέσχον, etc. Ut ergo de Perusinis aït *CCCC et LX*, sic de Praeneſtinis *D et LXX* scribendum videtur. SIGON. Numerum *quingenti* respuunt libri omnes, quem et ego expunxi. Statim Pal. 3. *cum Romanis paucisque Latini nominis*. GEBH. Numerus etiam ab omnibus meis, Oxoniensibus Hearnii, et edd. Aldo prioribus exsulat: quum autem notam numeri quingenarii sibi incognitam librarii saepius omiserint, ut videbimus ad 37, 40, 11. hinc cum Aldo *quingenti Praenestini*, quam cum Sigonio *quingenti et septuaginta Praenestini*, legere malo. Ceteroquin enim ratio, cur numerus excederit, dari nequit. Ita ergo hic Livius numero rotundo utitur, quem exactius exsequitur c. 19, 17. Porro non videntur hic meriti Latini censuram Glareani. Livius praesidium Casilini nec muribus abstinuiſſe tradit c. 19, 13. quamvis de mure tot nummis vendito nihil addat; quod etiam omitti potuit. Locum autem Strabonis vitiosum, et μυός, pro μεδίμνου, legendum eſſe, viri docti monuerunt. Majorem speciem habuiſſet, si exagitaſſet dissensum Front. 4, 5, 20. aliorumque, Strabonis, Val. Max. ac Plinii, circa pretium, quo mus venditus eſt; de quo v. viros doctos ad Front. Mox *cum Romanis paucis Latinique nominis* Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertner. Hav. et edd. ante Aldum.

Quos eodem audita Cannensis clades contulerat] Doujatius conjicit *compulerat*, ut mox hoc cap. *Eodem nuncio, quo Praenestini paucos ante dies Casilinum compulsi*. Ita peccaſſe librarios, et verba haec commutaſſe dictum eſt ad 5, 28, 7. Similiter *adpuli* et *adtuli*. V. ad Silii 1, 426. Poteſt tamen et vulgatum servari, si *contulerat* accipiamus pro

Digitized by Google

9 contulerat. hi, non confecto Praeneste ad diem delectu, serius profecti domo, quum Casilinum ante adversae pugnae famam venissent, et aliis adgregarent sese Romanis sociisque, profecti a Casilino cum satis magno agmine irent; avertit eos retro
10 Casilinum nuncius Cannensis pugnae. ibi quum dies aliquot, suspecti Campanis timentesque, cavendis ac struendis in vicem insidiis traduxissent, jamque de Capuae defectione agi, accipique Hannibalem satis pro certo habuere, interfectis nocte oppida-

effecerat, ut se conferrent. V. ad 5, 39, 4. Et sane codd. nihil mutant.

§. 9. *Et aliis adgregarent sese Romanis*] *aggregarentur* Lovel. 1. Harl. et Gaertn. *adgregantur* Flor. quod quum et in Put. invenisset Cl. Crevier. scribendum conjecit *et aliis adgregantibus sese Romanis*. In praecedentibus *ante famam adversae pugnae* alio ordine idem Flor. Mox *eos* abest a Flor.

§. 10. *Ibi quum dies aliquot, suscepti Campanis timentesque, cavendis ac struendis in vicem insidiis*] Vos sic emendatis: *ibi quum dies aliquot suscepti, Campanis susceptis timentibusque cavendis ac struendis*. Ego tantum muto *suscepti* in *suspecti*. VALLA. In multis etiam meorum *suscepti*. Sed solent ea vocabula a librariis commutari. V. ad 28, 6, 12.

Jamque de Capuae defectione agi, accipique Hannibalem, satis pro certo habuere] Tempus *habuere* non est sententiae huic aptum. *haberent* sensus postulat. In vet. certe libris est *habere:* reliquae duae literae *nt* ex principio insequentis vocis, *interfectis*, sunt repetendae. SIG. Gud. et Voss. a m. 2. *ita de Capuae def.* J. FR. GRON. *habere* etiam Flor. a m. 1. Voss. Lovel. 3. 4. Harl. Gaertn. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. *haberent*, ut Sigonius conjicit, Lovel. 5. Verum insuper *ita de Capuae* etiam Flor. Lovel. quinque, Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonienses. Quum Cl. Crevier. eamdem lectionem etiam magno consensu in suis invenisset, inde scribendum conjecit, *ut de Capuae*, et *ut* interpretatur postquam; quo sensu hanc voculam saepe a Livio usurpari, dictum est ad 21, 29, 5. Sic supra hoc cap. *Ut circumvallari moenia viderunt*. et ita tempus *habuere*, quod sententiae aptum negabat Sigonius, ei optime conveniet. Insuper *Capuae traductione* Hearnii D. Sine dubio voluit *traditione*. *Traditio* autem et *proditio* etiam alibi commutantur. V. ad 8, 26, 6. Deinde Cel. Burm. *accipique* suis ad me literis non damnabat, melius tamen fore putabat, si *accirique* legeretur. V. ad §. 7. hujus cap. Libri nihil mutant.

Interfectis nocte oppidanis] Qui ad Poenos deficere volebant,

Digitized by Google

nis, partem urbis, quae cis Vulturnum est, (eo enim dividitur amni) occupavere. idque praesidium 11
Casilini habebant Romani. Additur et Perusina cohors, homines quadringenti sexaginta, eodem nuncio, quo Praeneſtini paucos ante dies, Casilinum compulsi. et satis ferme armatorum ad tam exigua 12
moenia, et flumine altera parte cincta, tuenda erat. penuria frumenti, nimium etiam ut videretur hominum, efficiebat.

XVIII. Hannibal quum jam inde haud procul 1

opinor. Nam, non omnes interfectos fuiſſe, liquet ex cap. 19. DUKER.

Partem urbis, quae citra Vulturnum est] Put. a m. 1. *quae civulturnum*. Lege *quae cis Vulturnum*. J. FR. GRON. *citra* quidem in reliquis, at *circa* in Voſſ. Lovel. 1. 2. 3. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. et N. Simili varietate pro *cis* in Mſtis nunc *circa*, nunc *citra* ab indoctis librariis datum fuiſſe, vidimus ad 4, 17, 8. Mox *dividuntur amni*, nempe duae partes urbis, Voſſ. a m. 1. Lov. 2. 4. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *dividuntur amne* Lovel. 3. Male. V. ad 32, 10, 8. Denique *occupaverunt* Flor.

§. 11. *Idque praesidii Casilini habebant Romani*] *idque praesidii* primus edidit Jac. Gronov. cujus lectionem receperunt Clericus et Cl. Crevier. Et, ita Livium loqui solitum fuiſſe, vidimus ad 7, 26, 12. Hic tamen nullus meorum codd. lectionem illam agnoscit, neque etiam vel Gronov. vel Crevier. aliquid ex suis monuerunt. Priorem itaque reduxi.

Homines quadringenti sexaginta] Haec iterum lectio ex Cl. Jac. Gronovii editione orta est, quam Clericus in suam admisit, at nuper Crevier. repudiavit. Priores inter utrumque numerum particulam copulativam agnoscentes vulgarant *quadringenti et sexaginta*. Et voculam quidem interpositam plerique agnoscunt codd. sed deeſt tamen in Flor. quare neque reſtituendam judicavi. At insuper *homines quadringenti et LXX* Lov. 3. et Hafn. *homines quadringenti et XL* Hearnii D. *homines CCCti et sexaginta* Hav. *hominesque trecenti et sexaginta* Gaertn. *hominesque* etiam Hearnii N. Sed vox *homines* exsulat a Ber.

§. 12. *Et flumine altera parte cincta, tuenda erat*] Vocula prima deeſt in Lov. 4. et 5. ejus loco *quae flumine* eſt in Ber. Praeterea *tenenda erat* Hafn. Sed ita saepius variant scribae. V. ad 10, 3, 2. Mox *hostium*, pro *hominum*, Voſſ. et Lov. sollemni etiam scribarum lapsu. V. ad h. lib. c. 37, 11.

§. 1. *Gaetulos cum praefecto, nomine Isalca, praemittit*] Pal. sec. *cum profecto nomen ei Si-*

Digitized by Google

esset, Gaetulos cum praefecto, nomine Isalca, praemittit: ac primo, si fiat conloquii copia, verbis benignis ad portas aperiendas praesidiumque accipiendum perlicere jubet: si in pertinacia perstent, rem gerere ac tentare, si qua parte invadere urbem
2 possit. Ubi ad moenia accessere, quia silentium erat, solitudo visa; metuque concessum barbarus ratus, moliri portas et claustra refringere parat.
3 quum, patefactis repente portis, cohortes duae, ad id ipsum instructae intus, ingenti cum tumultu erum-
4 punt, stragemque hostium faciunt. Ita primis repulsis, Maharbal, cum majore robore virorum mis-
5 sus, nec ipse eruptionem cohortium sustinuit. postre-

salca. pr. vero *Isis alca.* vet. ed. *Isasalca.* Paullo ante *cum jam haud procul inde esset.* GEBH. Nomen praefecti varie in scriptis exaratur. *Eisisalca* praefert Flor. *Isisalca* Voss. Harl. et Hearnii L. 1. ac D. *Ysisalca* Lovel. 2. et Ber. *Insisalca* Lov. 1. *Isasalta* Lov. 4. 5. *Isalta* Lovel. 3. *nomine Isis ad eos praemittit* Hav. et Hearnii N. *Isasalca* est in edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Masinissae patruus infra *Oesalces* vocatur 29, 29, 6. quod idem nomen atque *Isalces* Gronovio videtur. *Gaetulos* autem scripsi cum diphthongo. V. Cort. ad Sall. Jug. 18. et quos ibi laudavit. Paullo ante *quum jamjam inde haud procul esset* Harl.

Praemittit: primo si fiat] Optimi *praemittit, ac primo.* J. FR. GRON. Immo non tantum optimi, verum etiam omnes mei et Hearnii Oxonienses codd. atque insuper omnes edd. usque ad Modium, qui primus τὸ *ac* omisit. Mox *aperiundas* Flor.

Si in pertinacia perstent, rem gerere] *sin in pertinacia* Lovel. 4. Hearnii N. omnesque edd. usque ad Gronov. *sin pertinacia* Flor. Lovel. 5. et Hav. Reliqui *si in pertinacia*, quod Gronov. anno 1664. recepit. Priorum edd. lectio auribus ingrata est. Tum *ut rem gerere* Flor. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Vocula *ut* perperam repetita est ex vocis praecedentis literis finalibus. V. ad 37, 24, 13. Mox *possint* Harl. 5. et Hav.

§. 2. *Metuque concessum barbarus ratus*] *consessum* conjicit Doujat. nempe ab iis, qui se Casilinum receperant, id est eos metu cessare, non moveri. *sedere* enim et *considere* saepe idem significare, quod *desidere*, vel *residere.* Sed nihil mutandum. *concessum* inlustrant, quae Gronov. notat ad 33, 19, 1.

Moliri portas, et seras claustraque effringere] Illis (optimis) est, *moliri portas et claustra refringere.* J. FR. GRON. Ita et

Digitized by Google

mo Hannibal, castris ante ipsa moenia obpositis, parvam urbem parvumque praesidium summa vi atque omnibus copiis obpugnare parat. ac, dum instat lacessitque, corona undique circumdatis moenibus, aliquot milites et promtissimum quemque, e muro turribusque ictos, amisit. Semel ultro erum- 6
pentes agmine elephantorum obposito prope interclusit, trepidosque compulit in urbem, satis multis, ut ex tanta paucitate, interfectis. plures cecidissent, ni nox proelio intervenisset. Postero die 7
omnium animi ad obpugnandum accenduntur; utique postquam corona aurea muralis proposita est, atque ipse dux castelli, plano loco positi, segnem

Flor. *refringere* proprium in hac re verbum. Infra 24, 30, 2. *Postquam capi muros refringique portas videre.* V. Rhen. ad 26, 30, 9. et quae notavi ad 9, 24, 12. et 10, 10, 4.

§. 3. *Quum, patefactis repente portis, cohortes duae ad ipsum instructae intus*] Malis forte *ad id ipsum.* Et sic membranae quaedam. J. FR. GRON. *ipsum* interdum pro id ipsum poni, supra docui ad 5, 43, 4. At hic omnino *ad id ipsum* revocandum est; non modo enim ita Hearnii L. 1. omnes Cl. Crevier. omnesque mei codd. verum etiam omnes edd. praeferunt usque ad Elzevir. Heinsii, ubi demum, sine dubio operarum lapsu, τὸ *id* omissum est. Praeterea *tum patefactis* Latinius malebat, quod est in Lovel. 3. Mox §. seq. *robóre virium*, pro *virorum*, et *eruptionem hostium*, pro *cohortium*, Rec. *cohortium* deest in Lovel. 2. *cohortium eruptionem* legit Ber.

§. 5. *Obpugnare parat*] Delenda dictio *parat* vel ideo, quod recurrat supra versu hinc altero; nisi quoque et ibi a mala restet manu, quod suspicor. GRUT. Omnes codd. dictionem illam tuentur. Neque legitimam expungendi caussam esse, quod §. 2. praecesserit, patere potest ex notatis ad 1, 3, 9. In praecedentibus *ante ipsa moenia positis* Lovel. 4. et Ber. a m. 2. *ante ipsa moenia appositis* Gaertn.

§. 6. *Satis multis, ut ex tanta paucitate, interfectis*] *satis multis aut ex tanta paucitate* Gaertn. *satis multis ex tanta paucitate* Lovel. 4. Male. De sensu voculae *ut* hoc loco v. ad 10, 43, 15.

§. 7. *Proposita est, atque ipse dux*] Genuinam hanc lectionem retinet recte Pal. 2. et prisca ed. At Pal. 1. *proposita, statque ipse dux.* tert. *proposita, stansque ipse dux.* quae lectio ex coalitione *est atque* nata est. GEBH. Eodem errore *proposi-*

Digitized by Google

obpugnationem Sagunti expugnatoribus exprobrabat, Cannarum Trasimenique et Trebiae singulos
8 admonens universosque. Inde vineae quoque coeptae agi cuniculique: nec ad varios conatus ho-
9 ſtium aut vis ulla, aut ars deerat. Socii Romanorum propugnacula adversus vineas statuere, transversis cuniculis hoſtium cuniculos excipere, et palam et clam coeptis obviam ire; donec pudor etiam Hannibalem ab incepto avertit: caſtrisque commu-

ta, *statque ipse dux* etiam Voſſ. Cant. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. *proposita, atque ipse dux* Ber.

§. 8. *Inde vineae quoque coeptae agi*] Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii adscripserat, sibi videri, hic quaedam deeſſe: nullam tamen suspicionis cauſſam reddidit. Mox *nec ad varios conatus hostium vis aut ars deerat*, duabus vocibus omiſſis, Lovel. 3.

§. 9. *Socii Romani propugnacula*] Scripti *socii Romanorum*. Lege *aut ars deerat sociis Romanorum*. *Propugnacula* etc. J. FR. GRON. Vulgatum ferri nequit. Nam *socii Romani* sunt Romani societate juncti, hic vero intelliguntur alii, qui societatem cum Romanis inierunt. Ii autem vocantur *socii Romanorum*. V. Gronov. ad Liv. 1, 26, 4. Et ita hic etiam eſt in omnibus meis, nisi quod *Sociique Romanorum* legat Ber. Quin et *Socii Romanorum* omnes praeferunt edd. usque ad Paris. qui anno 1573. dederunt per compendium *Socii Rom.* pro quo, per proximas etiam edd. propagato, qui ultimae Gruteri praefuit, perperam dedit *Socii Romani*. Omnino igitur placere nequit *Socii Romanique*, quam conjecturam Periz. ad marginem Livii adscripsit. Nimis enim a Mſtorum lectione abit. Mox *transfixis cuniculis adversus hostium cuniculos et palam et clam coeptis obviam ire* Ber. et Brancal. Latinii.

Castrisque communitis] Aliquid scabri huic orationi ineſſe videtur. pudor avertit Hannibalem ab incepto, et conceſſit in hiberna. *Τὸ que* abeſt a Ber. et quibusdam edd. antt. An legendum *castris itaque communitis*? vel *castris qui communitis*? de quo erroris genere ad 28, 12, 13. dicam. V. tamen, quae notat Cl. Duker. ad 3, 38, 2.

§. 10. *Adversus omnia humana mala saepe ac diu duraatem*] Put. et Pet. *duratum*. etsi τὸ *saepe* illud flagitare videatur. 7, [29, 5.] *Fluentes luxu ab duratis usu armorum in Sidicino pulsi agro*. 30, [28, 5.] *Exercitum aequalem stipendiis suis, duratum omnium rerum patientia*. J. FR. GRON. Minime neceſſe eſſe, *duratum* rescribere, monuit Cel. Burm. ad Flacc. 7, 338. Contra Doujatius adverbiis *saepe ac diu* magis convenire *duratum* pronunciat, sed nulla effati ratione addita, nisi forte id hauserit ex Gronovio, sed male

Digitized by Google

nitis, ac praesidio modico inposito, ne omissa res videretur, in hiberna Capuam concessit. Ibi partem 10
majorem hiemis exercitum in tectis habuit, adversus omnia humana mala saepe ac diu duratum, bonis inexpertum atque insuetum. itaque, quos nulla 11
mali vicerat vis, perdidere nimia bona ac voluptates inmodicae; et eo inpensius, quo avidius ex insolentia in eas se merserant. Somnus enim, et vi- 12
num, et epulae, et scorta, balineaque, et otium,

intellecto. Nam in verbis ejus pronomen *illud* referendum est ad remotius *durantem*, ut ex vocula *etsi* colligi, et insuper ex prima ed. notarum ejus intelligi potest: ut plane Gronov. contrarium dixerit, nempe τὸ *saepe* flagitare *durantem*. Verum adverbia illa non huic magis, quam illi, lectioni favere videntur. Ceterum Flor. a m. 1. *saepe adjuratum*. pro quo postea factum *saepe ac diu duratum*. Et ita in Put. fuisse ex Gron. prima ed. notarum constat, pro quo quum postea curis sec. *duratam* lapsu operarum excusum fuisset, Doujatius hunc etiam errorem adoptare maluit, quam, quod nullo negotio poterat, ipsum cod. consulere.

§. 11. *Quo avidius ex insolentia in eas se immerserant*] Pall. tres *in eas se merserant*. Melior est vulgata lectio, retenta quoque editori principi. GEBH. Scripti *merserant*. J. FR. GRON. *merserant* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. et Oxon. Hearnii. Praeterea *quo avidius insolentia* Harl. *quo avidius et insolentius* Lovel. 3. et Hafn. Paullo ante *nulla mali evicerat vis*, pro *vicerat*, Ber.

§. 12. *Scorta balneaque*] Nescio, quid in libris omnibus compareat *scorta lineaque*. GEBH. Illi [scripti] *balineaque*. J. FR. GRON. *lineaque* Voss. Lov. quinque, Harl. Rec. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et priscae edd. quin et ad marginem Lovel. 3. haec adscripta erat glossa, *id est*, *linteamina et hujusmodi*. Sed recte codd. Gronovii *balineaque*, quibus consentit Flor. Et ita edidit Aldus, quum jam Ascens. anno 1510. *balneaque* substituisset; quod posterius etiam Froben. anno 1531. revocavit. Sed *balineum* potius, quam *balneum*, optimae notae codd. scribere solent; utraque vero scriptura in marmoribus literatis obvia est. V. Dausq. Orthogr. part. 2. voce *Balineum*. Adde Jac. Gronov. ad Suet. Ner. 35. ubi cod. Salmas. ita praeferre docet, ac queritur, viros doctos, qui c. 31. ita ediderant, scripturam illam ibi neglexisse. Verum ipse Gronov. etiam eamdem in contextum recipere neglexit in Aug. 94. et Vespas. 21. ubi similiter in Salmas. esse notatur. Quod ne et nos supra hoc lib. c. 7, 3. commisisse arguamur, sciendum est, omnes codd. ibi constanter *balneis* legere. Ceterum Varronem negare 8. de Ling. Lat. 114. *balinea* numero plurali dicendum, sed *balineae*; at illud tamen Horat. usurpare, observat Voss. 3.

Digitized by Google

consuetudine in dies blandius, ita enervaverunt corpora animosque, ut magis deinde praeteritae vi-
13 ctoriae eos, quam praesentes tutarentur vires; majusque id peccatum ducis apud peritos artium militarium haberetur, quam quod non ex Cannensi acie protinus ad urbem Romanam duxisset. illa enim cunctatio distulisse modo victoriam videri potuit; hic
14 error vires ademisse ad vincendum. Itaque, Hercule, velut si cum alio exercitu a Capua exiret, nihil
15 usquam pristinae disciplinae tenuit. nam et redierunt plerique scortis inpliciti: et, ubi primum sub

Gramm. 37. Exemplis vero Horatii non tantum adde hoc Livii, sed et alia apud Val. Max. 9, 1, 1. *Pensilia balnea primus facere instituit.* et Senec. Ep. 90. *Quaedam nostra demum memoria prodisse scimus, ut suspensuras balneorum.* An ergo post tempora Varronis demum usu invaluisse dicemus? Mox *praeteritae victoriae eos* Flor. Lovel. 2. 4.5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. una vel altera excepta, omnes usque ad Paris. anni 1573. quae vocem *victoriae* omisit: quod emendatura proxima Francof. anni 1578. alio ordine *praeteritae eos victoriae* dedit. Id autem a recentioribus servatum nunc inmutavi.

Quam praesentes tutarentur vires manusque. id peccatum ducis apud peritos artium militarium haberetur, quam quod] Vos sic emendatis. Cum dico vos, de quatuor in primis loquor; duobus quidem, contra quos, ut nefandissimos mei accusatores, haec scribo; totidem autem absentibus, Jacobo Curlo, quem tibi Bartholomaeo antepono, et Antonio Panhormita rhetore, quem proxime perisse audio, non modo Latinarum, sed Graecarum literarum sane perito, qui suas Genuam emendationes ad Curlum miserat. Vos igitur regium codicem, quo nullus in omni Italia est augustior, vel emendatis, vel depravatis: *id peccatum ducis apud peritos artium militarium habetur majus, quam quod.* Ego sententiam superiorem sic claudo, *quam praesentes tutarentur vires*, et sequentem, mutato *manus* in *majus*, sic inchoo: *Majusque id peccatum ducis apud peritos artium militarium habetur* et reliqua. Dixi inchoari sequentem sententiam, sed ita volo dixisse, ut sciamus, eam a priore pendere, ideoque scribendum *haberetur*, non *habetur*, sicuti vos emendatis. VALLA. Ut notae Vallae praescribitur, exstat in Flor. et Cant. Ut adversarios emendare retulit, inveni in Lov. 2. nisi quod transponantur verba hoc modo *manus viresque*, et servetur *haberetur*. Reliqui codices Vallae adsentiuntur, uno tamen Hav. excepto, qui legit *vires manusque: majusque id peccatum ducis apud peritos artium militarium haberetur, quam*

Digitized by Google

pellibus haberi coepti sunt, viaque et alius militaris labor excepit, tironum modo corporibus animisque deficiebant: et deinde per omne aestivorum tem- 16
pus magna pars sine commeatibus ab signis dilabebantur: neque aliae latebrae, quam Capua, desertoribus erant.

XIX. Ceterum, mitescente jam hieme, educto 1
ex hibernis milite, Casilinum redit. ubi, quam- 2
quam ab oppugnatione cessatum erat, obsidio tamen continuata oppidanos praesidiumque ad ultimum inopiae adduxerat. Castris Romanis Ti. Sem- 3

quod. edd. Rom. anni 1472. ac Parm. offerunt, *ut magis deinde victoriae eos, quam praesentes curarent vires.* quae eaedem, ut et aliae, etiam legunt *habetur.* Vallae emendatio, quam omnes quoque edd. praeferunt, verissima est. [cf. Praef. Drakenb. p. XXX.]

§. 13. *Ad urbem Romanam duxisset*] Ita J. Fr. Gronov. edidit, quum priores dedissent *ad urbem Romam.* Ex codd. pauci per compendium *ad urbem Ro.* reliqui, praesertim Flor. aliique optimi, *ad urbem Romanam* servant. V. ad Epit. Liv. 49. Praeterea *exercitum duxisset* Lovel. 4. *duxisset exercitum* Hearnii N. a m. 2. Male. Simpliciter enim *ducere*, pro ducere copias, exercitum, apud Livium frequentissimum est. Infra c. 49, 7. *Ad castra maxima obpugnanda ducunt.* 24, 36, 6. *Mediterraneo Poenus itinere duxit.* 25, 9, 11. *Silentio ducebat ad portam.* c. 11, 1. *Ad obpugnandam arcem ducit.* 27, 17, 8. *Ducere ad hostem pergit.* c. 39, 7. *Per munita pleraque ducebat.* 28, 2, 15. *Ad Oceanum et Gades ducit.* c. 5, 14. *Magnis itineribus Heracleam duxit.* V. ad 1, 23, 5. et 40, 25, 1.

§. 14. *Nihil usquam pristinae disciplinae tenuit*] *nihil unquam* Lovel. 3. V. ad 39, 31, 5. Paullo ante *cum aliquo exercitu*, pro *alio*, Lovel. 4. V. ad 25, 38, 3.

§. 16. *Et deinde per omne aestivorum tempus*] *et demum* Voss. V. ad 40, 22, 1. *et deinde per omne aestivum tempus* Lovel. 3. *et deinde omne aestivum tempus* Lovel. 4.

§. 1. *Ducto ex hibernis milite*] Libri *educto.* J. FR. GRON. Ita forte etiam Voss. et Lovel. 1. ex quibus nihil notari video. Reliqui stant pro altera lectione. V. ad 9, 12, 11. Mox *rediit* Lovel. 2. V. ad 36, 35, 2.

§. 2. *Quamquam ab obpugnatione cessatum erat*] Pal. tert. *ad oppugnationem.* GEBH. *obpugnatione cessatum* sine praepositione Hav. invitis reliquis. Mox *continua*, pro *continuata*, Flor. V. ad 10, 37, 2.

§. 3. *Castris Romanis T. Sempronius praeerat*] *Ti. Sempronius*, ut ante [22, 57, 9.] Magi-

Digitized by Google

pronius praeerat, dictatore auspiciorum repetendo-
4 rum caussa profecto Romam. Marcellum, et ipsum cupientem ferre auxilium obsessis, et Vulturnus amnis inflatus aquis, et preces Nolanorum atque Acerranorum, tenebant, Campanos timentium, si prae-
5 sidium Romanum abscessisset. Gracchus, adsidens tantum Casilino, quia praedictum erat dictatoris, ne quid absente eo rei gereret, nihil movebat: quamquam, quae facile omnem patientiam vince-
6 rent, nunciabantur a Casilino. nam et, praecipitasse se quosdam non tolerantes famem, constabat; et stare inermes in muris, nuda corpora ad missilium

strum enim equitum intelligit. SIG. Triga MSS. codd. cum vet. ed. exhibent *Castris Romanis tunc Sempronius praeerat*. GEBH. *T. Sempronius* primus edidit Aldus. Antea vulgabatur *tunc Sempronius*, ut est in Lovel. 1. 3. Harl. et Gaertn. Sed utraque lectione juncta *tunc T. Sempronius* in Lovel. 5. et Hav. Praenomen omisit Lovel. 4. Recte autem *Ti. Sempronius* legunt Flor. Voss. Ber. aliique.

§. 4. *Preces Nolanorum atque Acerranorum*] Atqui *Acerrani* jam nulli erant, urbe capta, direpta, incensa, oppidanis sparsis per vicina loca, ut habes c. 17. Utrum igitur restituti fuere? an leg. *Avellanorum*? Justinus 20, 1. *Jam Falisci, Nolani, Avellani, nonne Chalcidensium coloni sunt*. J. FR. GRON. Videndum censeo, an accipi possit de Acerranis, qui Nolam fugerant: nam sparsi fuerant per urbes Campaniae, quae fidem non mutarant, c. 17. DUK. Gronovii conjecturam probant Doujatius et Crevier. Ea si placet, legam potius *Abellanorum*. V. ad Silii 8, 545. Verum omnes libri in vulgatum conspirant. Consideretur itaque Dukeri sententia. Paullo ante *et Vulturnus* edidit Jac. Gronov. consentientibus Flor. Voss. Lovel. 4. et Harl. neque multum discedunt Cant. Lovel. 1. 2. 3. et Hav. qui legunt *sed Vulturnus*; ubi litera initialis *τοῦ sed* perperam repetita est ex ultima vocis praecedentis. Ante Gronov. vocula *et* omittebatur. V. ad 2, 44, 3.

§. 5. *Quia praedictum erat dictatoris*] Vet. lib. *quia edictum erat dictatoris*. SIG. Ab Sigonio [*edictum*,] cum scripti et editi priores *praedictum*. Tacitus 13. Ann. [36.] *Ne pugnam priores auderent, praedicit*. Restituimus alibi Valerio. J. FR. GRON. *edictum* est in Lovel. 3. 5. Hafn. Gaertn. Ber. a m. 2. Hav. et Flor. a m. 2. qui a m. 1. cum reliquis meis et omnibus Hearnii *praedictum* servat. V. ad 2, 10, 4. Doujatius vel *edictum dictatoris*, vel *praedictum a dictatore* malebat. Mox *omnium*

Digitized by Google

telorum ictus praebentes. Ea aegre patiens Grac- 7
chus, quum neque pugnam conserere dictatoris in-
jussu auderet, (pugnandum autem esse, si palam fru-
mentum inportaret, videbat) neque clam inportan-
di spes esset, farre, ex agris circa undique conve- 8
cto, quum complura dolia complesset, nuncium ad
magistratum Casilinum misit, ut exciperent dolia,
quae amnis deferret. Insequenti nocte, intentis 9
omnibus in flumen ac spem ab nuncio Romano fa-
ctam, dolia medio missa amni defluxerunt: aequali-
ter inter omnes frumentum divisum. Id postero quo- 10
que die ac tertio factum est. nocte et mittebantur

patientiam, pro *omnem*, Lov. 4. V. ad 6, 22, 6.

§. 6. *Praecipitasse se quosdam*] In fluvium credo, ut 4, 12, 11. de gravi fame. *Capitibus obvolutis in Tiberim se praecipitavere.* DUK. Paullo post *ad missilium et telorum ictus* male Ber. V. ad 6, 13, 2.

§. 7. *Pugnandum autem esse, si palam frumentum inportare vellet, videret*] Scripti *importaret, videbat.* V. ad 21, 31. et 37, 17. J. FR. GRON. *pugnandum autem esset, si palam frumentum importare jubebat* Lov. 1. *frumentum importaret, videbat,* ut codd. Gronovii, etiam Flor. Lovel. 3. Hav. et ed. Aldi, cui nemo sequentium dicto audiens fuit. *importare, videbat,* una litera omissa, Voss. Lovel. 4. 5. et Harl. *importaretur, videbat* Ber. Sed v. J. Fr. Gronov. ad Livii 25, 33, 5. et Jac. Gronov. ad 1, 23, 6.

§. 8. *Ferre ex agris circa undique convecto cum complura dolia complesset*] *farre*, ex veteris codicis collatione dictione in integrum restituta, legendum monui. SABELL. Ingratius esse puto, quater *cum*, *com*, in quinque vocibus repeti. An igitur cum Ber. legendum *implesset?* Mox *nunciatum* Cant. Male. V. ad 38, 1, 4. Hinc *ad magistratus* Lovel. 1. Sed forte, quemadmodum Capuae, ita et Casilini, unus tantum fuit magistratus. V. ad c. 10, 5. Intellige autem *misit Casilinum ad magistratum*, non, ut quidam volunt, *ad magistratum Casilinum.*

§. 9. *Intentis omnibus in flumen ac spem*] *ad spem* Lovel. 2. Ber. et Hav. V. ad 21, 32, 2. Mox *medio amni missa defluxerunt* Lovel. 2. 4. 5. et Gaertn. *medio amni defluxerunt* Voss. Lovel. 1. et Hav. *medio amne defluxerunt* Ber. a m. 1. V. ad 32, 10, 8. a m. 2. *τὸ missa* adscribitur.

§. 10. *Nocte et mittebantur et praeveniebant*] Florebellus probat magis *perveniebant.* SIG. Non mirum. Ita enim omnes et

Digitized by Google

et perveniebant: eo custodias hostium fallebant.
11 Imbribus deinde continuis citatior solito amnis, transverso vortice dolia inpulit ad ripam, quam hostes servabant. ibi haerentia inter obnata ripis salicta conspiciuntur: nunciatumque Hannibali est, et deinde intentiore custodia cautum, ne quid falleret
12 Vulturno ad urbem missum. Nuces tamen fusae ab

scripti et editi usque ad Sigonium, in cujus prima ed. operae per errorem dederunt *preveniebant*, in secunda deinde, in qua etiam Scholion hoc primum adparuit, *praeveniebat*. Prius *et* deest in Harl. Ber. a m. 1. et Hav. quorum tamen ultimus habet *nocte emittebantur*. In verbis praecedentibus *τὸ est* exsulat ab Harl.

§. 11. *Intentiore custodia*] Pal. 1. *Interiore custodia*, quod in Curtio multoties occurrit. Mox comparet in Pal. 3. *ad urbem remissum*. GEBH. *interiore custodia* mihi etiam in multis membranis obvium fuit, idque Cl. Jac. Gronovius et eum secutus Clericus in contextum receperunt. Sed *intentiore*, vel *intentiori* est in Flor. Cantabr. Lovel. 5. Ber. Hafn. et Hav. *interior custodia* multoties, ut Gebhardus ait, in Livio [Curtio?] occurrere non memini. Verum licet occurreret, eamdem locutionem etiam Livio in usu fuisse, demonstrandum erat; apud quem nondum observavi. At contra *intentior cura* dixit 4, 26. 5, 7. 42, 32. *intentissima cura* 25, 22. *intentius custodire* 25, 23. et ipsum nostrum *intentior custodia* supra 5, 47. *Inde intentiores utrimque custodiae*. ubi etiam unus cod. *interiores*. et 39, 29. *ut intentiore eum custodia adservarent*. Quibus locis v. quae notantur. Priorem itaque lectionem reduxi; quod et Crevierium fecisse video.

Transverso vortice dolia inpulit ad ripam, quam hostes servabant] *transverso vertice* Flor. Voss. Lovel. 4. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et edd. ante Modium. V. quae notavi ad Silii 3, 475. (* Viros doctos ad Virg. 1. Aen. 117.) Tum *inpulit ad ipsam ripam* Hav. Hinc *hostes servant* Flor. a m. 1. Paullo ante *Imbribus demum continuis*, pro *deinde*, Lovel. 5. V. ad 40, 22, 1. In verbis sequentibus *saliceta* Lovel. 4. Sed reliqui codd. hic, ut et infra 25, 17, 2. vulgatum servant.

§. 12. *Nuces inde fusae ab Romanis*] Hinc Festus: *Praenestinos Nuculas dictos esse*, ait, *quod inclusi a Poenis Casilini famem nucibus sustentarint*. SIGON. Pall. tres agnoscunt *Nuces tamen fusae*. GEBH. Membranae *Nuces tamen fusae*. Ponitur eleganter ista particula, quasi aliud membrum cum eo, cui respondere solet, *etsi*, praecessisset. Plenus est sensus: Quamvis intendissent custodias Poeni, tamen nuces fusae fefellere, et excipiebantur. Sic Sil. Ital. 7, [460.] *Atque adsuetum casside crinem Involvi tum comta tamen*. ut emendamus 1. Obs. 17. Integre est, atque adsuetum involvi casside crinem, quamvis rarissime co-

Digitized by Google

Romanis castris, quum medio amni ad Casilinum defluerent, cratibus excipiebantur. Postremo ad id 13
ventum inopiae est, ut lora detractasque scutis pelles, ubi fervida mollissent aqua, mandere conarentur, nec muribus aliove animali abstinerent, et omne herbarum radicumque genus aggeribus infimis muri eruerent; et, quum hostes obarassent, quid- 14

mat, cum tamen comtum habens. J. FR. GRON. Illud *tamen* etiam apud me supersit in omnibus Mstis, uno tantum Gaertn. excepto, ut et in omnibus Hearnii. V. 26, 17, 16. (* 37, 25, 11.)

§. 13. *Aggeribus infimis muri*] Ego muto *infimis* in *infimi*, de ablativo plurali in genitivum singularem. VALLA. Nullus codd. Vallae favet. Paullo ante *ad id ventum famis est et inopiae* Ber. Verum non dubito, quin glossa marginalis in contextum fuerit recepta.

§. 14. *Et, quum hostes exarassent, quidquid herbi terreni extra murum erat, raporum semen injecerunt*] Vos mutatis *herbi* in *herbidi*, et *raporum* in *raparum*. Ego *herbi terreni* in *herbidi*, vel *herbae tenerum*. *raporum* autem in *raparum* cur mutaveritis, non video, cum Cato, Varro, Columella, Plinius, Martialis, Palladius, aliique complures *rapa* neutro genere appellent. VALLA. Haec ita Livius narrat, quasi Poeni obaraverint, quicquid herbidi terreni *extra murum* erat. Strabo autem de Praenestinis πλησίον τοῦ τεῖχους refert, quod ego *intra muros* intelligo, ac proinde Hannibalem territum, aut taedio potius affectum, si Praenestini obsidendi essent, donec rapa maturescerent. Atque hic sensus Strabonis verisimilior videtur. Hannibalis enim exercitus nulla tanta premebatur angustia, praesertim tam propinqua Capua, felicissimoque Campano agro in Poenorum jam manibus, ut rapa iis serenda essent. GLAR. Glareanus credit, eam hoc loco fuisse Livii sententiam, ut iidem Poeni, qui herbidum terrenum extra muros obarassent, raporum semen injecerint; cum rapos non Poeni, sed Casilinates injecerint, ac fructum ex Poenorum obaratione illa se capturos esse indicaverint. neque vero aliter Livius tradit, atque Strabo l. 5. Ὁ δὲ Ἀννίβας ἰδὼν αὐτοὺς πλησίον τοῦ τείχους σπείροντας γογγύλην ἐθάυμαζεν. Quod autem ait Strabo πλησίον τοῦ τείχους, id est, prope muros, Glareanus *intra muros* interpretatur: quasi vero Poeni ad terrenum obarandum Casilinum accepti sint. †. „ Quid hoc loco „ in Livio reprehendat Glareanus, „ non intellexit Sigonius. „ †. SIGON. Pal. 2. *abarassent*. GEBH. Locus Strabonis, quem hoc aliter narrare credit Glareanus, est l. 5. p. 249. Casaubonus quoque ibi scribit, „ hoc ita a Livio nar- „ rari, ut Delio natatore indigeat: „ idque quum recte a Glareano „ esset animadversum, Sigoni- „ um non debuisse contradicere, „ praesertim quum ipse nihil no- „ vi adferret. Nondum possum praecipuam aliquam in Livii narratione obscuritatem videre. An-

Digitized by Google

quid herbidi terreni extra murum erat, raporum semen injecerunt, ut Hannibal, *Eone usque, dum ea nascantur, ad Casilinum sessurus sum?* exclama-
15 ret: et, qui nullam antea pactionem auribus admiserat, tum demum agi secum est passus de redem-
16 tione liberorum capitum. Septunces auri in singulos pretium convenit. Fide accepta, sese tradiderunt: donec omne aurum persolutum est, in vincu-
17 lis habiti: tum remissi Cumas cum fide. Id verius est, quam ab equite in abeuntes inmisso interfectos.

nibal quum ab oppugnatione Casilini consilium ad obsidionem convertisset, relictum erat aliquid herbidi terreni inter urbem et castra Poenorum, e quo obsessi herbis ac radicibus crutis victitabant. Hoc quum Poeni intellexissent, locum obararunt, ut, herbis ac radicibus peremtis, hoc quoque iis adversus famem auxilium adimerent. Sed obsessi in eo raporum semen sparserunt, ut ostenderent, se non premi tanta inopia victus, quin obsidionem, quoad ex his rapa nata essent, tolerare possent. Hoc et Strabo dicit, et ex verbis Annibalis apud Livium intelligitur. Nec Strabo ulla in re a Livio dissentit; nisi quis putet hoc esse dissentire, quod Poenos terrenum illud obarasse non dicit: sed, hoc factum fuisse, e Livio suppleri debet. Quod autem Livio *terrenum extra murum*, id Straboni locus *πλησίον τοῦ τείχους prope murum* est: quae et ipsa nequaquam inter se contraria sunt. DUK. *exarassent*, quod Vallae adnotationi praescribitur, in nullo codd. vel ed. inveni. Omnes legunt *obarassent*, nisi quod in uno per aberrationem scribarum sit *abarassent*, in altero *abrassent*, in tertio *errassent*. Ejus loco *absumpsissent* est in Hearnii N. sed altera lectione orae adscripta. Deinde *herbi terreni* Flor. et Lovel. 1. ac 2. *herbiferum terreni* Lovel. 3. Hafn. et Hav. *herbae terrenae* Hearnii N. *terrae herbaeve* Ber. Sed nihil mutandum. *herbidum terrenum* est terra, in qua herba crescit. Hoc sensu *terrenum* apud Colum. est frequens. Ita 2, 2. *Genera terreni tria esse dixerunt. campestre, collinum, montanum.* 3, 11. *modicum terrenum.* c. 12. *infinitae terreni species.* Similiter fere *campus terrenus* Liv. 33, 17, 8. *terreni colles.* 38, 20, 4. Saepius etiam *herbidus* apud Liv. occurrit. ut 1, 7, 4. *Loco herbido procubuisse.* 9, 2, 7. *Clausus in medio campus herbidus aquosusque.* 29, 31, 9. *Quem ceperant exsules montem, herbidus aquosusque est.* Tum *raparum* Voss. a m. 1. Lov. 1. 2. 4. Ber. Hav. et edd. ante Aldum. Reliqui *raporum;* nisi quod, omissa prima litera, *aporum* obferat Flor.

Eone usque etc. *sessurus sum?* *exclamaret*] Vet. lib. *sessuri sumus.* SIG. Ex meis nullus adsentitur. Verum *eo usque* legunt Lovel. 2. et Ber. Tum *exclamavit* Lovel. 1. An voluit librarius ex-

Digitized by Google

Praeneſtini maxima pars fuere. ex quingentis septuaginta, qui in praesidio fuerunt, minus dimidium ferrum famesque absumsit: ceteri incolumes Praeneſte cum praetore suo Manicio (scriba is antea fuerat) redierunt. Statua ejus indicio fuit, Praeneſte 18
in foro ſtatuta, loricata, amicta toga, velato capite; et tria signa cum titulo lamnae aeneae inscripto, *Manicium pro militibus, qui Casilini in praesidio fuerint, votum vovisse.* Idem titulus tribus signis in aede Fortunae positis fuit subjectus.

clamarit? Sed reliqui ſtant pro vulgato.

§. 16. *Tum remissi Cumas cum fide*] Rob. Titius lib. inedito Controv. poſteriorum l. 6, 11. inportune hic Cumarum mentionem fieri putat, quum ejus urbis neque superius, neque inferius mentio fiat, et praesidiarii Casilini maximam partem Praeneſtini fuerint cum paucis Romanis Latinique nominis. Quin et, si Cumarum Livius hic meminisset, non *remissi*, sed *dimissi*, vel *emissi* eum dicturum fuiſſe arbitratur, ut 24, 47, 9. *Emissique cum fide incolumes ad Hannibalem Salapiam venerunt.* Conjicit igitur legendum *tum remissi summa cum fide.* Sed codd. conſtanter in vulgatum conspirant. Paullo ante *pretium* exsulat a Lovel. 1. qui idem *sese tradidere* exhibet. *se tradiderunt* Harl. *tradiderunt se* Flor. a m. 1. *tradiderunt sese* a m. 2. Hinc *donec aurum persolutum est* Ber. *donec omne aurum solutum est* Hav.

§. 17. *Ab equite in abeuntes inmisso interfectos*] *ab equite in abeundo interfectos* Hearnii N. *in abeuntes misso* Ber. Mox *haud minus dimidium* Lovel. 4. et 5.

Cum praetore suo Municio] V. ad 9, 16, 17. DUK. *Manicino* Voſſ. Lovel. 1. 2. Gaertn. et Hearnii N. quorum Gaertn. mox etiam *Manicinum* legit, reliqui vulgatum servant. *Mantino* Hearnii L. 1. *Mancino* et mox *Mancinum* Lovel. 3. 4. et Ber. Sed *M. Manicius* memoratur apud Petron. 95.

§. 18. *Statua ejus indicio fuit, Praeneste in foro statuta*] Pal. 2. *Statua ejus rei indicio fuit.* Cetera idem cod. ita concepit: *loricata, amicta toga: et tria signa cum titulo laminae aeneae velato capite inscripto.* GEBH. *Statuta ei indicio fuit Praeneste in foro statua* Lovel. 2.

Tria signa cum titulo laminae aeneae inscripto] Optimus *lamnae.* J. FR. GRON. Consentit fere Flor. *lamneae* legens. Praeter Horat. cujus loca in lexicis laudantur, aliosque poëtas, ut Val. Flacc. 1, 123. Prudent. 1. contr. Symm. 438. qui interdum metri cauſſa ita contraxiſſe possunt hanc vocem, eamdem ita

Digitized by Google

1 XX. Casilinum oppidum redditum Campanis est, firmatum septingentorum militum de exercitu Hannibalis praesidio; ne, ubi Poenus inde abscessisset, 2 Romani obpugnarent. Praenestinis militibus senatus Romanus duplex stipendium et quinquennii militiae vacationem decrevit. civitate quum donarentur 3 ob virtutem, non mutaverunt. Perusinorum casus obscurior fama est; quia nec ipsorum monumento 4 ullo est inlustratus, nec decreto Romanorum. Eodem

exaratam praeferre cod. Florent. l. 27. in fin. ff. de Aur. Arg. leg. monuit Briss. in Parerg. num. 62. Vox *tria* deest in Harl. qui mox *Casilino in praesidio fuerunt* praefert. *in praesidio Casilini fuerunt* Lovel. 4. et 5. *Casilini in proelio fuerint* Voss. et Lovel. 1. *Casilini in praesidio fuerunt* Lovel. 3. Ber. et Hav. Tum *Is titulus* Ber. Sed vox *Idem* exsulat a Cant.

§. 1. *Romani obpugnarent*] Libri omnes, qua scripti, qua formis excusi, *impugnarent*. GEBH. Ita et Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hearnii N. et edd. usque ad Aldum. *Romani pugnarent* Gaertn. *a Romanis impugnaretur* Ber. Paullo ante *redditum Campanis et firmatum* Flor.

§. 2. *Quinquennii militiae vacationem*] Nihil ad haec alii codices. At solus Cantabrig. *quinquennium*, quod Livio abjudicandum non videtur; qui frequenter hoc pacto, *Ludi biduum, triduum instauratí: supplicatio diem unum habita*. 3, 30, 5. *Quoniam ipsi quinquennium elusi essent*. 29, 15, 2. *Annum jam ferme sextum vacationem militiae habere*. Justinus *in* vel *per quinquennium* solet dicere. JAC. GRON. Sed idem Justinus 38, 3. *Vacationem quinquennii concedit*. Suetonius Aug. 34. *Vacatione triennii data*. DUK. *quinquennium* etiam Exc. Pithoei. Ita fere 29, 15, 2. *Colonias Latinas annum jam ferme sextum vacationem militiae habere*. Plura similia ad 10, 21, 6. *quinquennem militiae vacationem* Lov. 4. At omnes etiam optimi vulgatum servant; quod unius vel alterius cod. fide mutare non ausim. Neque displicere debet duplex genitivus ex eodem nomine pendens: id enim et alibi obcurrit. V. ad 34, 26, 5.

Non mutaverunt] Sic tres Hernicorum populi supra 9, 43. DUKER.

§. 4. *Petellinos, qui uni ex Bruttiis manserant in amicitia Romana*] Quomodo una Petilia, cum Consentia ac Rhegium quoque manserint? Consentiam enim post Petiliae obpugnationem intra paucos dies, cum minus pertinaciter defendisset se, in deditionem Hannibalis venisse scribit [c. 30, 5.] Rheginos vero et in fide erga Romanos, et potestatis suae ad ultimum mansisse, quod

Digitized by Google

dem tempore Petelinos, qui uni ex Bruttiis manserant in amicitia Romana, non Karthaginienses modo, qui regionem obtinebant, sed Bruttii quoque ceteri, ob separata ab se consilia, obpugnabant. Quibus quum obsistere malis nequirent Petelini, legatos Romam ad praesidium petendum miserunt. quorum preces lacrimaeque (in questus enim flebiles, quum sibimet ipsi consulere jussi sunt, sese in vestibulo curiae profuderunt) ingentem misericordiam Patribus ac populo moverunt. consultique ite- 5 6

ad finem prioris libri admonuimus. GLAR. Meminit App. in Annib. [p. 330.] apud quem *Πελιδόεντοι* legitur male, pro *Πετελινοί*. H. VALES. *Petelinos* unico *l* scribunt Flor. Lovel. 1. 4. Gaertn. et Exc. Pithoei. Et ita scribendum monuit Sigon. ad 27, 26, 5. ubi ipse ejusque exemplo posteriores ita ediderunt; quum tamen hic et c. 30. tum Sigonius, tum alii duplicem *ll* servarint, quod mutavi. Incolae vero Graecis non *Πετελινοί*, ut Vales. indicat, sed *Πετηλινοί*, atque urbs *Πετηλία* dicebatur. Latini etiam scribebant *Petilia*, secunda syllaba producta, apud Sil. 12, 431. et Virg. 3. Aen. 402. Et ita hoc loco *Petilinos* legunt Lovel. 5. Ber. et Hav. PETILINORVM RESPVBLICA bis terve in lapide apud Gruter. obcurrit p. 215. num. 5. Verum lapidem diligentius amici opere contulit, et ubique PETELINORVM edidit Fabrett. in inscr. p. 404. Alios tamen lapides, in quibus vocabulum hoc per vocalem tertiam scribitur, laudat Cellar. in Geogr. ant. 2, 9. p. 592. Quin et per duplicem *ll* PETILLIA vocari videtur in lapide apud GRUT. 866, 2.

T. CLODIVS. L. F. CORSVS. PETILLIA.
M. MAENA. L. CLODIVS. L. F. etc.

An tamen urbis ibi nomen sit, vehementer dubito. Dubitavit etiam Scaliger, qui tamquam nomen urbis in c. 10. Indicis retulit; at tamquam nomen mulieris in c. 23. quod verius videtur. Sed tum scribendum erit PETILLIA. M. F. vel M. L. MAENA. Mox *in amicitiam Romanam*. Ber. Male. V. ad Epit. Liv. 78. *in amicitiam Romanorum* dedit Sigon. quod neque in ullo scripto, neque in aliis edd. obvium fuit. Praeterea *qui regimen obtinebat*, pro *regionem*, Lovel. 3.

§. 5. *Quum obsistere malis nequirent Petelini*] Vet. lib. *Quibus cum resistere malis nequirent Petellini*. SIG. Ut notavit Sigonius, video in Voss. Gud. Pall. occurrisse patri, *Quibus quum obsistere malis*. Neque aliter mihi lectum Cantabrigiae, ut placere omnino debeat hic pleonasmus, et simile sit iis, quae collecta habes ad l. 38, 9, 7. JAC. GRON. Vocem *Quibus* agnoscunt etiam Flor. Lovel. quinque, Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hearnii Oxonienses, et edd. usque ad Froben. qui anno 1535. expunxit. Id ex scriptis Crevier. in contextum inseruit: quod recte factum puto, ac secutus sum.

Digitized by Google

rum a M.' Pomponio praetore Patres, circumspectis omnibus imperii viribus, fateri coacti, nihil jam longinquis sociis in se praesidii esse, redire domum, fideque ad ultimum expleta, consulere sibimet ipsos
7 in reliquum praesenti fortuna jusserunt. Haec postquam renunciata legatio Petelinis est, tantus repen-

§. 6. *Consultique iterum a M. Aemilio praetore*] Hic primo hujus belli anno Siciliae praetor fuit, cui Sempronius consul, cum ipse e Sicilia revocaretur, quinquaginta navium classem explevit [21, 49. et 51.] cuique prorogatum imperium videtur anno secundo hujus belli, quippe cujus Livius meminit ante creatos consules tertii anni L. Aemylium et C. Terentium [22, 33, 8.] Ceterum hujus anni praetorem urbanum M. Pomponium Mathonem ipse Livius creatum dicit, ubi dictos jam consules [22, 35, 5.] Quare et hoc loco et paulo post *M. Pomponium Mathonem* legendum puto pro *Aemylio*, ut postea saepe legetur. Anno vero sexto hujus belli M. Aemylius fit praetor, sed opinor alium fuisse. GLAR. Hoc anno M'. Pomponius praetor urbanam, P. Furius peregrinam sortem, M. Marcellus Siciliam, L. Postumius Galliam sortiti sunt. Quod cum ita sit, certe mendose legitur hoc loco *M. Aemilio*, pro *M'. Pomponio*. Quod inde etiam intelligi potest, cum ait, *consulti iterum*. Tum enim consulti sunt primum, cum P. Furius et M'. Pomponius praetores senatum in curiam Hostiliam vocaverunt. Germanam autem lectionem, et quae nomini depravando causam dederit, fuisse puto, quod scriptum erat, *consultique iterum a Manio praetore*. Nam Pomponium hoc praenomen tulisse, supra ostendi. Quam vocem qui depravatam esse duxerunt, *Mamilio* fortasse, atque inde *M. Aemilio* fecerunt. SIG. Glareanus hic *a Manio Pomponio* legendum vidit, quem secutus Sigonius eadem, mutatis verbis, dissimulato auctore, recoquit. Pal. 1. *consultique iterum M. Aemilium*. Caeteri quoque libri omnes *a M. Aemilio*. GEBH. *iterum* non est, quod putat Sigonius, sed iterum a M'. Pomponio praetore urbano de Petelinis consulti, quum primum ab eodem de illis consulti eos sibimet ipsos consulere jussissent. Nam quum Petelini, tam tristi responso accepto, in flebiles questus effusi, ingentem misericordiam Patribus ac populo movissent, *iterum* de iisdem a praetore *consulti* sunt. Non poterat quisquam eos sibi jubere consulere, nisi senatus: nec quisquam, absentibus dictatore, consule, praetore peregrino, senatum vocare et consulere, nisi praetor urbanus. Nec probabile est, post senatum ad nuncium cladis Cannensis in curiam Hostiliam vocatum 22, 55. nullum usque ad hoc tempus senatum a M'. Pomponio habitum. Contrarium facile ex iis ostendi potest, quae Livius ibidem c. 56. et 52. nondum creato dictatore, et Varrone consule absente, acta narrat. DUK. Non eadem dicunt Glareanus et Sigonius. Ille enim *M. Pomponio praetore*, hic *Manio praetore* legendum conjicit: sed Glareani tamen conjecturam contextui inseruit: pro quo Gronovius de-

Digitized by Google

te moeror pavorque senatum eorum cepit, ut pars profugiendi, qua quisque posset, ac deserendae urbis auctores essent; pars, quando deserti a veteri- 8
bus sociis essent, adjungendi se ceteris Bruttiis, ac per eos dedendi Hannibali. Vicit tamen ea pars, 9
quae nihil raptim nec temere agendum, consulen-

mum *Manio Pomponio praetore* edidit. et recte. V. ad 22, 35, 5. et hoc lib. c. 22, 4. Illud *iterum* autem eodem modo accipiendum esse, quo Cl. Dukerus accepit, etiam Jac. Periz. ad marginem Livii monuit. Mox *fateri coacti sunt* Hav. Deinde *tam longinquis sociis* Ber. Voces autem *in se* exsulant a Lovel. 3.

Consulere sibimet ipsos in praesenti fortuna] Optimi *consulere sibimet ipsos in reliquum praesenti fortuna jusserunt.* id est in futurum, dum praesens fortuna duraret. 26, [32, 6.] *In reliquum curae senatui rem Syracusanam fore.* 36, [10, 14.] *Ad confirmandos in reliquum sociorum animos.* J. FR. GRON. *in reliquum praesenti fortuna* servat etiam Flor. Infra 41, 23, 15. *Cogitare jubet, quomodo in reliquum hoc munere non egeamus.* Sallust. in Jug. 42. *Plusque in reliquum sibi timoris, quam potentiae, addidit.* ubi v. Cortium. Neque Gronovii emendatio optimorum codd. fide firmata eo rejicienda est, quod vulgata lectio multo expeditior et clarior videatur. Contra ideo potius ex interpolatione natam puto, quod alteram adsequi non potuerint indocti librarii. *praesenti fortuna*, per ellipsin omisso participio verbi substantivi, ponitur pro existente praesenti fortuna. Livium saepissime ita loqui solere, sed passim librarios ex ignorantia in ea locutione lapsos esse, supra vidimus ad 4, 47, 7. Ceterum *sibimet ipsis* Flor. a m. 2. Harl. et Gaertn. a m. 1. Male. V. ad 2, 19, 5.

§. 8. *Pars, quando deserti a veteribus sociis essent*] Deest in Pall. 1. 3. ac vet. ed. *quando deserti a veteribus sociis essent.* GEBH. Cantabrig. *quandoque.* nec fas est, de ejus scripturae veritate dubitare. V. ad 1, 24, 3. JAC. GRON. Nefas sane, si liber ille Θεόπνευστος, esset. In plerisque eorum, quae ad 1, 24, 3. adnotantur, *quandoque* est quandocumque, quod hic locum habere non potest. DUK. Omnes nostri vulgatum probant. Unum igitur cod. hic audiendum non existimo. Caussam dedi ad 9, 10, 9. Verba autem haec omnia exsulant a Voss. Lov. 2. 3. Harl. et Gaertn. quae neglegentia scribarum omissa sunt ob repetitionem verbi *essent.* V. ad 9, 11, 11. Verum ex illis prima tantum vox supereſt in Lov. 4. 5. Hav. et edd. ante Aldum.

§. 9. *Nihil raptim nec temere agendum*] Pal. sec. *nihil raptim ac temere.* tert. *nihil raptim, nihil temere.* GEBH. In ultimam lectionem consentit etiam Lov. 3. Reliqui nihil mutant.

§. 10. *Re laxata postero die per minorem trepidationem retinuerunt optimates*] Vet. lib. *Relaxata postero die per minorem trepidationem re tenuerunt optimates.* SIG. Scriptura eo-

Digitized by Google

10 dumque de integro censuit. Re laxata postero die per minorem trepidationem tenuerunt optimates, ut, convectis omnibus ex agris, urbem ac muros firmarent.

1 XXI. Per idem fere tempus literae ex Sicilia
2 Sardiniaque Romam adlatae. Priores ex Sicilia T. Otacilii propraetoris in senatu recitatae sunt: *L. Fu-*

dem modo concepta est in Pal. 2. ac vet: ed. GEBH. Scribe *tenuerunt*, id est, impetraverunt, obtinuerunt. 4, [30, 16.] *In eo quoque plebs superior fuit, quod tenuit, ne consules in proximum annum crearentur.* J. FR. GRON. *Re laxata*, id est, dilata, et in alteram consultationem rejecta, dicit Langius ad Cic. 1. de Off. 24. Potius, quum ex tanto moerore ac pavore recepissent animos, moerore, metu, ac trepidatione aliquantum minutis. ut *laxare laborem, custodias, pugnam.* DUK. Gronovii conjecturam, *Re laxata p. d. p. m. trepidationem tenuerunt* per omnia firmant Lov. 5. et Hearnii L. 1. Et ita etiam Ber. Hav. et Brancal. Latinii, nisi quod praeferant *obtinuerunt*, quod alterius interpretatio est. Insuper *Relaxa* est in Flor. a m. 1. quod quum etiam in Put. invenisset Crevier. scribendum conjecit *Relata postero die per minorem trepidationem re tenuerunt optimates.* Quod non displicet: in contextum tamen recipere ausus non sum, licet ita invenerim in edd. Rom. anni 1472. ac Parm. nisi quod legant *relaxata*, non *relata.* Certe *tenere* pro obtinere, impetrare Livio est frequentissimum. 2, 42, 2. *Tenuere tamen Patres, ut cum L. Aemilio K. Fabius consul crearetur.* 3, 29, 8. *Ne quid ferretur ad populum, Patres tenuere.* c. 41, 4. *Decemviri propositum tenuere.* 4, 10, 9. *Auctoritate plura, quam certamine, tenuit.* 24, 19, 7. *Tenuit, ne irrito incepto abiretur.* 28, 45, 13. *Ut voluntarios ducere sibi milites liceret, tenuit.* V. ad 35, 33, 1. ad Epit. Liv. 59. Manut. ad Cic. 1. ad Fam. 1. et Cel. Burm. ad Ovid. 2. Met. 328. Similiter *caussam tenere.* V. ad 39, 3, 3.

§. 2. *Priores ex Sicilia Otacilii propraetoris*] Pal. sec. *propraetore.* pr. *Octacilii propraetoris etiam in senatu.* GEBH. Put. *Totacilii.* Lege *Titi Otacilii.* J. FR. GRON.

L. Furium praetorem cum classe ex Africa] *P. Furium* legendum; ut superius in creatione magistratuum hujus anni l. 22, [35, 5.] et alibi etiam saepe [c. 55, 1. et 57, 8.] eodem libro. GLAR. Lege *P. Furium.* Sic enim alias ubique hunc Livius vocat. SIG. Nostri omnes perperam *L. Furium* servant. At viris doctis consentiunt Exc. Pithoei. Ceterum Livium neglegentiae accusat Cl. Perizon. in Animadv. Hist. c. 4. p. 167. quod in superioribus nihil prorsus lectorem docuerit, id quod debuerat, de hac Furii in Africam expeditione, neque quid ibi rerum gesserit, neque quo casu, quove proelio vulneratus fuerit.

Graviter saucium in discrimine ultimo vitae esse] Vetus gra-

Digitized by Google

rium praetorem cum classe ex Africa Lilybaeum venisse: ipsum graviter saucium in discrimine ultimo vitae esse. militi et navalibus sociis neque stipendium, neque frumentum ad diem dari; neque, unde detur, esse. Magnopere suadere, ut quam primum ea 3 *mittantur; sibique, si ita videatur, ex novis praetoribus successorem mittant.* Eademque ferme de 4

viter ictum saucium. Lego *graviter relictum saucium.* LIPS. 3. Ep. Quaest. 4. Vetus ed. Mog. et jam *graviter ictum saucium.* MOD. Pall. duo pr. ac tert. et prisca ed. *graviter ictum saucium in discrimine esse ultimo.* sec. *ipsum graviter ictum saucium que in discrimine vitae esse ultimo.* GEBH. *graviter saucium* Put. et Petav. ille melior. Lipsianus, Menardi, duo Pall. Voss. *graviter ictum saucium.* Immo et Andreas, Beccar. Asc. Moguntina, et complures aliae editiones. Pal. 3. *ictum saucium que.* Lipsius conjicit *graviter relictum saucium.* Atqui nisi auctoritas duum vetustissimorum impediret, reciperem plane alterorum codd. scripturam sine ulla praeterea conjectura. Quid enim opus? *graviter ictum saucium,* uti jam antea *armatis dimicantibus* [10, 35, 9.] *vagus errans* [27, 16. 4.] et similia notavimus. J. FR. GRON. Nihil etiam mutant Flor. et Lovel. 4. at *graviter ictum saucium* Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. Aldina priores. *ictum et saucium* Hafn. qui codd. duplicem lectionem omnino videntur servasse. V. ad 3, 44, 4. Certe *ictus saucius,* quod Gronovius probabat, differt ab illis locutionibus *armati dimicantes* similibusque, ubi participia passiva et activa junguntur. Insuper *in discrimine vitae esse ultimo* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *in discrimine esse vitae ultimo* edd. ante Aldum.

Militi et navalibus sociis neque stipendium, neque frumentum ad diem dari] *militiae navalibus sauciis* Pall. pr. tert. et prisca ed. *militiae: navalibus sociis neque stipendium ad diem, neque frumentum dari* sec. GEBH. De die stipendii et frumenti v. Schel. ad Polyb. c. 6. et 7. DUK. *militiae navalibus copiis* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. Exc. Pithoei, Hearnii N. a m. 1. et edd. ante Froben. anni 1531. *militiae navalibusque sociis* Hearnii N. a m. 2. *militum navalibus sociis* Lovel. 4. *militibus navalibusque sociis* Port. et Hav. Patet indoctis librariis displicuisse numeri variationem *militi* et *copiis navalibus;* quam tamen Livium saepissime captasse certum est. V. ad 35, 40, 6.

§. 4. *A. Cornelio Mammula propraetore*]*propraetoribus* Harlej. *praetore* Lovel. 4. Hearnii D. et Exc. Pithoei. Interdum *propraetores* ac *proconsules* simpliciter *praetores* ac *consules* dictos esse, Sigonius infra docet ad 28, 38, 4. Hic tamen tot optimis codd. invitis nihil mutandum.

Digitized by Google

ſtipendio frumentoque ab A. Cornelio Mammula propraetore ex Sardinia scripta. Responsum utrisque, non eſſe, unde mitteretur. juſſique ipsi claſſibus at-
5 que exercitibus suis consulere. T. Otacilius, ad unicum subsidium populi Romani Hieronem legatos quum misiſſet, in ſtipendium, quanti argenti opus
6 fuit, et sex mensium frumentum accepit. Cornelio

Classibus atque exercitibus suis consulerent] Scribendum ex genio ſtili Liviani *consulere*. Nec tamen otiosas putes literas sequentes: ultimam certe accipe pro praenomine ejus, cujus mentio ſtatim sequitur, scribeque *consulere*. *T. Otacilius ad unicum subsidium* etc. J. FR. GRONOV. Eadem de hoc loco scribit 2. Obs. 14. Et eadem ratione alium locum Livii 35, 5, 3. corrigit. Nec tamen Livius semper ita loquitur. 7, 35, 1. *Ceteris omnibus tesseram dari jubet, ubi secundae vigiliae buccina datum signum esset, armati cum silentio ad se venirent.* Et sic etiam alii. Suet. Vit. 14. *Quo* [edicto] *jubebat, intra Kalendas Octobris urbe Italiaque mathematici excederent.* Adde Perizon. ad Sanctii Minerv. 2, 14, 6. Burm. ad Suet. Vesp. 23. et ad Ovid. 8. Met. 752. Mihi, quum in hoc genere scribendi variant MSS, semper praeferendus videtur infinitivus: quum in subjunctivum consentiunt, nulla religio eſt, eos sequi. DUK. In vulgatum quidem conspirant plerique codd. verum *consulere*. *Otacilius* Ber. a m. 1. et Brancal. Latinii. Quin etiam auctor eſt Cl. Crevier. quemadmodum Gronovius emendavit, legi in Put. a m. 1. Poſtea vero inter *consulere* et sequentem literam *T.* inter versus adjectum esse τὸ *n*, itaque enatum *consulerent*. Hic igitur Gronovium sequendum arbitror. Interdum tamen verbum *jubere* adsciscere ut cum verbo finito, videbimus ad 32, 16, 9. Paullo ante *utrique*, pro *utrisque*, Flor.

§. 5. *Quantum argenti opus fuit, et sex mensium frumentum*] Pall. 1. et 3. *quanti argenti opus fuit*. GEBH. Meliores *quanti argenti*. J. FR. GRON. Ita et Flor. Voſſ. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. a m. 1. (*quanto* a manu 2.) Gaertn. Hav. aliique. Ita 22, 51, 3. *Ad consilium pensandum temporis opus esse.* V. Voſſ. 7. Gramm. 8. et Periz. ad Sanctii Minerv. 4, 4, 93. et 15, 8.

§. 6. *Civitates sociae benigne contulerunt*] V. ad c. 32, 8. DUK. *civitates duae*, pro *sociae*, Hearnii D.

Triumviri mensarii, rogatione M. Minucii tribuni plebis, facti] Non scio, cur Sigonius 2. de Ant. Jur. civ. Rom. 11. hos L. Poſtumio, Ti. Sempronio Graecho consulibus creatos dicat, quos Livius aliquamdiu poſt consules factos tradit c. 24. Quae causa triumvirorum horum creandorum fuerit, docent Budaeus de Aſſe l. 5. p. 173. ed. Vasc. et Salmas. de Usur. p. 510. DUK. Praenomen Minucii, quod ab omnibus prioribus editionibus aberat, addidit Cl. Jac. Gronov. Vellem, addidiſſet, unde ad id faciendum permotus fuerit. Ex Mſtis meis

Digitized by Google

in Sardinia civitates sociae benigne contulerunt. Et Romae quoque propter penuriam argenti triumviri mensarii, rogatione M. Minucii tribuni plebis, facti, L. Aemilius Papus, qui consul censorque fuerat, et M. Atilius Regulus, qui bis consul fuerat, et L. Scribonius Libo, qui tum tribunus plebis erat. Et duumviri creati, M. et C. Atilii, aedem Concor- 7

nullus id aperte agnoscit. Ita tamen olim lectum fuisse, suadet corrupta, quae in Flor. superest, lectio: praefert enim a m. 1. *rogationem Minucii;* ubi prioris vocis litera finalis *m* ex litera *M.* qua praenomen *Marcus* notatur, adcrevisse videtur. Id enim et alibi factum esse, infra videbimus ad 39, 3, 1. Si autem eo praenomine adpellatus fuit, errasse censendus erit Pighius, qui eum *Tiberii* praenomen habuisse, et ex familia *Augurinorum* genus duxisse existimavit in Ann. Rom. ad ann. DXXXVII. p. 161. Insuper Clericus ad h. l. notat, caussam creandi triumviros mensarios fuisse, ne ob aes alienum turbae nascerentur, quemadmodum etiam factum erat anno CCCCIII. de quo v. 7, 21, 5. At veriorem caussam dederunt Budaeus et Salmas. a Dukero laudati. Adde Pighium l. laud.

L. Aemilius, qui consul censorque fuerat] Cum L. Aemylius Paulus iam occisus esset ad Cannas, alter etiam eodem nomine bello Gallico anno ab urbe cond. DXXIX. authore Polybio, hic locus mihi plane suspectus, maxime vero in praenominibus. Fortassis autem legendum *M. Aemylius*, qui consul fuit anno DXXIV. GLAR. *L. Aemilium Papum*, consulem cum C. Atilio Regulo, censorem cum C. Flaminio intelligit. Glareanus inscite *L. Aemilium Paullum*, qui ad Cannas ceciderat, interpretatur. SIG. Optimi *L. Aemilius Papus, qui consul.* quem recte intellexerat Sigonius. J. FR. GRON. Ita etiam legit Flor. Ceterum non id errasse Glareanum, quod ipsi Sigonius exprobrat, ex iis, quae ad hunc locum notavit, constat. Aliud tamen erravit, atque hic error caussa exstitit, ut L. Aemilium, quem jam quasi manu tenebat, reperire non potuerit. Nimirum nullus L. Aemilius, auctore Polybio, ut putabat, bello Gallico occisus est. Sed potius ejus collega C. Atilius. V. Polyb. 2, 28. Quem vero occisum dicebat; est ipse L. Aemilius Papus hic memoratus. V. Pighii Annal. ad annum DXXVIII. p. 118. et 119. Denique M. Aemilium, quem pro L. Aemilio reponendum arbitrabatur, umquam censorem fuisse, ex annalibus probari nequit.

Et M. Atilius Regulus, qui bis consul fuerat] *M.* hic *Atilius Regulus* consul primum fuit cum P. Valerio Flacco, iterum suffectus in locum C. Flaminii ad Trasimenum occisi, cum Cn. Servilio Gemino. SIG. Octo haec vocabula propter repetitionem vocis *fuerat* culpa scribarum omittuntur in Lov. 1. Harl. et Hearnii D. V. ad 9, 11, 11.

§. 7. *Et Q. Fulvius Flaccus in*

Digitized by Google

diae, quam L. Manlius praetor voverat, dedicaverunt. Et tres pontifices creati, Q. Caecilius Metellus, et Q. Fabius Maximus, et Q. Fulvius Flaccus, in locum P. Scantinii demortui, et L. Aemilii Paulli consulis, et Q. Aelii Paeti, qui ceciderant pugna Cannensi.

1 XXII. Quum cetera, quae continuis cladibus fortuna minuerat, quantum consiliis humanis adsequi
2 poterant, Patres expleſſent; tandem se quoque et solitudinem curiae, paucitatemque convenientium
3 ad publicum consilium respexerunt. neque enim

locum P. Scantinii demortui] Vos emendatis *in locum P. Scauri inde mortui*; quasi dicatur *inde mortuus*, et non semper *demortuus*. VALLA. *P. Scauri inde mortui* recepit Lovel. 4. *P. Scatinii inde mortui* Lovel. 5. Sed v. ad 5, 31, 7. Praeterea *et Q. Fabius Fulvius Flaccus* Lov. 2. *et Fabius Fulvius Flaccus* Hearnii D. Paullo ante *Metellus et Q. Fabius* primus edidit Jac. Gronov. et ita praeferunt Flor. Voſſ. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et alii. Priores voculam *et* ignorarunt.

Qui ceciderant pugna Cannensi] Vet. lib. *in pugna Cannensi*. SIG. Omnes scripti *qui ceciderant pugna Cannensi*. J. FR. GRON. Nullus etiam meorum codd. praepositionem agnoscit. V. supra ad 9, 32, 12. et 10, 28, 15.

§. 2. *Convenientium ad publicum concilium*] Recte Gronov. ad 44, 2, 5. *consilium* legendum monuit. Intelligitur enim senatus, qui *publicum* non *concilium*, sed *consilium* vocatur. Et ita non tantum plerique et optimi praeferunt codd. sed et omnes edd. ante ultimam Gruteri, quae corruptelae initium exſtitit. Cl. etiam Crevier. recte *consilium* edidit.

§. 3. *Post L. Aemilium et C. Flaminium censores senatus lectus fuerat*] De his censoribus dixi in epitoma l. 20. SIG. *electus* Flor. Voſſ. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hav. Hearnii N. et plure sex primis edd. Sed de hoc errore librariorum sollemni v. ad 2, 1, 10.

§. 4. *Quum de ea re M. Aemilius praetor, dictatore post Casilinum*] Lego *Manius praetor*, ut ante dixi. ut sit *M. Pomponius*. SIG. V. ad c. 20, 6. Sigonius iterum ex sententia Glareani *M. Pomponius* edidit: Gronovius vero *Manius Pomponius* recte recepit.

Profecto tam ad exercitum] Vos mutatis *tam* in *tum*, nescii *tam* pro *jam* scribi, ut iterum admonuimus. VALLA. *tam* perſtat in Flor. Lovel. 2. Harl. et Gaertn. *tum* in Lovel. 4. 5. ea vox deeſt in Lovel. 3. et Ber. Reliqui a Valla repositum *jam* firmant.

Digitized by Google

post L. Aemilium et C. Flaminium censores senatus lectus fuerat, quum tantum senatorum adversae pugnae, ad hoc sui quemque casus per quinquennium absumsissent. Quum de ea re M. Pomponius 4
praetor, dictatore post Casilinum amissum profecto jam ad exercitum, exposcentibus cunctis retulisset; tum Sp. Carvilius, quum longa oratione non solum inopiam, sed paucitatem etiam civium, e quibus in Patres legerentur, conquestus esset, explendi sena- 5
tus caussa, et jungendi artius Latini nominis, pro magna re se suadere dixit, ut ex singulis populis

De harum vocum commutatione v. ad 21, 11, 12.

Non solum inopiam, sed paucitatem etiam civium] Si scriberetur *non solum paucitatem, sed inopiam etiam*, non haererem in sensu horum verborum. *inopia* plus est, quam *paucitas*, et ubi *inopia*, ibi plus, quam *paucitas*, est. Si ergo inopia civium erat, qui in senatu legi possent, multo magis eorum paucitas erat. DUK. Verba ita transponenda esse, etiam Cl. Crevier. conjecit: vel ex Brancal. Latinii legebat, *non solum inopiam senatus, sed etiam paucitatem civium*. quod etiam supereſt in Lovel. 5. Ber. Hafn. et Hav. atque transpositis vocibus *non solum senatus inopiam* in Lovel. 3. ut dicat non solum penuriam, infrequentiam ipsorum senatorum, sed paucos etiam cives esse, ex quibus novi senatores adlegi possent. Prius tamen praeferendum censebat.

§. 5. *Pro magna re suadere dixit*] Primo notandum, omnes usque ad ultimam Gruteri ed. legere *pro magna re se suadere*. Et ita praeferunt Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii N. neque aliter Crevier. in Put. invenit. Quamvis itaque pronomen omitti posse adsentiar, ut dictum est ad 1, 23, 5. tot tamen testium auctoritas persuasit, ut contextui iterum addendum existimarim. Sed praeterea *cum pro magna re se suadere dixit* exhibent Flor. Cant. Lov. 1. 4. aliique; (quod etiam in plerisque reliquis codd. et edd. exstat, nisi quod conruptius legant *dixisset*) quod quum etiam Crevier. in Put. reperisset, legendum suspicatus est *explendi senatus caussa, et jungendi arctius Latini nominis cum p. ro.* (id est *cum populo Romano*) *magnopere se suadere dixit*. quae conjectura diligentius examinari meretur. mihi certe verisimillima videtur. Solet enim compendium *p. ro*, id est populus Romanus, et *pro* invicem commutari. Ita viri docti notarunt, apud Caes. 1. B. Civ. 9. *populi Romani beneficium* in multis Mstis et edd. antt. abiisse in *pro beneficio*.

Binis senatoribus, si Patres Romani censuissent] Vet. lib. *quos Patres Romani censuis-*

Digitized by Google

Latinorum, binis senatoribus, si Patres Romani censuissent, civitas daretur, atque in demortuorum
6 locum in senatum legerentur. Eam sententiam haud aequioribus animis, quam ipsorum quondam postu-
7 latum Latinorum, Patres audierunt: et, quum fremitus indignantium tota curia esset, et praecipue Manlius, *esse etiam nunc stirpis ejus virum*, diceret, *ex qua quondam in Capitolio consul minatus esset, quem Latinum in curia vidisset, eum sua manu se*
8 *interfecturum*; Q. Fabius Maximus, *Numquam rei ullius alieniore tempore mentionem factam in senatu*, dixit, *quam inter tam suspensos sociorum animos*

sent. SIG. Ita et Ber. Hafn. et Hav. Vocula autem *si* deficit in Flor. Cant. Voss. et Lovel. 1. 2. ac 4.

§. 7. *Et praecipue Manlius, esse etiam nunc stirpis ejus virum, diceret, ex qua quondam*] Pal. 3. *et praecise Manlium esse etiam nunc ejus stirpis virum diceret*. vet. ed. *esse et nunc stirpis ejus virum*. 8,5,7. *Quemcunque in curia Latinum vidissent, sua manu interempturum*. GEBH. Put. *praecipue TN. Manlius*. Forte *M. Manlius*, inquit Salmasius. immo *Titus*. J. FR. GRONOV. Nihil ad Put. lectionem propius accederet, quam si legeretur *Cn. Manlius*. Verum quum circa haec tempora nullus gentis Manliae illo praenomine inclaruerit, Gronovii conjecturam probo, et intelligo T. Manlium Torquatum, priscae ac durae severitatis virum, qui Cannensi proelio ab Hannibale captos redimi vetuit supra 22, 60. cujusque in sequentibus aliquoties mentio fiet. Tum *esse et*, pro *etiam*, Voss. Lov. 1. 2. 3. Hafn. Harl. Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. Deinde *ejus stirpis* Flor. Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harl. et Ber. Denique *et qua quondam* Flor. a m. 1. sed *et* deletur a m. 2. quod etiam deest in tantum non reliquis omnibus Mstis. at insuper *qui quondam* Lovel. 4. Ber. Hafn. Hav. et typis descripti ante Aldum. Mox *quem Latinum, quem in curia* Flor. et Voss. sed inter versus supra secundum *quem* in posteriore cod. scriptum *civem vel consulem*.

§. 8. *Incertamque fidem id tactum*] Scribebam *id jactum*. 5, [15, 5.] *Quod primo, velut temere jactum, sperni, agitari deinde sermonibus*. 6, [14, 11.] *Quum omisso discrimine, vera an vana jaceret, thesauros Gallici auri occultari a Patribus jecit*. Sed vetat Cic. 2. de Orat. [10.] *Nam illud tertium, quod et a Crasso tactum est, et, ut audio, vel ipse Aristoteles, qui haec maxime illustravit, adjunxit*. J. FR. GRON. De re *jacere* eo sensu v. ad 25, 4, 7. At rectius Gronovius nihil mutat.

Digitized by Google

incertamque fidem id tactum, quod insuper sollicitaret eos. eam unius hominis temerariam vocem si- 9
lentio omnium exstinguendam esse: et, si quid umquam arcani sanctive ad silendum in curia fuerit, id omnium maxime tegendum, occulendum, obliviscendum, pro non dicto habendum esse. ita ejus rei obpressa mentio est. Dictatorem, qui censor ante fuis- 10
set, vetustissimusque ex eis, qui viverent, censoriis esset, creari placuit, qui senatum legeret: adcirique C. Terentium consulem ad dictatorem dicendum jusserunt. qui, quum ex Apulia, relicto ibi praesi- 11
dio, magnis itineribus Romam redisset, nocte pro-

Cic. 4. Acad. Quaest. 44. *Ubi Xenocrates, ubi Aristoteles ista tetigit.* Paullo ante *dicit*, pro *dixit*, Flor. Voss. Lovel. 3. 4. Harl. et Ber.

§. 9. *Tegendum, occulendum, obliviscendum*]*occultandum* Lovel. 3. et Hearnii N. sed alterum posterioris margini adscribitur.

§. 10. *Vetustissimusque ex eis, qui viverent, censoriis esset*] Integra est haec lectio per Pal. pr. cascamque ed. sed non item per sec. in quo comparet *vetustissimosque ex iis, qui viverent, censorem creari placuit.* ut et tert. cujus scriptura talis est: *vetustissimusque ex his, qui viverent, censorum id esset.* GEBH. Omnia haec verba desunt in Harl. *qui viverent censores creari* Ber. *qui viverent, censores esset creari* Flor. a m. 1. *qui viverent, censorem creari* a m. 2. *qui viverent, censoribus creari* Hafn. et Hav. Mox *τὸ consulem* omittunt Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. D. et edd. ante Ascensianam anni 1513.

§. 11. *Qui eo ex Apulia, relicto ibi praesidio, cum magnis itineribus Romam redisset*] Vos emendatis, *qui consul ex Apulia.* Ego, *qui mox ex Apulia.* VALLA. Pal. pr. et princeps ed. *qui eo ex Apulia, r. i. pr. cum magnis itineribus Romam rediisset, et nocte proxima.* sec. ferme ita, nisi quod pro *eo* exhibet *eos.* tert. *qui ex eo ex Apulia, r. i. pr. cum magnis itineribus Romam rediisset, nocte proxima.* GEBH. Ut Pal. primus, praeferunt etiam Flor. et Cant. nisi quod in eorum priori sit *ea*, pro *eo.* Pal. eidem adsentiuntur quaedam ex antiquissimis edd. aliae *τὸ eo* omiserunt. Aliae deinceps ita exhibere coeperunt, ut hodie editur, quae lectio etiam in multis superest codd.

M. Fabium Buteonem ex SC. sine magistro equitum dictatorem] *N. Fabium* scribi oportere existimo, quia inquit, hunc vetu-

Digitized by Google

xima, ut mos erat, M. Fabium Buteonem ex senatusconsulto sine magistro equitum dictatorem in sex menses dixit.

1 XXIII. Is, ubi cum lictoribus in Rostra escendit, *neque duos dictatores tempore uno, quod numquam*
2 *antea factum esset, probare se*, dixit: *neque dictatorem se sine magistro equitum: nec censoriam vim uni permissam, et eidem iterum: nec dictatori, ni-*

stissimum ex censoriis, qui viverent, fuisse. Censor autem, ut opinor, fuit anno DXII. cum C. Aurelio Cotta, cum consul fuisset anno DVI. ut est in Capitolinis tabulis. SIG. Repraesentat Pal. 3. *M. Fabium Buteonem, et eum sine magistro equitum, dictatorem.* GEBH. Sigonii ratio, qua *N. Fabium* legendum probare conatur, non omni exceptione major est. Eodem enim tempore, quo N. Fabius, vixit etiam M. Fabius Buteo, qui biennio post priorem in fastis Capitol. consul memoratur. Jam vero in iisdem fastis ad annum DXII. alterius censoris Fabii Buteonis nomen injuria temporum periit: adeoque ex illis confici nequit, utrum *Marci*, an *Numerii* praenomen habuerit. Neque aliud pro sententia sua Sigonius in Fastis obtendit, quam quod *Num. Fabius* ante *M. Fabium* consulatum ceperit. Verum non dicit Livius, dictatorem creatum esse, qui vetustissimus ex *consularibus*, sed ex *censoriis* eo tempore viventibus esset. Multa autem intervenire potuerunt, ne N. Fabius, licet vetustior consularis, quam M. Fabius, censor creatus sit. Quamvis itaque verum sit, literam *N.* qua indicatur *Numerius*, saepe mutari in *M.* quae notioris praenominis *Marci* nota est, ut docui ad 4, 49, 1. quum tamen hoc loco omnes codd. *M. Fabium* praeferant, et aliunde, eum *Numerii* praenomen habuisse, nullo certo argumento probari possit, nihil etiam in praenomine mutandum conseo. Dein *ex C*, pro *ex SC*, Lovel. 4. et Gaertn. *exconsulem* Lovel. 3.

§. 1. *Is, ubi cum lictoribus in Rostra escendit*] Prima vox non adparet in Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. et Hav. Deinde, *escendit* ex Put. auctoritate legendum esse, monuit Gron. ad 2, 28, 6. antea legebatur *ascendit*, quod in plerisque codd. superest. sed *scindit* legit Flor. a m. 1.

Neque duos dictatores tempore uno] Horum dictatorum M. Junii et Fabii Buteonis, quorum alter rei gerendae causa creatus aberat, alter senatus legendi causa dictus erat, meminit quoque Plutarchus in Fabio [p. 179.] SIG. *neque dictores duo* Harl. V. ad 7, 40, 9.

§. 2. *Neque dictatorem se sine*] Vet. lib. *neque dictatorem sine magistro equitum.* probe. res enim, non persona, offendebat. SIG. *se* abest a Pal. 3. ut et a Sigonii libro: quod tamen provocabulum retentant caeteri libri omnes. GEBH. Omnes mei conspirant in servando τοῦ *se*; ne-

Digitized by Google

si rei gerendae caussa creato, in sex menses datum imperium. Quae inmoderata fors, tempus ac neces- 3
sitas fecerint, iis se modum inpositurum. nam neque senatu quemquam moturum ex iis, quos C. Flaminius, L. Aemilius censores in senatum legissent: transcribi tantum recitarique eos jussurum; ne pe- 4
nes unum hominem judicium arbitriumque de fama ac moribus senatoris fuerit: et ita in demortuorum lo-

que abest etiam ab Hearnii codd. nisi ab uno D.

Nec censoriam vim permissam uni et eidem iterum] V. Plut. in Coriol. pr. et Val. Max. 4, 1, 3. Qui hic *dictatorem censoria potestate* legi scribunt, non adcurate inspexerunt Livium. DUK. *uni permissam* Flor. Eamdem lectionem in Put. invenit, ac probavit Crevier. existimans duplex vitium a Buteone notari; primum quod censoria vis uni permitteretur, quum plerumque duo censores crearentur; secundum, quod eidem iterum permittatur, quum lege cautum foret, ne quis iterum censor fieri posset.

§. 3. *Fors, tempus, ac necessitas*] *sors* Lovel. 2. 4. Ber. Hav. Hearnii N. ac plures ex antiquis edd. sollemni errore, de quo v. ad 1, 9, 15. Mox *fecerit*, pro *fecerint*, Flor. et Lovel. 2. Tum *ex quo C. Flaminius* Flor. Cant. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. et Hav.

§. 4. *De fama ac moribus senatoris fuerit*] Pal. 2. *senatoris fieret*. GEBHARD.

Ita in demortuorum locum sublecturum, ut ordo ordini etc.] Sensus est: Dictator, ne in legendo senatu quemquam ignominia afficeret, ex veteribus censoriis tabulis senatores eo ordine, quo in eas relati erant, recitavit: in demortuorum autem locum alios ita sublegit, ut, si quem alteri praeferret, is eum ordinis, non hominis, dignitate adductus, praetulisse videri posset. Nam primum legit eos, qui curulem magistratum, deinde qui tribunatum aedilitatemque plebis et quaesturam gessissent: tum ex iis, qui magistratum non cepissent, qui spolia ex Romano hoste domi fixa haberent, aut coronam civicam accepissent. In legendis autem iis, qui magistratus gesserant, quo quisque eorum ordine magistratum ceperant, eos ita legebat ac recitabat. SIG. *subjecturum* Lovel. 5. et Rec. cum paucis ex edd. antt. quomodo fere supra hoc lib. c. 3, 10. *Silentium erat inopia potioris subjiciundi*. Verum, aliis dissentientibus codd. hanc scripturam ex librariorum errore ortam puto. Solent autem similiter saepe errare. V. ad 36, 12, 4. *subvecturum* Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Gaertn. cum plerisque reliquis editt. usque ad Aldum. Neque aliter est in Flor. a m. 1. in quo *suffecturum* emendatur a m. 2. consentientibus Lovel. 3. Hafn. et Hearnii N. Id autem natum videtur ex glossa vulgati *sublecturum*, quod apud Aldum in erratis primum invenio. Justin. 3, 3, 2. *Populo*

Digitized by Google

cum sublecturum, ut ordo ordini, non homo homi-
5 *ni praelatus videretur.* Recitato vetere senatu, inde primos in demortuorum locum legit, qui post L. Aemilium et C. Flaminium censores curulem magi-

sublegendi senatum potestatem permisit.

§. 5. *Inde primos in demortuorum locum legit*] Ita edidit Cl. Jac. Gronovius, quod servant Lov. 5. Rec. et quidam alii codd. Eidem lectioni favent nonnihil Flor. Lovel. 1. 2. Harl. et Gaertn. legentes *inde primus.* ut et Lov. 3. Ber. et Hafn. in quibus reperi *in primis.* Ante edebatur *inde primum.* V. ad c. 10, 10. Mox copulam inter utriusque censoris nomen omittunt Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett. quae demum adparuit in Ascens. anni 1513. Supra hoc cap. *Quos C. Flaminius, L. Aemilius censores in senatum legissent.* V. ad 2, 17, 1. Tum *in senatu lecti* Florent. Voss. Lovel. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et nonnullae vett. edd.

Ut quisque eorum primus creatus erat] Hic codex Moguntinus et cum secutus Aldus addit *senator* ante *primus.* ex qua lectione nullus est sensus; neque ego puto addi debere, sed Livium id velle dicere, ut quisque eorum primus creatus erat, videlicet in magistratu, ita primum inter senatores electus. Sic enim ordini ordo, ac tempus tempori, non homo homini praeferetur. GLAR. Vox *senator* redundat. „†. Nec Badius habet. et ante „Sigonium notaverat Glareanus." †. Hic enim sensus est. Qui post priores censores curulem magistratum ceperant, quo quisque illum ordine ceperat, lectum in senatum esse. SIG. Haec verba sic interpretatur P. Manutius in libro de senatu Romano (c. 1.) ut quisque curulem magistratum assecutus in senatum venerat, et dicendae post magistratum sententiae jus acceperat: docetque, ut animadversione dignum, *senatorem creari* et *in senatum legi* non idem fuisse: fatetur tamen, si ad veteris consularis edicti formulam respicias, non satis proprie Livium esse locutum. At Glareanus et Sigonius inducunt *to senator:* sed parum diligentem se ostendit prior, quum Moguntinos hoc vocabulum addidisse scribit: quod omnes ab Andrea usque tenuerunt. Sed tamen hic tolerari nequit: et qui magistratum curulem ceperit, eum dicere *senatorem creatum*, non est minus proprie loqui, sed σολοικίζειν. In MSS. sincerioribus est *senatus.* Sic Pat. Pet. Pal. Men. Voss. et scribendum videtur, *ut quisque eorum magistratus primus creatus erat.* J. FR. GRON. Vocem *senator* ignorat ex antiquioribus edd. Parm. *senatus primus* legunt Flor. Lovel. 2. 4. Harl. Gaertn. et Hearnii N. Conjectura Gronovii Doujatio displicuit, quia, *primus creatus* de magistratu intelligi, praecedentia satis doceant. Cl. etiam Crevier. sententiam Sigonii *senator* resecantis probavit. Quum tamen optimi codd. *senatus*, reliqui plerique *senator* praeferant, et tamen neutra vox admitti nequeat, minus a codd. scriptura recedere videtur, si cum Gronov. ejus vocis loco *magistratus* substituamus, quam ut tot codd. invitis vocem expungamus.

Digitized by Google

ſtratum cepiſſent, necdum in senatum lecti eſſent; ut quisque eorum primus creatus erat: tum legit, 6 qui aediles, tribuni plebei, quaeſtoresve fuerant: tum ex iis, qui magiſtratus non cepiſſent, qui spo-

§. 6. *Aediles, tribuni, praetores, quaestoresve*] Paullus Manutius, vir, ut supra dixi, summo judicio praeditus, legendum exiſtimat, *aediles, tribuni plebis, quaestoresque.* et recte: nam praetura inter curules magiſtratus erat, quos superiore versu complexus eſt. Errorem attulit, ut solet compendiosa scriptura *trib. pr.* et *trib. pl.* SIG. Acute Manutius emendarat, *aediles, tribuni p. quaestores, praetorum* voce deleta, quia jam antea de curuli magiſtratu egerat. At ea correctio disertim in meo cod. exſtat; ne quis ultra ambigat. LIPS. 3. Ep. Quaeſt. 4. Sic etiam Pall. nam prius editi *tribuni, praetores, quaestores.* GRUT. Una voce ejecta *tribuni quaestoresve* quaedam praeferunt ex edd. principibus. *tribuni plebis*, vel *tr. pl.* etiam tantum non omnes codd. mei. Sigonii lectionem *tribuni plebis* Gruterus in prioribus edd. recepit, sed in ultima *tribuni plebei* dedit, Heinsius apud Elzevir. *tribuni plebeji*, quod Gronovii et Clericus servarunt. Crevier. *tribuni plebei* reduxit, melius certe Heinsiana lectione.

Tum ex iis, qui spolia ex Romano hoste fixa domi haberent] In manuscriptis omnibus et plerisque etiam impreſſis legitur, *tum ex iis, qui magistratus cepissent, qui spolia ex Romano* etc. quod cum emendatores, nescio qui, non intelligerent, omnino tollendum putarunt. Eſt autem ita legendum: *ex iis, qui magistratus non cepissent, qui spolia* etc. Nam ex iis, qui magiſtratus ceperant, legit primum, qui curulem, deinde qui plebejum ceperant magiſtratum. Ex iis autem, qui omnino nullum ceperant magiſtratum, legit, qui spolia ex Romano hoſte haberent. SIG. Pall. tres, et ed. vet. *tum ex his, qui magistratus cepissent, qui spolia.* etc. GEBH. Ut refert Sigonius, *tum ex his, qui magistratus cepissent, qui spolia,* omnes boni libri, nec quicquam verius emendatione ejusdem negativam interponentis, quae et nobis ad conspectum veteris scripturae nascebatur. Caeterum et optimus liber: *qui spolia ex hoste fixa domi haberent, aut civicam Romanam accepissent.* Bene *ex hoste fixa*: nam *hostis Romanus* eſt Romanus hoſtis alteri, non hoſtis Romanorum. J. FR. GRON. *ex iis, qui magistratus cepissent, qui spolia* etiam Flor. Cant. Voſſ. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. omnesque edd. ante Ascens. anni 1513. quae verba *qui magistratus cepissent* prima omisit, quum potius, ut viri docti monuerunt, addita negatione emendanda eſſent. V. ad 21, 10, 1. Praeterea *spolia R. hoste* Voſſ. *spolia Ro. hoste* Gaertn. *spolia R. hostis* Lov. 1. *spolia de hoste* Lov. 3. *spolia ex hoste* Flor. Lovel. 2. 4. Harl. Ber. Hav. aliique. Et ita locum hunc laudat, sive casu, sive quod ita legendum putarit, Lipsius 5. de Milit. Rom. 17. Recte. Nam *hostis Romanus*, ut Gronovius docuit, eſt Romanus, qui est hoſtis alteri. 8, 25, 8. *Non minus per quos Samniti Nolanoque, quam ut Romanis*

Digitized by Google

lia ex hofte fixa domi haberent, aut civicam coro-
7 nam accepiffent. Ita, centum septuaginta septem cum ingenti adprobatione hominum in senatum lectis, extemplo se magiftratu abdicavit, privatusque
8 de Roftris descendit, lictoribus abire juffis. turbaeque se inmiscuit privatas agentium res, tempus hoc sedulo terens, ne deducendi sui cauffa populum de foro abduceret: neque tamen elanguit cura hominum ea mora, frequentesque eum domum deduxe-
9 runt. Consul nocte insequenti ad exercitum rediit, non facto certiore senatu, ne comitiorum cauffa in urbe retineretur.

XXIV. Po-

hostibus resisterent. V. ad 1, 26, 4. Mox *civicam Romanam accepissent* Flor. Lovel. 2. Harl. et Hearnii N. quorum ultimus tamen *civicam coronam* margini adscriptum praefert. *civicam gloriam accepissent* legit Lov. 3. *civitatem Romanam accepissent* Lovel. 4. et quaedam ex antt. edd. Cl. Jac. Gronov. *civicam accepissent*, media voce omiffa, legendum putabat ad c. 11, 5.

§. 7. *Ita centum septuaginta septem cum ingenti adprobatione omnium in senatum lectis*] Habetur in libris omnibus *cum ingenti approbatione hominum.* GEBH. Put. Pet. Men. tres Pall. *cum ingenti approbatione hominum.* J. FR. GRON. Ita non tantum omnes mei et Oxonienses Hearnii codd. verum etiam plures ex edd. priscis. Atque hoc modo legendum effe, Gronov. supra monuit ad 9, 8, 11. Solitos autem fuiffe librarios voces has confundere, jam supra dictum eft ad 3, 54, 6. Praeterea *Ita cum centum* etc. *in senatum legisset* Hafn. et Ber. a m. 2. *Ita tum centum* etc. *in senatum lecti* Lovel. 3. *Ita centum* etc. *in senatum lecti* Lov. 5. et Gaertn. *Ita centum* etc. *in senatu lecti* Voff. Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Hav. *in senatu* etiam Flor. Tandem *centum octoginta cum ingenti* Hav. Vox autem *septem* exsulat etiam a Ber.

§. 8. *Tempus hoc sedulo terens*] Vet. lib. *hic*, id eft, in foro. Sic etiam reddit Plutarchus in Fabio [179.] ubi eandem rem his verbis persequitur. Ὥσπερ ἰδιώτης ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἀνεστρέφετο. SIG. Unus tantum meorum Lovel. 5. Sigonio adsentitur. Eum autem, tot aliis adversantibus, non audiendum arbitror. Paullo ante *turbae se inmiscuit*, pro *turbaeque*, Flor. et Lovel. 4. ac 5. Ita vero diftinctio mutanda foret, hoc modo: *descendit. lictoribus abire jussis, turbae se inmiscuit.* Mox in sequentibus *frequentes eum de-*

Digitized by Google

XXIV. Postero die consultus a M. Pomponio 1
praetore senatus decrevit, dictatori scribendum, uti,
si e republica censeret esse, ad consules subrogan-
dos veniret cum magistro equitum et praetore M.
Marcello, ut ex iis praesentibus noscere Patres pos- 2
sent, quo statu respublica esset, consiliaque ex re-
bus caperent. Qui adciti erant, omnes venerunt,
relictis legatis, qui legionibus praeessent. Dictator, 3
de se pauca ac modice locutus, in magistrum equi-
tum, Ti. Sempronium Gracchum, magnam partem
gloriae vertit; comitiaque edixit, quibus L. Postu-
mius tertium absens, qui tum Galliam provinciam
obtinebat, et Ti. Sempronius Gracchus, qui tum

duxerunt domum edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 1. *Consultus a M. Pomponio praetore senatus*] Ita lib. vet. Ex hoc loco convincitur etiam, supra bis (c. 20, 6. et 22, 4.) mendose esse *M. Aemilio praetore*. SIG. *a M. Pomponio* Voss. quo *Manio* indicari videtur. Recte. Ita enim adpellatur, et Gronovius etiam edidit. Vide loc. laud. Mox *ut, si utile reipublicae censeret esse* Lovel. 3. et Hafn. quod ex glossa receptum est. Simili lapsu quidam codices *expedire reipublicae*, pro *e republica*, praeferebant 8, 32, 18. ubi de hac locutione vide.

§. 2. *Quo statu respublicae essent*] Vet. lib. *respublica esset*. SIG. Illud *respublicae essent* non tantum in nullo inveni cod. verum in nulla etiam ed. nisi Sigonii, ubi sine dubio operarum errore ita vulgatum est. Praestitisset itaque, similia in erratorum syllabum conjecta, quam scholiis inserta esse.

Qui legionibus praeessent] Pal. 3. *qui exercitui praeessent*. GEBH. Omnes alii codd. vulgatum tuentur, ut haec lectio sit ex glossa.

§. 3. *De se pauca ac modice locutus*] Optimi *ac demodice*. An *permodice*? J. FR. GRON. *ac demodice* etiam Flor. An autem id dictum censeri debet eadem forma, qua *deparcus*, pro admodum parcus? quamvis tamen compositum illud *demodicus* alibi non notarim. An itaque potius legendum *pauca atque modice*?

Qui tum magister equitum et eo adeurrerat] Quidam, hunc locum emendare volentes, *occurrerat* posuerunt, pro *et eo accurrerat*. At ego legendum puto *qui tum magister equitum cum eo accurrerat*. Venerat enim cum dictatore hoc tempore in urbem, cum antea ad exercitum manere, dictatore in urbem commeante, cogebatur. GLAR.

Digitized by Google

magiſter equitum et aedilis curulis erat, consules
4 crearentur. Praetores inde creati, M. Valerius Lae-
vinus, Ap. Claudius Pulcher, Q. Fulvius Flaccus,
5 Q. Mucius Scaevola. Dictator, creatis magiſtratibus,
Teanum in hiberna ad exercitum rediit, relicto ma-
giſtro equitum Romae: qui, quum poſt paucos dies
magiſtratum initurus eſſet, de exercitibus scriben-

Vet. lib. *qui tum magister equitum et ea accurrerat.* Suspicor legendum *ad ea,* ut comitia intelligamus: opponit enim hunc Poſtumio. Ille enim abeens in Gallia, hic cum ad comitia accurriſſet, consul eſt creatus: sic paullo ante, *qui tum Galliam provinciam obtinebat.* L. autem Poſtumius Albinus primum cum Sp. Carvilio Maximo, iterum cum Cn. Fulvio Centumalo consul fuerat. SIG. Pal. pr. exhibet, *qui tum magister equitum et ea accurrerat.* sec. *qui tum magister equitum erat,* caeteris recisis. Tert. *et eo accurrerat.* vet. ed. *et eo occurrerat.* GEBH. Glareanus *cum eo,* ut intelligas dictatore. Nobis quoque in scriptis obvium fuit *et ea accurrerat,* ut Sigonio. Sed Andreas, Tarvis. duae Venetae edd. *et eo occurrerat.* Scribendum, *qui tum magister equitum ad ea occurrerat.* Nempe comitia. Livii eſt *occurrere ad concilium, occurrere ad comitia.* Dicemus infra. J. FR. GRON. Plerique codd. praeferunt *et ea accurrerat,* vel *et ad ea accurrerat,* vel *et eo accurrerat,* vel *et ei occurrerat.* vett. autem edd. *et eo accurrerat,* vel *et eo occurrerat,* usque dum Froben. anno 1535. omiſſa prima vocula *eo accurrerat* vulgaret. Gronovii conjectura *ad ea obcurrerat* magnam veri speciem habere videtur. Certe ita Livius loqui solitus eſt. 26, 44, 2. *Multitudinem aliam intentam ad omnia obcurrere jubet.* 28, 5, 16. *Ut ad omnes hostium motus posset obcurrere.* 37, 50, 7. *Se ad comitiorum tempus obcurrere non posse.* 43, 7, 2. *Non alias ad ullum spectaculum tanta multitudo obcurrit.* Eodem cap. *Progredi prae turba obcurrentium ad spectaculum non poterat.* Pro eo *comitiis obcurrere* dixit 39, 6, 1. Alia v. ad 29, 34, 8. et 36, 24, 4. Adde Gronov. ad Senec. 2. controv. 11. in fine. et Cel. Burm. ad Suet. Claud. 8. *Occurrere* etiam et *Accurrere* saepe a scribis commutantur. V. ad 4, 33, 3. c. 40, 3. 6, 14, 3. aliisque locis. Sed veriſſima potius eſt emendatio Cl. Crevier. qui in Put. invenit *et ead. cur erat,* in altero autem regio *et edil. curul erat:* quibuscum facit Flor. meus *eteadcurrerat.* unde exculpsit *et aedilis curulis erat,* et addit, Liv. etiam infra c. 30, 16. monuiſſe, Sempronium, quum consul designaretur, aedilem curulem et magiſtrum equitum fuisse. Atque ita verba, *qui tum magister equitum et aedilis curulis erat,* respondent superioribus de Poſtumio, *qui tum Galliam provinciam obtinebat.* Ejus itaque exemplo lectioni huic in contextu Liviano locum dedi.

Consules crearentur] Hujus sermonis ea vis eſt, edicto com-

Digitized by Google

dis comparandisque in annum Patres consuleret. Quum eae res maxime agerentur, nova clades nun- 6
ciata, aliam super aliam cumulante in eum annum fortuna; L. Postumium, consulem designatum, in Gallia ipsum atque exercitum deletos. Silva erat 7
vasta, (Litanam Galli vocabant) qua exercitum traducturus erat. ejus silvae dextra laevaque circa

prehensum fuisse, hos consules creandos esse. Non liquet mihi, cur maluerit *crearentur*, quam *creati sunt*. DUKER.

§. 4. *Q. Fulvius Flaccus, Q. Mucius Scaevola*] Fulvii praenomen omittunt Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertner. Hav. Hearnii N. ac D. et edd. ante Aldum. Tum *Claudius Flaccus, M. Quintius Scaevola* Hearnii L. 1. *Claudius Fulvius Flaccus Minutiusque Scaevola* Lovel. 3. *Fulvius Claudius Flaccus, Minutiusque Scaevola* Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. a m. 2. Gaertn. Hav. et Hearnii N. D. *Fulvius Claudius Flaccus, M. Minuciusque Scaevola* Harl. *Fulvius Claudius Flaccus* etiam Lovel. 4. *Minutius* autem pro *Mucius* etiam Flor. V. ad c. 30, 18. c. 40, 1. 24, 10, 4. (*35, 5, 3.) Paullo ante *Valerianus*, pro *Valerius*, Flor. Voss. Lovel. 1. 2. Harl. Hav. et Hearnii N. sequens autem vox *Laevinus* deest in Lovel. 2.

§. 5. *Theanum in hiberna ad exercitum rediit*] Tantum non omnes edd. vulgarunt *Theanum*, praeter Sigonium, qui adspirationem omisit: et ita nomen hoc scribendum esse docuit ad 9, 20, 4. et 7. cui quum recentiores dicto loco auscultarint, id etiam hic facere debuerant. Neque aliter est in Flor. Voss. Lov. et aliis codd. Praeterea *redit* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hav. V. ad 36, 35, 2. Mox *comparandisque* deest in Harl. *Patres* in Lovel. 3.

§. 6. *Nova clades nunciata*] Hujus Postumianae cladis auctor est etiam Polyb. l. 3. extremo. [c. 118.] SIGON.

Alia super alia cumulante in eum annum fortuna] Vet. lib. *super aliam*. SIG. Plures *alia super aliam*. Sed unus e Pall. et Voss. clare, ut conjiciebam, *aliam super aliam*. Referuntur enim ad cladem hae voces. J. FR. GRON. *alia super aliam* Flor. Lov. 1. Gaertn. et Hearnii Oxon. cum edd. vetustis. *aliam super alia* Lov. 2. *aliam super aliam* Lov. 3. 4. 5. Ber. Hav. aliique, quod recte Gronov. probavit, et exposuit. Infra 25, 22, 1. *Hae clades, super aliam alia, Romam quum essent nunciatae*. 26, 41, 17. *Quum aliae super alias clades cumularentur*. 27, 40, 4. *Quum alia super aliam clades duos exercitus ex parte delesset*. Similiter *leges, aliae super alias* 3, 68, 4. *tela alia super alia* 26, 4, 7. *funus aliud super aliud* c. 41, 8. *Nuncii alii super alios* 34, 40, 5.

§. 7. *Litanam Galli vocant*] Hujus silvae et harum insidiarum meminit etiam Frontinus 1, 6. SIG. Optimi *vocabant*. J. FR.

Digitized by Google

viam Galli arbores ita inciderant, ut inmotae ſta-
8 rent, momento levi inpulsae occiderent. Legiones duas Romanas habebat Poſtumius, sociùmque ab ſupero mari tantum conscripserat, ut viginti quinque millia armatorum in agros hoſtium induxerit.
9 Galli oram extremae silvae quum circumsedissent, ubi intravit agmen saltum, tum extremas arborum succisarum inpellunt. quae, alia in aliam, inſtabilem per se ac male haerentem, incidentes, ancipiti ſtrage arma, viros, equos obruerunt, ut vix decem
10 homines effugerent. Nam quum exanimati plerique

GRON. Ita et Flor. De hac silva v. Cluver. 1. Ital. ant. 28. p. 294. et Tennul. ad Front. l. laud. ex. 4.

Galli arbores ita inciderant] Libri omnes MSS. *inciderunt*. GEBH. Ita et Flor. Voſſ. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. et Hav.

Momento levi inpulsae occiderent] Pal. 2. *caderent*. GEBH. Valde faveo huic etiam veterum librorum scripturae, modo exemplum sit. Secus poſſes *conciderent*. Andreas *ceciderent*. J. FR. GRONOV. *ceciderent* etiam Gaertn. et Rec. *deciderent* Lovel. 4. 5. et Harl. *caderent* Ber. a m. 2. Doujatius malebat *acciderent*, eadem loquendi ratione, qua dicitur *ad pedes*, *ad genua accidere*. Verum, si quid mutandum, cum Gronovio malim *conciderent*. Nam *ocidere*, vel *concidere*, et *ocidere*, vel *occidere*, eadem ratione commutari poſſunt, qua *occurrere* et *concurrere*, de quo v. ad 36, 24, 4. Sed nec *caderent* displiceret, si gravioris auctoritatis codd. adsentirentur. Ita enim etiam *caesus* et *occisus* supra commutantur c. 15, 8.

§. 8. *In agros hostium induxisset*] Et optimi, et lex loquendi *induxerit*. J. FR. GRON. Ita et Flor. Paullo ante *sociorumque*, pro *sociùmque*, Lov. 3. et Ber. V. ad 21, 17, 2.

§. 9. *Galli oram extremae silvae*] Aliter tamen loquitur 21, 31, 9. *Inde per extremam oram Vocontiorum agri tetendit in Tricorios*. JAC. GRON. Etiam 1, 18, 2. *In ultima Italiae ora circa Metapontum*. 5, 37, 2. *Ab oceano terrarumque ultimis oris*. ubi vide, et ad 28, 39, 14. Vulgatae tamen, quae in omnibus supereſt, patrocinium peti poteſt ex dictis ad 4, 8, 6.

§. 10. *Ceteram quoque multitudinem, inopinato malo trepidam*] Omittunt particulam *quoque* libri omnes. GEBH. Omittunt eamdem Flor. Voſſ. Lovel. quinque, Harl. Ber. Rec. et Hav. Mox *circumsedentes* Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. V. ad 9, 2, 3.

Fluminis pontem petentes, obsesso ante ab hostibus ponte interclusi sunt] Cl. Crevier. o-

Digitized by Google

essent arborum truncis fragmentisque ramorum, ceteram quoque multitudinem, inopinato malo trepidam, Galli, saltum omnem armati circumsedentes, interfecerunt; paucis e tanto numero captis, qui, fluminis pontem petentes, obsesso ante ab hostibus ponte interclusi sunt. Ibi Postumius, omni vi, ne 11
caperetur, dimicans, obcubuit. spolia corporis caputque ducis praecisum Boji ovantes templo, quod sanctissimum est apud eos, intulere: purgato inde 12
capite, ut mos iis est, calvam auro caelavere. idque sacrum vas iis erat, quo sollemnibus libarent: po-

jusdem vocis *ponte* in propinquo repetitio displicet. Praestare igitur putat, *qui fluminis pontem petentes, obsessum ante ab hostibus, interclusi sunt.* Sed v. ad 1, 3, 9. Codices enim hic in vulgatum servandum conspirant. Ceterum, Jac. Gronov. *fluminis pontem* edidit, quum proximae edd. inverso ordine *pontem fluminis* praeferrent. Sed cum Gronovio faciunt tantum non omnes codd. et editi ante Aldum.

§. 11. *Ibi Postumius, omni vi, ne caperetur, obnixus, obcubuit*] Jam sic Ascensius, Becharius, Juntas. At Andreas, Tarvis. Venet. cum promiscuis codicibus ignorant *τὸ obnixus.* Scribamus igitur cum Put. Petav. Pal. *omni vi, ne caperetur, dimicans, occubuit.* J. FR. GRON. *summa vi* Lovel. 5. et Hearnii L. 1. Supra 4, 61, 9. *Omnis vis Romana Vejos conversa est.* 8, 13, 1. *Pedum armis virisque et omni vi expugnandum ac delendum senatus fremit.* ubi etiam vide. Praeterea *obnixus* in uno tantum aut altero cod. inveni. Plerique eam vocem ignorant. Neque aliter edd. ante Mediol. anni 1505. ex qua Ascens. anno 1513. *obnixus* adscivit. Ejus loco *dimicans* est in Mstis Flor. Harl. et paucis aliis; quod etiam in contextu Aldus expressit, sed inter errata, substituto iterum *τῷ obnixus*, damnavit. Mox *caputque praecisum*, omissa media voce, Voss. Lovel. 2. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. at *caputque praecisum ducis* Flor. Ber. Lovel. 3. 4. 5. et Harl. Deinde *quod sanctissimum apud eos erat* Hav.

§. 12. *Idque sacrum vasis erat, quo sollemnibus libarent, poculumque idem sacerdotis esse*] Opinor legendum *sacrum vas iis erat*, vel *sacrum vas erat.* VALLA. Vet. lib. *sacerdoti.* SIG. Freinshemius [ad Flori 3, 4, 2.] ut supervacuum delet *τὸ esse*; ego potius *τὸ erat.* et hoc refero ad illa, de quibus ad l. 6, 27, 10. J. FR. GRON. *vas iis erat* emendat etiam Dorleans ad Tacit. 1. Ann. p. 86. Plerique tamen codd. et inter hos optimi, praeferunt *vasis*; qui error unde invaluerit, vel me tacente, quisque videt. At *sacrum vas his erat* est in Lovel. 2. *sacrum vas*

Digitized by Google

culumque idem sacerdoti esse, ac templi antistiti-
13 bus. Praeda quoque haud minor Gallis, quam victoria, fuit. nam etsi magna pars animalium strage silvae obpressa erat, tamen ceterae res, quia nihil dissipatum fuga est, stratae per omnem jacentis agminis ordinem inventae sunt.

1 XXV. Hac nunciata clade, quum per dies multos in tanto pavore fuisset civitas, ut, tabernis clau-
2 sis, velut nocturna solitudine per urbem acta, senatus aedilibus negotium daret, ut urbem circumirent aperirique tabernas, et moestitiae publicae speciem urbi demi juberent; tum Ti. Sempronius senatum ha-
3 buit, consolatusque Patres est, et adhortatus, *ne, qui Cannensi ruinae non subcubuissent, ad minores*

erat in Lov. 3. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Deinde *sacerdotis* servant Flor. Lov. 2. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. Verum Lov. 2. similiter mox *templi antistitis* legit. *To esse*, quod Freinsh. deletum voluit, non adparet etiam in Harl.

§. 1. *Velut nocturna solitudine per urbem acta*] *per urbem facta* Voss. et Lovel. 1. Solitos fuisse librarios has voces commutare, dictum est ad 6, 28, 2.

§. 2. *Moestitiae speciem publicae*] Vet. lib. *moestitiae publicae speciem*. SIG. Ita non tantum omnes scripti, sed etiam edd. praeter Basil. anni 1554. in qua ordo verborum, sine dubio operarum culpa, inmutatus erat. Paullo ante *circuirent* Lovel. 2. Ber. et Hav. V. ad 7, 34, 15.

Consolatusque Patres est, et adhortatus] Pal. 3. *Patres est, adhortatusque*. GEBH. *consolatusque Patres et adhortatus* Lovel. 4.

§. 3. *Quod ad Karthaginienses hostes Hannibalemque attinet*] Pal. 2. *quae ad Carthaginenses*. GEBH. Forte *attineret*. J. FR. GRON. Vox *hostes* deficit in Lovel. 2. *ptinēt* legit Ber. *attinent* Lovel. 5. Facili errore *attinet*, vel *attinēt*, pro *attin'et* scribi potuit. V. ad 40, 14, 3. *attineret* autem exigere videtur oratio obliqua.

§. 4. *Prospera modo esset, sicut speraret, fortuna*] Pall. 1. et 2. *prospera modo essent, sicut speraret, futura*. Vulgata vero lectio defenditur a Pal. 3. ac vet. ed. GEBH. Optimi, *modo essent, sicut speraret, futura*. J. FR. GRON. Quum hic, ut saepe alibi, videatur desiderari *si*, puto non male distinctionem ante *futura* tolli, hoc sensu: quod ad hostes et Annibalem attinet, si ea modo prospera essent, sicut speraret futura, tum bellum Gal-

Digitized by Google

calamitates animos submitterent. quod ad Harthaginienses hostes Hannibalemque adtinet, prospera 4
modo essent, sicut speraret futura, Gallicum bellum et omitti tuto et differri posse: ultionemque eam fraudis in Deorum ac populi Romani potestate fore. De hoste Poeno exercitibusque, per quos id bellum gereretur, consultandum atque agitandum. Ipse 5
primum, quid peditum equitumque, quid civium, quid sociorum in exercitu esset dictatoris, disseruit. Tum Marcellus suarum copiarum summam exposuit. Quid in Apulia cum C. Terentio consule esset, a pe- 6
ritis quaesitum est. nec, unde consulares exercitus satis firmi ad tantum bellum efficerentur, inibatur ratio. itaque Galliam, quamquam stimulabat justa

licum etc. Quod si quis haec, *prospera modo essent*, optantis esse putabit, ut hoc Demeae apud Ter. in Ad. 3, 4, 34. *Sic siet modo, ut nunc est*, tamen sine distinctione conjungi possent, *sicut speraret futura;* sed ita, ut σιγμῇ τελεία a sequentibus separentur. DUK. *essent, sicut speraret futura* etiam omnes codd. mei. Distinctionem vero ex mente Cl. Dukeri, et quidem priorem, recepi. Et ita quoque Crevier. edidisse animadverto.

§. 6. *Quaesitum est, ne secundo consiliarius exercitus satis firmi ad tantum bellum efficerentur*] Vos sic emendatis: *quaesitum est, duone consulares exercitus.* Ego *nec quo modo consulares exercitus*, et reliqua. VALLA. Vet. lib. *ne secundo consulares exercitus satis firmi ad tantum bellum efficerentur, inibatur ratio.* Quod quum ita sit, aptior est certe ad sententiam emendatio Vallae, qui pro *ne secundo* legit *nec quomodo.* Sequitur enim: *itaque Galliam omitti eo anno placuit.* SIG. Locus οὐδὲ πρώην, οὐδὲ χθὲς corruptus. Alii ante bina secula mederi conati sunt, *quaesitum est, duone consulares exerc.* Sed Valla, improbans hanc correctionem, praeferebat suam *nec quo modo consulares exer.* quod aptius pronunciat sententiae Sigonius. Interim vulgatam lectionem defensitant Pal. 2. et princeps ed. nisi quod haec *satis firmati tantum bellum efficerent.* ille *satis firmati ad tantum bellum efficerentur.* Pr. vero, *ne secundo consulares exercitus satis firmant tantum* (ad marginem *firmi ad tantum*) *bellum efficerentur, inibat ratio.* Tert. denique, *quaesitum est, ne sero consulares exerc. satis firmati tantum bellum efficerent, inibatur ratio.* GEBH. Sic [*duone consulares exercitus satis firmati tanto bello suffi-*

Digitized by Google

ira, omitti eo anno placuit. Exercitus dictatoris
7 consuli decretus est. De exercitu Marcelli, qui eorum ex fuga Cannensi essent, in Siciliam eos tradu-

cerent] pessime correctores, quum in MSS. et ante Vallam esset *ne secundo cons. exerc. sat. firmi ad tantum bellum efficerentur.* Unde Valla *nec quomodo cons.* Melius certe, quam illi, judice quoque Sigonio. Put. *quaesitum estnecundo consulares.* Manus secunda inter *e* et *c* adjecerat inter versus syllabam *se.* Inde ortum et propagatum in sequiores omnes libros *ne secundo.* Vera est autem, quam edidimus, *nec unde consulares exercitus satis firmi ad tantum bellum efficerentur, inibatur ratio.* Ad phrasim illustrandam Caesar 1. de Gall. [3.] *Regno occupato per tres potentissimos ac firmissimos populos* l. 5, [52.] *Senones, quae est civitas in primis firma et magnae inter Gallos auctoritatis.* l. 7, [60.] *Cohortes, quas minime firmas ad dimicandum esse existimabat.* Varro 2. de Re rust. 12. *Mulieres esse oportet firmas, quae in opere non cedant viris.* Ovidius 3. Fastor. [279.]

Inde datae leges, ne firmior omnia posset.

Sic meliores MSS. ubi substituerunt *fortior.* 7. Met. [456.]

— — qui quamquam milite, quamquam
Classe valet, patria tamen est firmissimus ira.

Nam *fortissimus*, quod non male videntur habere libri quidam Bersmanno, alterius est explicatio. Columella quoque, ut semper eleganter l. 6, [27.] *Major praegnantibus adhibenda cura est, largoque pascuo firmandae.* Eodem, [c. 37.] *Et desecto viridi pabulo et largo ordeo firmandus.* Jam Sallustii, *exercitum argento fecit*, notum est ex crebra Arruntii imitatione, Senecae reprehensa. Noster 25, [3, 7.] *Summaque trium et viginti legionum eo anno effecta est.* 31, [8, 8.] *Donec et ipse quinque millia sociûm ac nominis Latini effecisset.* J. FR. GRON. Lectio, quam Gronov. ut omnium pessimam non sine caussa traducit, primum adparuit in ed. Froben. anni 1531. ad quam usque editum fuerat *duone consulares exercitus satis firmati tantum bellum efficerent.* Codd. mei partim *nec secundo cons. exerc.* vel *ne secundo cons. exerc.* partim *nec duo cons. exerc.* vel *ne duo cons. exerc.* praeferunt. Deinde *firmat tantum bellum efficerentur* Flor. a m. 1. Cant. Voss. et Harl. *firmat tantum bellum efficeretur* Lov. 2. et 4. *satis firma tantum bellum efficerentur* Hav. *firmati tantum bellum efficerent* Lovel. 3. 5. Hafn. Rec. et Gaertn. *firmat*, id est *firmi ad*, emendatur in Flor. a m. 2. neque aliter legunt Lovel. 1. et Ber. Nihil verius lectione, quam Gronov. vindicavit. *exercitus firmi*, ut infra c. 34, 12. *praesidium firmum* 9, 44, 10. *praesidio firmare* 1, 33, 4. 22, 15, 11. et 23, 19. *firmare auxilia velitibus adjectis* 42, 65, 13. *firmare aciem.* V. ad 2, 31, 2. *Efficere exercitum*, ut *efficere decem legiones* 2, 30, 7. *quatuor legiones et mille equites effecti* 22, 57, 9. *efficere ducenias naves* hoc lib. c. 33, 10. *efficere classem viginti navium* 26, 39, 5. *negare, tantum militum effici posse* 29, 15, 11. *conficere* dixit 29, 35, 10. V. Duker. ad Flori 1, 1, 9.

Digitized by Google

ci, atque ibi militare, donec in Italia bellum esset, placuit. eodem ex dictatoris legionibus rejici mili- 8
tem minimi quemque roboris, nullo praestituto mi-

§. 7. *De exercitu eos, qui ex fuga Cannensi essent, in Siciliae castra duci*] Iidem hunc locum ita emendarunt: *De exercitu Marcelli, qui ex fuga Cannensi essent, in Siciliam eos traduci.* Verum si Marcelli exercitus erat, quem Nolae in praesidio habebat, quique ibi strenue navaverat operam, cur ii soli in Siciliam relegandi? cum majorem partem Cannensium reliquiarum cum Varrone in Apulia fuisse verisimile sit: de cujus tamen exercitu minime minuendo senatusconsultum factum erat. Quare ego veterem lectionem probo hoc sensu: qui ex Cannensi strage fugissent, ut ii omnes in Siciliam relegarentur, de quocunque exercitu essent. Varronis autem exercitum non minui intelligo numero: quot enim in Siciliam irent, tot in locum eorum succenturiandos. Scio autem, quae postea de Claudianis castris dicet Livius, rem nusquam ante proditam, ut mirum sit, unde ea Marcellus corraserit castra supra Suessulam, quae deinde super Vesuvium ponit, in quibus Q. Fabius consederit. GLAR. Pall. duo *De exercitu eorum, qui ex fuga Cannensi essent, in Siciliae castra duci.* sec. *De exercitu Marcelli eorum, qui ex fuga Cannensi essent, in Sicilia e castris eos traduci, atque ibi in militare.* GEBH. Laudat Glareanus *De exercitu eos, qui ex fuga.* Plerique veteres, *De exercitu Marcelli, eorum qui:* aut eodem modo, deleta voce *Marcelli.* Sed Put. et Pet. *De exercitu Marcelli, qui eorum ex fuga.* J. FR. GRON. Quod Glareanus laudat, exstat in vett. edd. id, quod emendatum dicit, in ed. Ald. primum adparuit. Vocem *Marcelli* non agnoscunt Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. et Gaertn. Deinde *ex fuga eorum qui Cannensi essent* Gaertn. *ex fuga qui eorum Cannensi essent* Voss. Lovel. 3. 4. *qui eorum ex fuga Cannensi essent* Harl. *De exercitu Marcelli qui eorum ex fuga Cannensi esset* Flor. Lovel. 2. Ber. et Hav. quomodo Gronov. etiam, nisi quod *essent* servet, supra legendum monet ad 8, 37, 8. Ideo vero nominatim de *Marcelli* exercitu, qui eorum ex fuga Cannensi essent, in Siciliam traduci jubentur, quoniam Marcellus, quum Terentius ad dictatorem dicendum Romam arcesseretur, exercitum ejus accepit, supra 22, 57. unde et legiones in castris Claudianis supra Suessulam tendentes Cannensis maxime exercitus fuisse dicuntur, infra hoc lib. c. 31, 4. Terentium postea Apuliae praefuisse, ibique exercitum habuisse non tantum ex hoc cap. constat, verum etiam ex c. 22. et 23. unde vero acceperit, et an in eo etiam ex proelio Cannensi elapsi fuerint, Livius non refert. Forte accepit partem eorum militum, quos M. Junius dictator conscripsit 22, 57. et 23, 14. Ceterum *in Siciliae castra duci* cum priscis edd. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Sed, ut Aldus edidit, *in Siciliam eos traduci*, Flor. et Voss.

§. 8. *Eodem exin dictatoris legionibus rejici*] Opinor scribendum *eodem ex tribus dictatoris legionibus.* Tot enim habuit dictator legiones, et binas consules. VALLA. *eodem exin dicta-*

Digitized by Google

litiae tempore, nisi qui ſtipendiorum legitimorum
9 eſſet. Duae legiones urbanae alteri conſuli, qui in
locum L. Poſtumii ſubfectus eſſet, decretae ſunt:
eumque, quum primum ſalvis auſpiciis poſſet, crea-
10 ri placuit. legiones praeterea duas primo quoque
tempore ex Sicilia ãdciri: atque inde conſul, cui
legiones urbanae eveniſſent, militum ſumeret quan-
11 tum opus eſſet. C. Terentio conſuli propagari in

toris legionibus Flor. et Voss. *eodem exinde dictatoris legionibus* Lovel. 2. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *eodem ex M. Dictatoris legionibus* Hearnii N. *ex dictatoris* reliqui cum omnibus editis. An autem cum Valla *ex tribus dictatoris* legendum sit, incertum est. Livius enim dictatorem cum viginti quinque millibus armatorum ab urbe profectum scribit c. 14, 4. quot vero legiones effecerint, non memorat.

Nisi quod stipendiorum legitimorum esset] MSS. *qui*. Et puto rectius *nisi qui legitimorum stipendiorum essent*. Miles dicitur *esse stipendiorum legitimorum*, qui ſtipendiorum legitimorum numerum confecit. J. FR. GRON. *esset* retineri poteſt, si *qui* singulari numero pro *quis* dictum accipiamus; quod satis frequens esse, alibi dictum eſt. Sed et potuit scriptum fuisse *quis*, et ex eo deinde, detracta ultima litera, quia eadem erat prima vocis sequentis, *qui* factum fuisse. Miles *legitimorum stipendiorum* eſt, qui legitima ſtipendia confecit. *Plurimorum stipendiorum milites* Liv. 29, 1, 12. DUK. Doujatius et Crevier. vulgatum praeferunt, hic etiam vett. edd. et cod. Victor. auctoritate firmat, quibus ex meis tantum consentiunt Lovel. 2. 3. et Ber. At Flor. et reliqui, ut et Hearnii Oxon. *qui*, quod praefero, servato tamen τοῦ *esset*. *nisi qui*, pro nisi ei, qui legitimorum ſtipendiorum esset. Proxime enim praecessit *militem*.

§. 10. *Atque inde consul* etc. *militum sumeret quantum opus esset*] Put. *sumere*. Forte, *atque inde consulem, cui* etc. *militum sumere*. J. FR. GRON. Gronovii conjecturam probat Crevier. docens in Put. *sumere* a m. 1. *sumeret* a m. 2. esse.

§. 11. *Prorogari in annum imperium*] Put. Pal. Voss. et plerique scripti *propagari*, nec non Andreas, Bec. Tarvis. ambo Veneti. Mutatum in Ascensio video. Suetonius Aug. 23. *Praesidibus provinciarum propagavit imperium*. Calig. 29. *Propagari sibi commeatum saepius desiderantem*. Cic. ad Att. 8, 3. *Ille provinciae propagator*. 5. Famil. 15. *Ea vita, in qua nihil insit, nisi propagatio miserrimi temporis*. J. FR. GRON. Ita et Flor. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii II. ac D. Solent autem hae voces saepius commutari. V. ad 38, 60, 5. et 42, 30, 9. Adde Graevium ad Cic. 5. ad Att. 17. Perizon. ad Val. Max. 4, 4, 6. et viros doctos ad Suet. Caes. 24. et Aug. 23.

§. 2. *P. et Cn. Scipiones inter se partitis copiis*] Quidam hunc

Digitized by Google

annum imperium: neque de eo exercitu, quem ad praesidium Apuliae haberet, quidquam minui.

XXVI. Dum haec in Italia geruntur adparantur- 1
que, nihilo segnius in Hispania bellum erat: sed ad eam diem magis prosperum Romanis. P. et Cn. Sci- 2
pionibus inter se partitis copias, ut Cnaeus terra, Publius navibus rem gereret; Hasdrubal Poenorum imperator, neutri parti virium satis fidens, procul

locum satis castigatum putant, si *partiti copias* legatur, et intelligunt verbum substantivum *sunt*. Quidam locum nihilominus mutilum putant. GLAR. In vet. lib. est *partitis copias*: ut legendum esse videatur *partiti sunt copias*. Ita enim 24, [35, 7.] *Ita inter se munera belli partiti sunt, ut Epicides praeesset custodiae urbis, Hippocrates adversus consulem Romanum bellum gereret.* Nisi malis *partitis copiis*, et sententiae aliquid deesset, ut 25, [32, 7.] *Optimum rati, diversis bifariam copiis, totius simul Hispaniae amplecti bellum, ita inter se diviserunt, ut* etc. SIG. Pall. tres *P. et Gn. Scipionibus inter se partitis copiis*. Forte leg. *magis prosperum Romanis, P. et Cn. Scipionibus inter se partitis copias*. Paullo ante Pal. 2. *sed ad diem illam*. GEBH. Sigonius in veteri aït est *partitis*, ut legebat Glareanus: unde scribit ille: *partiti sunt copias*, vel *partitis copiis*. Sed optimi nostri Voss. et Pall. tres: *P. et Cn.* (intellige *Publio et Cnaeo*) *Scipionibus inter se partitis copias, ut Cnaeus terra, Publius navibus rem gereret; Asdrubal Poenorum imperator*. Deest enim τὸ *mari* cum copulativa. J. FR. GRON. *P. et Cn. Scipiones inter se partitis copiis* Gaertn. Hearnii Oxon. et primae edd. neque aliter Lov. 3. nisi quod *Cn. et P. Scipiones* trajectis vocibus praeferat. Ultima verba, *partiti copias*, substituentes, emendarunt Mogunt. *P. et Cn. Scipionibus inter se partitis copiis* reliqui Msti, quorum lectionem Aldus contextui inseruit, sed inter errata lectionem Mog. revocavit. J. Fr. Gronov. ad 3, 22, 3. emendat *P. et Cn. Scipionibus ita inter se partitis copias*. Illa tamen lectio, quam hic probat, praeferenda est, quod propius ad scripturam codd. accedat, quorum nullus τὸ *ita* agnoscit. Quod autem Voss. et Pall. tres *partitis copias* praeferre tradat, vereor ne errarit. In excerptis enim Voss. apud me *partitis copiis* inveni, quod idem de Pall. testatur Gebhardus. Attamen, quin *copias* legendum sit, non dubito. Insuper distinctionem hic mutavit Cl. Crevier. quam adoptavi. Mox edebatur *Publius mari navibusque*. Et ita plerique codd. Sed *Publius navibus* Flor.

Procul ab hoste, intervallo ac locis tutis tenebat se] Optimi *tutus*. 27, [18, 14.] *Concursatorem hostem atque intervallo tutum*. 28, [22, 3.] *Urbem aut situ ac munimento tutam*. 31, [41, 9.] *Tumulum quamvis levi munimento tutum*. Ovidius 13. Met. [912.] *Constitit hic; et tuta loco*. Tacit. 3. Hist. [9.] *Castra per-*

Digitized by Google

ab hofte, intervallo ac locis tutus, tenebat se: quoad multum ac diu obteftanti quatuor millia peditum, et quingenti equites in supplementum miffi ex Afri-
3 ca sunt. Tum, refecta tandem spe, caftra propius hoftem movit: claffemque et ipse inftrui pararique
4 jubet, ad insulas maritimamque oram tutandam. In ipso inpetu movendarum de integro rerum, perculit eum praefectorum navium transitio: qui, poft claffem ad Iberum per pavorem desertam graviter

muniit, tutus loco, quum terga flumine, latera objectu paludis tegerentur. Florus 2, 3. *Tuti locis et fuga.* J. FR. GRON. Ita etiam eft in Flor. Insuper *prope ab hoste* edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Tenebat se: cui multum ac diu obtestanti] Voss. et Pall. *quo id multum.* Pall. alter, Gud. Mureti: *quoad multum.* Recte. Valet hic illa particula non *quamdiu*, ut cum Cicero aït, *quoad erit integrum:* sed *tam diu donec.* ut ipse Livius 26, [46, 10.] *Quoad dedita arx est, caedes tota urbe passim facta.* V. Gellium 7, 21. J. FR. GRON. *cui id multum* Lovel. 5. *qui id multum* Gaertn. *quo multum* Lov. 4. *quo id multum* Flor. Cant. Lovel. 1. 3. Harl. et Hearnii N. *quoad id multum* Hav. *quoad multum* Lovel. 2. Ber. et Hearnii L. 1. Liv. hoc lib. c. 34, 14. *Qui rem gereret, quoad Mucius convaluisset.* 2, 12, 16. *Ceteri, quoad te opportunum fortuna dederit, aderunt.* 7, 34, 3. *Id morae Samnitibus est, quoad totum in vallem infimam demitterent agmen.* 8, 2, 4. *Tempus induciis daret, quoad legati redissent.* c. 23, 12. *Pro consule rem gereret, quoad debellatum cum Graecis esset.* V. Cort. ad Sall. Jug. 41. Hanc lectionem probavit etiam Crevier. et in contextum recepit, quod imitatus sum. Mox vocem *quingenti* nesciunt Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Caussam v. ad 37, 40, 11.

§. 3. *Tum, refecta tandem spe*] Nescio, ut placet. *refecta castra* dicimus, et *refectos milites: refecta spe* haud scio, quam sit in usu. GLAR. Non aliter tamen Pall. tres, et vet. ed. GEBHARD.

§. 5. *In Tartesiorum gente*] Hoc quoque loco iidem *Carpesiorum*, pro *Tartesiorum*, reposuerunt; quod nomen haud usquam, quod equidem sciam, lectum eft. Tartesos vero oppidum ad Calpen, ita a Graecis dictum, alias Carteia, ut Plinius 3, 1. innuit. Nec diftantia ab Ibero impedit, cum Hasdrubal alibi ad oceanum usque fugisse dicatur. GLAR. Glareanus nusquam se legisse *Carpesios* populos aït; itaque *Tartesios* mavult, a *Tartesso*, oppido ad Calpen sito. *Carpesiorum* tamen ad Iberum meminit Polyb. 3, [14.] Et Stephanus ita: *Καρπήσιοι ἔθνος Ἰβηρικὸν τῶν ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ.* SIG. Hoc [*Carpesiorum*] natum

Digitized by Google

increpiti, numquam deinde satis fidi aut duci, aut Karthaginiensium rebus fuerant. Fecerant hi transfugae motum in Carpesiorum gente, desciverantque iis auctoribus urbes aliquot: una etiam ab ipsis vi capta fuerat. In eam gentem versum ab Romanis bellum est; infestoque exercitu Hasdrubal ingressus agrum hostium, pro captae ante dies paucos urbis moenibus, Galbum, nobilem Carpesiorum ducem, cum valido exercitu castris sese tenentem, adgredi

Moguntiaci: accepit inde primus Aldus, in Erratis hujus tomi sic corrigendum monens: deinde Juntas, Frobenius, et omnes. Andreas, Beccar. Aldus ipse in corpore Livii: *Carthesiorum*. Duae Ven. Ascens. Savet. *Tarthesiorum*. Hinc Glareanus *Tartesiorum* mavult, Sigonius *Carpesiorum*. Sane *Καρπήσιοι* Polybio, qui Livio superiore in historia *Carpetani*: et ad illum respexit Stephanus, cui *Καρπήσιοι ἔθνος Ἰβηρικόν*. Caeterum MSS. litem fere dant secundum Glareanum. Put. Petaviani, Men. Reg. Voss. Pall. *Tartessiorum*, aut *Tartesiorum*. duo alii Pall. *Carthesiorum*. Nusquam *Carpesiorum*. nec id ex membranis expressisse, sed ex Polybio finxisse videntur. J. FR. GRON. Tartessus ad ostia Baetis haud procul oceano erat. Sed, Asdrubalem non tam longe ab Ibero abfuisse, indicio sunt quaedam, quae his quatuor capitibus scripta sunt. Nec juvat Glareanum, quod Liv. 21, 21. tradit, Asdrubalem *ad oceanum cessisse*: addit enim mox *eis Iberum ad socios tutandos retractum* fuisse. Si de situ urbis *Asenae*, sive, ut in MSS. est, *Ascuae* constaret, certius aliquid hic dici potuisset. Sed de ea omnes silent. DUK. *Carpesiorum* in nullo etiam apud me scripto supereſt. *Tartesiorum* legunt Flor. Cant. Lov. 5. et Harl. *Tacesiorum* Lovel. 2. *Tarcesinorum* Lov. 4. Reliqui *Carcesiorum*, *Cartesiorum*, *Carthesiorum*, *Carchesiorum*, vel *Chartesiorum*. Nic. Heinsius *Carpesiorum* defendere videtur ad Nason. 14. Met. 416. Certe ejus lectionis exemplo eamdem multis scriptorum locis restituere conatur. Ipsam illam scripturam multis etiam tuetur Doujatius. Contra Jac. Gronov. Diss. epist. ad Liv. loca Geogr. Ep. 3. p. 23. *Tartessiorum* probasse necesse est ex illis, quae cap. seq. §. 2. de urbe Asena notavit. Huic etiam sententiae calculum adjecit Crevier. idque in contextum admisit: praeterea edidit etiam *hi transfugae*. Et ita Flor. plurescque alii.

§. 6. *Galbum nobilem Carpesiorum* etc. *castris se detinentem*] Optimi *Chalbum nobilem Tartessiorum ducem*. Tum *castris seletenentem*, non *detinentem*, quod vix est hoc sensu Latinum. Corrige *castris sese tenentem*. 31, [24, 17.] *Intra muros deinde tenentibus milites Atheniensibus*. J. FR. GRON. Hearnius *Ralbum* in L. 1. *Thalbum* in D. invenit. ego *Calbum* in Lovel. 3. 5. Ber. Hav. et multis edd.

Digitized by Google

7 statuit. Praemissa igitur levi armatura, quae eliceret hostes ad certamen, peditum partem ad depopulandum per agros passim dimisit, ut palantes ex-
8 ciperent. Simul et ad castra tumultus erat, et per agros fugaque et caedes; deinde undique diversis itineribus quum in castra se recepissent, adeo repente decessit animis pavor, ut non ad munimenta modo defendenda satis animorum esset, sed etiam ad
9 lacessendum hostem proelio. Erumpunt igitur agmine e castris, tripudiantes more suo; repentinaque eorum audacia terrorem hosti, paullo ante ultro la-
10 cessenti, incussit. itaque et ipse Hasdrubal in collem satis arduum, tutum flumine etiam objecto, tum copias subducit, et praemissam levem armaturam

antt. *Culbum* in Lovel. 4. *Chalbum* in Flor. Voss. Lovel. 1. 2. Harl. Gaertn. et Hearnius in D. *se detinentem* ex mero librariorum errore, pro *se tenentem*, natum existimat Gronov. 3. Obs. 20. ubi plura hujus generis peccata profert. Hic tamen melius ex vestigiis Put. *sese tenentem* legit. *sede tenentem* est in Flor. De locutione *tenere se castris* v. ad 8, 2, 1.

§. 7. *Eliceret hostes ad pugnam*] Meliores *ad certamen*. J. FR. GRON. Ita et Flor. (* v. ad 38, 3, 10.) Paullo ante *Praemissa ergo* Gaertn. et edd. vetustae. V. ad 21, 40, 6. Mox autem *ad depopulandum agrum* Lov. 3.

§. 8. *Decessit animis pavor*] Pall. sec. *decessit animis pavore*. Statim vero tert. *ut non ad munita modo defendenda satis animorum esset*. GEBH. In fine hujus §. *ad lacessendum proelio hostem*, alio ordine, Flor. et Ber.

§. 9. *Erumpunt igitur agmine e castris*] *Eruperunt igitur* Pal. 3. GEBH. Praepositionem omittunt Lov. 4. 5. et Ber. quemadmodum *ultro* Cant. Lov. 3. et Hav. a m. 1.

§. 10. *Tutumque flumine etiam objecto, tum copias subducit*] Cantabrig. ejecta copula, quae nihil huc facit, *tutum flumine* etc. Itidem ex Put. notavit Salmas. JAC. GRON. Ita et Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Omnium igitur horum auctoritate expunxi, quod etiam fecit Cl. Crevier. qui ad haec notat, particulam *tum* redundare. In seqq. *recepit* omnes ante Gronov. edd. consentientibus Flor. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. Praeterea *permuniit* iterum edd. usque ad ultimam Gruteri, quae *permunit*

Digitized by Google

equitesque palatos eodem recipit: nec aut colli aut flumini satis fidens, vallo castra permunit. In hoc 11
alterno pavore certamina aliquot sunt contracta. nec Numida Hispano eques par fuit; nec jaculator Maurus caetrato, velocitate pari, robore animi viriumque aliquantum praestanti.

XXVII. Postquam neque elicere Poenum ad cer- 1
tamen obversati castris poterant, neque castrorum obpugnatio facilis erat; urbem Ascuam, quo, fines 2
hostium ingrediens, Hasdrubal frumentum commeatusque alios convexerat, vi capiunt, omnique circa agro potiuntur. nec jam, aut in agmine, aut in castris, ullo imperio contineri. Quam ubi neglegen- 3
tiam ex re (ut fit) bene gesta oriri senserat Hasdru-

substituit. Sed *permuniit* servant Ber. et Gaertn. *permunivit* Lov. 4. An viris doctis displicuit, praesenti *subducit* subjungi *recepit* ac *permuniit*? Hanc tamen temporum commutationem frequentem esse, vidimus ad 3, 46, 9.

§. 11. *Nec jaculator Maurus cetrato, velocitate pari*] Pal. 2. *certato, velocitate par.* tert. *carceto.* Probo vulgatum. Liv. 31, 36, 1. *Nocte cetratos, quos peltastas vocant, loco opportuno inter bina castra in insidiis abdiderat.* Conferatur 35, 27, 5. et 38, 11. GEBH. Latinius, apud quem supra hoc cap. cod. Brancal. legebat *Cartesiorum*, similiter hic *Cartesiorum* legendum conjecit. Ejus loco *caeticito* est in Flor. unde illud certe efficio, per diphthongum scribendum esse *caetrato.* V. ad 21, 21, 12.

§. 1. *Neque elicere Poenum ad certamen obversati castris*] *nec elicere* Lovel. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. V. ad 9, 9, 14. Tum *obversantes* Flor. a m. 1.

§. 2. *Urbem Asenam*] Vet. lib. *Ascuam.* SIG. Pall. tres, et vet. ed. *Ascuam, quo finis hostium.* tert. tamen *qua finis.* GEBH. Omnes, ut et Sigonianus *Ascuam.* J. FR. GRON. Ita et omnes mei, nisi quod *Ascunia* sit in Harl. *Vascuam* legit Brancal. Latinii. *Ascuam* tuentur etiam edd. quas vidi, Mediol. anni 1505. priores: quam scripturam reduxi; *Asenam* enim ex aberratione natum videtur. Cl. Jac. Gronov. in diss. epist. ad loca Geogr. Livii ep. 3. p. 23. ex vestigiis vett. codd. *Massiam* legendum censet. Quae quum Hispaniae urbs in Tartessiis sit, supra etiam *Tartessiorum*, pro *Carpesiorum*, restituendum indicat. *Escuam* legit Doujatius.

In agmine, aut in castris, ullo imperio contineri] Quod ha-

Digitized by Google

bal, cohortatus milites, ut palatos sine signis hostes adgrederentur, degressus colle, pergit ire acie in-
4 structa ad castra. quem ut adesse tumultuose nunciavere fugientes ex speculis stationibusque, ad ar-
5 ma conclamatum est. Ut quisque arma ceperat, sine imperio, sine signo, incompositi, inordinati in proelium ruunt. Jam primi conseruerant manus, quum alii catervatim currerent, alii nondum e ca-
6 stris exissent. tamen primo ipsa audacia terruere hostem. deinde, rari in confertos inlati, quum paucitas

betur in Pal. 2. *contineri poterat*, ex affrictu interpretis irrepsit. GEBH. Ita et Hearnii D. quod recte displicuit Gebhardo. V. ad 1, 50, 5.

§. 3. *Ut palantes sine signis hostes*] Scripti *ut palatos sine signis hostes*. J. FR. GRON. Ita et mei, atque Hearnii Oxon. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 1, 11, 1. Paullo ante *neglegentiam* Flor. V. ad 2, 11, 4.

§. 4. *Digressus colle*] *degressus*, ut alias. SIG. Ita Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. et alii. neque aliter edd. ante Froben. anni 1531. praeter unam vel alteram, quae jam perperam *digressus* exhibuit. V. ad 4, 17, 11.

Tumultuosi nuncii, refugientes ex speculis stationibusque, adtulere] Optimi *adesse tumultuose nunciares fugientes*. Posses suspicari τὸ *attulere* a mala manu esse, et scribendum, *quem ut adesse tumultuose nunciavere refugientes ex speculis stationibusque, ad arma conclamatum est*. Putaverunt fartores, deesse substantivum, ideo fecerunt *nuncii*, et postmodum illud adjecerunt. 42, [65, 12.] *Quum ex frumentatoribus refugientes quidam in castra nunciassent consuli, circumsideri praesidium*. J. FR. GRON. *tumultuose fugientes* Ber. et Lov. 5. *tumultuose nunciantur fugientes* Harl. *tumultuose nunciares fugientes* Cant. Lovel. 2. et Flor. a m. 1. qui *nunciare* legit a m. 2. et ita est in Voss. Lov. 1. 3. 4. Rec. Gaertn. Hearnii L. 1. N. omnibusque edd. Ascensio prioribus. *tumultuose nunciavere fugientes* Hafn. et Hav. quin etiam *adtulere* exsulat a Rec. Ab edd. principum lectione prima discessit Mediol. anni 1505. quae et ipsa *adtulere* omisit. Hinc Ascens. anno 1510. *tumultuose nuncii fugientes* edidit. Tum *tumultuosi refugientes* Ascens. anni 1513. Vulgatum vero in primo inveni Mogunt. quod mox Aldus in erratis, et tantum non omnes recentiores usque ad Gronov. adoptarunt. Sed Gronovii emendatio vera est, nisi quod *fugientes*, pro *refugientes* servari posse existimem. Quod vero omissionem substantivi erroris caussam putet, id quidem alibi saepe accidit, ut vide-

Digitized by Google

citas parum tuta esset, respicere alii alios, et undique pulsi coïre in orbem; et dum corporibus ad- 7
plicantur, armaque armis jungunt, in artum compulsi, quum vix movendis armis satis spatii esset, corona hostium cincti, ad multum diei caeduntur. Exigua pars, eruptione facta, silvas ac montes pe- 8
tit: parique terrore et castra sunt deserta, et universa gens postero die in deditionem venit. Nec 9
diu in pacato mansit. nam subinde ab Karthagine adlatum est, ut Hasdrubal primo quoque tempore in Italiam exercitum duceret. quae vulgata res per Hi-

bimus ad 34, 56, 11. hic vero *fugientes* vel *refugientes* substantivi vice est. Mox *conclamatum*, omisso τῷ *est*, Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Frob. anni 1531.

§. 6. *Tum primo ipsa audacia terruere hostem*] Scripti *tamen primo ipsa audacia*. J. FR. GRON. Ita et mei praeter Lov. 2. et Gaertn. Et quidem *tamen* hic eo sensu, quo exponit Gronov. ad 23, 19, 12. Solent autem *tamen* et *tum* commutari a scribis. V. ad 22, 17, 5.

§. 7. *Dum corporibus adplicantur*] *dum cornibus* Lovel. 4. *dum corpora corporibus applicantur* Lovel. 3. Ber. Hafn. Hav. et Brancal Latinii; quae lectio multum placet Cl. Crevier. *applicant* Flor.

Corona hostium cincti] Pal. 3. *corona militum*. GEBH. Ita et Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. usque ad Aldum.

§. 8. *Parique terrore et castra sunt deserta*] Pal. 3. *et castra sunt relicta*. GEBH.

§. 9. *Nec diu in pacato mansit*] Exercitum *in pacato* ac *in hostico esse*, saepius lectum est apud authores. Regionem aut gentem *in pacato manere*, haud scio, quam sit frequens. GLAR. Displicet genus dicendi Glareano. Possis intelligere *statu*: aut lege, *Nec diu pacata mansit*. nempe *gens*. J. FR. GRON. De priore assentirer, si ostensus fuisset locus alicujus probati scriptoris, qui ita dicit *in pacato*, ut suppleri possit *statu*. *solo*, *loco*, vel *agro* sine dubio suppleri potest, nam opponitur *hostico*. Liv. 8, 34, 9. *Vagi milites in pacato, in hostico errent*. 29, 2, 2. *Hostico, tamquam pacato, clementer ductis militibus*. Nollem amico ad Obseq. c. 101. excidisset conjectura *in pace commansit*. Quis umquam ita locutus est? aut quem auctorem habet *commanere*? Certe non credo Livium. DUK. Gebhardus ad 3, 10, 13. notat, hic male Glareanum haerere: verum ipse loco inlustrando nihil addit, nisi quod hanc locutionem similem putet illis *esse in integro*, *in facili*, *in tuto*. Doujatius credit, *in pacato mansit* etiam ad Hasdrubalem referri posse: quod

Digitized by Google

spaniam omnium ferme animos ad Romanos avertit.
10 Itaque Hasdrubal extemplo literas Karthaginem mittit, indicans, quanto fama profectionis suae damno fuisset. *Si vero inde pergeret, priusquam Iberum*
11 *transiret, Romanorum Hispaniam fore. Nam, praeterquam quod nec praesidium, nec ducem haberet, quem relinqueret pro se; eos imperatores esse Romanos, quibus vix aequis viribus resisti possit.*
12 *Itaque si ulla Hispaniae cura esset, successorem sibi cum valido exercitu mitterent: cui, ut omnia prospere evenirent, non tamen otiosam provinciam fore.*

sequentia aperte refellunt. Cl. Crevier. posteriorem Gronovii conjecturam probat.

Omnium ferme animos ad Romanos avertit] Refert in Pal. 1. ac 3. *omnium fere animos ad Romanos advertit.* GEBH. *fere* omnes edd. ante Aldum. Deinde *ad Romanos advertit* etiam Voss. Lovel. 1. 4. 5. et Ber. Male. V. ad 35, 31, 1.

§. 10. *Si vero inde pergeret*] Loquendi forma suspecta est Cl. Crevier. qui legi posse existimat, *Si movere inde pergeret.* Verum ita Liv. 3, 6, 7. *Pergit inde infestus in agros Romanos.* inde abiret; proficisceretur.

§. 11. *Quem relinqueret pro se; imperatores esse Romanos*] Meliores, *quem relinqueret prope eos imperatores esse Romanos.* Ita plane Put. Scribe, *quem relinqueret pro se: eos imperatores esse Romanos.* Nisi malis, *quem relinqueret prope eos imperatores*, extrito τῷ *esse.* J. FR. GRON.

§. 12. *Cui si omnia prospere evenirent*] Idem, Pet. Men. carent particula *si.* Nempe fuit, *cui ut omnia evenirent.* Tale vitium apud Caesarem 2. de bello Gall. in princ. *qui Germanos diutius in Gallia versari nollent, ita populi Romani exercitum hiemare atque inveterascere in Gallia moleste ferebant.* Nam et sensus et Graecus interpres volunt, *qui ut Germanos.* Usus particulae idem apud eundem 3. de Gall. [9.] *Ac jam ut omnia contra opinionem acciderent, tamen se plurimum navibus posse.* J. FR. GRON. Particula *si* exsulat etiam a Flor. Voss. Lovel. 1. et Hav. Illud autem *ut*, quod ejus loco Gronov. adscivit, facile, ut Crevier. notavit, absorberi potuit ab ultimis duobus literis vocis proximae. Ejus conjecturam probavit Nic. Heins. ad Ovid. 7. Heroïd. 21. ubi similiter *Omnia ut eveniant*, pro *si eveniant*, legendum docet. De vocula *ut* pro quamvis v. ad 22, 25, 2. Deinde *prospera* Lovel. 4. et 5. Male. V. ad 9, 19, 10.

§. 1. *Tamen quia Italiae cura prior potiorque erat*] *potiorque* desideratur in Pal. 1. 3. et vet. ed. GEBH. Desideratur et-

Digitized by Google

XXVIII. Hae literae quamquam primo admodum 1
moverunt senatum; tamen, quia Italiae cura prior
potiorque erat, nihil de Hasdrubale, neque de co-
piis ejus mutatum est. Himilco, cum exercitu justo 2
et aucta classe, ad retinendam terra marique ac
tuendam Hispaniam, est missus; qui, ut pedestres 3
navalesque copias trajecit, castris communitis, na-
vibusque subductis et vallo circumdatis, cum equi-
tibus delectis ipse, quantum maxime adcelerare pot-
erat, per dubios infestosque populos juxta intentus
ad Hasdrubalem pervenit. Quum decreta senatus 4

iam in Cant. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et editis ante Aldum. Supra 2, 48, 1. *Neque bella, neque delectus, neque ullam aliam priorem curam agere.* 39, 32, 11. *Meminisse eum debere prius, se consulem populi Romani, quam fratrem P. Claudii esse.* At alibi etiam *prior potiorque* junguntur. V. ad 5, 25, 4. Et ita hic praefert Flor. Praeterea *tamen quoniam* Voss. V. ad 40, 13, 7. Mox *mutatum est*, addita ultima voce, Flor. Voss. Lovel. quinque, Cant. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. D. omnesque excusi ante ultimam Grut. ed. quod revocavi.

§. 2. *Ac tuendam Hispaniam missus est*] Exhibet Pal. 3. *ac tutandam Hispaniam.* GEBH. V. ad 28, 20, 1.

§. 3. *Juxta intentus*] Puto hoc dici, aeque, haud minus intentus ad cavendas insidias aut vim, quam infesti illi ac dubii populi ad insidias ipsi struendas, aut vim faciendam. Tamen *juxta* hac significatione fere ponitur additis quibusdam, ut *juxta ac, ac si, atque*, et aliis. Sic *aeque* et *perinde*. Hoc tamen solum est in Livio 4, 37, 6. *Sed nec perinde Patres moti sunt.* Et Suet. Aug. 80. *Coxendice, et femore, et crure sinistro non perinde valebat.* et Tib. 52. *Itaque ne mortuo quidem perinde adfectus.* In quibus supplenda sunt argumento convenientia. DUK. (* Ita *juxta* 24, 5, 13.)

§. 4. *Undique abierat, antequam consentirent*] Vos haec ultima verba sic emendatis, *antequam eum sentirent.* Ego *antequam consules sentirent.* Si quidem duo consules tunc in Hispania erant, quos ille fefellit. *Carthaginiensis* et *consules* una syllaba scriptum erat, ut in plurimis verbis fit. Porro illud [in praecedentibus] inemendatum reliquistis *atque edocuisset:* quod est ita emendandum, *atque edidicisset*, vel *atque edoctus fuisset:* videlicet, quomodo ille, ad quem venerat, tractare bellum vellet. VALLA. Vulgata lectio *antequam populi consentirent* tuetur se auctoritate vet. ed. A Pall. 1. et 3. resectum est *populi.* sec. legit *antequam eum sentirent.* GEBH. Sic [*antequam populi*

Digitized by Google

mandataque exposuisset, atque edidicisset ipse in vicem, quemadmodum tractandum bellum in Hispania foret, retro in sua castra rediit; nulla re, quam celeritate, tutior, quod undique abierat, antequam
5 consentirent. Hasdrubal, priusquam moveret castra, pecunias imperat populis omnibus suae ditionis, satis gnarus, Hannibalem transitus quosdam
6 pretio mercatum: nec auxilia Gallica aliter, quam conducta, habuisse; inopem, tantum iter ingressum, vix penetraturum ad Alpes fuisse. pecuniis igitur ra-
7 ptim exactis, ad Iberum descendit. Decreta Karthaginiensium et Hasdrubalis iter ubi ad Romanos sunt perlata, omnibus omissis rebus, ambo duces, junctis copiis, ire obviam coeptis atque obsistere
8 parant; rati si Hannibali, vix per se ipsi tolerando

consentirent] quidem jam et Andreas. Scripti omnes *antequam consentirent*. Nec aliter invenit Valla: qui reprehendit aemulos suos corrigentes, *eum sentirent*: ipse subjecit, *consules sentirent*. Sed Publius et Cnaeus jam desierant esse consules. Quin salva sit vetus scriptura: nimirum Hispani ubique, qua transibat, ad eum obruendum. Non enim poterat fieri sine coetu et concursu, quum delectos equites praesidium secum traheret Himilco. J. FR. GRON. Vallae emendationem recepit Hearnii D. *antequam sentirent* est in Lovel. 3. et Hafn. *antequam consentiretur* in Lovel. 4. Ceterum paullo ante in vitiosam lectionem *edocuisset* consentiunt omnes scripti; at typis impressi Vallae emendationem *edidicisset* probarunt.

§. 5. *Satis gnarus, Hannibalem*] *satis ignarus* Flor. a m. 1. Cant. Lovel. 1. 2. et Harl. *satis non ignarus* Gaertn. *haud ignarus* Lovel. 3. Paullo ante *pecuniam imperat* Lov. 4. et 5. Sed *pecunias exigere*, mox hoc cap. *pecunias cogere* 43, 2, 12. et similia passim.

§. 8. *Illico Romani finem imperii fore*] Pall. tres, et vet. ed. *illis finem Romani imperii fore*, ex ignoratione particulae *illico*. GEBH. Tres Pall. Men. Vos. et editiones usque ad Ascensium *illis Romani*. Pet. melior *illus*. Put. vere et elegantissime *illum Romani*. 2, [11, 10.] *Ita caesis in medio praedatores, neque ad pugnam viribus pares, et ad fugam septis omnibus viis: finisque ille tam effuse vagandi Etruscis fuit*. 3, [36, 1.] *Ille finis Appio alienae personae ferendae fuit*. Iterumque [c. 70, 7.] *Ii finis pugnae equestris fuit*. l. 6. extremo. *Et ne is quidem finis cer-*

Digitized by Google

Italiae hosti, Hasdrubal dux atque Hispaniensis exercitus esset junctus, illum Romani finem imperii fore. His anxii curis ad Iberum contrahunt copias; 9
et, transito amne, quum diu consultassent, utrum castra castris conferrent, an satis haberent, sociis Karthaginiensium obpugnandis, morari ab itinere proposito hostem, urbem a propinquo flumine Iberam adpellatam, opulentissimam ea tempestate regionis ejus, obpugnare parant. 10 quod ubi sensit Hasdrubal, pro ope ferenda sociis, pergit ipse ire ad urbem, deditam nuper in fidem Romanorum, obpugnandam. 11 ita jam coepta obsidio omissa ab Romanis est, et in ipsum Hasdrubalem versum bellum. 12

XXIX. Quinque millium intervallo castra distantia habuere paucos dies: 1 nec sine levibus proeliis,

taminis fuit. J. FR. GRON. *illis* Lovel. 3. 4. 5. Harl. et Gaertn. *illius* Cant. *illus* Flor. a m. 1. *illos* a m. 2. Sed recte Gronov. *illum*, quod etiam in Lov. 1. et 2. fuisse videtur. Et ita Gronov. hic emendandum etiam infra docuit ad 27, 17, 10. V. etiam ad 1, 44, 2. et 45, 39, 10. Paullo ante *tolerabili Italiae hosti*, pro *toleranda*, Ber. et Hearnii N. in margine.

§. 9 *Utrum castra castris conferrent, si satis haberent*] Vos sic emendatis: *utrum castra castris conferrent, an tum haberent.* Quae sententia non habet exitum. Ego sic, *an satis haberent.* VALLA. *conferrent, tantum haberent* Lovel. 2. *conservent tantis haberent* Voss. (cui tamen *satis* pro varia lectione adscriptum est) Flor. Cant. Lovel. 1. 2. et Harl. *utrum castris castra conferentes tantisper haererent, sociis Karth. opp. moraturi ab itinere* Hav. Paullo ante *ad Iberum conferunt copias* Hearnii D.

§. 11. *Deditam nuper in fidem Romanam*] *in fidem Romanorum* Flor. Cant. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. D. et tres Crevierii. Neque aliter habent edd. antt. pro quo quum Paris. anno 1573. *in fidem Rom.* dedissent, idque proximi editores servassent, Gruter. tandem *in fidem Romanam* in ultima ed. substituit. Quo ejecto, veterem lectionem revocavi. Paullo ante *pergit ire ipse* Flor. Lovel. 1. 5. Harl. Ber. et Hav.

§. 1. *Quinque millium intervallo castra distantia habuere*] Pal. 3. *Quinque millium distantia intervallo castra.* GEBH. *distincta habuere* Lov. 3. Tum *nec in aciem ut exirent* Harl. Sed τὸ *nec* non est in Hafn.

Digitized by Google

2 nec ut in aciem exirent. tandem uno eodemque die velut ex composito utrimque signum pugnae propositum est, atque omnibus copiis in campum descen-
3 sum. Triplex stetit Romana acies. velitum pars inter antesignanos locata, pars post signa accepta,
4 equites cornua cinxere. Hasdrubal mediam aciem

§. 2. *Omnibus copiis in campum descensum est*] Verbum *est* et potest commode abesse, quia paullo ante *propositum est*, nec invenicbatur in Gud. et Mureti libris. J. FR. GRON. Id etiam delevi, postquam a Flor. et Ber. abesse viderim.

§. 3. *Triplex stetit Romana acies. peditum pars ante signa locata*] Nescio, quid conceperint Pall. tres: *Triplex stetit acies Romana. peditum pars inter ante signa locata.* GEBH. Pet. Men. tres Pall. *pars interante signa.* Put. *Velitum pars interantesignalos locata.* Unde scribendum haud dubie: *velitum pars inter antesignanos locata.* Sic 30, [33, 3.] *Vias patentes inter manipulos antesignanorum velitibus complevit.* 38, [21, 2.] *Quod ubi Romani viderunt, expediunt sese ad pugnam. ante signa modico intervallo velites eunt.* Sunt ergo de Livii sententia non omnes antesignani velites. Quod et indicat 27, [18, 2.] *In eas velites, antesignanique, et qui primi agminis erant.* Et Vegetii 2, 2. *Legio autem propriis cohortibus plena, cum gravem armaturam, hoc est, principes, hastatos, triarios, antesignanos, item levem armaturam, hoc est, ferentarios, sagittarios, funditores, balistarios, cum proprios et sibi insitos equites legionarios iisdem matriculis teneat.* Est autem haec mens ejus: triplex stetit Romana acies, hastatorum, principum, triariorum: hos intellige partim antesignanos, partim sub signis: extra hunc numerum velites, quorum alios intermistos antesignanis, alios post signa locatos fuisse ait: tum equites in duo cornua divisum. *Velites* autem hic intellige, non illos eximios, quos l. 26, [4.] demum in obsidione Capuae institutos narrat, consentiente Valerio Maximo 2, 3. sed in genere levis armaturae militem. Non aliter disposuerat l. 8, [8.] nam ibi quoque hastatos et principes *antesignanos* facit; hastatorum manipulis singulis addit vicenos leviter armatos. Est autem vox eadem corrupta vulgo apud Frontinum 2, 3, 17. *Tum postsignanis, qui in secunda acie erant, imperavit, ut densos numerososque palos firme in terram defigerent: intraque eos, appropinquantibus quadrigis, ante signa nostram aciem recepit.* Lego *antesignanorum aciem recepit.* J. FR. GRON. *peditum pars inter ante signa locata* etiam Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. Salmas. de re milit. Rom. c. 17. p. 1412. vulgatum ita exponebat, quasi Livius duplicem aciei Romanae divisionem dedisset; alteram his verbis, *Triplex stetit Romana acies*, nempe hastati, principes, triarii; alteram verbis sequentibus; ubi per *partem peditum ante signa locatam* intelligit velites, triplici priori acie non comprehensos; per *partem post si-*

Digitized by Google

Hispanis firmat: in cornibus, dextro Poenos locat, laevo Afros mercenariorumque auxilia: equitum Numidas Poenorum peditibus, ceteros Afris pro cornibus obponit. nec omnes Numidae in dextro locati 5 cornu, sed quibus, desultorum in modum, binos trahentibus equos inter acerrimam saepe pugnam in

gna acceptam, reliquam peditum aciem trifariam in hastatos, principes, triarios divisam. Quamvis autem ipse Gron. ep. ad Salmas. edita a Cel. Burm. in Syll. tom. 2. p. 610. se ex ejus sententia *peditum* malle fateatur, attamen lectionem, quam hic ex Put. eruit, veriorem esse puto. Eamdem etiam probavit, et diligenter exposuit Schel. ad Hygin. p. 1053. Voces *pedites* et *velites* etiam alibi commutantur. V. Gronov. ad 33, 7, 4. Praeterea *acies Romana* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. et typis excusi ante Ald.

§. 4. *Laevo Afros: mercenariorumque auxilia equitum* etc.] Alb. Rubenius monuit me scribendum et distinguendum: *laevo Afros mercenariorumque auxilia: equitum Numidas Poenorum peditibus, caeteros Afris pro cornibus apponit.* Facile amplector, nisi quod τὸ *opponit* mutare nondum audeo. Auctor de bello Afr. [13.] *Sagittarios ante aciem constituit: equites dextro sinistroque cornu opponit.* Livius 2, [47, 6.] *Manlius consul revectus in castra, ad omnes portas milite opposito, hostibus viam clauserat.* 27, [48, 5.] *Circa eos laevo in cornu adversus Claudium Gallos opponit.* 34, [15, 7.] *Non sustinuit impetum eorum statio, quae portae opposita erat.* 37, [39, 9.] in acie Romana adversus Antiochum: *ultra eos equitum minus tria millia opposuit.* Et mox: *quatuor tamen inde turmae equitum oppositae.* Et in acie Antiochi [c. 40, 5.] *Ad latus dextrum phalangitarum mille et quingentos equites Gallograecorum opposuit.* Haec propemodum exigunt: *equitum Numidas Poenorum peditum, caeteros Afrorum pro cornibus opponit.* Et sane Voss. m. 2. inter versus *Afrorum.* J. FR. GRON. Liv. 6, 23, 12. *Validamque stationem pro castris obponit.* 10, 36, 6. *Praevectus ad portam castrorum, ac statione equitum ibi obposita* etc. *obstitit profuse tendentibus suis in castra.* Idem verbum Amm. Marc. 19, 6. vindicavit Jac. Gronov. adversus Henr. Vales. similiter *oppositi* in *appositi* mutantem. Doujatius Rubenio adsentitur, et existimat, *opponere* in exemplis a Gronov. laudatis ad hostes referri. Eamdem lectionem probat et in contextum recipit Crevier. tum quod sensus rationem id efflagitare putet, tum quod unus suorum codd. ita praeferat. Ex meis *apponit* etiam Ber. a m. 2. et tamen partim codd. reliquorum auctoritas, partim laudata exempla efficiunt, ut Gronovio adhaeream.

§. 5. *Nec omnes Numidae in dextro locati cornu*] Pal. 3. *nec trecenti Numidae.* GEBH. Mox *transilire*, pro *transultare*, perperam Hav. Eodem tamen verbo in hac re utuntur Flor. 3, 3, 10. et Hygin. fab. 80.

Digitized by Google

recentem equum ex fesso armatis transsultare mos erat: tanta velocitas ipsis, tamque docile equorum
6 genus est. Quum hoc modo instructi starent, imperatorum utriusque partis haud ferme dispares spes erant. nam ne multum quidem, aut numero, aut genere militum, hi aut illi praestabant. Militibus lon-
7 ge dispar animus erat. Romanis enim, quamquam procul a patria pugnarent, facile persuaserant duces, pro Italia atque urbe Romana eos pugnare. itaque, velut quibus reditus in patriam eo discrimine pugnae verteretur, obstinaverant animis, vincere
8 aut mori. Minus pertinaces viros habebat altera acies. nam maxima pars Hispani erant: qui vinci in Hispania, quam victores in Italiam trahi, malebant.
9 Primo igitur concursu, quum vix pila conjecta essent, retulit pedem media acies, inferentibusque
10 sese magno inpetu Romanis terga vertit. Nihilo segnius in cornibus proelium fuit. hinc Poenus, hinc

§. 7. *Pro Italia atque urbe Romana*] Ita Gron. edidit, consentientibus omnibus scriptis. Antea vulgabatur *urbe Roma*. V. ad Epit. Liv. 49. Paullo ante *τὸ enim* abest a Lovel. 4. Et §. praec. *τὸ erat* exsulat a primis edd.

§. 9. *Inferentibusque sese magno inpetu Romanis*] *inferentibusque se magno* Flor. Lovel. 4. 5. Hav. et Hearnii N. a m. 2. Mox *vertit terga* Flor.

§. 10. *Nihilo segnius in cornibus proelium fuit*] Praepositionem non agnoscunt Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. et Hav.

§. 11. *Itaque duo diversa proelia erant*] Vet. lib. *ita duo*. SIG. Non aliter Flor. Lovel. 1. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Froben. anni 1531. V. ad 21, 53, 7.

§. 12. *Ut qui, pulsis tandem mediis, et numero*] Liber optimus *pulsis tandantem medis*. Scribe, *ut qui pulsis jam tum mediis*. vel *jam ante*. Nam praecedit: *Quum vix pila conjecta essent, retulit pedem media acies*. J. FR. GRON. Voculam *tandem* hic locum habere non posse, Doujat. et Crevier. recte inde adstruunt, quod de illis usurpetur, quae magno molimine peraguntur; supra vero dicatur, mediam aciem primo statim concur-

Digitized by Google

Afer urguet: et velut in circumventos proelio anci-
piti pugnant. Sed quum in medium tota jam coïs- 11
set Romana acies, satis virium ad dimovenda ho-
ſtium cornua habuit. itaque duo diversa proelia 12
erant: utroque Romani, ut qui, pulsis tandem me-
diis, et numero et robore virorum praeſtarent, haud
dubie superarunt. Magna vis hominum ibi occisa. 13
et, nisi Hispani vixdum conserto proelio tam effuse
fugiſſent, perpauci ex tota superfuiſſent acie. Eque- 14
ſtris pugna nulla admodum fuit. quia, simul incli-
natam mediam aciem Mauri Numidaeque viderunt,
extemplo fuga effusa nuda cornua, elephantis quo-
que prae se actis, deseruere. Et Hasdrubal, usque 15
ad ultimum eventum pugnae moratus, e media cae-
de cum paucis effugit. Caſtra Romani cepere, atque
diripuere. Ea pugna, si qua dubia in Hispania 16
erant, Romanis adjunxit: Hasdrubalique non modo
in Italiam traducendi exercitus, sed ne manendi

su pedem retuliſſe, mox terga vertiſſe. In sequentibus *superare*, pro *superarunt*, Lovel. 1. *superarent* Lov. 2. 5. Harl. Hafn. et Hav. *superant* Flor.

§. 14. *Extemplo fuga effusa nuda cornua*] Prima vox exsulat a Voſſ. Lovel. 2. 3. 4. Ber. et Hav. Tum *media cornua* Lov. 3. *longa cornua* Recan.

§. 15. *Et Hasdrubal, usque ad ultimum eventum*] Nullum usum video copulativae: ideoque delendam censeo. J. FR. GRON. Perizon. ad marginem Livii notavit, similiter copulativam infra abundare c. 32, 13. *Et Romae consules transactis rebus.* nisi, ut addit, ibi *At Romae* legendum sit. Similiter c. 39, 5. *Et circa Capuam, transgresso* etc. c. 40, 1. *Et in Sardinia res per T. Manlium praetorem administrari coeptae.*

Castra Romani cepere, atque inde diripuere] Pall. tres *atque diripuere*. GEBH. Optimi jubent induci *τὸ inde*. J. FR. GRON. Expellunt etiam Flor. Lov. 3. 4. 5. Harl. Hav. et alii, cum editis Aldo antiquioribus.

§. 16. *Ne manendi quidem satis tuto in Hispania, spem reliquit*] Put. Pet. Voſſ. *reliquerat*. Lege *spes reliqua erat*. J. FR. GRON. *relinquerat* Lovel. 1. et Flor. a m. 1. qui *reliquerat* legit a m. 2. ut etiam Cantabr. Lov.

Digitized by Google

17 quidem satis tuto in Hispania, spem reliquit. Quae postquam literis Scipionum Romae vulgata sunt, non tam victoria, quam prohibito Hasdrubalis in Italiam transitu, laetabantur.

1 XXX. Dum haec in Hispania geruntur, Petelia in Bruttiis, aliquot post mensibus, quam coepta oppugnari erat, ab Himilcone, praefecto Hannibalis,

2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. et N. Gronovii conjectura, si codd. addicerent, non displiceret. Ita enim et alibi erratur. V. ad 5, 40, 1. et 22, 40, 8. Similes etiam errores in Mstis quam frequentes sunt. *liberat* pro *liber erat* 2, 36, 3. *cesserant* pro *caesi erant* 4, 17, 6. *praeparaverant* pro *praeparata erant* c. 46, 8. *servierant* pro *servi erant* 5, 1, 5. *amiserant* pro *amissa erant* c. 12, 4. *persuaserat*, pro *persuasum erat* c. 45, 1. *suspectaverant* pro *suspecta erant* 6, 22, 1. *inviserat* pro *invisa erat* 7. 4, 2. *noverant* pro *noti erant* 8, 7, 3. *gestarunt* pro *gesta sunt* 9, 8, 10. *promiscuerant* pro *promiscua erant* 10, 6, 6. *oppresserat* pro *oppressa erat* 28, 2, 13. *convenerat* pro *conventus erat* 33, 32, 1. *ausimus* pro *ausi sumus* 37, 54, 19. *injecerant* pro *injecta erant* 38, 33, 10. Etiam contra *admissae essent* datum pro *admisissent* 4, 18, 6. *memor esset* pro *memorasset* 6, 20, 8. *compressae erant* pro *compresserant* 10, 18, 8. V. quae notavi ad 41, 24, 19. et 42, 28, 1. Gronov. ad 2, 27, 3. 4, 37, 6. 25, 35, 1. 26, 51, 9. 28, 15, 11. Epit. Liv. 38. et Markl. ad Stat. praef. 1. Silv. p. 2. Ceterum paullo ante *si qua dubia Hispania erant*, omissa praepositione, Flor. a m. 1. Lovel. 1. 2. et Hav. neque eam in Put. obfendit Crevier. qui conjicit scribendum *si qua dubia Hispaniae erant*.

§. 17. *Literis Scipionum Romae vulgata sunt*] Pal. 2. *divulgata sunt*. GEBH. Nostri nihil mutant, nisi quod *sunt vulgata* Gaertn. et edd. antiquae legant. Infra 37, 51, 8. *Fama de rebus in Asia gestis temere vulgata sine auctore*. At *divulgare* verbum quidem optimae notae est; nescio tamen, an alibi Livius eo usus sit.

§. 2. *Multorumque sanguine ac vulneribus ea Poenis victoria stetit*] Pall. tres *multoque sanguine*. Vulgata tamen lectio comparet in prisca ed. GEBH. Optimi *multo sanguine*. Melius, ut hinc exordium capiat nova periodus. Etiam tres Pall. et Aldina *multoque*. J. FR. GRON. *multoque sanguine* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. pluresque alii codd. at *Multo sanguine* Flor. et Lov. 4. quod recepi. Locutionem *statura sanguine* inlustravi ad Silii 17, 83. ubi etiam quaedam ex Livio exempla laudata sunt. Adde 3, 60, 2. *Haud scio, an magno detrimento certamen staturum fuerit*. 34, 50, 6. *Polybius scribit, centum talentis eam rem Achaeis stetisse*.

Nec ulla magis vis obsessos, quam fames, expugnavit] 4, 9, 3. *Fames ultimum publicorum malorum* appellatur. Ceterum eleganter Pal. 2. *nec ulla vis obsessos, quam fames, expugnavit*. Eleganter, dico, omisso sub-

Digitized by Google

expugnata est. Multo sanguine ac vulneribus ea 2
Poenis victoria stetit: nec ulla magis vis obsessos,
quam fames, expugnavit. absumtis enim frugum ali- 3
mentis, carnisque omnis generis quadrupedum; su-
trinae postremo coriis, herbisque et radicibus, et
corticibus teneris, strictisque rubis vixere; nec, an- 4
tequam vires ad standum in muris ferendaque arma

auditoque τῷ *magis*. Ter. Eun. prol.

Qui placere se studeat bonis, quam plurimis.

Justin. 6, 1. *Mercenturque ab his, ut differant bella, quam gerant.* Sic infra c. 43, 13. e Pall. tribus et antiquissima edit. legendum, *Ipsorum, quam Annibalis, interesse*, exclusa ab omnibus comparationis particula, et venuste subintellecta *magis*. Tacit. 4. Ann. 61. *Asinius Agrippa claris majoribus, quam vetustis.* GEBHARD. Voculam *magis* saepissime omitti, certum est. V. ad 34, 49, 10. An tamen Livius hic omittere voluerit, admodum dubito: uni enim illi cod. credere, invitis reliquis, anceps ac temerarium puto.

§. 3. *Suetemque postremo coriis*] Ego opinor legendum *scutorumque*, pro *suetemque*. quae verba vos, quia emendare nescivistis, erasistis. VALLA. Put. *suetaeque postremo*. Eoque alludunt omnes alii, exhibendo *sueteque* aut *suetemque*, ut et erat ante Vallam, qui conjecit *scutorumque*. Vulgatum [*sutrinae*] est ab Andrea. Salmasius ita concinnabat: *absumtis enim frugum alimentis, carnisque omnis generis quadrupedum, suetaeque, postremo coriis.* J. FR. GRON. *sutrinae postremo* profluxit ex Froben. anni 1535. quum priores praeferrent *sutrinaeque postremo*. Vox illa deest in Hafn. et Hav. ex sententia aemulorum Vallae. *sueturaeque* est in Voss. *scutorumque*, ut Valla conjicit, in ejus margine. *scutumque* in Gaertn. *suerēque* in Lov. 2. *suetaeque* in Flor. Lovel. 1. et Ber. *suetique* in Lovel. 4. *suetumque* in Lovel. 5. et Gaertn. *scutorumque* Campanum edidisse, auctor est Crevier. addens, vix dubitari posse, quin ita legendum sit, nisi quod τὸ *que* abesse possit. Id tamen omnium codicum auctoritate defendi patet.

Structisque rohis vescebantur vixereque] Etsi pro certo ponere non ausim, donec tamen alius meliorem invenerit sententiam, *strictis rubis* haud gravate legam. SABELL. Pal. 1. *strictisque rogis vescebant vixeruntque*. sec. *strictisque rubis vescebantur, vixereque*. tert. *strictisque rhois vescebantur viscereque*. Nimirum quidam eruditulus adpinxerat margini interpretationem τοῦ *vixere* illud *vescebantur:* quod bardus exscriptor, ac timens ne aliquid praetermittatur, in textum admisit. Vet. tamen ed. *structisque rubis vescebantur*. GEBH. *strictisque* omnes codd. nisi quod *structisque* sit in Gaertner. *strictimque* in Ber. Tum *rohis*, pro *rubis*, Flor. Harl. et edd. vett. *his*, prima syllaba omissa, Lov. 3. Rec. et Hafn. *rogis* Lovel. 4.

Digitized by Google

5 deerant, expugnati sunt. Recepta Petelia, Poenus ad Consentiam copias traducit: quam, minus pertinaciter defensam, intra paucos dies in deditionem
6 accepit. Iisdem ferme diebus et Bruttiorum exercitus Crotonem, Graecam urbem, circumsedit, opulentam quondam armis virisque, tum jam adeo multis magnisque cladibus adflictam, ut omnis aetatis minus
7 viginti millia civium superessent. itaque urbe a defensoribus vasta facile potiti sunt hostes: arx tantum retenta, in quam inter tumultum captae urbis e media
8 caede quidam effugere. Et Locrenses descivere ad

5. et Gaertn. *robis* Voss. Lovel. 1. 2. et Hav. Deinde *vescebantur vixereque* Lovel. 2. 3. 4. 5. Ber. Hav. et Hearnii N. *vescebantur vixeruntque* Hafn. *vescebantur viscereque* Harl. cum edd. antt. *vescebantur vix dieque* Gaertn. erroris originem dedit Gebh. Vulgatam lectionem *strictisque rubis vixere*, reliquis omissis, Ascens. anno 1513. recepit. Per *strictos rubos* autem intelligit rubos, quorum fructus strinxerant. Sed puto indicari, eos vixisse corticibus, quos ex rubis strinxerant: ut ita *corticibus teneris* modo memoratis obponantur cortices ruborum; quos *duros* vulgo vocari, docuit Cel. Burm. ad Ovid. 1. Met. 105.

§. 5. *Recepta Petelia, Poenus ad Consentiam*] Si *Consentia* in Bruttiis pro Romanis stabat, profecto non *Petelini* uni inter Bruttios in fide Romanorum post Cannensem cladem mansisse videntur, quod ante dixit [c. 20, 4.] praesertim vero cum Consentia Bruttiorum metropolis sit, auctore Strabone l. 6. [p. 256.] SIG. V. etiam Glareanum ad c. 20, 4.

§. 7. *Itaque urbe defensoribus vastata facile potiti sunt hostes*] Vide, ut accipiat illud *vastata*. De Crotone autem loquitur, quem hic captum dicit, libro autem sequenti ab initio a Bruttiis obsideri scribit. Idem memoriae lapsus de Locrensibus est, quos hic desciviſſe ad Brutios Poenosque ait, nec ita multo post [c. 41, 12.] Romanis portas quoque clausisse, sequenti vero libro ab initio prorsus contrarium scribit. Hic quidem locus meo judicio nullam accipit excusationem. GLAR. Magna menda est in voce *vastata*, quae ex prisca lectione deletur, quae est *defensoribus vacua*, si quidem opulentissimam olim urbem eo redactam, *ut omnis aetatis minus viginti millia civium superessent*, scribit. Sic 42, [63, 6.] *Vacua defensoribus moenia*. SIGON. Antea in omnibus libris legebatur *urbe defensoribus vastata*. et ita meus codex. Vir doctus reponit *vacua*. Ego verebar, ne Livius scripsisset, *vasta*. quomodo proprie loca sola et deserta vocabant. Sall. in Jug. [48.] *Mons et ab natura et ab humano cultu vastus*. Virg. [9. Aen. 323.]

Digitized by Google

Bruttios Poenosque, prodita multitudine a principibus. Rhegini tantummodo regionis ejus, et in fide 9
erga Romanos, et potestatis suae ad ultimum manserunt. In Siciliam quoque eadem inclinatio animo- 10
rum pervenit: et ne domus quidem Hieronis tota ab defectione abstinuit. namque Gelo maximus stirpis, 11
contemta simul senectute patris, simul post Cannensem cladem Romana societate, ad Poenos defecit: movissetque in Sicilia res, nisi mors adeo opportuna, 12
ut patrem quoque suspicione adspergeret, armantem eum multitudinem, sollicitantemque socios ab-

Haec ego vasta dabo, et lato te limite ducam.

LIPS. 4. Ep. Quaest. 10. Factum et hic est, quod paullo ante notavi, in Pal. 2. ut coacervatae fuerint falsa ac genuina lectiones: quippe exscriptum est, *itaque urbe a defensoribus vacua vastataque facile potiti hostes sunt.* In reliquis omnibus habetur *urbe defensoribus vastata.* Vera autem est emendatio *urbe a defensoribus vacua.* 28, 20, 2. *Conspexerunt editissimam urbis partem, quia rupe praealta tegebatur, neque opere ullo munitam, et ab defensoribus vacuam.* Lipsius tamen reponit *vasta*, quod corroboro locis aliis Livii. 24, 2, 9. *In vasta urbe lateque disjectis moenibus partitas stationes.* Ibid. c. 3, 11. *Antiquam frequentiam eorum recipere vastam ac desertam bellis urbem paterentur.* 28, 7, 12. *Urbis vastae ac desertae priore ejusdem Philippi bello.* GEBH. *defensoribus vacua* Hafn. et Hav. *a defensoribus vastata* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. *a defensoribus vasta* se in cod. antiquissimo a m. 1. invenisse, auctor est Gronov. supra ad 5, 53, 1. cui lectioni in contextu locum dedi. Alibi saepe *vastus* mutatur in *vastatus.* V. ad d. l. lib. 5. Tum ad 7, 33, 10. 9, 38, 2. 10, 12, 8. et 28, 11, 10. Contra etiam *vastatus* in *vastus.* V. ad 2, 62, 3. 3, 38, 7. c. 68, 2. et 5, 12, 5. De similibus erroribus v. ad 10, 37, 2. Praeterea *potiti hostes sunt* Flor. Lovel. quinque, Ber. Gaertner. et Hav.

Arae tantum retentae] Ego lectorem monui videre, ne *arces* verius, quam *arae* legeretur. SABELL. *arae tantum retentae, in quibus* fere omnes codd. *aras tantum retanta, in quam* Flor. *arx tantum retenta, in quam*, quod nunc vulgo exstat, primum obvium fuit in Ascens. anni 1513. Unius tantum arcis etiam infra mentio fit 24, 2. et 3.

§. 12. *Sollicitantem socios absumsisset*] Scribe cum Put. *armantem eum multitudinem sollicitantemque.* J. FR. GRON. Ita non unus praefert Put. verum omnes et codd. mei, et edd. usque ad Francof. anni 1578. quae prima copulam omisit. Praeterea

Digitized by Google

13 sumsisset. Haec eo anno in Italia, in Africa, in Sicilia, in Hispania vario eventu acta. Exitu anni Q. Fabius Maximus a senatu postulavit, ut aedem Veneris Erycinae, quam dictator vovisset, dedicare

novassetque in Sicilia res Lov. 5. Locutionem Livio sollemnem esse *novare res*, certum est. Hic tamen omnibus invitis uni credere non ausim. Alibi autem librarii verba *novare* et *movere* commutarunt. Exemplum habuimus 21, 6, 7.

§. 13. *Dictator vovisset, dedicare liceret*] Ita primus Gronov. edidit, consentiente Flor. Priores ediderant *dedicari*, ut est in plerisque reliquis meis, omnibusque Hearnii codd.

§. 14. *Consul designatus cum Ibono ivisset, ad populum ferret, ut Fabium sive dium virum esse juberent aedis dedicandae causa, et M. Aemilio Lepido, quibus consul augurque fuerat filatres l. m. quae audisse funebres* etc.] Vos hic nihil emendastis, nisi *cum Ibono inisset* sic: *cum primum magistratum inisset:* quod falsum esse, ex posterioribus coarguitur, quia ante fuerunt editi ludi, quam Sempronius inisset magistratum, ut ipsa, quae posui, verba indicant. Postea mutastis *filatres* in *simul imperatores*, hoc est, *tres imperatores*, quae nulla sententia est. Ego sic arbitror emendandum, *Senatus decrevit, ut T. Sempronius, consul designatus, cum bono omine ad populum ferret.* Ideo autem praefati sunt *cum bono omine*, quia post motum bellum numquam fecerant ludos, aliis super alias cladibus nunciatis. Perago caetera: *ut duumviros* [illegible]*t aedis dedicandae* [illegible]*ilii Lepidi, qui bis* [illegible]*que fuerat, filii tres, Lucius, Marcus, Quintus ludos funebres per triduum, et gladiatorum paria duo et viginti per triduum in foro dederunt. Aediles curules C. Lectorius et T. Sempronius Gracchus consul designatus, qui in aedilitate magister equitum fuerat, ludos Romanos fecerunt.* et reliqua. VALLA. Videndum etiam atque etiam, quid sit, quod in omnibus vet. lib. legitur, *ut Ti. Sempronius cos. des. cum in bono inisset.* Nam qui emendarunt, *cum primum magistratum inisset*, mentem potius attendisse videntur auctoris, quam verba. Valla olim legendum putavit, *cum bono omine ad populum ferret:* quod non probo, quia nullam habet rationem vocis *inisset.* Ego malim *cum magistratum inisset.* Sic enim Cic. Philipp. [3, 15.] *Uti C. Pansa, A. Hirtius consules designati, cum magistratum inierint.* Et Coelius ad Cic. [8. ad fam. 8.] *D. E. R. I. C. uti C. Paullus, C. Marcellus, cum magistratum inissent.* SIG. Pat. *cumiboinisset.* Additum inter ordines versuum *no.* Unde Pet. et Flor. meliores, Pall. Barber. Voss. *cum ibono inisset.* A pessima manu alter Petav. *cum in bono augurio magistratum inisset.* Fortassis, *ut Tib. Sempronius, consul designatus, quam primum meminisset ad populum ferre.* J. FR. GRON. Vulgatum demum vidi in Ascens. anni 1510. priorum quaedam praeferunt *cum primum inisset.* Sed neutrum in ullo cod. obcurrit. *cum tribuno missus* legunt Lov. 3. et Hafn. *cum primum in bono inisset* Gaertn. *cum magistre-*

Digitized by Google

liceret. Senatus decrevit, ut Ti. Sempronius con- 14
sul designatus, quum primum honorem iniisset, ad populum ferret, ut Q. Fabium duumvirum esse juberent aedis dedicandae caussa. Et M. Aemilio Le- 15

tum inisset Lov. 5. *cum bono inisset* Cant. et Lovel. 1. *cum in bono inisset* Hearnii Oxon. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *cum ibono inisset* Lov. 4. et Harl. *cum honorem inisset* Lov. 2. Ber. Hav. et Hearnii N. in marg. quod in uno Victor. inventum probavit Crevier. Mihi verum videtur, *quum primum honorem inisset.* Illud enim *primum* latere videtur in prima litera *τοῦ ibono*, quod in optimis superest; quemadmodum *honorem*, in aliis obvium, in ejusdem literis reliquis.

Ut duumviros esse juberent aedis dedicandae caussa] Quidam pro *duumviros* reposuerunt *Fabium duumvirum*, magna audacia, meo quidem judicio, cum et T. Octacilius creatus sit postea, non Fabius tantum. Itaque pluralis numerus manebit, ut et postea [cap. seq.] cum dicit *Interea duumviri creati sunt.* Et *aedium dedicandarum caussa* legerem, non *aedis dedicandae*, quemadmodum postea *aedibus dedicandis* dicturus est. GLAR. Miror hoc loco neglectam esse Vallae correctionem, quae veterum librorum auctoritate confirmatur, *ut duumviros esse juberent*: miror item spretam esse alteram Glareani *aedium dedicandarum caussa.* Duae enim erant aedes dedicandae, quarum causa duumviri creandi erant. Quare paulo post [cap. seq.] ita loquitur. *Interea duumviri creati sunt, Q. Fabius Maximus et T. Otacilius Crassus aedibus dedicandis, Menti Otacilius, Fabius Veneri Erycinae.* SIG. *ut duumviros esse juberent* a Valla et Sigonio est; qui posterior quorum librorum vett. auctoritatem obtendit, illi sacres sinceri, ut ajebant antiqui, non sunt. Put. *ut quae Fabium duumvirum esse juberent.* Pet. et Flor. *ut Fabium duumvirum*, quemadmodum et priscae edd. Barber. Pall. Men. Voss. Pet. alter, *ut duumvirum.* Vera scriptura est: *ut Q. Fabium duumvirum esse juberent aedis dedicandae caussa.* Sic saepe Livius. 2, [42, 5.] de aede Castoris Latino bello a Postumio dictatore vota: *filius ejus duumvir ad id ipsum creatus dedicavit.* 6, [5, 8.] *Eo anno aedes Martis, Gallico bello vota, dedicata est a T. Quinctio duumviro sacris faciundis.* 34, [53, 5.] *Aedem Fortunae Primigeniae in colle Quirinali dedicavit Q. Marcius Ralla, duumvir ad id ipsum creatus.* Lib. 36, [36, 5.] *Juventatis aedem in Circo maximo C. Licinius Lucullus duumvir dedicavit.* Sed ait Glareanus, manere debere pluralem numerum, quod et T. Otacilius creatus sit aedi Mentis dedicandae: ideoque scribendum, *aedium dedicandarum caussa.* At praedixerat Livius, Fabium postulasse ab senatu, ut aedem Veneris Erycinae, quam dictator voverat, dedicare liceret: non etiam Otacilium de aede Mentis. De quo ergo uno instituerat loqui, de eo solo pergit. Quod autem postea duarum aedium dedicandarum caussa duumviros creatos narrat, minime cum his pugnat. Hic enim mos historicorum est, cujus et alibi Glareanum Sigonius admonet, multa reticere, quae ex consequentibus narratis

Digitized by Google

pido, qui bis consul augurque fuerat, filii tres, Lucius, Marcus, Quintus, ludos funebres per triduum, et gladiatorum paria duo et viginti per triduum in
16 foro dederunt. Aediles curules C. Laetorius, et Ti. Sempronius Gracchus, consul designatus, qui in aedilitate magister equitum fuerat, ludos Romanos
17 fecerunt, qui per triduum instaurati sunt. Plebeji ludi aedilium M. Aurelii Cottae et M. Claudii Marcelli ter instaurati. Circumacto tertio anno Punici belli,

facta intelligantur. Cogitandum igitur, occasione hujus mentionis a Fabio illatae etiam Otacilium de aede ab se vota sermonem movisse, et par decretum tulisse. J. FR. GRON. *ut . . . . esse juberet*, ita cum lacuna, Lovel. 5. quasi praecedens *populum* non *juberent*, sed *juberet*, requireret. At v. ad 10, 13, 11. *ut duumviros esse juberent* ex sententia Vallae Gaertn. et Voss. a manu altera inter versus. *ut duumvirum esse juberent* Voss. a m. 1. Lov. 1. 3. Harl. et Hearnii N. *ut Fabium duumvirum esse juberent* Flor. Lovel. 2. 4. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. Sed veram lectionem ex vestigiis Put. Gronovius vindicavit.

§. 15. *M. Aemilio Lepido, qui bis consul augurque fuerat*] M. Aemilium Lepidum et M. Valerium Laevinum bis consules nominat Livius, quos tamen neque in Capitolinis tabulis, neque apud Cassiodorum invenias nisi semel fuisse. Hinc ego suspicor, ne suffecti fuerint L. Veturio et C. Lutatio consulibus Lepidus II, Laevinus primum. Quoniam autem ea pars in Capitolinis consulatibus desideratur, et Cassiodorus eorum tantum consulum, qui primum facti sunt, qui ordinarii nominantur, meminit, in neutro horum monumentorum haec nomina inveniri. Sed de hac re accuratius in Fastorum consularium commentariis. me enim movet, quod duo patricii consules comparantur. SIG. Sigonii sententiam probat etiam Pighius in Ann. ad ann. DXXXIII. p. 135. *et augur* est in multis edd. antt.

Gladiatorum paria duo et viginti per triduum in foro dederunt] Cl. Crevier. manifestum esse putat, duas voces *per triduum* male huc inculcatas esse ex versu praecedenti. Et sane huic sententiae favent loca infra 31, 50, 4. et 39, 46, 2. Est tamen, cur de veritate emendationis dubitem. Nam vulgatum tuentur omnes codd. Praeterea, non semper per totidem dies gladiatores exhibiti fuere, per quot ludi funebres. Infra enim 41, 28, 11. ludi funebres scenici per quatriduum dantur, spectaculum gladiatorium per triduum. *dederant* quaedam ex edd. antt.

§. 16. *C. Lectorius*] *C. Laetorius et Ti. Sempronius*, ut saepe dixi. SIG. V. ad 2, 27, 6. Adde viros doctos ad Suet. Aug. 5.

Digitized by Google

belli, Ti. Sempronius consul Idibus Martiis magi-
ſtratum iniit. Praetores Q. Fulvius Flaccus, qui 18
antea consul censorque fuerat, urbanam, M. Vale-
rius Laevinus peregrinam sortem in jurisdictione
habuit. Ap. Claudius Pulcher Siciliam, Q. Mucius
Scaevola Sardiniam sortiti sunt. M. Marcello pro 19
consule imperium eſſe populus juſſit, quod poſt
Cannensem cladem unus Romanorum imperatorum
in Italia prospere rem geſſiſſet.

XXXI. Senatus, quo die primum eſt in Capitolio 1

§. 17. *Plebeji ludi a M. Aurelio Cotta et M. Claudio Marcello*] Put. et Pet. melior *Plebeji ludi aedilium M. Aurelii Cottae et M. Claudii Marcelli ter instaurati. Circumacto.* Nec aliter Voſſianus, nisi quod retinet τὸ *sunt.* J. FR. GRON. Puteaneo consentit Flor. at Voſſiano reliqui mei omnesque Hearnii Oxon.

§. 18. *Praetoresque Fulvius Flaccus*] Caſtiga *Praetores, Q. Fulvius Flaccus*, perspicue. Ceterum consul hic fuerat cum L. Cornelio Lentulo, censor cum T. Manlio Torquato. SIG. Ita et Flor. Saepe praenomen *Q.* in copulativam *que* abiit. V. ad 22, 31, 7.

Qui antea consul censorque fuerat] At jam bis ante consul fuerat anno DXVI et DXXIX, ut videre eſt in faſtis Capitolinis. Unde et infra 25, 3, 1. *tertium* consul fieri dicitur. Latet numerus in litera *A*, deditque Livius, *qui ante II consul censorque fuerat.* Plane ut infra de hoc ipso homine 25, 5, 3. *Q. Fulvius Flaccus consul, qui et ante bis consul et censor fuerat.* Et de eodem 28, 45, 2. *Q. Fulvius qui quater consul et censor fuerat.* Sic hoc cap. paulo ante. *M. Aemilio Lepido, qui bis consul augurque fuerat.* c. 21, 6. *M. Atilius Regulus, qui bis consul fuerat.* c. 34, 15. *T. Manlius Torquatus, qui bis consul censorque fuerat.* Atque ita semper. JAC. PERIZON.

Q. Mucius Scaevola] *Q. Minutius* Lovel. quinque, Harl. et Hearnii N. in margine. *M. Minutius* Gaertn. et Hav. Male. Ejusdem erroris exemplum habuimus ad c. 24, 4. aliud v. ad c. 34, 11.

§. 19. *M. Marcello proconsuli imperium esse*] Put. et Pet. *proconsule.* J. FR. GRON. Ita et Flor. Voſſ. Lov. 4. 5. Harl. et Hearnii Oxon. V. ad 3, 4, 10. 4, 41, 10. Epit. Liv. 8. ad 8, 23, 12. 10, 18, 8. c. 26, 12. c. 29, 3. hoc lib. c. 32, 19. c. 41, 8. 24, 10, 4. 26, 1, 6. c. 33, 4. 27, 21, 6. c. 22, 4. c. 35, 2. 38, 37, 1. Corte ad Plin. 2. ep. 11, 2. 4, 3, 1. et 5, 20, 1. Quum autem utrumque *proconsul, propraetor, proquaestor* et *pro consule, pro praetore, pro quaestore* in marmoribus inveniatur, illud, quam hoc, dicere malebat. Ceterum observandum eſt, vel duabus vocibus *pro consule*, vel una, non *proconsule*, sed *proconsul* dicen-

Digitized by Google

consultus, decrevit, ut, quo eo anno duplex tribu-
2 tum imperaretur, simplex confestim exigeretur, ex
quo stipendium praesens omnibus militibus daretur,
3 praeterquam qui milites ad Cannas fuissent. De ex-
ercitibus ita decreverunt, ut duabus legionibus ur-
banis Ti. Sempronius consul Cales ad conveniendum
diem ediceret: inde sex legiones in castra Claudia-
4 na supra Suessulam deducerentur. quae ibi legiones
essent, (erant autem Cannensis maxime exercitus)
eas Ap. Claudius Pulcher praetor in Siciliam traji-

dum esse. V. ad 22, 31, 10. Hoc loco *proconsulare imperium* legunt Flor. a m. 2. et Harl.

§. 1. *Quo die primum est in Capitolio consultus*] Pal. 3. *quo primum die*. GEBH. Ita et Hav. *primo die, quo est in Capitolio* Lovel. 2.

Ut eo anno duplex tributum] Comparet in Pal. 1. et 2. *ut quo eo anno*. GEBH. Repone ex Put. Pet. Men. duobus Pall. Voss. *ut quo eo anno*. Ponitur pro conjunctione τὸ *quo*. Alludunt alii libri, qui fere omnes habent *quo*, expuncto τῷ *eo*. J. FR. GRON. Non possum intelligere *ut quo*, et quae hic adnotantur, nisi haec duo discam: primum, sic dici *decernere quo*, quemadmodum *decernere ut*; deinde *ut quo* inveniri pro *quo* solum, quemadmodum *ut ne*, pro *ne*. Sigonius 1. de Ant. jur. Civ. Rom. 16. scribit, senatum hoc anno decrevisse, ut duplex stipendium praesens omnibus militibus daretur. Hoc non dicit Livius. Recte citaverat verba c. 15. DUK. *ut quo eo* etiam Lovel. 1. 3. 5. Harl. et Gaertn. *ut quo die eo anno* Flor. *ut eo anno quo* Hearnii L. 1. *ut quo anno* edd. antt.

§. 2. *Milites ad Cannas fuissent. Inde de exercitibus ita decretum est*] Pal. 1. *ad Cannas fugissent*. Sequentia ita comparent in vet. ed. At Pal. 2. *Tum de exercitibus ita decretum est*. pr. *inde exercitibus indecretum est*. tert. *inde exercitibus ita decretum est*. GEBH. Put. *Cannas fuisse ide exercitibus ita decreverunt*. Cur autem *decretum est* subjecerunt? Nempe quia praecedenti periodo, *senatus decrevit*. Hoc sapere est. J. FR. GRON. Puteaneo consentit Flor. in quo deinde a m. 2. emendatur, ut nunc editum est; quod recte Gronov. probavit. Et quidem conlectivo *senatus* in priori membro additur singulare verbum *decrevit*, in posteriori plurale *decreverunt*; quod Livio frequens est. V. ad 4, 16, 8. et 5, 35, 1.

§. 3. *Cales ad conveniendum diem edicit. Inde sex legiones in castra Claudiana*] Hic Cales dies edicitur, paulo post Sinuessam. Idem Sempronius hic legionibus duabus urbanis, paulo post Volonibus praeficitur. Sed urbanae etiam legiones in castra Claudiana deductae sunt, ut plane appareat, tempore mutato

Digitized by Google

ceret; quaeque in Sicilia essent, Romam deportarentur. Ad exercitum, cui ad conveniendum Cales 5
edicta dies erat, M. Claudius Marcellus missus: isque jussus in castra Claudiana deducere urbanas legiones. Ad veterem exercitum accipiendum dedu- 6
cendumque inde in Siciliam, T. Metilius Croto legatus ab Ap. Claudio est missus. Taciti primo ex- 7
spectaverant homines, uti consul comitia collegae creando haberet. deinde, ubi ablegatum, velut de industria, M. Marcellum viderunt, quem maxime

esse Imperatorum decreta. Hoc etiam mirum, quum antea de castris Claudianis nullam fecerit mentionem Livius, qui Marcellum nunc Nolae, nunc Canusii, nunc Casilini fuisse dicat, hic tanquam ea omnibus nota essent, commemorat, ac postea saepius. GLAR. Hinc paulo ante dixit [c. 14, 13.] *Claudius a Canusio Calatiam petit, atque inde Vulturno amne trajecto, perque agrum Saticulanum Trebianumque super Suessulam per montes Nolam pervenit.* Et paulo post [c. 32, 2.] *M. Claudius ad eum exercitum, qui supra Suessulam Nolae praesideret, missus.* SIG. Unde hic sex legiones, quot nemo unus, sive consul, sive dictator, toto hoc bello habuit? Edicta utique erat Cales duabus tantum legionibus dies ad conveniendum, easque nec plures statim traditur in castra Claudiana deduxisse Marcellus, qui in illis mansit, donec cum iis copiis, *quas habebat*, quaeque illic erant, Nolam in praesidium est missus a Fabio. V. capp. 31. et 39. Lege igitur *Inde eae legiones.* Causa erroris fuit *A* mutatum in *X*, quo nihil frequentius etiam in optimo Puteanaeo. JAC. PERIZON. Castra Claudiana a M. Claudio Marcello praetore dicta sunt, qui cum exercitu ibi consedit. Supra c. 17, 3. *Summa rerum senatui tradita, cum exercitu omni profectus, supra Suessulam castris positis consedit.* Non ea igitur cura, qua oportuerat, ad verba Livii adtendit Glareanus, existimans, castrorum illorum antea mentionem factam non esse.

§. 5. *In castra Claudiana deducere*] *in claustra Claudiana* Lov. 4. 5. et Hav. De quo errore v. ad 9, 32, 2. *in Claudiana* Voss. *in Claudia* Lov. 1. *in Claudiana castra* Lov. 2. et Harl. Tum *ducere* Ber. a m. 1. et Hearnii N. a m. 2. Paullo ante *est missus* Lovel. 1.

§. 6. *Deducendumque in Siciliam T. Metilius Croto*] Optimi *accipiendum deducendumque inde in Siciliam.* J. FR. GRON. Ita et Flor. Deinde *Ti. Maecilius* Flor. et Lovel. 2. *T. Mecilius* Voss. et Lovel. 4. *Ti. Metilius* Hav. *Q. Metilius* Ber. Duplex apud Romanos gens fuit *Maeciliorum* et *Metiliorum.* Utriusque mentio fit 4, 48, 1. Ex qua vero hic memoratus descen-

Digitized by Google

consulem in eum annum ob egregie in praetura res
gestas creari volebant, fremitus in curia est ortus.
8 Quod ubi sensit consul, *Utrumque*, inquit, *e repu-*
blica fuit, Patres conscripti, et M. Claudium ad
permutandos exercitus in Campaniam proficisci, et
comitia non prius edici, quam is inde, confecto,
quod mandatum est, negotio, revertisset; ut vos
consulem, quem tempus reipublicae postularet, quem
9 *maxime vultis, haberetis.* Ita de comitiis, donec
rediit Marcellus, silentium fuit. Interea duumviri
creati sunt Q. Fabius Maximus et T. Otacilius Cras-
sus, aedibus dedicandis, Menti Otacilius, Fabius
Veneri Erycinae. Utraque in Capitolio est, canali

derit, dubium facit codicum dissensus.

§. 7. *In curia est ortus*] Verbum *est* omittunt Flor. Voss. Lov. quinque; Harl. Gaertn. et Hav. Paullo ante *C. Marcellum*, pro *M. Marcellum*, edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 8. *Quemque maxime vultis*] Scripti omnes *quem maxime*. J. FR. GRON. Ita etiam Hearnii Oxon. et omnes nostri, nisi quod *quemque* sit in Lovel. 5. *et quem* in Lovel. 3. V. ad 21, 41, 9. Paullo ante *quam is idem* Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. et editi ante Aldum. *quam idem* Ber. V. ad 1, 19, 7. Tum *mandandum* Gaertn. V. ad 6, 37, 4.

§. 9. *Q. Fabius Maximus et T. Attilius Crassus*] Quidam pro *Attilio* reposuerant *Octacilius*, quod non displicet; quippe qui post dedicationem aedis postea cum imperio in Siciliam mittitur [cap. seq.] Sed ubique hoc emendatum oportuit. Verum eodem prope versu reliquerunt *Menti Attilius*, cum adhuc de eodem loqueretur. Et l. 2. [hujus dec. c. 10, 10.] post pugnam Trasimenam, ubi eae voventur, *Attilius* iidem reliquerunt. Non tutum est mutare talia, nisi totam historiam memoria teneas. sed quidam audaculi non admodum curant, praesertim hac tempestate. GLAR. Carpit hic Glareanus eum, qui praefuit ed. Froben. anni 1531. in qua id vitii admissum est.

§. 10. *Delatum ad populum*] Emendo, *dein latum ad populum*. Haec est enim usitata in hac re loquendi forma: et ipse subdit: *maxime, ut hoc feretur, moverat*. SIG. *delatum* omnes codd. Davis. ad Caes. 1. B. Civ. 6. *relatum* emendat. V. ad 21, 6, 5. Verum, quum propriae sint locutiones *ferre ad populum*, *referre ad senatum*, recte Dukerus *referre ad populum* damnavit ad Flor. 3, 21, 9. Cl.

Digitized by Google

uno discretae. Et de trecentis equitibus Campanis, 10
qui, in Sicilia cum fide ſtipendiis emeritis, Romam venerant, dein latum ad populum, ut cives Romani eſſent: item, uti municipes Cumani eſſent, pridie quam populus Campanus a populo Romano defeciſset. Maxime, ut hoc ferretur, moverat, quod, quo- 11
rum hominum eſſent, scire se ipsi negabant; vetere patria relicta, in eam, in quam redierant, nondum adsciti. Poſtquam Marcellus ab exercitu rediit, co- 12
mitia uni consuli rogando in locum L. Poſtumii edicuntur. Creatur ingenti consensu Marcellus, qui 13
extemplo magiſtratum occiperet. cui ineunti consulatum quum tonuiſſet, vocati augures vitio creatum

Crevier. malebat *latum ad populum*; atque ita Put. a m. 1. habuiſſe teſtatur.

Item, uti municipes Cumani essent, pridie quam populus Campanus] Cum dicimus *esse quid pridie diei illius* vel Kalendarum, vel Nonarum, vel Iduum, illum diem, et non poſteriores, designamus. Itaque pene ineptum eſt dicere, *ut pridie illius diei cives essent:* quid enim poſt illum diem erant futuri? Sed voluit exprimere Livius, ex illo die in sequentes omnes pro municipibus illos haberi. Hoc non dicitur Latine *illo die*, sed *ex illo die*. Suspicor igitur excidiſſe tres voculas, et scripsiſſe auctorem: *item uti municipes Cumani essent ex ante diem pridie, quam populus.* Scripta fuit per singulas literas *ex a. d.* eo facilius perire potuit haec temporis designatio. J. FR. GRONOV. Quum verbis proximis praeceſſerit *essent*, atque hic repetatur, illud priori loco deleri posse existimat Cl. Crevier. At v. Jac. Gronov. ad 1, 41, 5.

§. 11. *Quorum hominum essent*] Hoc ita accipio: cujus populi vel civitatis cives fuiſſent ab eo tempore, quo Campani a Romanis defecerant, usque ad illum diem, quo cives Romani facti fuerant. Nam neque Campanos se fuiſſe, quorum defectionem non probaverint, sed in fide Romanorum manserint; neque Romanos, ut qui nunc demum in civitatem Romanam accepti sint. Ob hanc causam ergo ad populum latum eſt, ut intermedio tempore pro municipibus Cumanis haberentur. *Quorum hominum*, ut 1, 32, 11. *Homines prisci Latini.* V. Gronov. 2. Obs. 13. DUKER.

§. 13. *Quum tonuisset, vocati augures vitio creatum videri pronunciaverunt*] Plut. idem in Marc. [p. 304.] Ἐπιβροντήσαντος δὲ τοῦ θεοῦ, καὶ τῶν ἱερέων οὐκ ἀξιον τιθεμένων τὸ σημεῖον,

Digitized by Google

5 deerant, expugnati sunt. Recepta Petelia, Poenus ad Consentiam copias traducit: quam, minus pertinaciter defensam, intra paucos dies in deditionem
6 accepit. Iisdem ferme diebus et Bruttiorum exercitus Crotonem, Graecam urbem, circumsedit, opulentam quondam armis virisque, tum jam adeo multis magnisque cladibus adflictam, ut omnis aetatis minus
7 viginti millia civium superessent. itaque urbe a defensoribus vasta facile potiti sunt hostes: arx tantum retenta, in quam inter tumultum captae urbis e media
8 caede quidam effugere. Et Locrenses descivere ad

5. et Gaertn. *robis* Voss. Lovel. 1. 2. et Hav. Deinde *vescebantur vixereque* Lovel. 2. 3. 4. 5. Ber. Hav. et Hearnii N. *vescebantur vixeruntque* Hafn. *vescebantur viscereque* Harl. cum edd. antt. *vescebantur vix dieque* Gaertn. erroris originem dedit Gebh. Vulgatam lectionem *strictisque rubis vixere*, reliquis omissis, Ascens. anno 1513. recepit. Per *strictos rubos* autem intelligit rubos, quorum fructus strinxerant. Sed puto indicari, eos vixisse corticibus, quos ex rubis strinxerant: ut ita *corticibus teneris* modo memoratis obponantur cortices ruborum; quos *duros* vulgo vocari, docuit Cel. Burm. ad Ovid. 1. Met. 105.

§. 5. *Recepta Petelia, Poenus ad Consentiam*] Si *Consentia* in Bruttiis pro Romanis stabat, profecto non *Petelini* uni inter Bruttios in fide Romanorum post Cannensem cladem mansisse videntur, quod ante dixit [c. 20, 4.] praesertim vero cum Consentia Bruttiorum metropolis sit, auctore Strabone l. 6. [p. 256.] SIG. V. etiam Glareanum ad c. 20, 4.

§. 7. *Itaque urbe defensoribus vastata facile potiti sunt hostes*] Vide, ut accipiat illud *vastata*. De Crotone autem loquitur, quem hic captum dicit, libro autem sequenti ab initio a Bruttiis obsideri scribit. Idem memoriae lapsus de Locrensibus est, quos hic desciviſſe ad Brutios Poenosque ait, nec ita multo post [c. 41, 12.] Romanis portas quoque clausisse, sequenti vero libro ab initio prorsus contrarium scribit. Hic quidem locus meo judicio nullam accipit excusationem. GLAR. Magna menda est in voce *vastata*, quae ex prisca lectione deletur, quae est *defensoribus vacua*, si quidem opulentissimam olim urbem eo redactam, *ut omnis aetatis minus viginti millia civium superessent*, scribit. Sic 42, [63, 6.] *Vacua defensoribus moenia*. SIGON. Antea in omnibus libris legebatur *urbe defensoribus vastata*. et ita meus codex. Vir doctus reponit *vacua*. Ego verebar, ne Livius scripsisset, *vasta*. quomodo proprie loca sola et deserta vocabant. Sall. in Jug. [48.] *Mons et ab natura et ab humano cultu vastus*. Virg. [9. Aen. 323.]

Digitized by Google

Bruttios Poenosque, prodita multitudine a principibus. Rhegini tantummodo regionis ejus, et in fide 9
erga Romanos, et potestatis suae ad ultimum manserunt. In Siciliam quoque eadem inclinatio animo- 10
rum pervenit: et ne domus quidem Hieronis tota ab defectione abstinuit. namque Gelo maximus stirpis, 11
contemta simul senectute patris, simul post Cannensem cladem Romana societate, ad Poenos defecit: movissetque in Sicilia res, nisi mors adeo opportuna, 12
ut patrem quoque suspicione adspergeret, armantem eum multitudinem, sollicitantemque socios ab-

Haec ego vasta dabo, et lato te limite ducam.

LIPS. 4. Ep. Quaest. 10. Factum et hic est, quod paullo ante notavi, in Pal. 2. ut coacervatae fuerint falsa ac genuina lectiones: quippe exscriptum est, *itaque urbe a defensoribus vacua vastataque facile potiti hostes sunt.* In reliquis omnibus habetur *urbe defensoribus vastata.* Vera autem est emendatio *urbe a defensoribus vacua.* 28, 20, 2. *Conspexerunt editissimam urbis partem, quia rupe praealta tegebatur, neque opere ullo munitam, et ab defensoribus vacuam.* Lipsius tamen reponit *vasta*, quod corroboro locis aliis Livii. 24, 2, 9. *In vasta urbe lateque disjectis moenibus partitas stationes.* Ibid. c. 3, 11. *Antiquam frequentiam eorum recipere vastam ac desertam bellis urbem paterentur.* 28, 7, 12. *Urbis vastae ac desertae priore ejusdem Philippi bello.* GEBH. *defensoribus vacua* Hafn. et Hav. *a defensoribus vastata* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. *a defensoribus vasta* se in cod. antiquissimo a m. 1. invenisse, auctor est Gronov. supra ad 5, 53, 1. cui lectioni in contextu locum dedi. Alibi saepe *vastus* mutatur in *vastatus.* V. ad d. l. lib. 5. Tum ad 7, 33, 10. 9, 38, 2. 10, 12, 8. et 28, 11, 10. Contra etiam *vastatus* in *vastus.* V. ad 2, 62, 3. 3, 38, 7. c. 68, 2. et 5, 12, 5. De similibus erroribus v. ad 10, 37, 2. Praeterea *potiti hostes sunt* Flor. Lovel. quinque, Ber. Gaertner. et Hav.

Arae tantum retentae] Ego lectorem monui videre, ne *arces* verius, quam *arae* legeretur. SABELL. *arae tantum retentae, in quibus* fere omnes codd. *aras tantum retanta*, *in quam* Flor. *arx tantum retenta*, *in quam*, quod nunc vulgo exstat, primum obvium fuit in Ascens. anni 1513. Unius tantum arcis etiam infra mentio fit 24, 2. et 3.

§. 12. *Sollicitantem socios absumsisset*] Scribe cum Put. *armantem eum multitudinem sollicitantemque.* J. FR. GRON. Ita non unus praefert Put. verum omnes et codd. mei, et edd. usque ad Francof. anni 1578. quae prima copulam omisit. Praeterea

Digitized by Google

recentem equum ex fesso armatis transsultare mos erat: tanta velocitas ipsis, tamque docile equorum
6 genus est. Quum hoc modo instructi starent, imperatorum utriusque partis haud ferme dispares spes erant. nam ne multum quidem, aut numero, aut genere militum, hi aut illi praestabant. Militibus lon-
7 ge dispar animus erat. Romanis enim, quamquam procul a patria pugnarent, facile persuaserant duces, pro Italia atque urbe Romana eos pugnare. itaque, velut quibus reditus in patriam eo discrimine pugnae verteretur, obstinaverant animis, vincere
8 aut mori. Minus pertinaces viros habebat altera acies. nam maxima pars Hispani erant: qui vinci in Hispania, quam victores in Italiam trahi, malebant.
9 Primo igitur concursu, quum vix pila conjecta essent, retulit pedem media acies, inferentibusque
10 sese magno inpetu Romanis terga vertit. Nihilo segnius in cornibus proelium fuit. hinc Poenus, hinc

§. 7. *Pro Italia atque urbe Romana*] Ita Gron. edidit, consentientibus omnibus scriptis. Antea vulgabatur *urbe Roma*. V. ad Epit. Liv. 49. Paullo ante *τὸ enim* abest a Lovel. 4. Et §. praec. *τὸ erat* exsulat a primis edd.

§. 9. *Inferentibusque sese magno inpetu Romanis*] *inferentibusque se magno* Flor. Lovel. 4. 5. Hav. et Hearnii N. a m. 2. Mox *vertit terga* Flor.

§. 10. *Nihilo segnius in cornibus proelium fuit*] Praepositionem non agnoscunt Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. et Hav.

§. 11. *Itaque duo diversa proelia erant*] Vet. lib. *ita duo*. SIG. Non aliter Flor. Lovel. 1. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Froben. anni 1531. V. ad 21, 53, 7.

§. 12. *Ut qui, pulsis tandem mediis, et numero*] Liber optimus *pulsis tandantem medis*. Scribe, *ut qui pulsis jam tum mediis*. vel *jam ante*. Nam praecedit: *Quum vix pila conjecta essent, retulit pedem media acies*. J. FR. GRON. Voculam *tandem* hic locum habere non posse, Doujat. et Crevier. recte inde adstruunt, quod de illis usurpetur, quae magno molimine peraguntur; supra vero dicatur, mediam aciem primo statim concur-

Digitized by Google

Afer urguet: et velut in circumventos proelio anci-
piti pugnant. Sed quum in medium tota jam coïs- 11
set Romana acies, satis virium ad dimovenda ho-
ſtium cornua habuit. itaque duo diversa proelia 12
erant: utroque Romani, ut qui, pulsis tandem me-
diis, et numero et robore virorum praeſtarent, haud
dubie superarunt. Magna vis hominum ibi occisa. 13
et, nisi Hispani vixdum conserto proelio tam effuse
fugiſſent, perpauci ex tota superfuiſſent acie. Eque- 14
ſtris pugna nulla admodum fuit. quia, simul incli-
natam mediam aciem Mauri Numidaeque viderunt,
extemplo fuga effusa nuda cornua, elephantis quo-
que prae se actis, deseruere. Et Hasdrubal, usque 15
ad ultimum eventum pugnae moratus, e media cae-
de cum paucis effugit. Caſtra Romani cepere, atque
diripuere. Ea pugna, si qua dubia in Hispania 16
erant, Romanis adjunxit: Hasdrubalique non modo
in Italiam traducendi exercitus, sed ne manendi

su pedem retuliſſe, mox terga vertiſſe. In sequentibus *superare*, pro *superarunt*, Lovel. 1. *superarent* Lov. 2. 5. Harl. Hafn. et Hav. *superant* Flor.

§. 14. *Extemplo fuga effusa nuda cornua*] Prima vox exsulat a Voſſ. Lovel. 2. 3. 4. Ber. et Hav. Tum *media cornua* Lov. 3. *longa cornua* Recan.

§. 15. *Et Hasdrubal, usque ad ultimum eventum*] Nullum usum video copulativae: ideoque delendam censeo. J. FR. GRON. Perizon. ad marginem Livii notavit, similiter copulativam infra abundare c. 32, 13. *Et Romae consules transactis rebus.* nisi, ut addit, ibi *At Romae* legendum sit. Similiter c. 39, 5. *Et circa Capuam, transgresso* etc. c. 40, 1. *Et in Sardinia res per T. Manlium praetorem administrari coeptae.*

Castra Romani cepere, atque inde diripuere] Pall. tres *atque diripuere.* GEBH. Optimi jubent induci τὸ *inde.* J. FR. GRON. Expellunt etiam Flor. Lov. 3. 4. 5. Harl. Hav. et alii, cum editis Aldo antiquioribus.

§. 16. *Ne manendi quidem satis tuto in Hispania, spem reliquit*] Put. Pet. Voſſ. *reliquerat.* Lege *spes reliqua erat.* J. FR. GRON. *relinquerat* Lovel. 1. et Flor. a m. 1. qui *reliquerat* legit a m. 2. ut etiam Cantabr. Lov.

Digitized by Google

recentem equum ex fesso armatis transsultare mos
erat: tanta velocitas ipsis, tamque docile equorum
6 genus est. Quum hoc modo instructi starent, impe-
ratorum utriusque partis haud ferme dispares spes
erant. nam ne multum quidem, aut numero, aut ge-
nere militum, hi aut illi praestabant. Militibus lon-
7 ge dispar animus erat. Romanis enim, quamquam
procul a patria pugnarent, facile persuaserant du-
ces, pro Italia atque urbe Romana eos pugnare.
itaque, velut quibus reditus in patriam eo discrimi-
ne pugnae verteretur, obstinaverant animis, vincere
8 aut mori. Minus pertinaces viros habebat altera
acies. nam maxima pars Hispani erant: qui vinci in
Hispania, quam victores in Italiam trahi, malebant.
9 Primo igitur concursu, quum vix pila conjecta es-
sent, retulit pedem media acies, inferentibusque
10 sese magno inpetu Romanis terga vertit. Nihilo se-
gnius in cornibus proelium fuit. hinc Poenus, hinc

§. 7. *Pro Italia atque urbe Romana*] Ita Gron. edidit, consentientibus omnibus scriptis. Antea vulgabatur *urbe Roma*. V. ad Epit. Liv. 49. Paullo ante *τὸ enim* abest a Lovel. 4. Et §. praec. *τὸ erat* exsulat a primis edd.

§. 9. *Inferentibusque sese magno inpetu Romanis*] *inferentibusque se magno* Flor. Lovel. 4. 5. Hav. et Hearnii N. a m. 2. Mox *vertit terga* Flor.

§. 10. *Nihilo segnius in cornibus proelium fuit*] Praepositionem non agnoscunt Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. et Hav.

§. 11. *Itaque duo diversa proelia erant*] Vet. lib. *ita duo*. SIG. Non aliter Flor. Lovel. 1. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Froben. anni 1531. V. ad 21, 53, 7.

§. 12. *Ut qui, pulsis tandem mediis, et numero*] Liber optimus *pulsis tandantem medis*. Scribe, *ut qui pulsis jam tum mediis*. vel *jam ante*. Nam praecedit: *Quum vix pila conjecta essent, retulit pedem media acies*. J. FR. GRON. Voculam *tandem* hic locum habere non posse, Doujat. et Crevier. recte inde adstruunt, quod de illis usurpetur, quae magno molimine peraguntur; supra vero dicatur, mediam aciem primo statim concur-

Digitized by Google

Afer urguet: et velut in circumventos proelio anci-
piti pugnant. Sed quum in medium tota jam coïs- 11
set Romana acies, satis virium ad dimovenda ho-
ſtium cornua habuit. itaque duo diversa proelia 12
erant: utroque Romani, ut qui, pulsis tandem me-
diis, et numero et robore virorum praeſtarent, haud
dubie superarunt. Magna vis hominum ibi occisa. 13
et, nisi Hispani vixdum conserto proelio tam effuse
fugiſſent, perpauci ex tota superfuiſſent acie. Eque- 14
ſtris pugna nulla admodum fuit. quia, simul incli-
natam mediam aciem Mauri Numidaeque viderunt,
extemplo fuga effusa nuda cornua, elephantis quo-
que prae se actis, deseruere. Et Hasdrubal, usque 15
ad ultimum eventum pugnae moratus, e media cae-
de cum paucis effugit. Caſtra Romani cepere, atque
diripuere. Ea pugna, si qua dubia in Hispania 16
erant, Romanis adjunxit: Hasdrubalique non modo
in Italiam traducendi exercitus, sed ne manendi

su pedem retuliſſe, mox terga vertiſſe. In sequentibus *superare*, pro *superarunt*, Lovel. 1. *superarent* Lov. 2. 5. Harl. Hafn. et Hav. *superant* Flor.

§. 14. *Extemplo fuga effusa nuda cornua*] Prima vox exsulat a Voſſ. Lovel. 2. 3. 4. Ber. et Hav. Tum *media cornua* Lov. 3. *longa cornua* Recan.

§. 15. *Et Hasdrubal, usque ad ultimum eventum*] Nullum usum video copulativae: ideoque delendam censeo. J. FR. GRON. Perizon. ad marginem Livii notavit, similiter copulativam infra abundare c. 32, 13. *Et Romae consules transactis rebus.* nisi, ut addit, ibi *At Romae* legendum sit. Similiter c. 39, 5. *Et circa Capuam, transgresso* etc. c. 40, 1. *Et in Sardinia res per T. Manlium praetorem administrari coeptae.*

Castra Romani cepere, atque inde diripuere] Pall. tres *atque diripuere.* GEBH. Optimi jubent induci τὸ *inde.* J. FR. GRON. Expellunt etiam Flor. Lov. 3. 4. 5. Harl. Hav. et alii, cum editis Aldo antiquioribus.

§. 16. *Ne manendi quidem satis tuto in Hispania, spem reliquit*] Put. Pet. Voſſ. *reliquerat.* Lege *spes reliqua erat.* J. FR. GRON. *relinquerat* Lovel. 1. et Flor. a m. 1. qui *reliquerat* legit a m. 2. ut etiam Cantabr. Lov.

Digitized by Google

5 deerant, expugnati sunt. Recepta Petelia, Poenus ad Consentiam copias traducit: quam, minus pertinaciter defensam, intra paucos dies in deditionem 6 accepit. Iisdem ferme diebus et Bruttiorum exercitus Crotonem, Graecam urbem, circumsedit, opulentam quondam armis virisque, tum jam adeo multis magnisque cladibus adflictam, ut omnis aetatis minus 7 viginti millia civium superessent. itaque urbe a defensoribus vasta facile potiti sunt hostes: arx tantum retenta, in quam inter tumultum captae urbis e media 8 caede quidam effugere. Et Locrenses descivere ad

5. et Gaertn. *robis* Voss. Lovel. 1. 2. et Hav. Deinde *vescebantur vixereque* Lovel. 2. 3. 4. 5. Ber. Hav. et Hearnii N. *vescebantur vixeruntque* Hafn. *vescebantur viscereque* Harl. cum edd. antt. *vescebantur vix dieque* Gaertn. erroris originem dedit Gebh. Vulgatam lectionem *strictisque rubis vixere*, reliquis omissis, Ascens. anno 1513. recepit. Per *strictos rubos* autem intelligit rubos, quorum fructus strinxerant. Sed puto indicari, eos vixisse corticibus, quos ex rubis strinxerant: ut ita *corticibus teneris* modo memoratis obponantur cortices ruborum; quos *duros* vulgo vocari, docuit Cel. Burm. ad Ovid. 1. Met. 105.

§. 5. *Recepta Petelia, Poenus ad Consentiam*] Si *Consentia* in Bruttiis pro Romanis stabat, profecto non *Petelini* uni inter Bruttios in fide Romanorum post Cannensem cladem mansisse videntur, quod ante dixit [c. 20, 4.] praesertim vero cum Consentia Bruttiorum metropolis sit, auctore Strabone l. 6. [p. 256.] SIG. V. etiam Glareanum ad c. 20, 4.

§. 7. *Itaque urbe defensoribus vastata facile potiti sunt hostes*] Vide, ut accipiat illud *vastata*. De Crotone autem loquitur, quem hic captum dicit, libro autem sequenti ab initio a Bruttiis obsideri scribit. Idem memoriae lapsus de Locrensibus est, quos hic desciviſſe ad Brutios Poenosque ait, nec ita multo post [c. 41, 12.] Romanis portas quoque clausisse, sequenti vero libro ab initio prorsus contrarium scribit. Hic quidem locus meo judicio nullam accipit excusationem. GLAR. Magna menda est in voce *vastata*, quae ex prisca lectione deletur, quae est *defensoribus vacua*, si quidem opulentissimam olim urbem eo redactam, *ut omnis aetatis minus viginti millia civium superessent*, scribit. Sic 42, [63, 6.] *Vacua defensoribus moenia*. SIGON. Antea in omnibus libris legebatur *urbe defensoribus vastata*. et ita meus codex. Vir doctus reponit *vacua*. Ego verebar, ne Livius scripsisset, *vasta*. quomodo proprie loca sola et deserta vocabant. Sall. in Jug. [48.] *Mons et ab natura et ab humano cultu vastus*. Virg. [9. Aen. 323.]

Digitized by Google

Bruttios Poenosque, prodita multitudine a principibus. Rhegini tantummodo regionis ejus, et in fide 9
erga Romanos, et potestatis suae ad ultimum manserunt. In Siciliam quoque eadem inclinatio animo- 10
rum pervenit: et ne domus quidem Hieronis tota ab defectione abstinuit. namque Gelo maximus stirpis, 11
contemta simul senectute patris, simul post Cannensem cladem Romana societate, ad Poenos defecit: movissetque in Sicilia res, nisi mors adeo opportuna, 12
ut patrem quoque suspicione adspergeret, armantem eum multitudinem, sollicitantemque socios ab-

Haec ego vasta dabo, et lato te limite ducam.

LIPS. 4. Ep. Quaest. 10. Factum et hic est, quod paullo ante notavi, in Pal. 2. ut coacervatae fuerint falsa ac genuina lectiones: quippe exscriptum est, *itaque urbe a defensoribus vacua vastataque facile potiti hostes sunt.* In reliquis omnibus habetur *urbe defensoribus vastata.* Vera autem est emendatio *urbe a defensoribus vacua.* 28, 20, 2. *Conspexerunt editissimam urbis partem, quia rupe praealta tegebatur, neque opere ullo munitam, et ab defensoribus vacuam.* Lipsius tamen reponit *vasta*, quod corroboro locis aliis Livii. 24, 2, 9. *In vasta urbe lateque disjectis moenibus partitas stationes.* Ibid. c. 3, 11. *Antiquam frequentiam eorum recipere vastam ac desertam bellis urbem paterentur.* 28, 7, 12. *Urbis vastae ac desertae priore ejusdem Philippi bello.* GEBH. *defensoribus vacua* Hafn. et Hav. *a defensoribus vastata* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. *a defensoribus vasta* se in cod. antiquissimo a m. 1. invenisse, auctor est Gronov. supra ad 5, 53, 1. cui lectioni in contextu locum dedi. Alibi saepe *vastus* mutatur in *vastatus.* V. ad d. l. lib. 5. Tum ad 7, 33, 10. 9, 38, 2. 10, 12, 8. et 28, 11, 10. Contra etiam *vastatus* in *vastus.* V. ad 2, 62, 3. 3, 38, 7. c. 68, 2. et 5, 12, 5. De similibus erroribus v. ad 10, 37, 2. Praeterea *potiti hostes sunt* Flor. Lovel. quinque, Ber. Gaertner. et Hav.

Arae tantum retentae] Ego lectorem monui videre, ne *arces* verius, quam *arae* legeretur. SABELL. *arae tantum retentae, in quibus* fere omnes codd. *aras tantum retanta, in quam* Flor. *arx tantum retenta, in quam*, quod nunc vulgo exstat, primum obvium fuit in Ascens. anni 1513. Unius tantum arcis etiam infra mentio fit 24, 2. et 3.

§. 12. *Sollicitantem socios absumsisset*] Scribe cum Put. *armantem eum multitudinem sollicitantemque.* J. FR. GRON. Ita non unus praefert Put. verum omnes et codd. mei, et edd. usque ad Francof. anni 1578. quae prima copulam omisit. Praeterea

Digitized by Google

13 sumsisset. Haec eo anno in Italia, in Africa, in Sicilia, in Hispania vario eventu acta. Exitu anni Q. Fabius Maximus a senatu postulavit, ut aedem Veneris Erycinae, quam dictator vovisset, dedicare

novassetque in Sicilia res Lov. 5. Locutionem Livio sollemnem esse *novare res*, certum est. Hic tamen omnibus invitis uni credere non ausim. Alibi autem librarii verba *novare* et *movere* commutarunt. Exemplum habuimus 21, 6, 7.

§. 13. *Dictator vovisset, dedicare liceret*] Ita primus Gronov. edidit, consentiente Flor. Priores ediderant *dedicari*, ut est in plerisque reliquis meis, omnibusque Hearnii codd.

§. 14. *Consul designatus cum Ibono ivisset, ad populum ferret, ut Fabium sive dium virum esse juberent aedis dedicandae causa, et M. Aemilio Lepido, quibus consul augurque fuerat filatres l. m. quae audisse funebres* etc.] Vos hic nihil emendastis, nisi *cum Ibono inisset* sic: *cum primum magistratum inisset:* quod falsum esse, ex posterioribus coarguitur, quia ante fuerunt editi ludi, quam Sempronius inisset magistratum, ut ipsa, quae posui, verba indicant. Postea mutastis *filatres* in *simul imperatores*, hoc est, *tres imperatores*, quae nulla sententia est. Ego sic arbitror emendandum, *Senatus decrevit, ut T. Sempronius, consul designatus, cum bono omine ad populum ferret.* Ideo autem praefati sunt *cum bono omine*, quia post motum bellum numquam fecerant ludos, aliis super alias cladibus nunciatis. Perago caetera: *ut duumviros esse juberent aedis dedicandae causa. C. Aemilii Lepidi, qui bis consul augurque fuerat, filii tres, Lucius, Marcus, Quintus ludos funebres per triduum, et gladiatorum paria duo et viginti per triduum in foro dederunt. Aediles curules C. Lectorius et T. Sempronius Gracchus consul designatus, qui in aedilitate magister equitum fuerat, ludos Romanos fecerunt.* et reliqua. VALLA. Videndum etiam atque etiam, quid sit, quod in omnibus vet. lib. legitur, *ut Ti. Sempronius cos. des. cum in bono inisset.* Nam qui emendarunt, *cum primum magistratum inisset*, mentem potius attendisse videntur auctoris, quam verba. Valla olim legendum putavit, *cum bono omine ad populum ferret:* quod non probo, quia nullam habet rationem vocis *inisset.* Ego malim *cum magistratum inisset.* Sic enim Cic. Philipp. [3, 15.] *Uti C. Pansa, A. Hirtius consules designati, cum magistratum inierint.* Et Coelius ad Cic. [8. ad fam. 8.] *D. E. R. I. C. uti C. Paullus, C. Marcellus, cum magistratum inissent.* SIG. Pat. *cumiboinisset.* Additum inter ordines versuum *no.* Unde Pet. et Flor. meliores, Pall. Barber. Voss. *cum ibono inisset.* A pessima manu alter Petav. *cum in bono augurio magistratum inisset.* Fortassis, *ut Tib. Sempronius, consul designatus, quam primum meminisset ad populum ferre.* J. FR. GRON. Vulgatum demum vidi in Ascens. anni 1510. priorum quaedam praeferunt *cum primum inisset.* Sed neutrum in ullo cod. obcurrit. *cum tribuno missus* legunt Lov. 3. et Hafn. *cum primum in bono inisset* Gaertn. *cum magistra-*

Digitized by Google

liceret. Senatus decrevit, ut Ti. Sempronius consul designatus, quum primum honorem iniisset, ad populum ferret, ut Q. Fabium duumvirum esse juberent aedis dedicandae caussa. Et M. Aemilio Le- 14 15

tum inisset Lov. 5. *cum bono inisset* Cant. et Lovel. 1. *cum in bono inisset* Hearnii Oxon. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *cum ibono inisset* Lov. 4. et Harl. *cum honorem inisset* Lov. 2. Ber. Hav. et Hearnii N. in marg. quod in uno Victor. inventum probavit Crevier. Mihi verum videtur, *quum primum honorem inisset.* Illud enim *primum* latere videtur in prima litera τοῦ *ibono*, quod in optimis supereſt; quemadmodum *honorem*, in aliis obvium, in ejusdem literis reliquis.

Ut duumviros esse juberent aedis dedicandae caussa] Quidam pro *duumviros* reposuerunt *Fabium duumvirum*, magna audacia, meo quidem judicio, cum et T. Octacilius creatus sit poſtea, non Fabius tantum. Itaque pluralis numerus manebit, ut et poſtea [cap. seq.] cum dicit *Interea duumviri creati sunt.* Et *aedium dedicandarum caussa* legerem, non *aedis dedicandae*, quemadmodum poſtea *aedibus dedicandis* dicturus eſt. GLAR. Miror hoc loco neglectam eſſe Vallae correctionem, quae veterum librorum auctoritate confirmatur, *ut duumviros esse juberent*: miror item spretam eſſe alteram Glareani *aedium dedicandarum caussa.* Duae enim erant aedes dedicandae, quarum causa duumviri creandi erant. Quare paulo poſt [cap. seq.] ita loquitur. *Interea duumviri creati sunt, Q. Fabius Maximus et T. Otacilius Crassus aedibus dedicandis, Menti Otacilius, Fabius Veneri Erycinae.* SIG. *ut duumviros esse juberent* a Valla et Sigonio eſt; qui poſterior quorum librorum veſt. auctoritatem obtendit, illi sacres sinceri, ut ajebant antiqui, non sunt. Put. *ut quae Fabium duumvirum esse juberent.* Pet. et Flor. *ut Fabium duumvirum*, quemadmodum et priscae edd. Barber. Pall. Men. Voſſ. Pet. alter, *ut duumvirum.* Vera scriptura eſt: *ut Q. Fabium duumvirum esse juberent aedis dedicandae caussa.* Sic saepe Livius. 2, [42, 5.] de aede Caſtoris Latino bello a Poſtumio dictatore vota: *filius ejus duumvir ad id ipsum creatus dedicavit.* 6, [5, 8.] *Eo anno aedes Martis, Gallico bello vota, dedicata est a T. Quinctio duumviro sacris faciundis.* 34, [53, 5.] *Aedem Fortunae Primigeniae in colle Quirinali dedicavit Q. Marcius Ralla, duumvir ad id ipsum creatus.* Lib. 36, [36, 5.] *Juventatis aedem in Circo maximo C. Licinius Lucullus duumvir dedicavit.* Sed ait Glareanus, manere debere pluralem numerum, quod et T. Otacilius creatus sit aedi Mentis dedicandae: idcoque scribendum, *aedium dedicandarum caussa.* At praedixerat Livius, Fabium poſtulaſſe ab senatu, ut aedem Veneris Erycinae, quam dictator voverat, dedicare liceret: non etiam Otacilium de aede Mentis. De quo ergo uno inſtituerat loqui, de eo solo pergit. Quod autem poſtea duarum aedium dedicandarum cauſſa duumviros creatos narrat, minime cum his pugnat. Hic enim mos hiſtoricorum eſt, cujus et alibi Glareanum Sigonius admonet, multa reticere, quae ex consequentibus narratis

Digitized by Google

pido, qui bis consul augurque fuerat, filii tres, Lucius, Marcus, Quintus, ludos funebres per triduum, et gladiatorum paria duo et viginti per triduum in
16 foro dederunt. Aediles curules C. Laetorius, et Ti. Sempronius Gracchus, consul designatus, qui in aedilitate magister equitum fuerat, ludos Romanos
17 fecerunt, qui per triduum instaurati sunt. Plebeji ludi aedilium M. Aurelii Cottae et M. Claudii Marcelli ter instaurati. Circumacto tertio anno Punici belli,

facta intelligantur. Cogitandum igitur, occasione hujus mentionis a Fabio illatae etiam Otacilium de aede ab se vota sermonem movisse, et par decretum tulisse. J. FR. GRON. *ut . . . . esse juberet*, ita cum lacuna, Lovel. 5. quasi praecedens *populum* non *juberent*, sed *juberet*, requireret. At v. ad 10, 13, 11. *ut duumviros esse juberent* ex sententia Vallae Gaertn. et Voss. a manu altera inter versus. *ut duumvirum esse juberent* Voss. a m. 1. Lov. 1. 3. Harl. et Hearnii N. *ut Fabium duumvirum esse juberent* Flor. Lovel. 2. 4. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. Sed veram lectionem ex vestigiis Put. Gronovius vindicavit.

§. 15. *M. Aemilio Lepido, qui bis consul augurque fuerat*] M. Aemilium Lepidum et M. Valerium Laevinum bis consules nominat Livius, quos tamen neque in Capitolinis tabulis, neque apud Cassiodorum invenias nisi semel fuisse. Hinc ego suspicor, ne suffecti fuerint L. Veturio et C. Lutatio consulibus Lepidus 11, Laevinus primum. Quoniam autem ea pars in Capitolinis consulatibus desideratur, et Cassiodorus eorum tantum consulum, qui primum facti sunt, qui ordinarii nominantur, meminit, in neutro horum monumentorum haec nomina inveniri. Sed de hac re accuratius in Fastorum consularium commentariis. me enim movet, quod duo patricii consules comparantur. SIG. Sigonii sententiam probat etiam Pighius in Ann. ad ann. DXXXIII. p. 135. *et augur* est in multis edd. antt.

Gladiatorum paria duo et viginti per triduum in foro dederunt] Cl. Crevier. manifestum esse putat, duas voces *per triduum* male huc inculcatas esse ex versu praecedenti. Et sane huic sententiae favent loca infra 31, 50, 4. et 39, 46, 2. Est tamen, cur de veritate emendationis dubitem. Nam vulgatum tuentur omnes codd. Praeterea, non semper per totidem dies gladiatores exhibiti fuere, per quot ludi funebres. Infra enim 41, 28, 11. ludi funebres scenici per quatriduum dantur, spectaculum gladiatorium per triduum. *dederant* quaedam ex edd. antt.

§. 16. *C. Lectorius*] *C. Laetorius et Ti. Sempronius*, ut saepe dixi. SIG. V. ad 2, 27, 6. Adde viros doctos ad Suet. Aug. 5.

Digitized by Google

belli, Ti. Sempronius consul Idibus Martiis magi-
ſtratum iniit. Praetores Q. Fulvius Flaccus, qui 18
antea consul censorque fuerat, urbanam, M. Vale-
rius Laevinus peregrinam sortem in jurisdictione
habuit. Ap. Claudius Pulcher Siciliam, Q. Mucius
Scaevola Sardiniam sortiti sunt. M. Marcello pro 19
consule imperium eſſe populus juſſit, quod poſt
Cannensem cladem unus Romanorum imperatorum
in Italia prospere rem geſſiſſet.

XXXI. Senatus, quo die primum eſt in Capitolio 1

§. 17. *Plebeji ludi a M. Aurelio Cotta et M. Claudio Marcello*] Put. et Pet. melior *Plebeji ludi aedilium M. Aurelii Cottae et M. Claudii Marcelli ter instaurati. Circumacto.* Nec alter Voſſianus, nisi quod retinet *τὸ sunt.* J. FR. GRON. Puteaneo consentit Flor. at Voſſiano reliqui mei omnesque Hearnii Oxon.

§. 18. *Praetoresque Fulvius Flaccus*] Caſtiga *Praetores*, *Q. Fulvius Flaccus*, perspicue. Ceterum consul hic fuerat cum L. Cornelio Lentulo, censor cum T. Manlio Torquato. SIG. Ita et Flor. Saepe praenomen *Q.* in copulativam *que* abiit. V. ad 22, 31, 7.

Qui antea consul censorque fuerat] At jam bis ante consul fuerat anno DXVI et DXXIX, ut videre eſt in faſtis Capitolinis. Unde et infra 25, 3, 1. *tertium* consul fieri dicitur. Latet numerus in litera *A*, deditque Livius, *qui ante II consul censorque fuerat.* Plane ut infra de hoc ipso homine 25, 5, 3. *Q. Fulvius Flaccus consul, qui et ante bis consul et censor fuerat.* Et de eodem 28, 45, 2. *Q. Fulvius qui quater consul et censor fuerat.* Sic hoc cap. paulo ante. *M. Aemilio Lepido, qui bis consul augurque fuerat.* c. 21, 6. *M. Atilius Regulus, qui bis consul fuerat.* c. 34, 15. *T. Manlius Torquatus, qui bis consul censorque fuerat.* Atque ita semper. JAC. PERIZON.

Q. Mucius Scaevola] *Q. Minutius* Lovel. quinque, Harl. et Hearnii N. in margine. *M. Minutius* Gaertn. et Hav. Male. Ejusdem erroris exemplum habuimus ad c. 24, 4. aliud v. ad c. 34, 11.

§. 19. *M. Marcello proconsuli imperium esse*] Put. et Pet. *proconsule.* J. FR. GRON. Ita et Flor. Voſſ. Lov. 4. 5. Harl. et Hearnii Oxon. V. ad 3, 4, 10. 4, 41, 10. Epit. Liv. 8. ad 8, 23, 12. 10, 18, 8. c. 26, 12. c. 29, 3. hoc lib. c. 32, 19. c. 41, 8. 24, 10, 4. 26, 1, 6. c. 33, 4. 27, 21, 6. c. 22, 4. c. 35, 2. 38, 37, 1. Corte ad Plin. 2. ep. 11, 2. 4, 3, 1. et 5, 20, 1. Quum autem utrumque *proconsul, propraetor, proquaestor* et *pro consule*, *pro praetore*, *pro quaestore* in marmoribus inveniatur, illud, quam hoc, dicere malebat. Ceterum observandum eſt, vel duabus vocibus *pro consule*, vel una, non *proconsule*, sed *proconsul* dicen-

Digitized by Google

consultus, decrevit, ut, quo eo anno duplex tribu-
2 tum imperaretur, simplex confestim exigeretur, ex
quo stipendium praesens omnibus militibus daretur,
3 praeterquam qui milites ad Cannas fuissent. De ex-
ercitibus ita decreverunt, ut duabus legionibus ur-
banis Ti. Sempronius consul Cales ad conveniendum
diem ediceret: inde sex legiones in castra Claudia-
4 na supra Suessulam deducerentur. quae ibi legiones
essent, (erant autem Cannensis maxime exercitus)
eas Ap. Claudius Pulcher praetor in Siciliam traji-

dum esse. V. ad 22, 31, 10. Hoc loco *proconsulare imperium* legunt Flor. a m. 2. et Harl.

§. 1. *Quo die primum est in Capitolio consultus*] Pal. 3. *quo primum die*. GEBH. Ita et Hav. *primo die, quo est in Capitolio* Lovel. 2.

Ut eo anno duplex tributum] Comparet in Pal. 1. et 2. *ut quo eo anno*. GEBH. Repone ex Put. Pet. Men. duobus Pall. Voss. *ut quo eo anno*. Ponitur pro conjunctione τὸ *quo*. Alludunt alii libri, qui fere omnes habent *quo*, expuncto τῷ *eo*. J. FR. GRON. Non possum intelligere *ut quo*, et quae hic adnotantur, nisi haec duo discam: primum, sic dici *decernere quo*, quemadmodum *decernere ut*; deinde *ut quo* inveniri pro *quo* solum, quemadmodum *ut ne*, pro *ne*. Sigonius 1. de Ant. jur. Civ. Rom. 16. scribit, senatum hoc anno decrevisse, ut duplex stipendium praesens omnibus militibus daretur. Hoc non dicit Livius. Recte citaverat verba c. 15. DUK. *ut quo eo* etiam Lovel. 1. 3. 5. Harl. et Gaertn. *ut quo die eo anno* Flor. *ut eo anno quo* Hearnii L. 1. *ut quo anno* edd. antt.

§. 2. *Milites ad Cannas fuissent. Inde de exercitibus ita decretum est*] Pal. 1. *ad Cannas fugissent*. Sequentia ita comparent in vet. ed. At Pal. 2. *Tum de exercitibus ita decretum est*. pr. *inde exercitibus indecretum est*. tert. *inde exercitibus ita decretum est*. GEBH. Put. *Cannas fuisse ide exercitibus ita decreverunt*. Cur autem *decretum est* subjecerunt? Nempe quia praecedenti periodo, *senatus decrevit*. Hoc sapere est. J. FR. GRON. Puteaneo consentit Flor. in quo deinde a m. 2. emendatur, ut nunc editum est; quod recte Gronov. probavit. Et quidem conlectivo *senatus* in priori membro additur singulare verbum *decrevit*, in posteriori plurale *decreverunt*; quod Livio frequens est. V. ad 4, 16, 8. et 5, 35, 1.

§. 3. *Cales ad conveniendum diem edicit. Inde sex legiones in castra Claudiana*] Hic Cales dies edicitur, paulo post Sinuessam. Idem Sempronius hic legionibus duabus urbanis, paulo post Volonibus praeficitur. Sed urbanae etiam legiones in castra Claudiana deductae sunt, ut plane appareat, tempore mutata

Digitized by Google

ceret; quaeque in Sicilia essent, Romam deportarentur. Ad exercitum, cui ad conveniendum Cales 5
edicta dies erat, M. Claudius Marcellus missus: isque jussus in castra Claudiana deducere urbanas legiones. Ad veterem exercitum accipiendum dedu- 6
cendumque inde in Siciliam, T. Metilius Croto legatus ab Ap. Claudio est missus. Taciti primo ex- 7
spectaverant homines, uti consul comitia collegae creando haberet. deinde, ubi ablegatum, velut de industria, M. Marcellum viderunt, quem maxime

esse Imperatorum decreta. Hoc etiam mirum, quum antea de castris Claudianis nullam fecerit mentionem Livius, qui Marcellum nunc Nolae, nunc Canusii, nunc Casilini fuisse dicat, hic tanquam ea omnibus nota essent, commemorat, ac postea saepius. GLAR. Hinc paulo ante dixit [c. 14, 13.] *Claudius a Canusio Calatiam petit, atque inde Vulturno amne trajecto, perque agrum Saticulanum Trebianumque super Suessulam per montes Nolam pervenit.* Et paulo post [c. 32, 2.] *M. Claudius ad eum exercitum, qui supra Suessulam Nolae praesideret, missus.* SIG. Unde hic sex legiones, quot nemo unus, sive consul, sive dictator, toto hoc bello habuit? Edicta utique erat Cales duabus tantum legionibus dies ad conveniendum, easque nec plures statim traditur in castra Claudiana deduxisse Marcellus, qui in illis mansit, donec cum iis copiis, *quas habebat*, quaeque illic erant, Nolam in praesidium est missus a Fabio. V. capp. 31. et 39. Lege igitur *Inde eae legiones.* Causa erroris fuit *A* mutatum in *X*, quo nihil frequentius etiam in optimo Puteanaeo. JAC. PERIZON. Castra Claudiana a M. Claudio Marcello praetore dicta sunt, qui cum exercitu ibi consedit. Supra c. 17, 3. *Summa rerum senatui tradita, cum exercitu omni profectus, supra Suessulam castris positis consedit.* Non ea igitur cura, qua oportuerat, ad verba Livii adtendit Glareanus, existimans, castrorum illorum antea mentionem factam non esse.

§. 5. *In castra Claudiana deducere*] *in claustra Claudiana* Lov. 4. 5. et Hav. De quo errore v. ad 9, 32, 2. *in Claudiana* Voss. *in Claudia* Lov. 1. *in Claudiana castra* Lov. 2. et Harl. Tum *ducere* Ber. a m. 1. et Hearnii N. a m. 2. Paullo ante *est missus* Lovel. 1.

§. 6. *Deducendumque in Siciliam T. Metilius Croto*] Optimi *accipiendum deducendumque inde in Siciliam.* J. FR. GRON. Ita et Flor. Deinde *Ti. Maecilius* Flor. et Lovel. 2. *T. Mecilius* Voss. et Lovel. 4. *Ti. Metilius* Hav. *Q. Metilius* Ber. Duplex apud Romanos gens fuit *Maeciliorum* et *Metiliorum.* Utriusque mentio fit 4, 48, 1. Ex qua vero hic memoratus descen-

Digitized by Google

consulem in eum annum ob egregie in praetura res
gestas creari volebant, fremitus in curia est ortus.
8 Quod ubi sensit consul, *Utrumque*, inquit, *e repu-*
blica fuit, Patres conscripti, et M. Claudium ad
permutandos exercitus in Campaniam proficisci, et
comitia non prius edici, quam is inde, confecto,
quod mandatum est, negotio, revertisset; ut vos
consulem, quem tempus reipublicae postularet, quem
9 *maxime vultis, haberetis.* Ita de comitiis, donec
rediit Marcellus, silentium fuit. Interea duumviri
creati sunt Q. Fabius Maximus et T. Otacilius Cras-
sus, aedibus dedicandis, Menti Otacilius, Fabius
Veneri Erycinae. Utraque in Capitolio est, canali

derit, dubium facit codicum dissensus.

§. 7. *In curia est ortus*] Verbum *est* omittunt Flor. Voss. Lov. quinque; Harl. Gaertn. et Hav. Paullo ante *C. Marcellum*, pro *M. Marcellum*, edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 8. *Quemque maxime vultis*] Scripti omnes *quem maxime*. J. FR. GRON. Ita etiam Hearnii Oxon. et omnes nostri, nisi quod *quemque* sit in Lovel. 5. *et quem* in Lovel. 3. V. ad 21, 41, 9. Paullo ante *quam is idem* Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. et editi ante Aldum. *quam idem* Ber. V. ad 1, 19, 7. Tum *mandandum* Gaertn. V. ad 6, 37, 4.

§. 9. *Q. Fabius Maximus et T. Attilius Crassus*] Quidam pro *Attilio* reposuerant *Octacilius*, quod non displicet; quippe qui post dedicationem aedis postea cum imperio in Siciliam mittitur [cap. seq.] Sed ubique hoc emendatum oportuit. Verum eodem prope versu reliquerunt *Menti Attilius*, cum adhuc de eodem loqueretur. Et l. 2. [hujus dec. c. 10, 10.] post pugnam Trasimenam, ubi eae voventur, *Attilius* iidem reliquerunt. Non tutum est mutare talia, nisi totam historiam memoria teneas. sed quidam audaculi non admodum curant, praesertim hac tempestate. GLAR. Carpit hic Glareanus eum, qui praefuit ed. Froben. anni 1531. in qua id vitii admissum est.

§. 10. *Delatum ad populum*] Emendo, *dein latum ad populum*. Haec est enim usitata in hac re loquendi forma: et ipse subdit: *maxime, ut hoc feretur, moverat*. SIG. *delatum* omnes codd. Davis. ad Caes. 1. B. Civ. 6. *relatum* emendat. V. ad 21, 6, 5. Verum, quum propriae sint locutiones *ferre ad populum*, *referre ad senatum*, recte Dukerus *referre ad populum* damnavit ad Flor. 3, 21, 9. Cl.

Digitized by Google

uno discretae. Et de trecentis equitibus Campanis, 10
qui, in Sicilia cum fide ſtipendiis emeritis, Romam venerant, dein latum ad populum, ut cives Romani eſſent: item, uti municipes Cumani eſſent, pridie quam populus Campanus a populo Romano defeciſset. Maxime, ut hoc ferretur, moverat, quod, quo- 11
rum hominum eſſent, scire se ipsi negabant; vetere patria relicta, in eam, in quam redierant, nondum adsciti. Poſtquam Marcellus ab exercitu rediit, co- 12
mitia uni consuli rogando in locum L. Poſtumii edicuntur. Creatur ingenti consensu Marcellus, qui 13
extemplo magiſtratum occiperet. cui ineunti consulatum quum tonuiſſet, vocati augures vitio creatum

Crevier. malebat *latum ad populum*; atque ita Put. a m. 1. habuiſſe teſtatur.

Item, uti municipes Cumani essent, pridie quam populus Campanus] Cum dicimus *esse quid pridie diei illius* vel Kalendarum, vel Nonarum, vel Iduum, illum diem, et non poſteriores, designamus. Itaque pene ineptum eſt dicere, *ut pridie illius diei cives essent:* quid enim poſt illum diem erant futuri? Sed voluit exprimere Livius, ex illo die in sequentes omnes pro municipibus illos haberi. Hoc non dicitur Latine *illo die*, sed *ex illo die*. Suspicor igitur excidiſſe tres voculas, et scripsiſſe auctorem: *item uti municipes Cumani essent ex ante diem pridie, quam populus.* Scripta fuit per singulas literas *ex a. d.* eo facilius perire potuit haec temporis designatio. J. FR. GRONOV. Quum verbis proximis praeceſſerit *essent*, atque hic repetatur, illud priori loco deleri posse existimat Cl. Crevier. At v. Jac. Gronov. ad 1, 41, 5.

§. 11. *Quorum hominum essent*] Hoc ita accipio: cujus populi vel civitatis cives fuiſſent ab eo tempore, quo Campani a Romanis defecerant, usque ad illum diem, quo cives Romani facti fuerant. Nam neque Campanos se fuiſſe, quorum defectionem non probaverint, sed in fide Romanorum manserint; neque Romanos, ut qui nunc demum in civitatem Romanam accepti sint. Ob hanc causam ergo ad populum latum eſt, ut intermedio tempore pro municipibus Cumanis haberentur. *Quorum hominum*, ut 1, 32, 11. *Homines prisci Latini.* V. Gronov. 2. Obs. 13. DUKER.

§. 13. *Quum tonuisset, vocati augures vitio creatum viderl pronunciaverunt*] Plut. idem in Marc. [p. 304.] Ἐπιβροντήσαντος δὲ τοῦ θεοῦ, καὶ τῶν ἱερέων ὀυκ ὑγιον τιθεμένων τὸ σημεῖον,

Digitized by Google

videri pronunciaverunt; vulgoque Patres ita fama ferebant, quod tum primum duo plebeji consules
14 facti essent, id Deis cordi non esse. In locum Marcelli, ubi is se magistratu abdicavit, subfectus Fa-
15 bius Maximus tertium. Mare arsit eo anno: ad Sinuessam bos equuleum peperit: signa Lanuvii ad Ju-

ἐμφανῶς δὲ κωλύειν ὀκνούντων καὶ δεδιότων τὸν ὅμμον, αὐτὸς ἐξωμόσατο τὴν ἀρχήν. SIGON. Alludit ad hanc lectionem Pall. 1. 3. et vet. ed. *cum tenuisset.* sec. vero *cum occinisset.* Tum sequitur in Pall. 1. ac 3. *vitio creatum viderunt, pronunciaverunt.* sec. *vitio creatum videri eum pronunciaverunt.* quod non displicet. GEBH. *quum tenuisset* etiam Flor. Voss. Lovel. 1. 4. 5. Harl. Gaertn. et Ber. cum edd. antt. Verba haec commutari in Mstis, docuit Nic. Heins. ad Claud. Cons. Olyb. et Prob. 208. Tum *creatum viderunt pronunciaverunt* Flor. Cant. Voss. Lovel. 2. 3. 4. et Harl. nisi quod in postremo desit ultima vox. *creatum pronunciaverunt* Ber. Male. Quemadmodum enim judices non aliquid *esse*, sed *videri*, pronunciabant, ut docet Briss. de Form. l. 5. p. 482. ita et augures, in hac re judices legitimi, eodem utuntur verbo, quemadmodum etiam 8, 23, 14. *Consulti augures vitiosum videri dictatorem pronunciaverunt.* Sed *creatum videri decem pronunciaverunt* Gaertn. Verum collegium augurum hoc tempore tantum ex novem sacerdotibus constabat. Paullo ante *magistratum acciperet* Flor. Voss. Cant. Lov. quinque, Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. vett. Sed v. ad 5, 32, 1.

Volones quoque Patres ita fama ferebantur] Pro *Volones quoque*, alii *vulgoque*, alii *velle quoque* legunt. Sed non satis fit cordato lectori, nec ego sane medelam ullam adhibere possum, recteque asteriseo notatum hunc locum ab aliis puto, a nobis repetito, ut in vetustis exemplaribus diligentius inspiciatur. Divinare omnia non possumus. Certum est, insimulatos Patres a plebejis, aut tonitrua finxisse, aut curasse, ut falso nunciarentur, quod duos consules plebejos habere nollent. GLAR. Lego *volentes quoque Patres ita fama ferebant*, voce ex cap. seq. in principio huc revocata, et illa *volones* eo ablegata. KLOCH. Pal. 2. *vulgoque Patres ita fama ferebat.* tert. *vulgo quoque Patres ita fama ferebant.* Primus vero *vos quoque Patres ita fama ferebant.* Prisca ed. *Volones quoque Patres fama ferebantur.* GEBH. Quae nunc exstat lectio, vera est. Eam primus Aldus vulgavit; sed *velle quoque*, pro *vulgoque*, Mogunt. Priores ediderant, ut notae Glareani praeponitur, nisi quod *famam ferebant* sit in Mediol. anni 1505. Aldo consentit Flor. neque aliter dissentit Harl. quam quod *ita Patres famam* praeferat. Aliorum, qui aperte vitiosi sunt, lectionibus recensendis lectoris patientia abuti nolo. Fatendum tamen, id quod Klock. conjecit, in Rec. superesse.

§. 14. *Subfectus Fabius Maximus tertium*] Primum fuit cum M. Pomponio Mathone, iterum cum Sp. Carvilio Maximo. SIG.

Digitized by Google

nonis Sospitae cruore manavere, lapidibusque circa id templum pluit. ob quem imbrem novemdiale, ut adsolet, sacrum fuit: ceteraque prodigia cum cura expiata.

XXXII. Consules exercitus inter sese diviserunt. a Fabio exercitus, cui M. Junius dictator praefuerat,

§. 15. *Signa Lavinii ad Junonis Sospitae*] Bis supra ostendimus, *Lanuvium* esse legendum, non *Lavinium*, ut mendose habent veteres et recentes Liviani codices. SABELL. Perperam etiam aliquot codd. *Lavinii*. Solent passim ea nomina ab indoctis librariis commutari. V. ad 3, 29, 6. Hic autem *Lanuvii* legendum esse, ex *Junone Sospita* constat; quae ibi, non Lavinii, culta est. V. Sigon. ad 8, 23, 5. De hac Junone autem v. ibid. c. 14, 2. Paullo ante *Sinuessae*, pro *ad Sinuessam*, Hafn. Ber. et Hav.

Novemdiale, ut adsolet, sacrum fuit] Habet Pal. 3. *novemdiale, ut assolet, factum fuit.* GEBH. Id tribuendum puto erranti librario. Nam et alibi hae voces commutantur. V. Nic. Heins. ad Ovid. 3. Fast. 262. *sacrificium fuit* praefert Hav. *novemdialis sacrificii* etiam infra mentio fit 34, 45. 8. et 38. 36, 4. Sed alibi passim *novemdiale sacrum* vocatur. Et ita reliqui codd. hic servant.

§. 1. *Consules exercitus inter se diviserunt*] Tria posteriora verba absunt a Pal. 3. et prisca ed. Primus vero Pal. legit *exercitus interesse jusserunt*; ad marginem *intra se div.* GEBH. Locus misere adfectus. Put. *Coss. exercitus inter seset jusserunt Favio exercitus trani cui M. Junius dictator praeterfuerat evenit Sempronior volones que fierent.* Eodemque modo Pet. nisi quod *interesse* et *tradi*. Cui consentiunt Flor. Voss. Palatinusque unus. Suspicor duabus vocibus erasis veram scripturam esse: *Consules inter sese jusserunt, Fabio exercitum tradi, cui M. JuniusPera dictator praefuerat, Tib. Sempronio Volones, qui fierent, et sociorum viginti quinque millia. M. Valerio* etc. Dicit, consules ita inter se comparavisse, ut juberetur, etc. Illud *praeterfuerat* revocat in mentem mihi propositam superius [c. 14, 2.] conjecturam verissimam in cognomine dictatoris. Videtur enim illud *ter* abundans corruptum primo ex *Per*; ut et illic *Junius per rebus.* deinde cum in vicinia nullum aliud verbum esset, cui adjungi posset, interjecerunt librarii τοῦ *praefuerat.* Aït etiam *volones, qui fierent*, quomodo et Andreas Aldinaque: nam, qui antea lecti erant, in exercitu manebant Junii dictatoris, uti constat ex prioribus. J. FR. GRON. *interesse jusserunt* Lovel. 4. et Harl. Hinc *Fabio exercitus tradi* Lov. 1. 4. et Cant. *exercitum tradi* Lovel. 2. et Harl. *exercitus traditus* Gaertn. Deinde *dictator pater fuerat* Lovel. 4. Sed vel ex ipsius Put. vestigiis nihil aliud mutandum puto, quam ut *inter sese*, pro *inter se*, substituamus. Praestat enim vocem *exercitus*, quam et Put. et reliqui omnes codd. exhibent, servare; vocem autem

Digitized by Google

evenit; Sempronio volones, qui fierent, et sociorum
2 viginti quinque millia; M. Valerio praetori legiones, quae ex Sicilia rediffent, decretae; M. Claudius proconsul ad eum exercitum, qui supra Sueffulam Nolae praesideret, miffus. Praetores in Siciliam ac
3 Sardiniam profecti. Consules edixerunt, quoties in senatum vocaffent, uti senatores, quibusque in

nihili *trani*, quam plerorumque codd. librarii omiserunt, alii in alia mutarunt, expungere, quam hac retenta priorem delere. Deinde ex *sesetiusserunt*, *t* in *d* et tertio *s* in *i* mutatis, facilius fit *sese diviserunt*, quam ut litera, quae tamen perscripta eft, expuncta subftituamus *sese jusserunt*. Gronovii conjectura etiam Doujatio displicuit, qui a ftilo Livii abhorrere adfirmat *inter sese jusserunt*; quam locutionem Gronov. tamen iterum Livio reftituere conatus eft 25, 32, 7. Verum neque ibi ei obsequendum puto. Gronovium vocis *exercitus* repetitio obfendiffe videtur. Sed v. ad 1, 3, 9.

Sempronio Volonum quod fuerat, et sociorum XXX millia] Lego *Sempronio Volones, qui fuerunt, et sociorum XXV millia*. Sunt autem *volones* servi, quibus pro republica arma tradebantur, sic appellati, quod ultro vellent militare pro dominis. VALLA. Pal. pr. *Sempronio Volesque fierent*. sec. *Sempronio consuli velones qui fierent*. tert. *Sempronio volones qui forent*. Volones autem non tantum pro dominis, ut Valla voluit, militarunt, sed, in defectum dominorum, pro republica emti armabantur. Eorum ubique in his libris mentio obvia. V. infra c. 35. l. 24, 14. 25, 20. 21. et 22. tum etiam 27, 38. GEBH. Voces *qui fierent* desunt in Ber. et Hafn. solum pronomen *qui* in Cant. *Sempronio volonesque fierent* legunt Lovel. 1. 2. 3. et Harl. *Sempronio volones qui fierent* Lovel. 4. 5. et Gaertner. neque aliter primae edd. nisi quod quaedam earum legant *volentes qui fierent*. Adversus Gronov. *volones qui fierent* revocantem, non unam ob cauffam insurrexit Cl. Crevier. Primo enim verisimile non putat, hoc anno iterum servos armatos esse; non enim Livium rem ejus momenti tantum verbo tacturum. Deinde admiffa Gronovii lectione secuturum existimat, id quod Gronovius etiam agnoscit, duplices fuiffe volones, alios a Junio, alios a Graccho scriptos, quorum illi sub Fabio, hi sub Graccho hoc anno militaffent: quum tamen nulla apud Livium volonum, nisi qui in Gracchi exercitu erant, mentio fiat. Ob has itaque cauffas probat plerarumque editionum lectionem *volonum quod fuerat*: cui tamen codd. suos non favere fatetur. Neque mihi etiam in ullo scripto id obvium fuit. Prima etiam edd. quae exhibuit, eft Mogunt. Id tamen et Vallam in cod. suo inveniffe, ex verbis Livii huic ejus notae adpositis patet. Quid autem si legamus, ut Gebh. in Pal. 3. invenit, *volones qui forent*? Solent autem *ra fierent* et *forent* commutari. V. ad hujus lib. c. 10, 8.

Digitized by Google

senatu dicere sententiam liceret, ad portam Capenam convenirent. Praetores, quorum jurisdictio 4
erat, tribunalia ad Piscinam publicam posuerunt. eo vadimonia fieri jusserunt: ibique eo anno jus dictum est. Interim Karthaginem, unde Mago fra- 5
ter Hannibalis duodecim millia peditum, et mille quingentos equites, viginti elephantos, mille argen-

§. 2. *Qui supra Suessulam Nolae praesideret*] *super Suessulam* Lov. 4. et Gaertn. Utrumque ferri potest, *super Suessulam*, ut supra c. 14, 13. et 24, 17, 2. et *super Capuam* hoc lib. c. 36, 1. *supra Suessulam*, ut c. 17, 3. et 25, 7, 7. V. ad 21, 33, 2. et hoc lib. ad c. 36, 6. Pluribus itaque codd. vulgatum tuentibus adhaereo. Tum *ad Nolam* Ber. Paullo ante Valerii praetoris praenomen exsulat a Lov. 3. Ber. et Hearnii N. Hinc *rediissent* Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 36, 35, 2.

§. 3. *Quoties senatum vocassent*] Put. Pet. tres Pall. Voss. *quoties in senatum vocassent:* quemadmodum alibi *advocare ad concionem*, *advocare in consilium*. 9, [2, 15.] *Ad consules moestos, ne advocantes quidem in consilium, sua sponte legati ac tribuni conveniunt.* 37, [39, 1.] *Consul, posteaquam detrectari certamen vidit, postero die in consilium advocavit, quid sibi faciendum esset.* J. FR. GRON. Ita Hearnii Oxon. et, uno vel altero excepto, omnes mei. V. ad 36, 21, 7. De locutione *ad concionem advocare* ad 26, 48, 13. Mox *quibus in senatu*, pro *quibusque*, Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Male. V. Brisson. de Form. 2. p. 164.

§. 4. *Tribunalia ad Piscinam publicam posuerunt. eo vadimonia fieri*] Sic *vadimonium facere* Val. Max. 3, 7, 1. H. VALES. *ad disciplinam publicam* Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. vett. *ad villam publicam* Mog. *ad Piscinam publicam* primus Aldus, quod servant optimi. De Piscina publica v. Donat. 3. de Urb. Rom. 13. et Nardin. 7. Rom. vet. 6.

§. 5. *Mago frater Hannibalis XXII. millia peditum, et equites mille quingentos, elephantos undecim, argenti talenta multa*] Hunc locum quidam restituerunt, ut ex *XXII millibus peditum* fecerint *XII. millia*, et ex *XI. elephantis*, *viginti*, et ex *argenti multa talenta*, *mille talenta*. Quae quidem neque affirmare, neque refellere prorsus, at ex parte magis dubia, maxime ex ipsius authoris verbis, facere possumus. Nam decretum senatus Carthaginensis, quod superius hoc adeo in libro post Hannonis orationem [c. 13.] nobis exhibuit Livius, longe majorem habet numerum, *XL millia Numidarum*, *XL. elephanti, et argenti multa talenta*. et Bomilcar postea [c. 41, 10.] XL. elephantos Hannibali Locros adduxit. In plerisque exemplaribus utroque in loco non *mille talenta*, sed *multa* invenio; quanquam ego *millia* ma-

Digitized by Google

ti talenta in Italiam transmissurus erat, cum prae-
6 sidio sexaginta navium longarum, nuncius adfer-
tur, in Hispania rem male gestam, omnesque fer-
me ejus provinciae populos ad Romanos defecisse.
7 Erant, qui Magonem cum classe ea copiisque, o-
missa Italia, in Hispaniam averterent; quum Sardi-
8 niae recipiendae repentina spes adfulsit. *Parvum
ibi exercitum Romanum esse: veterem praetorem
inde A. Cornelium provinciae peritum decedere, no-
9 vum exspectari. Ad hoc, fessos jam animos Sar-
dorum esse diuturnitate imperii: et proximo iis an-
no acerbe atque avare imperatum. Gravi tributo et*

gis probo. GLAR. Pal. pr. *Mago frater Annibalis XXII milia peditum et equites XX mille et d'elefantos XI argenti talenta multa.* sec. *XXII milia peditum, et equites mille quingentos, elephantos viginti, argenti talenta centum.* tert. cum princ. ed. *XXti duo mil' peditum et equites mil' V°. elefantos XI argenti talenta multa.* GEBH. Similiter fere plerique codices. Sed Flor. *XII millia peditum et equites, XX elephantos, C argenti talenta.* Verum ad voces *et equites* inter versuum ordines adscriptum erat *D.* quasi librarius voluerit *et quingentos equites:* deinde illud *C argenti talenta* natum est ex interpolatione, cum a m. 1. scriptum fuisse ∞ *argenti talenta* excerpta testentur. Hanc veram lectionem esse, praestare non possum, quum nihil facilius ac frequentius fuerit, quam scribas in notis numeralibus errasse. Vulgatam lectionem primum in ed. Ald. inveni. Ceterum neque hunc locum ex altero supra c. 13, 7. neque illum ex hoc emendandum esse, aut alterius lectionem ex altero firmari posse, jam ad eum locum dictum est.

§. 7. *Sardiniae recipiendae repentina spes avulsit*] Eo arripuit, ne in Italiam Hispaniamve trajiceret. Sed Pall. pr. tert. et ant. recensio *adfluxit*, sec. *affluxit.* Caeterum tert. *Sardiniae accipiendae.* GEBH. Illud *avulsit* non nisi in Gruteri et Elzev. Heinsii edd. exstat, et quidem, ut videtur, operarum errore; pro quo Gronov. recte iterum *affulsit* restituit, ut omnes mei praeferunt, nisi quod in uno vel altero sollemni errore scriptum sit *affluxit.* V. ad 21, 62, 4. De ipsa locutione v. ad 9, 10, 2.

§. 8. *Praetorem inde Cornelium*] Put. *veterem praetorem inde A. Cornelium.* J. FR. GRON. In nullo meorum codd. praenomen visitur, nisi quod perperam Ber. a m. 2. et Hav. pro *inde* legant *M.* sollemni lapsu scribarum. V. ad 4, 52, 4.

§. 9. *Gravi tributo*] Cap. 21, 6. scribit, Cornelio socias civitates

Digitized by Google

conlatione iniqua frumenti pressos. nihil deesse aliud, quam auctorem, ad quem deficerent. Haec 10
clandestina legatio per principes missa erat; maxime eam rem moliente Hampsicora, qui tum auctoritate atque opibus longe primus erat. His nunciis 11
prope uno tempore turbati, erectique, Magonem cum classe sua copiisque in Hispaniam mittunt. in Sardiniam Hasdrubalem deligunt ducem: 12
et tantum ferme copiarum, quantum Magoni, decernunt. Et Romae consules, transactis rebus, 13
quae in urbe agendae erant, movebant jam sese ad bellum. Ti. Sempronius militibus Sinuessam diem 14

in Sardinia *benigne contulisse.* Non improbabile est, simulatam benignitatem, vel certe gravem illam conlationem Sardis fuisse, et principibus quibusdam occasionem Sardos ad defectionem impellendi praebuisse, quam c. 34. et 40. memorat. DÜKER.

Conlatione iniqua frumenti obpressos] Put. Pet. duo Pall. Men. Voss. *frumenti pressos.* J. FR. GRON. Ita et Flor. Lov. 1. 5. Harl. Ber. et Hav.

§. 10. *Rem moliente Harsicora*] Nomen hujus principis Sardi *Ampsicora* vel *Hampsicora* et hic et ubique faciunt optimi, id quod propius accedit ad Silii *Hampsagoras* [12, 345.] Apud Plautum Poenulo *Ampsigora* Punicum malieris nomen. Utrumque potest videri deductum a flumine Africae celeberrimo *Ampsaga.* Vossianus *auspicor equitum auctoritate,* et in margine, vel *ansicor.* J. FR. GRON. *Auspicore, qui tum auctoritate* Lovel. 1. *Sanspitore* Lovel. 3. *Auspitore* Ber. *Sauspicore* Hav. *Ampsicore* Flor. *Ansicore* Gaertner. et Harl. *Hansicora* Lovel. 5. *Ansicora* Hearnii D. *Asprico* ejusdem N. qui tamen in margine habet *auspicor equitum auctoritate,* consentiente Lovel. 4. V. Salmas. ad Flori 2, 6, 35. Mox §. seq. *excitique,* pro *erectique,* Ber. et Hearnii N. in marg.

§. 12. *Hasdrubalem cognomento Calvum*] Abest a Pall. pr. ac sec. *cognomento Calvum.* sed repetitur infra c. 34. Tert. *Asdrubalem cognomine Calvum ducem eligunt, et tantam ferme copiam, quantam Magoni, decernunt.* GEBH. Put. Pet. Men. Voss. duo Pall. ignorant duo posteriora vocabula. Nec iis opus, cum idem dicatur c. 34, 16. J. FR. GRON. Desunt eadem in Flor. Cant. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Eorum igitur auctoritate expunxi. Mox *eligunt* Lovel. 1. V. ad 34, 29, 10.

§. 13. *Movebant jam sese ad bellum*] Pall. 1. ac 3. *sese jam.* GEBH. Ita et Lovel. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. quas vidi, Aldina prioribus.

Digitized by Google

ad conveniendum edixit; et Q. Fabius, consulto prius senatu, ut frumenta omnes ex agris, ante Kalendas Junias primas, in urbes munitas conve-
15 herent. *Qúi non invexisset, ejus se agrum populaturum, servos sub hasta venditurum, villas incensurum.* Ne praetoribus quidem, qui ad jus dicendum creati erant, vacatio ab belli administratione

§. 14. *Ti. Sempronius militibus Sinuessam diem ad conveniendum edixit*] Idem Sempronius paullo ante [cap. praec.] diem duabus legionibus urbanis Cales ad conveniendum edixerat, ad quas accipiendas deinde M. Marcellus est missus: nunc Sinuessam ad conveniendum diem edicit volonibus et sociorum x millibus, quae sibi sorte evenerant. SIG. Hoc scholio tollit Sigonius difficultatem, quam moverat Glareanus cap. praec. §. 3.

Ante Kalendas Julias primas] Vet. lib. *Junias.* quod placet, quia de hoc tempore locutus *Quintiles* dixisset. SIG. Legendum ex Pall. omnibus et vet. ed. *Kalendas Junias.* GEBH. Omnes *Junias,* ut Sigonius. J. FR. GRON. *Junias* etiam omnes mei. Similiter et infra peccabatur ante Sigonium 41, 22, 1. Quin etiam voces *Junius* et *Julius* commutari solent. V. Cel. Burm. ad Suet. Aug. 27. *primas* manus altera in Berol. delevit. sed male. (* v. 42, 21, 5.) Apud Gruter. 628, 1. Saepius obcurrit ANTE. K. DECEMBRIS. PRIMAS. et EX. NONEIS. DECEMBRIBVS. PRIMEIS. In fragm. legis ibid. p. 202. ANTE. EIDVS. MARTIAS. PRIMAS. p. 207. K. NOVEMBR. PRIMEIS.

§. 15. *Qui non invexissent, eorum*] Optimi *invexisset, ejus.* J. FR. GRON. Ita et Flor.

§. 16. *Ad exercitum a Terentio accipiendum*] *ad exercitum ad Terentianum* Brancal. Latinii. *ad exercitum Terentianum* Ber.

Terentianum mitti cum aliquo legatorum] Obscurus hic sermo est. Varronianum putat exercitum, et mitti intelligo in Siciliam, ut Cannensis cladis reliquias. M. autem Valerium legiones venturas accipere in locum harum, missas ex Sicilia. GLAR. Sensus est, Terentianum exercitum in Siciliam mitti, legiones ex Sicilia revocatas M. Valerio cum classe ad tutandam oram maritimam dari. SIG. Haec non carent scrupulo. Sigonius dicit, decretum fuisse, ut Terentianus exercitus in Siciliam mitteretur. Sed Livius c. 31. legiones Claudianas Marcelli, quae erant Cannensis maxime exercitus, Ap. Claudio Pulchro praetori in Siciliam decretas, et ab eo T. Metilium Crotonem legatum ad illas accipiendas, et in Siciliam deducendas missum. Terentio autem, propagato in annum imperio, Apuliae cum eo exercitu, quem jam ante ibi habuerat, praeesse jussum fuisse, scribit c. 25. Hoc deinde ita mutatum hic tradit, ut Valerius praetor Apuliam haberet cum exercitu, qui e Sicilia veniebat, Terentianus exercitus cum aliquo legatorum mitteretur, et

Digitized by Google

data est. Valerium praetorem in Apuliam ire placuit, ad exercitum à Terentio accipiendum: quum ex Sicilia legiones venissent, iis potissimum uti ad regionis ejus praesidium: Terentianum mitti cum aliquo legatorum. Et viginti quinque naves M. Valerio datae sunt, quibus oram maritimam inter Brundisium ac Tarentum tutari posset. Par navium

16 17 18

Terentius Piceno cum militibus, quos ex agro Piceno collegerat, praeesset. Haec satis clara sunt. illud obscurum *Terentianum mitti*. Quis enim intelligit, quo illum mitti placuerit? Nam quod Sigonius suppleri voluerit in Siciliam, cum narratione Livii pugnare ostendi. Mihi ex eo, quod c. 38, 9. legitur, *Jussusque P. Valerius militibus Varronianis, quibus L. Apustius legatus Tarenti praeerat, in naves impositis*, suspicio incidit, post *Terentianum* excidisse *Tarentum*, et scriptum fuisse *Terentianum Tarentum mitti cum aliquo legatorum. Tarentum* facile perire potuit propter praecedens *Terentianum*. DUK.

§. 17. *Et viginti quinque naves M. Valerio datae sunt*) Pal. pr. *Et XXV m. naves datae, e quibus oram.* sec. *et XXV naves datae sunt.* Et ita tert. sed omisso *τῷ sunt.* GEBH. Nomen praenomenque hic inserta merito sunt vehementer suspecta. Si enim est idem, qui nominatur paullo ante praetor, sane credi vix potest, non modo tam festinanter repetitum fuisse ejus nomen a Livio, sed etiam ita repetitum fuisse, ut nunc addat praenomen, quod paullo ante omisit. Accedit, quod nihil eorum nominum in codice Cantabrig. legatur, nihil in Vossiano. Gudianus habet *naves magne date quibus.* Puteanus solo *τῷ sunt* destituitur, ut quoque alii. Itaque si deleri ea placet, (fiet autem percommode) intelligemus, M. Valerio Laevino praeter Apuliam contigisse quoque provinciam classem circa Calabriam, qui, post recepta ex Hirpinis tria oppida, (c. 37, 12.) jussus quoque est Apulia relicta ad classem proficisci, (c. 38, 10.) L. Apustio legato exercitui imposito, quod etiam, sed alio modo, factum esse docet c. 48, 3. isque deinceps semper classi adfuisse, et maritimis oris curasse ostenditur. Quod si tamen retineri potius erit, utique corrigi debebit *P. Valerio*, qui primo consul, postea legatus ad Annibalem, nunc praefectus classi praeesse jubetur; quem quum excepisset postea Laevinus, Romam reversus in senatu sententiam dicit 26, 8. Sed praeplacet prius, idque ad Mstos videtur convenientius. JAC. GRON. *Et viginti quinque millia naves dat equitibus oram* Lovel. 1. et Voss. a m. 1. in quo *Et viginti quinque ma. naves datae equitibus ut oram* emendatur a m. 2. *Et quinginti quinque millia in naves parat, quibus oram* Hav. *Et viginti quinque m. naves dat e quibus oram* Lovel. 4. *Et viginti quinque magnae naves datae quibus oram* Lovel. 2. *Et viginti quinque naves datae sunt, quibus oram* Gaertn. neque ali-

Digitized by Google

numerus Q. Fulvio praetori urbano decretus ad
19 suburbana litora tutanda. C. Terentio proconsuli negotium datum, ut in Piceno agro conquisitionem militum haberet, locisque iis praesidio esset.
20 Et T. Otacilius Crassus, postquam aedem Mentis in Capitolio dedicavit, in Siciliam cum imperio, qui classi praeesset, missus.

1 XXXIII. In hanc dimicationem duorum opulentissimorum in terris populorum omnes reges gen-

ter Flor. ac Ber. nisi quod insuper vocem *sunt* omittant. *M. Valerio* etiam exsulat ab Hearnii Oxon. An forte legendum *Terentianum mitti cum aliquo legatorum: cui et* (vel *ei et*) *viginti quinque naves datae, quibus oram maritimam?* Licet autem Livius hic non exprimat, in quem legatorum hujus anni ea cura conlata sit, ex sequentibus tamen palam fit, eum fuisse P. Valerium Flaccum. Certe P. Valerium Flaccum praefuisse classi, quae praesidio erat Calabriae litoribus, sive, ut hic ait, oram maritimam inter Brundusium et Tarentum tutaretur, constat ex c. 34. V. etiam c. 38. Eum autem hoc anno legati munere functum esse, patet supra ex c. 16, 13. Quin etiam, quum anno sequenti cura classis in M. Valerium Laevinum translata esset, P. Valerium Flaccum munere legati in eadem classe militasse, verisimile est ex 24, 40, 5. Hinc efficio τὰ *cum aliquo legatorum mitti*, non magis ad *exercitum Terentianum*, quam ad *naves viginti quinque*, pertinere. Verba igitur *M. Valerio*, quae in tantum non omnibus Mstis desunt, ex margine in contextum inrepsisse videntur, ubi a librario adscripta sunt, ut nomen legati lectores doceret; in quo tamen aberravit, *M. Valerio* scribens, pro *P. Valerio*.

§. 18. *Q. Fulvio praetori urbano*] *praetori urbis* Lovel. 1. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antiquae. postea vulgatum est *pr. urb.* per compendium, a Grutero vero in ultima editione *praetori urbano*. V. ad 25, 1, 11.

§. 19. *C. Terentio proconsuli*] Hic quoque Cantabrig. clare *proconsule*, ut paullo ante *Marcello proconsule*. JAC. GRON. V. ad c. 30, 19.

§. 1. *Gentesque animos intenderant*] *animum intenderant* Harl. et Lovel. 3. Utrumque ferri potest; quemadmodum, *advertere* vel *adtendere animum* et *animos* in usu fuisse, supra dictum est ad 10, 4, 9. Aequum itaque est, ut plures ac meliores codd. nihil mutantes audiamus. Paullo ante *opulentissimorum duorum potentissimorum* Lovel. 4. sed ultima vox est ab interprete, qui indicare voluit, τὸ *opulentus* hic non ad divitias, sed ad potentiam ac vires referendum esse: de quo hujus vocis usu v. ad 2, 21, 5.

§. 2. *Eo magis, quod propior Italiae*] *quo propior* Gaertn. Hav.

Digitized by Google

tesque animos intenderant. inter quos Philippus 2
Macedonum rex, eo magis, quod propior Italiae,
ac mari tantum Iönio discretus erat. Is ubi pri- 3
mum fama accepit, Hannibalem Alpes transgres-
sum, ut bello inter Romanos Poenumque orto lae-
tatus erat, ita, utrius populi mallet victoriam es-
se, incertis adhuc viribus, fluctuatus animo fue-
rat. Postquam tertia jam pugna, tertia victoria 4
cum Poenis erat, ad fortunam inclinavit, legatos-

Hearnii N. et, quas vidi, edd. Aldo priores. Et quidem *eo* saepe post se recipit *quod*; verum, si, ut hoc loco, subjungitur comparativus, plerumque requirit *quo*. Supra 1, 23, 8. *Quo propiores vos, hoc magis scis.* 3, 48, 8. *Dolor, quo est moestior inbecillo animo, eo miserabilia magis querentibus subjicit.* Solent autem *quo* et *quod* commutari. V. ad 36, 33, 3.

Ac mari tantum Iönio discretus erat] Vox ultima et tres antea abjici poterant sine ullo sententiae detrimento, sic: *rex; propior Italiae, ac mari tantum Iönio discretus.* GRUT. Abesse posse concedo; non tamen, abesse debere. Omnes enim codd. constanter servant. Nimius semper est Gruter. in ejiciendis vocibus, quas sine dispendio sententiae expungi posse putavit. V. ad cap. seq. §. 15.

§. 3. *Bello inter Romanos Poenumque orto laetatus erat*] *laetius erat* Voss. Lovel. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et, quas vidi, edd. Aldina vetustiores. Ita mox hoc cap. *Nova societate tam clari regis laetus.* et saepe. Sed solent haec commutari a librariis. Exemplum habuimus 7, 26, 7. Plura similia v. ad 10, 37, 2. Insuper *bellum ortum laetus erat* Lovel. 2. At simili Graecismo Livius vix delectatur. Attamen *id senatum laetari* infra obcurrit 45, 13, 7. Hic nihil mutandum esse, ceteri omnes codd. *bello orto* tuentes docent.

Incertis adhuc viribus, fluctuatus animo fuerat] Claud. B. Gild. 246.

Solus at hic, non puppe data, non milite misso,
Subsedit fluitante fide.

Diodorus saepius hoc vocat παραδοκήσαι τὴν ῥοπὴν τοῦ πολέμου. GEBH. *fluctuans* Lov. 3. 4. Ber. Hafn. Hav. et Brancal. Latinii. Sed nihil necesse. V. ad 36, 10, 4.

§. 4. *Cum Hannibale et Poenis erat*] In optimis nomen ducis cum copulativa non exstant. J. FR. GRON. Non exstant etiam in Flor.

Ad fortunam inclinavit] Idem Poëta vers. 249.

Restitit in speculis fati, turbaque reductus
Libravit geminas eventu judice vires,
Ad rerum momenta cliens, seseque daturus
Victori. fortuna simul cum Marte pependit.

Digitized by Google

que ad Hannibalem misit: qui, vitantes portus Brundisinum Tarentinumque, quia custodiis navium Romanarum tenebantur, ad Laciniae Junonis
5 templum in terram egressi sunt. Inde per Apuliam petentes Capuam, media in praesidia Romana inlati sunt: deductique ad M. Valerium Laevinum praeto-
6 rem, circa Nuceriam castra habentem. Ibi intrepide

Paterc. 2, 53. *Quin Rhodii quoque, fidelissimi antea Romanis, tum dubia fide, speculati fortunam proniores regis partibus fuisse visi sunt.* Livius 24, 45, 2. *Ancipitis animi communis hostis, qui post Cannensem cladem, tamquam cum fortuna fidem stare oporteret, ad Annibalem discessisset.* 25, 15, 12. *Thurinis exspectantibus magis, quam adjuvantibus eventum.* GEBHARD.

Brundusinum Tarentinumque] *Brundisinum* Flor. et Voss. *Brundisium* iidem cap. praec. §. 17. V. ad 42, 17, 2. Adde Duker. ad Flori 1, 20, 5.

Ad Luciniae Junonis templum in terram egressi] Sic plura habent exemplaria. Verum *Laciniae* (quis ignorat?) verior est lectio. SABELL. Abest veteri *templum*. Rectissime, sicut post [cap. seq.] *Eodem ad Junonis Laciniae* [*templum*,] *ubi navis occulta in statione erat, perveniunt*, iterum omissa eadem vox. LIPS. 3. ep. Quaest. 19. Libri omnes nostri retentant *τὸ templum*. GEBH. Delevit *τὸ templum* Lipsius. et ita Voss. et duo Pall. Put. tamen et Pet. retinent. J. FR. GRON. Retinent etiam Flor. Lovel. 2. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. neque ab alio, quam ab Oxon. D. abesse Hearne notavit; ut et reliqui servasse videantur. Gruter. tamen in ultima ed. ex sententia Lipsii ejecit, quem recentiores secuti sunt. Alibi saepe vocem *aedem* vel *templum* librarii de suo addiderunt. V. ad 10, 23, 12. Codicum tamen, *templum* hic servantium, auctoritas effecit, ut iterum contextui reddiderim. Quod enim Hearne etiam in Put. desiderari crediderit, ex Gronovii notis refellitur.

§. 5. *M. Valerium Laevinum praetorem, circa Nuceriam*] Quidam, quod Nuceria direpta atque incensa esset ab Hannibale, ut supra tradidit author [c. 15, 6.] reposuere *Numeriam*. At ego *Luceriam* legendum puto, quemadmodum ad finem hujus libri [c. 48, 3.] habetur, ubi ejusdem Valerii mentio. *Numeriae* oppidi, quod equidem sciam, nulla est apud authores mentio. Id nominis etiam in Ptolemaei codicibus l. 3. fere corrupte legitur. GLAR. De legatis Philippi loquitur per Apuliam venientibus: ex quo *Luceriam* videtur esse legendum. Nam paulo post [c. 48, 3.] ait: *Ti. Gracchus a Cumis Luceriam in Apuliam legiones cum duxisset, M. Valerium inde praetorem Brundusium cum eo, quem Luceriae habuerat, exercitu misit.* †„ Haec de *Luceria* Glare-„ nus ante Sigonium notavit; sed

Digitized by Google

de Xenophanes legationis princeps, a Philippo rege se missum, ait, ad amicitiam societatemque jungendam cum populo Romano; mandata habere ad consules ac senatum populumque Romanum. Inter 7 defectiones veterum sociorum, Valerius, nova societate tam clari regis laetus admodum, hostes pro hospitibus comiter accepit. dat, qui prosequantur, 8 itinera cum cura demonstrent, quae loca, quosque

„ipse subticet, quasi ipse pri„mus hoc notasset. „ †. SIG. Valerii praenomen omittitur in Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Deinde *Muneriam* Gaertn. *Numeriam* Flor. Voss. Lovel. 1. 5. Harl. Ber. Hafn. Hav. Hearnii N. L. 1. et omnes, quas consului, edd. usque ad Ascens. qui *Nuceriam* substituit. Sed *Luceriam* legendum esse, consentit etiam Perizon. in Animadv. Hist. c. 8. p. 342. *Luceria* autem et *Nuceria* etiam alibi commutantur. V. ad 9, 38, 2.

§. 7. *Inter defectiones veterum sociorum Valerius*] Nomen praetoris vix invenias in scriptis. Igitur Muretus: *Praetor inter defectiones veterum sociorum nova societate.* Nam cum esset in primigeniis *senatum p. q; r. PR. inter*, facile ob similitudinem omissae videntur duae literae. J. FR. GRON. Nomen praetoris apud me deest in Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Verisimilis itaque est Mureti conjectura, ante haec verba excidisse vocem *Praetor* per duas literas *PR.* scriptam, ejusque rei caussam fuisse, quod praecesserit *P. que R.* Haud multum hinc abit, ita *P. R.* id est *populi Romani*, excidisse post *R. P.* id est *res publica*, 22, 10, 2. quin et pro *populumque Romanum* Hafn. Ber. et Rec. legunt *Praetor.* Et ita fuisse videtur in Hearnii D. in quo Mureto favente *Praetor* legi, Hearne testatur. Voces *populumque Romanum* deerant in Hearnii N.

Hostem pro hospite comiter accepit] Imitatus Ovid. Epist. Helen. [vers. 10.]

Qui sic intrabas, hospes an hostis eras.

GEBH. Optimi *hostem pro hospitibus.* Scribe ergo et *hostes.* J. FR. GRON. *hostem pro hospitibus* Cant. *hostes pro hospitibus* Flor. Plures enim erant Philippi legati, quorum princeps erat Xenophanes.

§. 8. *Itineraque cum cura demonstrent*] *que* abest a vet. lib. SIG. Pall. omnes *itinera cum cura.* Sed vet. ed. retinet copulam *que.* GEBH. Abest omnibus copulativa, ut et Sigoniano. Forte, *dat, qui prosequantur: itinera cum cura demonstrat, quae loca, quosque saltus aut Romanus aut hostes teneant.* J. FR. GRON. Abest etiam ab omnibus meis.

Aut Romani aut hostes] Optimi *Romanus.* J. FR. GRON. Ita et Flor. Voss. Lov. 1. Harl. Gaertner. et quidam alii. Hac numeri varietate *Romanus, hostes*

Digitized by Google

9 saltus, aut Romanus, aut hostes teneant. Xenophanes per praesidia Romana in Campaniam, inde, qua proximum fuit, in castra Hannibalis pervenit, foedusque cum eo atque amicitiam junxit legibus
10 his: *ut Philippus rex quam maxima classe (ducentas autem naves videbatur effecturus) in Italiam trajiceret, et vastaret maritimam oram: bellum pro*
11 *parte sua terra marique gereret. ubi debellatum esset, Italia omnis cum ipsa urbe Roma, Karthaginiensium atque Hannibalis esset, praedaque omnis*
12 *Hannibali cederet. Perdomita Italia, navigarent in Graeciam, bellumque, cum quibus regibus placeret,*

saepe delectatur Livius. V. ad 35, 40, 6.

§. 9. *Amicitiam junxit legibus his: Philippus*] Meliores *legibus his*, *ut Philippus*. J. FR. GRON. Ita non tantum meliores, verum insuper omnes omnino, quibus utor, codd. omnesque, quas vidi, edd. usque ad ultimam Gruteri, quae *ut*, nescio quo auctore, omiserat. Praeterea *jungit* omnes edd. usque ad Gronov. anni 1665. et ita Flor. pluresque alii.

§. 12. *Quae insulae ad Macedoniam*] Optimi *quaeque insulae*. Scribe etiam *cum quibus regi placeret*. J. FR. GRON. *quae civitates continentisque insulaeque* Ber. et Gaertn. *quae civitates continentis insulaeque* Hav. Praeterea *regi placeret* probant Doujatius et Crevier.

§. 2. *Ad regis ipsius firmandam fidem*] *Firmare fidem* dicitur is ipse, qui fidem a se datam artiore quodam vinculo adstringit. (V. Lambin. ad Plauti Milit. 2, 5, 43.) vel qui argumentis et rerum documentis rem, quam adfirmavit, probabilem et certam reddit. Ita Ter. Andr. 3, 1, 4. Hec. 4, 2, 5. et 5, 1, 23. Suet. de Clar. Rhet. 1. Justin. 39, 1. et alii. Sed et res ipsa, quae fidem facit, dicitur *firmare fidem*. Tacit. de Mor. Germ. 39. *Fides antiquitatis religione firmatur*. id est, religio facit fidem, Semnones esse, quod jactabant, vetustissimos Suevorum. Sic ergo Philippus ipse recte dici potest *firmare fidem* Annibali a legatis suis datam: quomodo legati Annibalis dicantur *firmare fidem Philippi*, fateor me non intelligere. Si scriptum esset, *ad regis ipsius firmandas fide*, nempe *leges*, minus hic haererem. DUK. Codd. nihil mutant, nisi quod *regi ipsius* sit in Flor. a m. 2. Inde tamen difficultas a Clariss. Dukero mota non tollitur. An legati Hannibalis ideo missi esse dicuntur *ad firmandam fidem Philippi*, quia ipsum jurejurando in leges foederis adacturi erant, unde fides ejus firmior esse deberet?

Digitized by Google

gererent. quae civitates continentis, quae insulae ad Macedoniam vergunt, eae Philippi regnique ejus essent.

XXXIV. In has ferme leges inter Poenum ducem 1
legatosque Macedonum ictum foedus, missique cum 2
iis ad regis ipsius firmandam fidem legati, Gisgo,
et Bostar, et Mago, eodem ad Junonis Laciniae,
ubi navis occulta in statione erat, perveniunt: inde 3
profecti, quum jam altum tenerent, conspecti a
classe Romana sunt, quae praesidio erat Calabriae
litoribus. P. Valerius Flaccus cercuros ad perse- 4
quendam retrahendamque navem quum misisset, pri-

Ad Junonis Laciniae, ubi navis] Pal. 2. et vet. ed. hic intrudunt *templum*, reclamantibus caeteris membranis nostris. GEBHARD. Vocem hanc servarunt omnes edd. usque ad Gruter. quem recte, monente Lipsio ad cap. praec. §. 4. eam omisisse puto. In nullo enim meorum codd. nisi in Ber. superest.

§. 3. *Inde profecti, quum jam altum tenerent*] *provecti* Gaertn. et ita Froben. anno 1535. edidit, quod reliqui editores servarunt usque ad J. Fr. Gronov. Eamdem lectionem sibi non displicere, Cl. Ant. Perizon. ad marginem Livii notavit. Silius 2, 1.

Caeruleis provecta vadis jam Dardana puppis.

Librarios autem passim has voces confudisse, vidimus ad 21, 2, 4. Verum, dissentientibus reliquis codd. nihil muto. 25, 27, 2. *Cum classe profectus Karthaginem.* et paullo post, *Profectus a Karthagine satis prosperos ventos ad trajiciendum in Siciliam habuit.* 29, 27, 6. *Vento secundo satis vehementi profecti celeriter e conspectu terrae ablati sunt.* Praeterea voculam *jam* non agnoscunt Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. et Gaertn. Mox autem *conspecti classe* sine praepositione Voss. Lov. 1. 2. 3. et Harl.

§. 4. *Q. Valerius Flaccus Corcyraeos ad persequendam*] Iidem et hoc loco *Q. Fulvium Flaccum* supposuerunt, temere sane, quum Q. Fulvius praetor urbanus, Romae relictus ad suburbana litora tutanda, nondum ab urbe moverit. Ego tamen non *Q. Valerium*, sed *P. Valerium*, puto legendum, qui M. Valerii Levini praetoris peregrini legatus fuit, ut in sequentibus latius legetur: quanquam uno in loco sequentis libri [c. 40, 5.] *T. Valerius* haud dubie codicis errore vocetur. Sed quatuor viri M. Valerius Levinus, P. Valerius Flaccus, Q. Fulvius Flaccus, L. Valerius Antias, hoc anno in officiis magnam errandi occasionem non attentis librariis, oscitantibusque codicum correctori-

Digitized by Google

mo fugere regii conati: deinde, ubi celeritate vinci senserunt, tradunt se Romanis, et ad praefectum
5 classis adducti: quum quaereret, *qui, et unde, et quo tenderent cursum?* Xenophanes primo, satis jam semel felix, mendacium struere, *a Philippo se ad Romanos missum, ad M. Valerium, ad quem unum iter tutum fuerit, pervenisse. Campaniam su-*
6 *perare nequisse, septam hostium praesidiis.* Deinde,

bus confinio nominum dedere. GLAR. Castiga ex vet. lib. *P. Valerius Flaccus.* Etenim Q. Fulvius Flaccus praetor urbanus, cui suburbana litora custodienda tradita erant, adhuc ab urbe non moverat. *P.* autem *Valerius Flaccus*, de quo post meminit etiam Livius, M. Valerii Laevini praetoris, cui ora inter Brundusium et Tarentum tutanda decreta fuerat, legatus erat. †. „ Et haec ex Gla„ reani annotationibus habet. „ †. SIG. *P. Valerius* legendum esse, recte monuerunt Glareanus et Sigonius ex c. 16, 13. et 38, 7. ubi integrum hoc nomen omnibus in scriptis servatur. Nam hic fere *Valerius Q. Flaccus.* nisi malis *Valerius P. Flaccus.* Solet enim interdum praenomina postponere. Quomodo autem *Corcyraeos?* quum statim, *tradunt se Romanis.* Put. *cercyros.* alii *corcyros.* Salmasius submonuit velle *cercouros. Cercurus* genus navis apud A. Gellium 10, 25. Plautum Mercatore, et Sticho, Lucilium citante Nonio. Nostr 33, [19, 10.] *Cum classe centum tectarum navium, ad hoc levioribus navigiis cercurisque ac lembis ducentis proficiscitur.* Appianus Libycis [p. 42.] de Romanis tertium Punicum bellum molientibus: *ναυσὶ δ' ἐφέροντο πεντήκοντα μὲν πεντήρεσιν, ἑκατὸν δ' ἡμιολίαις, ἀφράκτοις δὲ καὶ κερκούροις καὶ τροφωνίλοις. πολλοὶς.* J. FR. GRON. *Q. Valerius Flaccus* Gaertn. et Hav. *Valerius Q. Flaccus* Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. et Ber. pro quo recte viros doctos *P. Valerius*, vel *Valerius P. Flaccus* emendasse existimo. Accedit *Titi* praenomen in gente Valeria, teste Sigon. ad Liv. 8, 18, 1. inusitatum esse, certe circa haec tempora. De eo v. ad c. 32, 17. Praeterea *corcyros* vel *corciros* omnes Hearnii Oxon. et mei, nisi quod *cireiros* sit in Hav. pro quo recte Gronov. *cercuros* substituit. De *cercuris* v. Scheff. 2. de Re nav. 2. p. 75. (* et Cardin. Quirin. in Primord. Corcyr. c. 2.)

Ubi celeritate victi cesserunt] Probi omnes *vinci senserunt.* Recte quidem, nam intelligitur *τὸ se.* J. FR. GRON. *victi cesserunt* unus Gaertn. *victe se cesserunt* Lovel. 5. *vinci senserunt* Hearnii omnes, et reliqui mei, nisi quod *vinci se senserunt* sit in Lov. 4. Sed *se* commode ex tot testium fide hic subintelligi potest, idque Livius saepius omisit. V. Gronov. ad 40, 42, 2. et quae notavi ad 1, 23, 5.

§. 5. *Mendacium struere*] *instruere* Lov. 4. 5. et Harl. Nihil mutandum. *struere mendacium*, ut *struere consilia* 2, 3, 6. *opes*, 2, 41, 2. *bellum* in Epit. Liv. 48. Prima syllaba *τοῦ instruere* na-

Digitized by Google

ut Punicus cultus habitusque suspectos legatos fecit Hannibalis, interrogatosque sermo prodidit: tum, 7 comitibus eorum seductis, ac metu territis, literae quoque ab Hannibale ad Philippum inventae, et pacta inter regem Macedonum Poenumque ducem. Quibus satis cognitis, optimum visum est, captivos 8 comitesque eorum Romam ad senatum, aut ad consules, ubicumque essent, quam primum deportare.

ta est ex praecedentis voeis litera postrema. Talis erroris exemplum habuimus 21, 29, 6. Similiter infra 29, 3, 3. (* Epit. Liv. 48.)

§. 7. *Literae quoque ab Hannibale ad Philippum inventae de pace inter regem*] Quis neget, verius in meo esse *inventae et pacta inter*? Quo enim de pace compositio, ubi bellum numquam fuerat? Pacta erant, et novum foedus. LIPS. 3. ep. Quaest. 19. Non deteriorem reperi scripturam in Pal. 1. ad marginem *inventae et pactae leges inter regem*. Dixit quippe ipse Titus in principio hujus cap. *In hasferme leges inter Poenum ducem legatosque Macedonum ictum foedus*. GEBH. Put. *inventae et pactae et pactis inter*: cum virgulis tamen, quo *et pactis* cancellabant. Ita Pet. melior *et pactae*. Lege *inventae, et pacta pacis inter regem Macedonum Poenumque ducem*. Forte et *Macedonem*. J. FR. GRON. Vulgatum servant Harl. Rec. et Gaertn. *inventae et pactum et pacem* Lovel. 4. *inventae et pacem inter regem* Hearnii L. 1. *inventae et pactum pacis inter regem* ejusdem D. *inventae et pactum inter regem* Lovel. 3. *inventae et pactae inter regem* Flor. et Voss. ambo a m. 1. qui *et pacta* legunt a m. 2. Neque aliter Lov. 1. 2. 5. Ber. Hav. Hearnii N. et Colbert. apud Doujat. Quam scripturam non is tantum eamdem ob caussam, ac Lipsius diu ante dedit, probat, sed nuper etiam Cl. Crevier. ob plerorumque codd. consensum. Verum hic etiam in uno suorum eamdem lectionem invenit, quam Gebhard. in margine Pal. 1. eamque etiam haud displicere testatur. Gronovii lectio nimis a Mssis recedit. In Put. enim integerrimo *et pactis* a librario per errorem repetitum, et hinc iterum inductum erat. Restitui igitur, quod volunt plerique codd. et viri docti etiam praetulerunt *inventae, et pacta inter regem*. Quod autem Gron. praeterea conjicit *regem Macedonem*, ei adversantur omnes codd. Cap. praec. *Philippus Macedonum rex*. 24, 10, 4. *Intentus adversus omnes motus Philippi Macedonum regis*. et saepissime alibi. (* v. ad 40, 29, 4.) Forte ita conjecit Gronov. ut convenirent *rex Macedo* et *Poenus dux*. Sed, similes variationes orationis Livium ubique captasse, saepius dictum est.

§. 8. *Ad senatum, aut ad consules*] Ita primus edidit Coelius Curio. Priores omnes *aut consules*, consentientibus Flor. Voss. Lovel. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Livium quidem praepositiones saepissime repetiisse, dictum est ad 6,

Digitized by Google

9 ad id celerrimae quinque naves delectae, ac L. Valerius Antias, qui praeesset, missus: eique mandatum, ut in omnes naves legatos separatim custodiendos divideret, daretque operam, ne quod iis conloquium inter se, neve quae communicatio consilii
10 esset. Per idem tempus Romae quum A. Cornelius Mammula, ex Sardinia provincia decedens, retulisset, qui status rerum in insula esset, bellum ac defe-

28, 6. id tamen non ubique, invitis codd. ipsi obtrudendum. Paullo ante *Quibus datis cognitis* Flor. Cant. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Gaertn. *Quibus datis agnitisque* Ber. et Hav. *Quibus datis et cognitis* Hearnii L. 1.

§. 9. *L. Valerius Antias*] Hunc esse eum Valerium Antiatem, qui annales conscripsit, existimat Glandorp. in Onom. p. 871. Pighius etiam in Annal. ad ann. DXL. p. 176. videndum monet, utrum hic sit, qui historias scripserit. At diu jam Vossius 1. de Hist. Lat. 10. et Perizon. Animadv. Hist. c. 6. p. 209. monuerunt, ex Vellej. 2, 9. patere, Antiatem historicum circa tempora Sullae dictatoris vixisse. Ceterum Vossius et alii ei praenomen *Quinti*, Schottus autem ad Praefat. Auct. de Orig. gent. Rom. *Publii* tribuunt: quod qua auctoritate fiat, non liquet.

In omnes naves legatos separatim custodiendos divideret] Boni fere omnes *partim*. Sed et optimi *neve quae communicatio*. J. FR. GRON. *legatos partim custodiendos* etiam Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et omnes, quibus usus sum, edd. usque ad Froben anni 1535. Praeterea *per omnes naves* Ber. et Hav. Mox *neve quae communicatio* etiam Flor. Vulgo τὸ *quae* deerat.

§. 10. *Ad bellum ac defectionem omnes spectare*] In melioribus deest praepositio. Quia utroque modo Livius alibi, cur vetustissimis libris non obsequeremur? J. FR. GRON. Recte Gronov. Livium utroque modo locutum adfirmat. De addita praepositione v. ad 1, 47, 1. de ea omissa ad 22, 22, 21. Subscribo itaque ejus judicio, optimis libris obsequendum esse. Jam autem non hi tantum, verum omnes omnino, quos Hearnius Oxonii, quosque ego consuluimus, constanter praepositionem omittunt. At male *bellum ad defectionem* legunt Hafn. Cant. et Voss. Praeterea *petere*, pro *spectare*, perperam Lovel. 5.

§. 11. *Non tam in periculosum, quam longum, morbum inplicitum*] *non tam periculosum quam longum* Lov. 3. et Gaertn. praepositione *in* elisa a praecedentis vocis litera finali. V. ad 10, 13, 3. *non tam in periculoso quam longo morbo* Ber. *non tam periculoso quam longo morbo* Lovel. 4. 5. Hearnii N. et Brancal. Latinii. Livium ita loqui solere, supra vidimus ad 7, 23, 2. Optimis tamen libris in vulgatum conspirantibus, nihil mutandum censeo. Nam, etiam Nepot. *in morbum inplicari* dixisse, lexicogra-

Digitized by Google

ctionem omnes spectare; Q. Mucium, qui succes- 11
siſſet sibi, gravitate coeli aquarumque advenientem
exceptum, non tam in periculosum, quam longum,
morbum inplicitum, diu ad belli vim suſtinendam
inutilem fore, exercitumque ibi ut satis firmum paca- 12
tae provinciae praesidio eſſe, ita parum bello, quod
motum iri videretur: decreverunt Patres, ut Q. Ful- 13
vius Flaccus quinque millia peditum, quadringentos

phi notarunt. Eadem conſtructio etiam aliis placuit. Paullo ante Q. *Minutium* Voſſ. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Haſa. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Aldum.

§. 12. *Pacatae provinciae praesidem*] Mur. et Gud. *praesidium*. Lege, *exercitumque ibi ut satis firmum pacatae provinciae praesidio esse, ita parum bello*. J. FR. GRON. Tamen infra c. 48, 7. *Siciliam et Sardiniam vix praesides provinciarum exercitus alere*. DUR. *praesidium* etiam Hearnii N. *praesidio*, ut Gronov. conjecit, Lovel. 3. et Hav. Ut *praesidem* vel *praesidium* Gronovio displiceret, ea cauſſa fuiſſe videtur, quod ita vox illa repetenda foret ad sequens *parum*, neque commode dici poſſe exiſtimaret *exercitus parum firmus praeses bello, exercitus parum firmum praesidium bello*. At si *praesidio* scribas, dicet Liv. exercitum, qui in Sardinia erat, satis firmum esse praesidio pacatae provinciae, at parum firmum bello. *praesidio* igitur in contextum recepi.

§. 13. *Quinque millia peditum, trecentos equites scriberet*] Quidam, imo iidem, etiam *quadringentos* emendarunt equites, moti fortaſſis, quod legionem auctam millenario viderunt. At Polybius cum l. 1, [16.] legionem Romanam quaternis millibus peditum trecenis equitibus exhibeat, libro deinde 3, [107.] ubi legiones auctas ante cladem Cannensem refert, haec subjicit verba. *Romani enim, sicut supra memoravimus, quatuor legionibus exercitum complent. Singulae quaeque legiones quaternis millibus peditum constant, equitibus ducentis: aut si quando ingens aliqua necessitas urget, quinis millibus peditum, trecentis equitibus*, Haec ille. Quamquam in hoc Polybii numero illic fortaſſis *trecentis* pro *ducentis*, hic vero *quadringentis*, pro *trecentis* legendum. In Livio sane l. 7. ab Urbe cond. [c. 25, 8.] quaternùm millium ac ducentorum peditum cum trecentis equitibus legio describitur; quae ab eodem l. 8, [8, 14.] quinùm millium, equitibus non variatis, exhibetur. Ego totum hoc lectoris judicio relinquo: nam, de equitibus quod certum affirmem, non habeo. GLAR. Prisca ed. hic numerat *trecentos equites*. Pal. pr. *ut Fulvius Flaccus mille peditum CCCC equites*. sec. ac tert. *ut Fulvius Flaccus mille equites, quadringentos equites*. Statim comparet in Pal. 2. *in Sardiniam trahendam curaret*. GEBH. Aldus eſt, quem *quadringentos* edidiſſe Glareanus aegre fert. Ita tamen Flor. Lovel. 3. 4. 5. Harl.

Digitized by Google

equites scriberet, eamque legionem primo quoque
14 tempore in Sardiniam trajiciendam curaret, mitte-
retque cum imperio, quem ipsi videretur, qui rem
15 gereret, quoad Mucius convaluisset. Ad eam rem
missus est T. Manlius Torquatus, qui bis consul cen-
sorque fuerat, subegeratque in consulatu Sardos.

Ber. Hav. pluresque alii codd. At praeterea *Flaccus vel peditum* Flor. *Flaccus millia peditum* Lovel. 4. et Harl. *Flaccus M. peditum* Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hearnii D. *Flaccus VI peditum* ejusdem N. *Flaccus VI millia peditum* Berol. *Flaccus M. pedites* Lovel. 5. *Flaccus mille pedites* Rec. et Hearnii L. 1. *Flaccus pedites mille* Gaertn. Paullo ante Flacci praenomen *Q.* deest in Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. D. ac N. Verbum *trajiciendam* inlustravi ad 2, 11, 2.

§. 15. *T. Manlius Torquatus, qui bis consul censorque fuerat*] Consul fuit cum Attilio Bulbo, quo in magistratu de Sardis triumpharit; iterum cum Q. Fulvio Flacco, quem eundem etiam in censura collegam habuit, auctoribus Capit. scriptoribus. SIG. Et hic vox quarta, vox ultima nihil addunt orationi. quod et iteratum velim libro Livii 25, 5, 3. ubi ad hanc faciem ista quoque obvia clausula. GRUT. Saepissime his notis Gruteri conjecturas inprobare coactus sum, quibus modo unum, modo plura verba ex Livio ejiciebat, idque nullam aliam ob caussam, quam quia sine sensus detrimento abesse poterant. Exempla videri possunt ad 1, 22, 6. 3, 70, 1. 4, 17, 3. c. 43, 5. 5, 17, 1. et 8. 6, 1, 2. 8, 10, 1. c. 28, 3. 21, 59, 9. aliisque locis. Si hac ratione in bonos scriptores grassari liceret, et omnia, quae sine fraude sententiae omitti possunt, inducenda forent, quanta passim mutatio, an mutilatio dicam, fieri deberet? Non alibi tamen, quam huic loco, magis temerarium Gruterus ferrum adhibuit. Ecce enim, ejectis vocibus *qui* et *fuerat*, legendum censet *Torquatus bis consul censorque*, oblitus genus loquendi, quod ipsi otiosum visum est, non tantum 25, 5, 3. obcurrere, sed pluribus aliis locis. Ita 3, 12, 2. *Capitolinus, qui ter consul fuerat.* c. 13, 1. *M. Volscius Victor, qui ante aliquot annos tribunus plebis fuerat.* c. 25, 3. *Capitolinus, qui ter consul fuerat.* Hoc lib. c. 30, 18. *Flaccus, qui antea consul censorque fuerat.* ubi quinque similia exempla laudat Perizon. 24, 9, 4. *Consulis filius, qui tum aedilis erat.* c. 44, 2. *Q. Fabius, qui tum consul erat.* 29, 11, 3. *Laevinum, qui bis consul fuerat.* 30, 23, 3. *Q. Metellus, qui triennio ante consul dictatorque fuerat.* eodem cap. *Laevinus, qui bis consul fuerat.* c. 26, 1. *Geminus, qui tum magister equitum erat.* Plura alia sciens praetereo, ne taedio sim. Adde tantum locum Cic. admodum similem 1. de Divin. 18. *Ti. Gracchus P. F., qui bis consul et censor fuit.* Si itaque hoc loco voces illae inducendae sunt, quia nihil addunt orationi, ob eamdem rationem etiam ex omnibus reliquis ejiciendae erunt: quod nemini sano verisimile, credo, videbitur. Sed praeterea, Grute-

Digitized by Google

Sub idem fere tempus et a Karthagine in Sardiniam 16
classis missa, duce Hasdrubale, cui Calvo cognomen
erat, foeda tempestate vexata, ad Baliares insulas
dejicitur. ibique (adeo non armamenta modo, sed 17
etiam alvei navium quassati erant) subductae naves
dum reficiuntur, aliquantum temporis triverunt.

rus ne ad sequentia quidem animum adtendit. Admissa ejus conjectura legendum foret, *missus est T. Manlius Torquatus bis consul censorque, subegeratque* etc. Sed ita oratio non cohaerebit, verum insuper legendum erit, *qui subegerat*. Sunt etiam loca, quibus Gronov. ex conjectura quasdam voces eamdem ob caussam ejicit, ob quam hic Gruter. V. 25, 1, 4. et 33, 45, 4. (* 38, 54, 1.) Verum neque ei adsentior. Ceterum *Ti. Manlius* Ber. et Hav. *L. Manlius* Gaertn. *T. Mallius* Lovel. 3. *T. Manilius* Hearnii D. et N.

Subegeratque in consulatu Sardos] Locus est hiulcus, in quo vox una deficit. Nam puto declarasse Livium, cum dicat bis consulem Manlium fuisse, quo in consulatu Sardos subegerit. In aliquibus libris legitur *in suo consulatu*, et suspicor legendum esse *in primo consulatu*; quae vox, numerali nota in plerisque libris forte signata, librariorum culpa demum intercidisse videtur. PIGH. in ann. ad ann. DXIX. p. 95.

§. 16. *Ad Baliares insulas ejicitur*] Pall. tres, et vet. ed. *ducitur*. GEBH. Scripti *dicitur*, factum ex *deicitur*, ut solent fere libri vett. pro *dejicitur*. Naufragi quidem *ejici* dicuntur, (et notavimus ad M. Senecam [3. contr. 16.]) sed naufragi. At qui, summa re salva, tempestate vertuntur a cursu vel a medio mari ad inferiorem partem, *dejici* dicuntur. Ut apud Caesarem 4. Gall. [28.] *Tanta tempestas subito coorta est, ut nulla earum cursum tenere posset, sed aliae eodem, unde profectae erant, referrentur naves, aliae ad inferiorem partem magno sui cum periculo dejicerentur*. Noster infra [c. 40, 6.] *Quae tempestate dejecta ad Baleares erat*. 21, 49, 5. *Eam quoque classem ad Aegates insulas dejectam*. J. FR. GRON. Vulgatum primum admisit Froben. anno 1535. antea legebatur *ducitur*, quod praeferunt etiam Lovel. 3. 4. Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hearnii L. 1. atque a m. 1. N. Neque aliter Flor. et Voss. a m. 2. in quibus *dicitur* est a m. 1. *deicitur* Lov. 2. Hearnii N. a m. 2. et Victor. apud Crevier. Sed plane *dejicitur*, ut Gronov. emendat, Lovel. 5. et Harl. quod recte de illis dici notat, qui vi ventorum aut fluctuum a cursu depelluntur. V. etiam Jac. Gronov. ad Taciti 2. Ann. 60. Id etiam forte restituendum apud Vell. Pat. 1, 1. *Agamemnon tempestate in Cretam dejectus*. Vulgo legitur *rejectus*. Sed *rejici* dicuntur, qui eodem reverti coguntur, unde profecti sunt. V. ad 44, 19, 2. Literas autem *D* et *R* passim confundi in Mstis, dictum est ad 9, 10, 6. Cel. Burm. ibi conjicit *ejectus*, id est, naufragio in eam egressus. Alterutrum certe verum puto.

§. 17. *Naves dum refiguntur*] Sic legitur per vos in regio eo-

Digitized by Google

1 XXXV. In Italia quum post Cannensem pugnam, fractis partis alterius viribus, alterius mollitis ani-
2 mis, segnius bellum esset: Campani per se adorti sunt rem Cumanam suae ditionis facere; primo sollicitantes, ut ab Romanis deficerent. ubi id parum
3 processit, dolum ad capiendos eos comparant. Campanis omnibus statum sacrificium ad Hamas. eo senatum Campanum venturum certiores Cumanos fecerunt: petieruntque, ut et Cumanus eo senatus veniret ad consultandum communiter, ut eosdem uter-
4 que populus socios hostesque haberet: praesidium

dice emendatum, cum emendare debuissetis *reficiuntur*. Nam *refigere* est, quod fixum est educere. VALLA. Vitiosa lectio tamen superest in Voss. Lov. 3. Ber. Harl. Hafn. et Hearnii N. in margine.

§. 1. *Fractis partis alterius animis*] Pall. 1. ac 3. *tractis*. GEBHARD. Similiter Flor. a m. 1. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. Sed ita passim errant librarii. V. ad 3, 49, 5. et 39, 51, 2. Adde, quae notavi ad Silii 3, 55. Eodem modo commutantur *diffractus* et *distractus*. V. Cel. Rurm. ad Suet. Aug. 17. p. 232. Paullo ante *In Italiam* Voss. Lovel. 1. 2. 4. et Ber. V. ad Epit. Liv. 21. Insuper *post Cannensem cladem* Ber.

§. 2. *Dolum ad capiendos eos comparant*] *dolos* Pal. 1. Ceterum haec loquendi formula Plautina est, in Captiv. Prol. 47.

Sed inscientes sua sibi fallacia
Ita compararunt et confinxerunt dolum.

GEBH. *ad capiendum eos* Lov. 1. 2. et Voss. V. ad 40, 49, 1.

§. 3. *Statutum sacrificium ad Hamas*] Legendum est *statum*, de quo fuit inter nos apud regem controversia, quodque ego multis rationibus atque exemplis probavi. VALLA. Sine dubio vera est Vallae emendatio, et tamen altera lectio, quam damnavit, superest in Flor. Voss. et plerisque meis, omnibus Hearnii Oxon. et edd. antt. usque ad Froben. anni 1535. Saepissime ita peccari, infra videbimus ad 39, 13, 8. Mox *ut Cumanus eo senatus* Lov. 4. 5. Gaertn. et typis descripti ante Aldum. *ut Cumanus senatus eo* Hav. *ut et Cumanus senatus* Lovel. 2. Deinde *ad consulendum*, pro *ad consultandum*, Voss. Lovel. 1. 2. et Ber. *Consulere* pro consultare poni, vidimus ad 2, 57, 2. Optimorum tamen codd. in vulgatum consensus efficit, ut lectionem illam hic a librariis profectam credam. Eos enim saepe ita erraſſe, vidimus ad 21, 16, 2.

§. 4. *Ne quid ab Romanis novi periculi esset*] In V. C. est *fieret*; pro quo videtur scribendum *foret*. URSIN. Solus Pat. hic nos adjuvit: *ab Romanousnove*. Ve-

Digitized by Google

ibi armatum sese habituros, ne quid ab Romano Poenove periculi esset. Cumani (quamquam suspecta fraus erat) nihil abnuere; ita tegi fallax consilium posse rati. Interim Ti. Sempronius consul Roma- 5
nus Sinuessae, quo ad conveniendum diem edixerat, exercitu lustrato, transgressus Vulturnum flumen, circa Liternum castra posuit. Ibi, quia otio- 6
sa stativa erant, crebro decurrere milites cogebat, ut tirones (ea maxima pars volonum erat) adsuescerent signa sequi, et in acie agnoscere ordines suos. inter quae maxima inerat cura duci, itaque 7

rum est *ab Romano Poenove periculi*. J. FR. GRON. V. eumdem 1. Obs. 11. p. 181. *fieret* etiam Ber. unde Latinius quoque *foret* scribendum conjicit. Sed reliqui omnes *esset* tuentur. Paullo ante *se habituros*, pro *sese*, Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. et Hav.

§. 5. *Circa Linternum castra posuit*] Vet. lib. *Liternum*. SIG. V. ad 22, 16, 4. *circa Liternum posuit castra* Flor. *castra ponit* Lovel. 4. Paullo ante, addita voce, *Sempronius Graccus*, vel *Gracchus*, *consul* Ber. Hav. et Hearnii N. a m. 2.

§. 6. *Ea maxima pars volonum erat*] Sic Justinus 5, [10.] *Ex quibus major pars Athenienssium erat*. Tamen hic meliores fere *erant*. Ut forsan auctores scripserint *volones erant*, et *Athenienses erant*. J. FR. GRON. *erant* etiam Flor. Voss. Lovel. 2. 4. et Harl. Avi emendationem ad d. loc. Justini Cl. Abr. Gronov. inlustravit simili loco Tacit. 3. Hist. 12. At vulgato favet locus infra 24, 16, 4. *Minus duo millia hominum, et ea magna pars equitum, effugerunt*. Mox *cognoscere ordines*, pro *agnoscere*, Lovel. 2. et Hearnii D. atque N. a m. 1. V. ad 5, 36, 7.

§. 7. *Inter quae concordiae maxima erat cura duci*] Put. *inter quae maxemam erat curacura duci*, omisso τῷ *concordiae*, quod et Pet. et Men. et Voss. prorsus ignorant. Scribe primum *maxima inerat tum cura duci*. Sallustius [Catil. 25.] *Prorsus multae facetiae multusque lepos inerat*. Noster 42, [30, 3.] *Inerat cura insita mortalibus videndi congredientes nobilem regem et populi principis terrarum legatos*. Curtius 7, [7.] *Una erat cura, ne inultus occideret*. Deinde iidem quatuor, *ne qua exprobratio*, [pro *ne quam*.] Vix est, ut τὸ *concordiae* non adjecerit aliquis, qui nesciebat, τὸ *itaque* non hic esse caussale, sed potius pro *et ita*. Quid enim integrius? *Inter quae maxima inerat tum cura duci, itaque legatis tribunisque praeceperat, ne qua exprobratio cuiquam veteris fortunae discordiam inter ordines sereret. Exprobratio cuiquam*, verbali regente casum

Digitized by Google

legatis tribunisque praeceperat, *ne qua exprobratio cuiquam veteris fortunae discordiam inter ordines sereret: vetus miles tironi, liber voloni sese exaequa-*
8 *ri sineret. omnes satis honestos generososque ducerent, quibus arma sua signaque populus Romanus commisisset. quae fortuna coëgisset ita fieri, eamdem co-*
9 *gere tueri factum.* Ea non majore cura praecepta ab ducibus sunt, quam a militibus observata; brevique tanta concordia coaluerant omnium animi, ut prope in oblivionem veniret, qua ex conditione
10 quisque esset miles factus. Haec agenti Graccho

verbi, est exprobratio cuiquam facta. Ut apud Plautum [Asin. 2, 2, 41.]

Verbis velitationem fieri compendi volo.

Id est, velitationem, quae fit verbis, fieri compendii volo. Et [Amphitr. 1, 1, 12.] *Opulento homini hoc servitus dura est.* Sic apud Ciceronem, quod jam notavimus, *eruptio Mutina*, pro eruptione Mutina facta. J. FR. GRON. *inter quae maxima cura erat duci* Lovel. 1. neque aliter Hav. nisi quod vocem *duci* ignoret. *inter quae maxima erat cura duci* Lovel. 2. Harl. Gaertn. et Ber. *inter quae maximam erat cura duci* Flor. unde patet, *maxima inerat* optime Gronov. restituisse; quod, nisi excerpta fallant, exstat in Cant. In nullo denique cod. *concordiae* obvium fuit. In Gronov. vero conjectura nihil displicet, nisi sola addita vox *tum*, quam effinxit ex voce *cura*; sed eam potius his per errorem a librario scriptam fuisse existimo; praesertim quum viri docti, qui cod. Put. versarunt, notaverint, in eo potius aliquid superesse, quam deesse. Legam igitur *inter quae maxima inerat cura duci. Tò inerat* ad l. 1. Sallustii inlustrat Cortius. Contra Doujatius putat, magis perspicuam fore sententiam, si retineamus nomen *concordiae*, quod et scripti non pauci et editi habent: alioqui enim suspensam quodammodo futuram orationem, nec adpariturum, cujus rei maxima esset cura Sempronio. Fruatur judicio suo, modo nobis non invideat, ut frugibus inventis a glandibus abstineamus. Vellem tamen, docuisset, quinam forent *scripti non pauci*, *τὸ concordiae* servantes. Recte autem Gronov. *itaque* exponit et ita. V. ad 3, 30, 7. recte etiam *ne qua* emendat, pro *ne quam*. Similiter enim inveni in omnibus, quos adhibui, scriptis et in nonnullis edd. vett. Ita *ne qua vis* 3, 5, 5. et hujus generis alia passim. (* v. ad 43, 11, 2.) Recte denique casum, quem verbum *exprobrare* regit, verbali *exprobratio* junctum inlustravit. Ita Gujet. et Bentlej. emendarunt apud Ter. in Andr. 1, 1, 16. *Isthaec commemoratio quasi exprobratio est inmemori beneficii*, pro *inmemoris*.

Digitized by Google

legati Cumani nunciarunt, quae a Campanis legatio paucos ante dies venisset, et quid iis ipsi respondissent. Triduum post eum diem festum esse: non se- 11
natum solum omnem ibi futurum, sed castra etiam et exercitum Campanum. Gracchus, jussis Cumanis 12
omnia ex agris in urbem convehere, et manere intra muros, ipse pridie, quam statum sacrificium Campanis esset, Cumas movet castra. Hamae inde tria 13
millia passuum absunt. Jam Campani eo frequentes ex composito convenerant, nec procul inde in occulto Marius Alfius Medixtuticus (summus magistratus

§. 8. *Omnes satis honestos generososque ducerent, quibus*] Locus hic, alias obscurissimus, videtur interpretationem eandem admittere, quam Scipionis dictum infra 25, 2, 7. *Si me omnes Quirites aedilem facere volunt, satis annorum habeo.* GRUT.

§. 9. *Ut prope in oblivionem veniret, qua ex conditione*] Ita Gronov. anno 1665. edi curavit, et omnes codd. mei praeferunt. Priores, quas vidi, edd. legunt *venirent*. Sed verba *qua ex conditione quisque esset miles factus* hic funguntur vice nominativi, adeoque *veniret* verum est. V. ad 1, 53, 1. Paullo ante *coaluerunt* Lovel. 4.

§. 12. *Jussis Cumanis omnia ex agris in urbem convehere*] *jussit Cumanis* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Rec. Gaerta. Hav. Hearnii N. et edd. antt. pro quo recte Froben. anno 1535. reposuit *jussis*. Alteram enim locutionem soloecam esse, pluribus docet Gronov. ad 27, 24, 3.

Pridie, quam statutum sacrificium] Put. Pet. *pridie, quam statum sacrificium*. ut, legendum esse, se apud Regem disputasse, Valla gloriatur. J. FR. GRON. Ita gloriatur Valla supra h. cap. ad §. 3. de hoc tamen loco nihil monuit. Ceterum *statutum* hic perperam servant Voss. Lovel. 1. 2. 5. Ber. Hafn. Gaerta. et Hav.

§. 13. *Hamae inde tria millia passuum absunt*] *Cum aede* Flor. am. 1. *Cum inde* am. 2. *Deinde Cumis* Hav. *Cumae deinde* Voss. am. 1. et Lov. 1. 2. ac 3. *Cumae*, omissa voce *inde*, Lovel. 4. *A Cumis Hamae deinde* Ber. *Hamae deinde* Gaerta. Praeterea *III passuum* Flor. quod ambiguum est, et *tribus millibus* exponi potest, ut legitur in Lovel. 3. et Ber. vel *tria millia*, ut vulgo exstat: quomodo etiam saepe Livium locutum esse, docent exempla adlata ad 6, 32, 9.

Marius Alpius edixit, ut cui summus magistratus erat Campanis, cum XIIII. majorum habebat castra] Vos sic emendatis *Martius Alpius et ipse, uti cui summus magistratus erat Campanis, cum XIIII juniorum*,

Digitized by Google

erat Campanis) cum quatuordecim millibus armato-
14 rum habebat castra; sacrificio adparando, et inter
id instruendae fraudi aliquanto intentior, quam mu-
15 niendis castris, aut ulli militari operi. Triduum sa-
crificatum ad Hamas. Nocturnum erat sacrum, ita
16 ut ante mediam noctem compleretur. Huic Grac-

vel *militum*, *habebat castra*. Ego sic: *Mediastuticus*, vel *Medistuticus*, *qui summus magistratus erat Campanis*, *cum XIIII. militum habebat castra*. Est autem *Mediastuticus* nomen magistratus, ut aliis in locis apud Livium, libro secundi belli Punici 6, [6, 13.] patet. Si quis tollendum relativum putat, ut sit *Medistuticus*, *summus magistratus erat*, tollat licet. VALLA. Marii Blosii praetoris Campani mentio est non ita longe ab initio hujus libri [c. 7, 8.] At in summo magistratu mediastutici erant, ut l. 6. hujus decados patet, et priore anno Pacuvius Calavius in summo erat magistratu. Verum non video, quam sint haec apud Livium distincta, fortassis, ut ad historiam minus pertinentia, consulto ab authore neglecta. GLAR. Pal. 1. *nec procul in obculto Marius Alpius. et dixit uti cui summus*. sec. *nec procul inde Marius Alfius et ipse uti cui summus*. tert. *nec procul inde occulto Marius Alfius uti cui*. Cl. Lipsius 1. Epist. Quaest. 19. inde facit *Medixtutichus*. non operose praeeunte Valla, ante bina saecula hinc extricante *Medistuticus*, talem conjecturam produxit. Caeterum eidem Lipsio, *qui summus magistratus erat Campanis*, pro glossa fuerunt. Infra 24, 19, 2. aperte habetur in Pal. 1. ac vet. ed. *Medixtuticus*. Sic legendum 26, 6, 13. ubi et Lipsius illa, *qui summus magistratus apud Campanos est*, ejicit. GEBHARD. *nec procul inde in occulto Marius Alpius edixituticui summus magistratus erat Campanis cum XIIII malorum habebat castra*. Sic Put. Pet. Men. Pall. duo, Florent. Voss. Barberin. paucis apicibus forte, quos annotasse nihil interest, differentes. Scribe: *nec procul inde in occulto Marius Alfius Medixtuticus (summus magistratus erat Campanis) cum quatuordecim millibus armatorum habebat castra; sacrificio apparando et inter id fraudi instruendae intentior, quam muniendis castris aut ulli militari operi*. Nam *τὸ in* vel *is* et *fuit*, quibus auctiores vulgatae, optimi nostri abjurant. Laurentius Valla praeivit. Lipsius pro supervacuo delet, *summus magistratus erat Campanis*. Quid igitur fiet 30, [7, 5.] *Senatum itaque Suffetes (quod velut consulare imperium apud eos erat) vocaverunt*. aut 35, [34, 2.] *Per apocletos autem (id vocant sanctius concilium: ex delectis constat viris) id agitabant* etc. Et 38, [30, 4.] *Damiurgis civitatum, qui summus est magistratus, Aegium evocantibus*. Cicero 4. in Verrem [23.] *Dionysiarchum ad se Proagorum, hoc est summum magistratum, vocari jubet*. J. FR. GRON. *Alphius qui summus*, mediis omissis, Voss. in marg. et edd. ante Gronov. *Aliphius cui summus* Lovel. 5. *Alfius summus* Hafn. *Alpius*, vel *Alfius*, *edixit uti cui summus*

Digitized by Google

chus insidiandum tempori ratus, custodibus ad portas positis, ne quis enunciare posset coepta, et ab decima diei hora coactis militibus corpora curare, somnoque operam dare, ut primis tenebris convenire ad signum possent, vigilia ferme prima tolli jussit signa; silentique profectus agmine, quum ad Ha- 17 18

ete. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Rec. Gaertn. Hav. et Oxonienses Hearnii. Veram lectionem Gronovius restituit. Summi Campanorum magistratus nomen *Mediastuticus* scribit Cluver. 1. Ital. Ant. 6. p. 42. et 43. Voces autem *is* et *fuit* desunt etiam ab omnibus meis.

§. 15. *Triduum sacrificatum ad Hamas*] Quis credat, Gracchum, qui pridie istius sacrificii jam moverat Cumas, post triduum demum oppressisse Campanos, et non primo quoque tempore, antequam detegerentur insidiae? quas, etiamsi nemo enunciaret, in tam propinquo loco celare difficile erat, et eo ipso animadvertere potuissent Campani, quod nemo Cumanorum, contra quam dictum erat, advenisset. Verisimile est, his verbis aeque ac sequentibus describi ipsum illud sacrum, legendumque levi mutatione *sacrificandum*. JAC. PERIZ. Cl. Crevier. legendum putat *sacrificatur*, ut simul innuat Livius, istud sacrificium adhuc suo aevo celebrari. Verum unde, quaeso, id constat? Contra non multum Perizonii conjectura a vulgato abit. Scriptum fuerat *sacrificádum*. Evanescente deinde linea transversa, nihil propius erat, quam ut in *sacrificatum* mutaretur. Similiter saepe librarios erraſſe, dictum est ad 6, 37, 4.

§. 16. *Ne quis enunciare posset, a sexta ad decimam diei horam*] Put. *ne quis enuntiare posset coepta et an decuma diei horam*. Sic Pet. uterque, et Men. Voss. Barberin. et quatuor Flor. cum Aldina, nisi quod omnes *ad decimam diei horam*. Quippe in vetustissimo libro *τοῦ an* posteriori literae transsutae *d* suprascriptum est. Me vero prima manus ambiguum relinquit, *ante decimam*, an *ad decimam*, an *ab decima diei hora* (quo maxime inclino) probare malim. *Enuntiare coepta*, ut apud Silium *prodere coepta*. Infra [c. 41, 4.] *Nocte, ne cujus interventus coepta impediret, mortem sibi conscivit*. J. FR. GRON. *ad decimam diei horam* videtur praetulisse Schelius ad Polyb. c. 8. Ut supra 9, 37, 5. *Decima fere erat diei hora, quum cibum capere consul milites jubet*. DUK. *nè quis enunciare posset coepta, et ad decimam diei horam* Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii N. ac D. neque hinc differunt Lovel. 2. et Ber. nisi quod copulativam *et* omittant. *Enunciare coepta*, ut *maturare coepta* 24, 13, 4.

§. 18. *Ut in pervigilio neglecta*] Cui Deo Deae pervigilatum fuerit, incertum esse, Lipsius notat 1. Elect. 5. ubi de pervigilio plura, quae ad hunc locum Modius contulerat.

Alios perpetrato sacro inermes redeuntes obtruncat] Pal. 2. *probe curato sacro*. tert. for-

Digitized by Google

mas media nocte pervenisset, castra Campana, ut in pervigilio neglecta, simul omnibus portis invadit: alios somno stratos, alios perpetrato sacro inermes
19 redeuntes obtruncat. hominum eo tumultu nocturno caesa plus duo millia, cum ipso duce Mario Alfio. capta sunt signa militaria quatuor et triginta.

1 XXXVI. Gracchus, minus centum militum jactura castris hostium potitus, Cumas se propere recepit, ab Hannibale metuens, qui super Capuam in Tifatis habe-

te rectius, *procurato sacro*. Tibullus 1, 5, 13.

Ipse procuravi, ne possent scaeva nocere
Somnia.

GEBH. *prope curato sacro* Rec. Sed nihil mutandum. Infra 24, 13, 6. *Sacro inde perpetrato, ad quod venerat, Puteolos repente agmen convertit.* 25, 12, 2. *Perpetrato sacro in monte, proficiscuntur.* 44, 22, 16. *Sacrificio rite perpetrato in Macedoniam profecti sunt.*

§. 19. *Eo tumultu nocturno caesa plus duo millia*] Vox *nocturno* redundat. nam ex priore versu satis intelligitur, rem nocte actam esse. abest certe a vet. lib. SIG. Contra eamdem vocem servant omnes mei. Sed praeterea *plus duobus millibus* Ber. *plus quam duo millia* Flor. Nisi plures testes adfirment, credere non ausim. Vulgatum enim passim Livio fuit in deliciis. V. ad 41, 12, 8.

§. 1. *Hannibalem metuens*] Ita prisca ed. et Pall. duo. Sed melius Pal. 2. *ab Annibale metuens*. GEBH. *Hannibalem metuens* Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. Brancal. Latinii, et editi ante Aldum, qui recte *ab Hannibale* substituit. Ter. Andr. 1, 1, 79. *Metui a Chryside*. Similiter *metus ab cive et ab hoste* 2, 24, 3. *metus a praetore Romano* 23, 15, 7. *metus a Romanis, timor a principibus* 45, 26, 7.

Qui super Capuam ac Tifata habebat castra] Pal. 1. exhibet *Antifatis habebat castra*. Tert. *Tifatis habebat castra*. GEBH. Put. Pet. Pal. Voss. *Antifatis*. Scribe *super Capuam in Tifatis*. Infra [c. 39, 8.] *Castraque Hannibalis, quae in Tifatis erant*. J. FR. GRON. Vulgatum defendi potest ex eo, quod mox h. cap. obcurrit. *In castra supra Tifata se recepit*. Verum *super Capuam habebat*, duabus vocibus omissis, Lovel. 1. *super Capuam ad Tifata* Rec. Lovel. 5. Gaertn. et edd. usque ad ultimam Gruteri, quae errore, ut videtur, operarum *ac Tifata* dedit. *super Capuam Antifatis* Flor. Lovel. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hav. Hearnii L. 1. N. et Brancal. Latinii; pro quo Gronov. non male dedit *in Tifatis*. Infra c. 43, 5. *Praesidio modico relicto in Tifatis praefectus*.

Digitized by Google

habebat castra. Nec eum provida futuri fefellit opi- 2
nio. nam simul Capuam ea clades est nunciata, ratus Hannibal, ab re bene gesta insolenter laetum exercitum tironum, magna ex parte, servorumque, spoliantem victos, praedasque agentem, ad Hamas se inventurum; citatum agmen praeter Capuam 3
rapit, obviosque ex fuga Campanorum dato praesidio Capuam duci, saucios vehiculis portari jubet. ipse Hamis vacua ab hostibus castra, nec quidquam 4
praeter recentis vestigia caedis, strataque passim

§. 2. *Nec eum provida viri fefellit opinio*] Put. *provida fuituiri*. Scribe, *nec eum provida futuri fefellit opinio*. Tacitus 6. Ann. (46.) *Jactis tamen vocibus, per quas intelligeretur providus futurorum*. J. FR. GRON. Idem Gronov. *provida veri* in prima not. ed. conjecit. Postea *provida futuri* maluit ex vestigiis Put. cui consentiens Flor. praefert *provida fuit uiri*; at mediae voci signa subjecta sunt, quibus scriba indicavit, eam delendam esse. *Providus futuri*, ut apud Cic. 2. de Div. 57. *Mentem ita movens, ut eam providam rerum futurarum efficiat*. 2. de Nat. Deor. 22. *Provida utilitatum opportunitatumque omnium*. Contra *inprovidus* infra 26, 39, 7. *Inprovidus futuri certaminis Romanus veniebat*.

§. 3. *Obviosque Campanorum per duo praesidia Capuam duci*] Quae haec *duo praesidia*, non facile dixerim. Mendi suspicionem facit vetus liber, qui illud *per* nullus habet. Ita legerim *obviosque Campanorum, dato praesidio, Capuam duci*; hoc tantum *duo* scribens *dato*. LIPS. 3. ep. Quaest. 19. Pall. tres *obviosque ex fuga Campanorum duo praesidia Capuam duci*. et ita vet. Lipsii lib. unde rectum putat *dato praesidio*. GEBH. Put. Pet. Voss. tres Pall. *Campanorum duo praesidio*. unde recte Lipsius *dato*. J. FR. GRON. *duo praesidia* Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Voss. a m. 1. *duobus praesidiis* a m. 2. *ad praesidia* Lov. 5. Ber. Hafn. et Hav. *ad duo praesidia* Brancal. Latinii. *duo praesidio* Flor. et Hearnii L. 1.

Saucios vehiculis tolli portarique] Pal. 2. *et saucios*. a pr. vero plane abest *τὸ tolli*. GEBH. Optimi *saucios vehiculis portari jubet*; ubi et alii codd. ignorant *τὸ tolli*. J. FR. GRON. *tolli* ignorant apud me Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Ber. et Hav. at *vehiculis portari jubet* Flor. Harl. et Hearnii L. 1. ac D.

§. 4. *Ipse ad Hamas vacua*] Alii *ad Hamis*. Optimi *ipse Hamis*. J. FR. GRON. *ad Hamis* Flor. a m. 1. Voss. a m. 1. Lov. 1. Harl. et Gaertn.

Nequidquam praeter recentis vestigia caedis] Legendum est, *nec quicquam*. Quum dico legendum, dico vos emendare debuisse. VALLA. Pal. 2. *nequicquam recentis vestigia caedis*. GEBH.

Digitized by Google

5 corpora sociorum invenit. Auctores erant quidam, ut protinus inde Cumas duceret, urbemque obpugna-
6 ret. Id quamquam haud modice Hannibal cupiebat, ut, quia Neapolim non potuerat, Cumas saltem, maritimam urbem, haberet; tamen, quia praeter arma nihil secum miles, raptim acto agmine, extule-
7 rat, retro in castra supra Tifata se recepit. inde, fatigatus Campanorum precibus, sequenti die cum omni adparatu obpugnandae urbis Cumas redit: perpopulatoque agro Cumano, mille passus ab urbe
8 castra locat; quum Gracchus magis verecundia in tali necessitate deserendi socios, inplorantes fidem

Ut Valla emendat, est in Flor. Lovel. 5. et Hav. Plerique reliqui cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. perperam *nequicquam* servant. V. ad 9, 18, 5. Mox §. seq. *Cumas traiceret*, pro *duceret*, Gaertn. *trajiceret* editi ante Aldum.

§. 6. *In castra supra Tifata se recepit*] *super Tifatia* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. et Harl. *super Tifata* Ber. Modo dixit hoc cap. *super Capuam in Tifatis*. 24, 12, 3. *Ad Tifata in veteribus castris super Capuam consedit*. ubi etiam unus codex *supra*. Et ita supra hoc lib. c. 32, 2. ubi vulgo *supra Suessulam Nolae* editur, alii codd. exhibent *super Suessulam*. Similiter primo *supra caput*, mox *super caput* dixit 32, 11, 3. et 8. V. etiam ad 4, 22, 6. et 10, 41, 14. Saepius hae duae praepositiones a librariis confunduntur. V. ad 2, 13, 8. 4, 22, 6. 8, 7, 1. 21, 23, 6. c. 33, 2. 24, 17, 2. 28, 37, 9. c. 46, 15. 30, 8, 7. 38, 43, 1. ad Epit. Liv. 79. et alibi. Adde Cel. Burm. ad Nemes. Ecl. 3, 5. et ad Suet. Claud. 25. Similiter *suprastare* et *superstare*. V. ad 10, 5, 11. Eodem modo variant librarii in praepositionibus *inter* et *intra*. V. ad 5, 27, 3.

§. 7. *Populatoque agro Cumano*] Meliores *perpopulatoque*. J. FR. GRON. Ita et Flor. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii N. ac D. Verbo hoc saepius Livius utitur. 22, 3, 10. *Hannibal perpopuletur Italiam*. c. 9, 2. *Perpopulato agro urbem obpugnare*. 26, 9, 11. *Infestius perpopulato agro Fregellano*. 34, 28, 12. *Perpopulatus omnia circumjecta urbi loca*. c. 56, 10. *Padi ripas cum caedibus et incendiis perpopulatos esse*. 44, 27, 3. *Retro ad Istrum, perpopulati Thraciam, redierunt*. Notat autem Gronov. ad 28, 46, 14. amasse Livium quasvis voces cum hac praepositione componere, quae apud alios rarius obcurrant.

§. 8. *Tum Gracchus* etc. *substitit*] *cum Gracchus* etc. *substitisset* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. quam lectionem etiam Cl. Cre-

Digitized by Google

suam populique Romani, subſtitiſſet, quam satis fidens exercitui. Nec alter consul Fabius, qui ad 9
Cales caſtra habebat, Vulturnum flumen traducere
audebat exercitum; occupatus primo auspiciis repe- 10
tendis, dein prodigiis, quae alia super alia nunciabantur, expiantique ea haud facile litari aruspices respondebant.

XXXVII. Hae cauſſae quum Fabium tenerent, 1
Sempronius in obsidione erat; et jam operibus obpugnabatur. adversus ligneam ingentem admotam 2
urbi, aliam turrem ex ipso muro excitavit consul Romanus, aliquanto altiorem: quia muro satis per

vier. in Put. et Victor. invenit, atque, mutata diſtinctione, ei etiam in contextu locum dedit; quod haud male factum arbitror. Certe eamdem lectionem recepi. Olim ante haec verba vulgo erat major interpunctio.

§. 9. *Vulturnum traducere audebat exercitum*] Meliores *Vulturnum flumen traducere.* J. FR. GRON. *Vulturnum flumen* Flor. Supra 8, 11, 13. *Ager Falernus usque ad Vulturnum flumen plebi Cumanae dividitur.* 10, 20, 6. *Cognoscit ad Vulturnum flumen sedere hostem.* 22, 14, 1. *Ut vero ad Vulturnum flumen castra sunt posita.* c. 15, 4. *Urbs Vulturno flumine diremta.* V. ad 2, 32, 2. et ad Epit. Liv. 5.

§. 10. *Auspiciis repetendis Romae*] Latinitas aliud poſtulat, *Roma.* aut delendum. T. FABER. Vox ultima spernitur ab optimis libris. J. FR. GRON. Spernitur etiam ab omnibus meis, et Oxon. Hearnii. Quaedam vero ex edd. vett. diſtinguunt *repetendis, Romae dein prodigiis.* Sed prodigia illa Fabio non Romae, quum repetendis auspiciis eo profectus eſſet, verum in caſtra reverso obveniſſe, non obscure conligi poteſt ex c. 39, 5. *Transgresso Vulturnum Fabio post expiata tandem prodigia,*

§. 2. *Adversus ligneam ingentem turrim*] Pal. 2. et vet. ed. *turrem.* quod a Pall. 1. et 3. plane exsulat. GEBH. Abeſt *τὸ turrim.* et jure, quum ſtatim sequatur *aliam turrem.* J. FR. GRON. Abeſt etiam a Flor. Voſſ. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Bar. Hav. et Hearnii Oxon.

Quia muros satis per se altos subjectis validis supplicatis pro solo usus erat] Vos in margine ex purpureo colore feciſtis pro *supplicatis,* aliter *sublicis.* Opinor, Antoni, non nihil reminiscebaris correctionis meae apud regem. quod si prorsus reminiscebaris, quomodo hunc locum emendarim, nec me auctorem in emendando regio codice habere voluiſti, nihil eſt te pertinacius: sin oblitus es, nihil te oblivio-

Digitized by Google

se alto subjectis validis sublicis pro solo usus erat.
3 inde primum saxis, sudibusque, et ceteris missilibus propugnatores moenia atque urbem tuebantur:
4 postremo, ubi promovendo adjunctam muro viderunt turrem, facibus ardentibus plurimum simul
5 ignem conjecerunt. quo incendio trepida armatorum multitudo quum de turre sese praecipitaret, eruptio ex oppido simul duabus portis stationes hostium fudit, fugavitque in castra; ut eo die obsesso,

sius atque hebetius. Ego sic emendandum esse librum te admonui, rege approbante, et, ut reor, etiam nunc memoria tenente, *quia muro satis per se alto subjectis validis sublicis pro solo usus erat.* Est enim *sublica* genus trabis, unde dictus est *pons sublicius;* quod non ex lapidibus esset, sed ex sublicis structus, non solum Romae et in Tiberi, sed in aliis etiam fluminibus. VALLA. Debetur haec emendatio ac restitutio doctissimo Vallae, cum ante legeretur, ut et in Pall. 1. et 3. *muros satis per se altos subjectis validis subblicatis.* Pal. 2. et vet. ed. *subliciis.* GEBH.

§. 3. *Propugnatores urbem ac moenia tuebantur*] Omnes *propugnatores moenia atque urbem.* J. FR. GRON. Ita et omnes mei, atque Hearnii Oxon. Praeterea *tutabantur* Ber. et Hav. V. ad 28, 20, 1.

§. 4. *Promovendo adjunctam*] *injungere* frequentius de hac re dicit Livius. V. Gronov. ad 4, 9, 14. DUKER.

§. 5. *Quum de turri sese praecipitaret*] Quemadmodum in praecedentibus hujus cap. Gronovius bis *turrem*, pro *turrim*, ex auctoritate Pat. ut in prima notarum ed. testatus est, edidit, cum quo etiam conspirat Flor. ita hic *turre* legunt Voss. Lov. quinque, Harl. et Hav. quod et ipsum restat in Flor. a manu altera, quum prius *turres* scriptum fuisset, litera ultima ex initio vocis sequentis repetita. V. ad 28, 25, 2. Caussam autem non video, cur *turrem* ibi potius, quam hic *turre*, probaremus. Similiter *turrem*, pro *turrim*, plures Msti praeferunt infra 32, 17, 10. *turre* etiam utitur Ovid. 18. Her. 116. V. Voss. 4. Gramm. 10. et 12. Quum itaque alterum illis locis a Gronov. admissum sit, posterius etiam hoc loco recipiendum duxi.

Eruptio ex oppido simul duabus portis facta] Non comparet *τὸ facta* in Pat. Pet. duobus Pall. Voss. J. FR. GRON. Exsulat etiam a Flor. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Omnes etiam scriptos suos eam vocem ignorare, testatur Cl. Crevier. Ejicere igitur non dubitavi.

§. 6. *Ad mille CCCC Karthaginiensium caesi, et inde sexaginta vivi capti*] Opinor legendum *et undesexaginta vivi capti.* hoc est, uno dempto ex sexaginta, qui sunt quinquaginta novem, captivis in vincula con-

Digitized by Google

quam obsidenti, similior esset Poenus. Ad mille 6
trecenti Karthaginiensium caesi, et undesexaginta
vivi capti; qui, circa muros et in stationibus solute
ac neglegenter agentes, quum nihil minus, quam
eruptionem, timuissent, ex inproviso obpressi fue-
rant. Gracchus, priusquam se hostes ab repentino 7
pavore conligerent, receptui signum dedit, ac suos
intra muros recepit. Postero die Hannibal, laetum 8
secunda re consulem justo proelio ratus certaturum,

jectis. VALLA. *undequadraginta* tuetur se principis ed. auctoritate. Pall. 1. ac 2. *et inde LX vivi capti.* tert. *et in LX vivi capti.* GEBH. Put. Pet. *ad mille trecentos Carthaginiensium caesi, et undesexaginta vivi capti.* Posteriorem numerum habet et Vossianus et Pal. monueratque Valla. J. FR. GRON. In plerisque codd. prior numerus notis exprimitur *ad MCCCC.* sed *ad MCCCC^ti*, id est, *ad mille quadringenti*, Ber. et Hav. ad ↀ *CCC* Flor. et Lovel. 2. quod reddidi *ad mille trecenti.* idem et se malle Jac. Gronov. monet ad 22, 50, 11. testatus numerum hunc etiam notis exprimi in Put. et Pet. Praeterea *et mille sexaginta vivi* Lovel. 3. 4. Ber. Hafn. Hav. et Brancal. Latinii. *et inde M. sexaginta* Harl. *et inde sexaginta* Flor. *et undesexaginta* Lovel. 1. 2. 5. et Hearnii Oxon.

Ex inproviso obpressi sunt] Duo optimi *oppressi fuerant.* J. FR. GRON. Illis consentit Flor. quod etiam de Oxon. suis testatur Hearnius.

§. 8. *Postero die Hannibal elatum secunda re consulem*] *Τὸ elatum* non habet auctores scriptos. Voss. *Hannibal cum secunda.* Duo Pall. *cum Hannibal secunda.* tertius, *Hannibal a secunda.* Put. et Petav. *Hannibal etum secunda.* Scribe, *Hannibal laetum secunda.* 22, (60, 9.) *Fessis pugnando hostibus, tum victoria laetis.* J. FR. GRON. *Hannibal elatum secunda re* demum vidi in ed. Aldina. Priores enim *Hannibal secunda re elatum* legerunt. *Hannibal cum secunda re elatum consulem* Lovel. 5. et Gaertn. *Hannibal cum sera re consulem* Lovel. 3. et Hearnii L. 1. atque N. (* v. ad 38, 50, 1.) *Hannibal cum secunda re consulem* Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Hav. *Hannibaletum secunda re* Flor. pro quo recte Gronov. conjecit *Hannibal laetum secunda re:* quod tandem contextui reddidi. Supra c. 33, 7. *Nova societate tam clari regis laetus admodum.* Et ita infra scribendum videtur 45, 44, 18. *Mire laetum ea benignitate in se populi Romani regem fuisse ferunt.* ubi vide. *ab re bene gesta insolenter laetus* dixit cap. praec. Alibi etiam *laetus* et *elatus* inter se commutantur, sive id ex glossa factum sit, sive literarum trajectione. Ita Corte ad Plinii 1. ep. 8. *elatus* pro *laetus* restituit Quinctil. 10. Inst. 1. p. 891. Doujatius omissa voce *elatum* sensum constare putat; quod paucis probabit, nisi cum Gronov. ejus loco *laetum* vel simile substituat.

Digitized by Google

9 aciem inter castra atque urbem instruxit. ceterum postquam neminem moveri ab solita custodia urbis vidit, nec committi quidquam temerariae spei, ad
10 Tifata redit infecta re. Quibus diebus Cumae liberatae sunt obsidione, iisdem diebus et in Lucanis ad Grumentum Ti. Sempronius, cui Longo cognomen
11 erat, cum Hannone Poeno prospere pugnat. Supra duo millia hostium occidit, et ducentos octoginta milites amisit: signa militaria ad quadraginta unum cepit. Pulsus finibus Lucanis Hanno retro in Brut-

§. 10. *Liberatae sunt obsidione*] *ab obsidione* Hearnii N. a m. 2. sed non est necesse. Infra 45, 13, 5. *Per quos obsidione miserrima liberati essent.* (* v. ad 38, 47, 11.)

Ti. Sempronius, cui Longo cognomen erat, cum Hannone Poeno prospere pugnat] Cognomen indicio est, eum esse, qui cum P. Scipione primo anno hujus belli consul fuit. Et sic Pighius, qui proconsulem in hoc anno vocat, et Lucaniam extra ordinem obtinuisse dicit. Non potuit eam aliter accepisse. Nec tamen Livius in superioribus, ubi, qui duces in quas provincias missi fuerint, exponit, ullam illius mentionem facit. Ejusdem generis est, quod cap. seq. classem Gracchi consulis memorat. DUK. *pugnavit* Hearnii N. a manu 2.

§. 11. *Supra duo millia hostium occidit*] Ita Cl. Jac. Gronov. edidit, similiterque Pighius scribendum conjecit in Ann. ad ann. DXXXIX. p. 168. Consentiunt quidam codd. Maxima tamen eorum pars, atque inter illos Flor. priorum edd. lectionem *hominum* tuentur. Solent hae voces inter se confundi a librariis. V. ad 24, 40, 14. Sed *homines* ita saepe apud Liv. Ut c. 35, 19. *Hominum eo tumultu nocturno caesa plus duo millia.* 24, 41, 10. *Supra duodecim millia hominum caesa duobus proeliis.* c. 42, 4. *Hoc quoque proelio ad duodecim millia hominum dicuntur caesa.* Eodem cap. §. 7. *Plus octo millia hominum caesa.* c. 49, 4. *Triginta millia eo proelio hominum caesa dicuntur.* 38, 47, 6. 39, 31, 13. 40, 33, 7. et pluribus aliis locis. Mox *ducentos et octoginta* Lovel. 2. *ducentos sexaginta* Ber. et Hav. Deinde *recepit* Cant. et Lovel. 4.

§. 12. *Vercellius Siciliusque auctores*] Si fides optimis libris, ex oppidis tribus tres [duos] homines fecerunt editores. nam ita Put. et Pet. *Et ex Hirpinis oppida tria, quae a populo Romano defecerant, vi recepta per M. Valerium praetorem, Vercellium, Vescellium, Sicilinum et auctores defectionis securi percussi.* Men. *Vescellum, Vercellium, Sicilium et auctores.* Infra 24, 44, 8. mentio fit *Jovis Vicilini*, quod templum in Compsano agro sit. Quis sit ille, aut cur ita dictus, non meminisse ait Glareanus. Etiam Cassium illum

Digitized by Google

tios sese recepit. Et ex Hirpinis oppida tria, quae 12
a populo Romano defecerant, vi recepta per M. Valerium praetorem. Vercellius Siciliusque, auctores defectionis, securi percussi. supra mille captivorum sub hasta venierunt: praeda alia militi concessa, ex- 13
ercitus Luceriam reductus.

XXXVIII. Dum haec in Lucanis atque in Hirpi- 1
nis geruntur, quinque naves, quae Macedonum atque Poenorum captos legatos Romam portabant, ab supero mari ad inferum circumvectae prope omnem

Spurium, qui regnum Romae affectavit, *Viscellinum* dictum fuisse, notum est. Sed et *Sicilium* agnoscit in Italia Dionysius, etsi in Tiburtibus ponat [1. p. 13.] Voss. *PR. Vercellinum Siciliumque et auctores.* J. FR. GRON. *Vercellium, Vescellium, Sicilinum. et auctores* etiam Flor. *Vercelliumque et auctores* Lov. 1. *Vercellium Siciliumque et auctores* Lov. 2. Hearnii N. et antiquissimae, quas vidi, editiones. *Vercelium Cicilium et auctores* Hearnii L. 1. *Vercellium Ciciliumque et auctores* Gaertn. *Vercellium Sicilium et auctores* Lov. 3. 4. Harl. Ber. et Hafn. *Vercellium Siciliumque auctores* Lovel. 5. et Rec. *Vercellium Siciliumque auctores def. sec. percussit* prioribus edd. aetate proximae. *Vercellius Siciliusque et auctores def. sec. percussi* aliae. Vulgatum in prima vidi Moguntina.

§. 13. *Supra mille captivorum sub hasta venierunt*] Pal. 1. *supra mille captivorum sub hasta venerant.* sec. *supra L. captivorum exceptis captivis, qui sub hasta venerunt.* tert. *supra L. captivorum sub hasta venerunt.* GEBH. *exceptis captivis, qui sub hasta venerant* Lov. 2. Ber. Hav. et Hearnii N. in margine. *supra quinquaginta captivis, qui sub hasta venerant* Lovel. 3. et Hafn. *supra D. captivorum* Hearnii D. et N. *vel captivorum* Flor. Tum *sub hasta venerunt* Lovel. 1. 4. Flor. et Voss. *sub hasta venerant* Gaertn. et Harl. Ita *venisse*, pro *veniisse*, supra 5, 2, 4. et 7, 27, 9.

Exercitusque Cumas reductus] M. Valerius Levinus Luceriae erat, ex qua urbe in Hirpinos facile impetum facere potuit. Ergo hic non *Cumas* legendum, sed *Luceriam*. Longe enim absunt Cumae. Praeterea Cumis in praesidio erat consul Sempronius cum exercitu, ut praetoris minime egeret. GLAR. Miror, quod Cumas M. Valerius exercitum reduxerit, cum ipse Luceriae in Apulia praesideret: Cumis autem Ti. Sempronius in praesidio esset, praesertim vero cum ex Irpinis reduxisse dicatur. SIG. Voss. et Men. *Cumam.* Put. et Pet. *exercitusque curiam reductus*, non *Cumas.* Scribe *exercitus Luceriam reductus.* V. Sigonium. J. FR. GRON. *Cumam reductus* Lovel. 1. 2. Harl. et Hafn. *curiam reductus* Flor. Haud male igitur Gronov. *exercitus Luceriam reductus.* V. supra c. 33, 5. ubi *Lu-*

Digitized by Google

2 Italiae oram, quum praeter Cumas velis ferrentur, neque, hostium an sociorum essent, satis sciretur, 3 Gracchus obviam ex classe sua naves misit. Quum percunctando in vicem cognitum esset, consulem Cumis esse; naves Cumas adpulsae, captivique ad con- 4 sulem deducti, et literae datae. Consul, literis Philippi atque Hannibalis perlectis, consignata omnia ad senatum itinere terrestri misit: navibus devehi le- 5 gatos jussit. Quum eodem fere die literae legatique

ceria perperam in *Nuceria* mutatum erat. Paullo ante *alia militi praeda* Lovel. quinque, et Harl. *alia praeda militi* Ber. et Hav.

§. 4. *Navibus devehi legatos jussit*] Verba haec exsulant a Voss. et edd. antt. Primus deinde Ascens. anno 1513. *navibus vehi legatos jussit* vulgari curavit, pro quo Aldus *devehi* substituit. Et ita codd. omnes.

§. 5. *Quum eodem fere die*] Ultima vox abest a Voss. Lovel. 1. 2. 3. et Harl. ejus loco *tempore* legit Lovel. 4. Saepe hae voces in Mstis commutantur. V. ad 4, 58, 8. et 22, 25, 16. *ferme* est in Lovel. 5. V. ad 37, 38, 5.

§. 6. *Ut extemplo agitaretur*] *agitantur* Lovel. 1. *agitarentur* Voss. et Gaertn. at in prioris margine *agitarent* est pro varia lectione. Mox *ultro* omittit Lovel. 1. Tum *inferendo bellum* legit Flor. a m. 2. V. ad 40, 49, 1.

§. 7. *Captivis in vincula conditis*] Put. *conditus sis*. Scribe *condi jussis*. J. FR. GRON. *in vincula positis* Lovel. 4. et Hearnii L. 1. *in vincula conjectis* Lovel. 3. 5. Ber. Hafn. Rec. et Brancal. Latinii; quae verae lectionis glossemata sunt. 26, 34, 4. *Alios in vincula condendos, ac de his posterius consulendum*. Ita *condere in carcerem* 29, 22, 7. et 45, 42, 5. *condere in custodiam* 31, 23, 9.

Ad naves viginti quinque, quibus P. Valerius Flaccus praefectus praeerat] Hoc etiam loco pro *Valerio Fulvium* quidam nobis exhibuerunt, sed haud scio, quam bene. Porro ingens difficultas cum ex re ipsa, tum ex multa nominum confusione, ut uspiam alibi, certe hoc potissimum loco, mire moratur lectorem. Sed ut totum negotium melius intelligatur, haec ordine annotanda duximus. Primum quidem scire debemus, quod Fulvius Flaccus erat praetor urbanus, qui nondum ab urbe moverat: quod ex hoc manifestum est, quippe qui multo post a T. Manlio re bene gesta in Sardinia captivos accipit [c. 41, 7.] et ad finem hujus lib. [c. 48, 10.] concionem ad populum habet Romae. Erant autem eidem Fulvio datae xxv. naves ad tutanda urbana littora, sicut M. Valerio Levino totidem ad oram maritimam inter Brundusium ac Tarentum. Idem Fulvius praetor (si lectionem hoc loco recte emendarunt, qui ex *Valerio Fulvium* fecerunt) nunc xx. ac rur-

Digitized by Google

Romam venissent, et, percunctatione facta, dicta cum scriptis congruerent, primo gravis cura Patres incessit, cernentes, quanta vix tolerantibus Punicum bellum Macedonici belli moles instaret. cui tamen 6
adeo non subcubuerunt, ut extemplo agitaretur, quemadmodum ultro inferendo bello averterent ab Italia hostem. Captivis in vincula condi jussis, co- 7
mitibusque eorum sub hasta venditis, ad naves viginti quinque, quibus P. Valerius Flaccus praefectus

sus quinque, quae legatos captivos advexerant, accipiens naves, cum classe L. navium Tarentum proficiscitur. M. Valerius Levinus Luceriae adhuc erat, ut ex prioribus facile colligitur, videlicet ad quem Philippi legati, semel elapsi, ac deinde rursus capti, deducti erant opera P. Valerii Flacci, M. Valerii legati, non autem opera Q. Fulvii, qui tum adhuc Romae erat. Decretum autem senatus post captorum legatorum adventum ita habuit, (si modo et hoc loco recte hoc emendatum) iret Tarentum, resque Philippi Macedonum regis per L. Apustium, qui tum Tarento praeerat, scrutaretur. Quod si certum bellum a Philippo esset, ut continuo, L. Apustio in Apulia ad exercitum Levini relicto, ipse Levinus in Macedoniam proficisceretur, regemque ibi bello vexaret, quod etiam postea factum est. Et in hac tota difficultate duo scrupuli lectorem detinent. Prior, num Q. Fulvius praetor urbanus ab urbe moverit, quod non videtur verisimile propter caussam dictam. Alter, num urba sua littora nudari voluerit, ut classem L. navium Fulvio expleret, quod et ipsum haud credibile: nec tamen interea mentio ulla de aliis ad tutanda urbana littora navibus paratis. Quapropter *P. Valerium Flaccum* ubique legam Levini legatum. et XXV naves ab Hostia profectas, non L. sed tum primum, posteaquam Tarentum venerint, L. factas. Fieri autem potest, ut Livius in navium numero memoria lapsus haec confuderit, quod XXV navium ter hic mentio sit, cum Levino, cum Q. Fulvio, ac nunc demum cum P. Valerio missarum. Verum ut hac in re nihil temere affirmarim, ita cum nemine contendere in animo est. sequatur porro, quod quisque velit. GLAR. Legendum, ut ante [ad c. 34, 4.] dixi, *P. Valerius Flaccus*. Et paulo post, *jussusque P. Valerius*. Sic enim veteres libri. SIG. Id vero palam falsum est. Nam quum haec classis ab initio constitisset viginti quinque navibus, postea quinque celerrimas ex iis cum L. Valerio Antiate dimisit, ad legatos Philippi captivos Romam portandos, ut ait c. 34. idque hoc in loco repetit: et quia easdem quinque postea rursus classi adnumerat, dubitari non potest, quin istae quinque fuerint etiam ex bellicarum numero, non onerariarum, quae commeatus portabant. Itaque si salvum volumus Livii calculum, transponendae voces hoc modo: *ad naves viginti, quibus P. Valerius Flac-*

Digitized by Google

8 praeerat, viginti paratas alias decernunt. His comparatis deductisque, et additis quinque navibus, quae advexerant captivos legatos, triginta naves ab
9 Ostia Tarentum profectae: jussusque P. Valerius, militibus Varronianis, quibus L. Apustius legatus Tarenti praeerat, in naves inpositis, quinquaginta navium classe non tueri modo Italiae oram, sed ex-
10 plorare de Macedonico bello. si congruentia literis

eus praefectus praeerat, viginti quinque paratas alias decernunt. JAC. GRON. Perizon. Animadv. Hist. c. 8. p. 344. legendum censet *ad naves viginti quinque, quibus P. Valerius Flaccus praefectus praeerat, viginti quinque paratas alias decernunt.* Improbat, tacito Jac. Gronovii nomine, conjecturam illius ob hanc causam, quod P. Valerius vere praeerat XXV. navibus c. 32, 17. etsi eas tum non omnes secum habebat, et quinque ex illis cum legatis Annibalis et Philippi Romam miserat c. 34, 9. Praefuerat sane ab initio XXV. navibus; sed non scio, an recte dici possit tum praefuisse quinque illis, quibus Romam missis L. Valerium Antiatem praefecerat. Certe plerosque, qui emendationem Perizonii legent, non L. naves, quibus P. Valerium praepositum fuisse paullo post dicit Livius, sed LV. numeraturos mihi persuadeo. Gronovii conjectura satis speciosa est, nec adhuc quidquam video, cur minus huic de priori numero *quinque* detrahenti, quam Perizonio posteriori *quinque* addenti, adsentiri debeam. Mox emendationem Perizonii *triginta naves ab Ostia Tarentum profectae* pro certa habeo. Idem numerus ex Gronovii rationibus conficitur; sed hic non vidit, quod Perizonius. DUK. Per eos, qui pro *Valerio* nobis *Fulvium* hoc loco exhibuerunt, Glareanus intelligit Aldum, qui in ea re certissime erravit. Omnes enim codd. in alteram lectionem conspirant; et re vera P. Valerium Flaccum classi praefectum fuisse, dictum est ad c. 32, 17. Praeterea, quamvis ibi nihil mutent codd. alterutra conjectura vel Gronovii vel Perizonii admittenda est. Dukero autem adsentior, Gronovianam praeferenti. Ceterum haud magis se arithmeticae quam elegantiorum literarum peritum ad hunc locum ostendit Doujatius. Nam, secundum calculum ejus, viginti naves P. Valerii (tot enim ipsi restabant, postquam quinque cum legatis Philippi et Hannibalis Romam misisset) et additae viginti aliae cum quinque illis a P. Valerio Romam missis effecerunt classem quinquaginta navium.

Viginti paratas alias decernunt] Optimi et Voss. *paratis.* Scribe *parari alias.* Nisi tamen id verbum omnino delendum. J. FR. GRON. Cl. Crevier. *viginti quinque alias* cum Perizon. legere malebat. At Perizon. *viginti quinque paratas alias* legisse, recte Cl. Dukerus modo docuit. *paratus* legit Lovel. 5. *paratis* Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hearnii Oxon. Neque aliter est in Flor. a m. 1. in quo emenda-

Digitized by Google

legatorumque indiciis Philippi consilia essent, ut M. Valerium praetorem literis certiorem faceret: isque, L. Apustio legato exercitui praeposito, Ta- 11
rentum ad classem profectus, primo quoque tempore in Macedoniam transmitteret: daretque operam, ut Philippum in regno contineret. Pecunia ad clas- 12
sem tuendam bellumque Macedonicum ea decreta est, quae Ap. Claudio in Siciliam missa erat, ut

tur a m. 2. ut Gronov. legendum censuit, *parari*. Malo tamen cum eodem vocem hanc deleri.

§. 8. *Quinquaginta naves ab Ostia Tarentum profectae*] An igitur simul Ostia Tarentum profectae sunt viginti naves, quae sub P. Valerio Flacco ad Tarentum manserunt? Viderat hanc difficultatem Glareanus, et *quinquaginta naves* exponit, quae tum primum, postquam Tarentum venerint, quinquaginta factae sunt. Quod recte Periz. displicuit, qui, ut jam Duker. monuit, *triginta naves* legendum conjecit. Probo itaque consilium Crevier. qui, quum ita in uno e codd. regiis invenisset, eamdem lectionem contextui restituit: et quidem tanto magis probo, quod illam quoque in optimis Flor. et Cantabr. exstare videam.

§. 9. *Jussusque Q. Fulvius militibus Varronianis*] Jubentibus libris omnibus *Valerius*, pro *Q. Fulvius*, reposui. GEBH. Ut Sigonius, omnes, *jussusque P. Valerius*. Nec aliter Andreas, Ascensius, Mog. aliique veteres editi ante Aldum. J. FR. GRON. In uno tantum Flor. invenio *P. Valerius*. In reliquis codd. ut et omnibus, quas vidi, edd. ante Aldum, omisso praenomine legitur *Jussusque Valerius*. Forte igitur nota haec Gronovii referenda ad verba §. 7. ad quae eadem de re Sigonius monuit. Mox *quibus Appius* Ber. et Hav. *quibus L. Appius* Lovel. quinque, Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. N. a m. 1. et edd. ante Aldum. *quibus L. Apius* Rec. *quibus L. Aputius* Flor.

Quinquaginta navium classe non tueri modo Italiae oram] Pall. duo *LII. navium classe*. GEBH. Ita et Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et editi Aldo priores. *Lunavium classe* Flor. Deinde *tenere* Hav. V. ad 10, 3, 2.

§. 12. *Ei decreta est, quae* etc. *Hieroni regi: et haec per L. Apustium*] Scripti fere *ea decreta est*. Deinde Put. *regiex per*. Lege, *ut redderetur Hieroni regi: ea per L. Apustium Tarentum est devecta*. J. FR. GRON. *ea decreta est* etiam plerique meorum codd. et Hearnii Oxon. Deinde *et hic per L. Apustium* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Hieroni regiae; haec ex per L. Antistium* Flor. a m. 1. sed *regi* emendatur, et *τὸ ex* deletur a m. 2. *Antistium* etiam praeferunt Cant. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Id autem non displicet. *Apustius* enim Tarenti praerat militibus Varronianis: quomodo

Digitized by Google

redderetur Hieroni regi: ea per L. Apustium lega-
13 tum Tarentum est devecta. simul ab Hierone missa
ducenta millia modiùm tritici, et hordei centum.
1 XXXIX. Dum haec Romani parant aguntque, ad
Philippum captiva navis, una ex iis, quae Romam
missae erant, ex cursu refugit: inde scitum, legatos

ergo pecuniam Tarentum devexit ex Sicilia. Verius itaque est *L. Antistium*, quem Ap. Claudii in Sicilia legatum fuisse puto.

§. 13. *Missa ducenta millia modiûm tritici*] Comparet haec lectio in ed. principe. Sed Pal. pr. *missi CC modii tritici et ordei.* sec. vero et tert. *missi frumenti modii trecenti et ordei centum.* GEBH. *missi CC modii tritici* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Ber. *missi ducenti millia modii tritici* Lovel. 3. *missi ducenta millia modii tritici* Gaertn. *missi ducenta millia modiorum tritici* Hav. *missi duo millia modiorum tritici* Hafn. *missa CC modiûm tritici* Flor. *CCC millia* habet Hearnii D.

§. 1. *Captiva navis, una ex iis, quae Romam missae erant, ex cursu fugit*] ed. pr. *excursa fugit.* Pal. 1. *quae Romae missae erant, excurso refugit.* sec. et tert. *una ex iis,* (tert. *ad iis,* forte *ab iis* voluit) *quae Romae missae erant, excussa re fugit.* GEBH. Scribe cum optimis *ex cursu refugit.* nam et alii *excurso refugit,* vel *excussa refugit.* 44, (19, 2.) *Brundusii legatos jam esse, bis ex cursu Dyrrachium rejectos.* J. FR. GRON. Secundum haec verba legati regis Philippi pluribus navibus in Italiam trajecissent. At una tantum navis memoratur supra c. 34, 2. *Ubi navis occulta in statione erat.* Et, *Ad persequendam retrahendamque navem.* etiam mox hoc cap. *Tantum navis una capta cum legatis momenti fecit.* Ex scriptis nihil aliud notatur, nisi *quae Romae missae erant* praeferre Flor. Lovel. 3. 4. et Ber. *quae Romae ammissae erant* Lovel. 5. *quae Romae, erant* Voss. et Lovel. 2. unde tamen difficultas tolli nequit. An verbis illis, *una ex his, quae Romam missae erant,* Livius indicare voluit, navem, qua legati Philippi vecti sunt, simul cum quinque navibus, quas celerrimas ex classe sua P. Valerius delegerat, Romam missam fuisse? Posses etiam *Roma missae erant:* et tum intelligendum erit, captivam hanc navem a P. Valerio quidem Romam missam, a senatu vero cum classe triginta navium remissam fuisse, atque in hoc reditu aufugisse. At prius malo. Ceterum *ex cursore fugit* Voss. et Lovel. 1. ac 4. *excursa fugit* Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *excussa fugit* Bec. et edd. prioribus proximae, sed posteriores. *ex cursu refugit* Flor. Lovel. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hav. et Brancal. Latinii. V. ad 31, 36, 10.

§. 2. *Ignarus de iis, quae cum Hannibale legatis suis convenissent*] Vos emendatis *legati sui:* quod nec fuit emendandum, et sic emendari Grammatica vetat. VALLA. Put. *ignarus ex quae.* Adjecit manus altera inter versus *hec.* unde Pet. *ex haec.*

Digitized by Google

cum literis captos. Itaque ignarus de iis, quae cum Hannibale legatis suis conveniſſent, quaeque legati ejus ad se adlaturi fuiſſent, legationem aliam cum eisdem mandatis mittit. Legati ad Hannibalem missi, Heraclitus, cui Scotino cognomen erat, et Crito Beroeaeus, et Sositheus Magnes. Hi prospere 2 3

Men. *ex hi is ignarus.* Voſſ. *ex his.* Scribe, *itaque ignarus rex, ecquae cum Hannibale legatis suis conveniſsent.* J. FR. GRON. *ignarus ex his quae* Lovel. 1. 2. 4. 5. Ber. et Hav. *ignarus ex hiis, qui* Gaertn. *ignarus ex haec quae* Flor. Gronovius pr. ed. notarum conjiciebat *ignarus rex, quae cum Hannibale,* docens intelligendum *eorum*, de qua ellipsi dictum ad c. 15, 4. Propius tamen scriptorum codd. lectionem accedit, quod nunc in repetitis curis praetulit. Mox *legati sui,* ut aemuli Vallae emendarant, servant Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hav. Brancal. Latinii, et edd. Tarvis. utraque, Ven. anni 1495. et quaedam aliae.

§. 3. *Cui Scotino cognomen erat, et Crito Berraeus, et Sositheus Magnes*] Vet. ed. *Crito Boreusetis.* Pal. pr. *Critobo Eusotis.* sec. *Crito Bocusetis.* tert. *Cribotoĕsis.* GEBH. [*Cui Scotino cognomen erat*] ab aliena manu suspicari additum possis. Nam verus ille Σκοτεινὸς multis aetatibus ante Philippum Demetrii filium vixit: nisi homo ineptus aemulatione prioris hoc sibi cognomen adscivit. Alter legatorum Philippi dicitur vulgo, *Crito Berraeus.* Put. *Boeusotius, et Sositheus.* Ambiguum relinquit, fueritne *Beroeaeus,* an *Boeotius.* Illud malo. In aliis quoque libris mirifice contortum id nomen. Nam Pall. et Voſſ. *Critobo Eusotis:* alter *Crito Boeusetis.* tert. *Critoboesis.* Andreas atque Aldus *Crito Boreusetis.* J. FR. GRON. *Scotino G. Cos nomen* Flor. *Concinos cognomen* Lovel. 3. *Scotinos cognomen* Lovel. 2. 4. Ber. a m. 2. Hafn. et Hav. quod recipiendum foret, si verum esset, hanc potius conſtructionem scriptoribus optimis in nominibus peregrinis placuisse. V. ad 1, 1, 4. Deinde *et Critobo Everso* Lovel. 1. *et Critobo Euscotis* Lovel. 2. *et Critobo Eusotis* Lovel. 4. *et Crithobo Eusothis* Hearnii L. 1. *et Critibo Cusotis* Harl. *et Clito Ausotis* Lovel. 3. *et Crito Boeusentis* Lov. 5. *et Crito Boeusetis* Rec. *et Crito Bocusotis* Hearnii D. *et Critoboli socius* Ber. a m. 1. *et Critobolus* a m. 2. *et Critoblus Cusotis* Hav. *et Critobolus Eusotius* Hafn. *et Critobius Euxosis* Hearnii N. *et Certoborensetis* Gaertn. *et Critoboeus otius* Flor. *et Crito Boreusetis* omnes editi usque ad Froben. qui anno 1535. id, quod nunc vulgo exſtat, subſtituit. Denique *Sositeus Magones* Lovel. 2. *Sositeus Magnos* Lovel. 3. *Sosistes Magnes* Lovel. 4. *Sosites Magnes* Gaertn. Jac. Gronov. in Diſſ. epiſt. in Liv. loca geogr. ep. 3. p. 23. incertum putat, utrum Philippus ad Hannibalem tres, an quatuor, legatos miserit: si prius, scribit *Crito Bottiaeus, et Sositheus:* ut Crito fuerit ex ea Macedoniae parte, quae *Bottiaea* vocatur: si posterius, ita refingit *Crito, Boeus Scotussaei, Sositheus.* Mihi, si

Digitized by Google

4 tulerunt ac retulerunt mandata. sed prius se aestas circumegit, quam movere ac moliri quidquam rex posset: tantum navis una capta cum legatis momen-
5 ti fecit, ad dilationem inminentis Romanis belli. Et circa Capuam, transgresso Vulturnum Fabio post expiata tandem prodigia, ambo consules rem gerebant.
6 Compulteriam, et Trebulam, et Saticulam, urbes, quae ad Poenum defecerant, Fabius vi cepit; praesidiaque in iis Hannibalis, Campanique permulti
7 capti. Et Nolae, sicut priore anno, senatus Roma-

eligendum foret, prius placeret, praesertim propter τὸ *et* ante vocem *Crito*. Liviana enim compositio non videtur, *Heraclitus, et Crito, Boeus Scotussaei, Sositheus.*

§. 6. *Combulteriam, et Trebulam, et Saticulam*] *Cbulteriam* Lovel. 2. *Cambulteriam* Lovel. 5. *Combultiram* Gaertn. *Combultenam* Ber. *Combulcenam* Hearnii N. in margine. *Compulteria* infra memoratur 24, 20, 5. ubi Samnii, hic Campaniae urbs vocari videtur, ut in finibus forte sita modo Samnitibus, modo Campanis paruerit. Holsten. ad Cluver. Ital. ant. p. 270. ex Octaviano Melchiore 1. de Antiq. Calatiae p. 33. profert inscriptionem, in qua *Compulterina marmora* laudantur: unde eam lectionem etiam hic recepi. Tum *Trebisiam* Lovel. 2. *Tribisiam* Hav. *Trubalam* Harl. *Trubelam* a manu 2. *Nebulam* Lovel. 4. De Trebula v. ad 10, 1, 2. Deinde *Aristiculam* Hav. *Austutiam* Lovel. 3. *Ansticulam* Ber. *Articulam* Flor. *Hausticulam* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. et Hafn. *Asticulam* ed. Parm. *Austiculam* Gaertn. Hearnii Oxon. et edd. reliquae usque ad Gruter. qui anno 1628. *Saticulam* recepit, ex emendatione Cluverii 4. Ital. ant. 5. p. 1183.

Campani permulti capti] Meliores *Campanique*. J.FR.GRON. Ita et Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Recte. Praesidia enim Hannibalis diversa erant a Campanis.

§. 7. *Et proditione urbis inibantur*] *et de proditione* Lovel. 3. Tum *tractabantur* Ber. Hav. et Hearnii N. *mirabantur* Gaertn.

§. 8. *Quibus ne incepta procederent*] Pall. tres, et prisca ed. *incepta perficerent*. Forte *proficerent*. GEBH. *perficerent* Voss. Lov. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. cum typis excusis Aldeprioribus. *proficerent*, ut Gebh. conjecit, Lov. 1. 2. 5. et Rec. Nihil mutandum. V. ad 2, 44, 1.

Fabius super Vesuvium] Cluverius satis bona ratione *super Suessulam in castris Claudianis*, 3. Ital. ant. 5. p. 1183. J. FR. GRON. *super Vesinvium* Voss. a m. 1. *super Vesevum* a m. 2. *super Vesevium* Lovel. 1. *super Vesubium* Harl. *super Besuvium* Flor. *super Venusium* Ber. Gaert-

Digitized by Google

norum, plebs Hannibalis erat: consiliaque occulta de caede principum et proditione urbis inibantur. Quibus ne incepta procederent, inter Capuam castraque Hannibalis, quae in Tifatis erant, traducto exercitu, Fabius super Vesuvium in castris Claudianis consedit; inde M. Marcellum proconsulem cum iis copiis, quas habebat, Nolam in praesidium misit. 8

XL. Et in Sardinia res per T. Manlium praetorem administrari coeptae, quae omissae erant, post- 1

ner. Hav. et Hearnii N. ac D. *super Vesunium* Lovel. 2. *super Vesinium* Lovel. 3. 5. *super Vesinum* Lov. 4. *superveniens* Hearnii L. 1.

M. Marcellum pro praetore] Vet. lib. *pro consule*. Sic etiam paulo post; sic Plutarchus [in Marcell. p. 304.] ad Nolam ἀνθύπατον vocat, id est *pro consule*. SIG. *propr. propraet.* vel *propraetorem* omnes codd. et edd. antiquiores, nisi quod *pro praetore* sit in Harl. et *praetorem* in Hearnii D. quomodo etiam *praetor* vocatur c. 43, 12. *Nedum praetor unus cum paucis et novis militibus Nolam tutari possit.* Quod qua ratione ferri possit, v. Perizon. in Diss. 1. de Praetor. §. 12. Sed *proconsulem* inter errata primus reposuit Aldus, quod obtinuit usque ad Sigonium, qui in contextu *pro praetore* reposuit, et in scholiis *pro consule* emendavit. *pro consule imperium ei esse*, antequam hoc anno consul crearetur, populus jubet supra c. 30, 19. Quum autem deinde deposuisset consulatum, *proconsul* dicitur c. 32, 2. et 48, 2.

§. 1. *Per T. Manlium praetorem administrari coeptae*] *propraetorem* legendum est. Q. enim Mutius praetor erat, non Manlius, ut verba sequentia satis declarant. GLAR. Pal. 2. et 3. *cum iis copiis administrari coeptae.* GEBH. *propraetorem* emendat Perizonius diss. 1. de Praetor. §. 13. Nam Manlius eo anno praetor non erat, sed ex privato cum imperio in Sardiniam missus fuerat, Q. Mucio praetore illius provinciae in morbum implicito, c. 34. Ibidem alia quoque loca Livii, in quibus, qui propraetoribus erant, *praetores* dicuntur, eadem ratione corrigit. Ego in his mutandis fortassis timidior sum, quam par est, quod puto, eos generali notione vocabuli *praetor*, pro omni praefecto provinciae et belli duce, etiam *praetores* vocari posse: quemadmodum, qui post quaestiones perpetuas factas ex praetura provincias sortiebantur, fere *praetores* dicuntur; ut Verres praetor Siciliae apud Ciceronem, et alii, de quibus Perizon. ibid. §. 12. quum proprie loquendo *propraetores* essent. Notabilis est in hanc rem locus Livii 26, 1, 5. in ann. urb. DXLIII. *Et praetoribus prioris anni M. Junio in Etruria, P. Sempronio in Gallia, cum binis legioni-*

Digitized by Google

quam M. Mucius praetor gravi morbo est inplicitus.
2 Manlius, navibus longis ad Carales subductis, navalibusque sociis armatis, ut terra rem gereret, et a praetore exercitu accepto, duo et viginti millia pe-
3 ditum, mille et ducentos equites confecit. Cum his equitum peditumque copiis profectus in agrum hostium,

bus, quas habuerant, prorogatum est imperium. M. Junius praetor fuerat A. V. IOXLI. Liv. 25, 2, 5. et 3, 2. P. Sempronius A. V. IOXL. Idem 24, 44, 3. Et tamen utrumque prioris anni praetorem vocat. Nec aliter A. Cornelius Mammula propraetor Sardiniae c. 21, 4. *vetus praetor* Sardiniae dicitur c. 32, 8. et C. Calpurnius, qui anno urbis IOXLII. praetor fuerat 25, 41, 12. et anno sequente imperio prorogato Etruriam obtinuerat 26, 28, 6. deinde 27, 6, 1. *praetor*, et 27, 21, 6. *propraetor* vocatur. Nec dubito, quin plura hujus generis in Livio et aliis se quaerentibus oblatura sint: quae an ubique mutari debeant, quisque, ut lubet, existimet. DUK. *propraetorem* Ber. Hafn. et Hav. Sed vocem omittit Lovel. 2. quam etiam ab uno e suis abesse, neque se ab hac lectione alienum esse, testatur Cl. Crevier. Ego Cl. Dukero adhaereo. V. ad 30, 2, 4. Tum *cum his copiis administrari* Lovel. 3. Hafn. et Rec. At tria priora verba ex fine cap. praeced. male hic repetita sunt. Id clare constat ex Hav. qui plenius *cum his copiis, quas habebat* praefert. *administrari coepta, quae omissa erat* Lov. 2. Mox *Q. Minutius* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. V. ad c. 24, 4. *Q. Munitius* Hearnii N.

§. 2. *Manlius, navibus longis ad Calares subductis*] Hoc loco monendum, *Carales*, Sardiniae urbem, mea quidem opinione rectius legi per *r* post primam syllabam, et *l* post secundam: quamquam id in Plinianis codicibus ac aliis quibusdam authoribus corruptum est, ut apud Claudian. de bell. Gyld. [vers. 520.] his versibus

Urbs Libyam contra Tyrio fundata colono
Tenditur in longum Calaris, tenuemque per undas
Obvia demittit fracturum flamina collem.

Caralis legendum. Nam et Strabo [5. p. 224.] Κάραλιν πόλιν nominat, non Κάλαριν. Sed id erroris etiam accidit Σθένελος, quod Latini codices identidem *Sthelenus* habent, ut est videre apud Horatium. GLAR. *Carales.* Graeci et Latini libri veteres auctores. SIG. V. etiam Pintian. ad Pompon. Mel. 2, 7. p. 228. ed. nuperae, et Cluver. Sardin. ant. p. 491. qui *Calaris* a posterioribus ex recentiori nomine, quo nunc dicitur, *Cagliari* natum putat. Contra Doujatius hac una ratione *Calaris* praefert, quod magis ad hodiernum nomen accedat: quae quanti momenti sit, quisque videt. Praeterea *Manilius* Flor. et Hearnii D. Mox ꝏ *CC equites*, sine media copula, Flor. quin etiam *et mille du-*

Digitized by Google

hostium, haud procul ab Hampsicorae castris castra posuit. Hampsicora tum forte profectus erat in Pellitos Sardos, ad juventutem armandam, qua copias augeret. Filius ejus, nomine Hiostus, castris praeerat: is, adolescentia ferox, temere proelio inito fusus fugatusque. ad tria millia Sardorum eo proelio caesa, octingenti ferme vivi capti. Alius exer- 4 5

centos alio ordine legunt Ber. et Harl.

§. 3. *Hampsicora tum forte profectus erat in Pellidos Sardos*] Non memini id nominis apud ullum geographum lectum, sed vel antiquitate abolitum, aut corruptum fortasse, ut sunt in hac decade pleraque. GLAR. Omittunt libri omnes *tum* particulam, *Harsicora forte profectus erat*. GEBH. Optimi *Pellicos*, ut suspicati sunt olim viri docti, quum apud Ciceronem [de Prov. Cons. 7.] Sardi vocentur *mastrucati latrunculi*. Ea vox restituenda Plinio 33, 12. *At Hercules Pompejum Paullinum, Arelatensis equitis Romani filium, paternaque gente Pellitum, duodecim pondo argenti habuisse apud exercitum, ferocissimis gentibus oppositum, scimus*. Sic optimus codex Vossianus. Alter minoris pretii: *paternaque gente adpellatum d. p. a. habuisse*. Vulgo *pulsum*, *quod duodecim p. argenti habuisset*. Est tamen in isto quoque illa litera correcta, et sic formata, ut dubites *d* an *t* prius fuerit. J. FR. GRON. *tum* etiam deest in Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. quorum ultimus insuper *quoque*, pro *forte*, habet in margine. *tum* exsulat similiter ab editis ante Aldum. *Hamsicorum forte* habet Flor. Deinde *Pellitos Sardos* Flor. quod non male Crevier. in contextum recepit. V. Cluv. Sardin. antiq. p. 487. Salmas. ac Duker. ad Flori 2, 6, 35. et viros doct. ad Anton. Itin. p. 78. Eamdem vocem Gronov. etiam restituit auctori Epit. Liv. 60. Sed praesertim de ea et loco hoc Livii ac Plinii a Gronov. emendati erudite ac late egit Cl. Crevier. epist. 3. ad Harduin. de ejus ed. Plin. Locus dignus est, qui respiciatur.

§. 4. *Filius ejus, nomine Hiostus*] *Τὸ ejus* non adparet in Flor. Lovel. 2. 3. 4. 5. Deinde *Ostis* Lovel. 2. *Hostis* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. antt. pro quo Froben. anno 1531. dedit *Hiostus*. Silio *Hostus* vocatur 12, 347. eumque ab Iliaca origine ortum dicit: ut forte hic etiam *Hostus* legendum sit, quod nomen apud Romanos quoque superfuisse notum est. V. quae ibi notantur, et ad 1, 437. Mox *is ab adolescentia ferox* Hav. *adulescentia* Flor. V. ad 6, 34, 11.

Ad triginta millia Sardorum eo proelio caesa, mille trecenti ferme vivi capti] Liber vet. cujus excerpta ad me misit Busbeq. ꝏ ꝏ ꝏ, id est tria millia, vere scribit: statimque *trecenti capti*, omissis *mille*. LIPS. 2. Elect. 11. Priores editi praeponunt *mille trecenti*. Editis consentiunt Voss. et Gud. ex quibus

Digitized by Google

citus primo per agros silvasque fuga palatus; dein, quo ducem fugiſſe fama erat, ad urbem nomine Cor-
6 num, caput ejus regionis, confugit. debellatumque eo proelio in Sardinia eſſet, ni claſſis Punica cum duce Hasdrubale, quae tempeſtate dejecta ad Baliares erat, in tempore ad spem rebellandi adveniſſet.
7 Manlius poſt famam adpulsae Punicae claſſis, Carales se recepit. ea occasio Hampsicorae data Poeno
8 se jungendi. Hasdrubal, copiis in terram expositis, et claſſe remiſſa Karthaginem, duce Hampsicora ad sociorum populi Romani agrum populandum profectus, Carales perventurus erat, ni Manlius obvio ex-
9 ercitu ab effusa eum populatione continuiſſet. Primo caſtra caſtris modico intervallo sunt objecta, deinde procursationes leviaque certamina vario eventu inita: poſtremo descensum in aciem, signisque con-

iſte *M* cum incurva supra notula, alter clare *mile* praemittit. Omnia ex perperam considerata vetere scriptura. Nam Put. Pet. *DCCC*, quomodo ad amussim Cantabrigiensis; scilicet dimidio non contenti, ex se alterum tantum auxerunt. JAC. GRON. Antiquis edd. in utroque numero tantopere aucto consentiunt plerique codd. mei, et Hearnii L. 1. atque N. Emendationem Lipsii demum recepit Gruter. in ultima ed. Ejus prior pars de Sardis interfectis omnino vera eſt. Recte vero alteram partem conſtituit Jac. Gronov. cum quo facit et Flor. *octingenti* etiam edidit Crevier. teſtatus, hunc numerum habere melioris notae scriptos.

§. 6. *Ad spem rebellandi adveniſset*] *inveniſset* Lovel. 5. *veniſſent* Ber. a m. 2. *classis cum duce veniſſent*, ut *dux cum principibus capiuntur* 21, 60, 7. ubi plura vide. Verum uni huic teſti credere periculosum foret, praeterquam quod ipse hic cod. omiſſa praepositione, legat *classis Punica duce Hasdrubale*. Idem etiam supra habet *debellatum eo proelio*. §. seq. *data est*, addita ultima voce, Flor. Voſſ. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 9. *Deinde procursationes leviaque certamina*] *deinceps* Flor. Cant. Voſſ. Lovel. 2. 3. 5. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. usque ad Gronov. qui anno 1665. *deinde* dedit. Tum *levia certamina* Voſſ. Lovel. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Mox *signis collatis* Flor. Voſſ. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Frobenianam anni 1535.

Digitized by Google

latis, justo proelio per quatuor horas pugnatum. Diu pugnam ancipitem Poeni, Sardis facile vinci adsuetis, fecerunt: postremo et ipsi, quum omnia circa strage ac fuga Sardorum repleta essent, fusi. ceterum terga dantes, circumducto cornu, quo pe- 10 11
pulerat Sardos, inclusit Romanus. caedes inde magis, quam pugna, fuit. Duodecim millia hostium 12
caesa Sardorum simul Poenorumque; ferme tria millia et septingenti capti, et signa militaria septem et viginti.

XLI. Ante omnia claram et memorabilem pugnam 1
fecit Hasdrubal imperator captus, et Hanno, et Mago, nobiles Karthaginienses. Mago ex gente Barci- 2
na, propinqua cognatione Hannibali junctus: Hanno auctor rebellionis Sardis; bellique ejus haud dubie concitor. Nec Sardorum duces minus nobilem 3

§. 12. *Ferme tria millia et sexcenti capti*] Comparet in libris omnibus *et CC capti*. Paullo ante Pal. 1. *repulerat Sardos*. GEBH. *ferme* deest in Hearnii N. a m. 2. Deinde *et Romani CCC capti* ejusdem L. 1. *et CC capti* Lovel. 4. 5. Harl. Gaertn. Hearnii D. et edd. antt. pro quo Aldus reposuit et *DCC capti*. Id autem aperte superest in Flor. sed *et mille capti* Lovel. 2. *et M. CC capti* Voss. *et mille CC capti* Lovel. 3. et Ber. in quo *mille* a manu altera expungitur. *et mille et CC^ti capti* Harl. Patet librarios in notis *I)* et ∞, sive *M*, confundendis erraſſe, ut fecerant supra hoc cap. §. 4. Aldi lectionem perperam mutavit Gruter. in ed. postrema, substituens *et sexcenti capti*, quod nimis patienter a recentioribus editoribus latum ejeci, altero revocato.

§. 1. *Claram et memorabilem pugnam fecit*] Pall. 1. et 3. *daram et memorabilem*. GEBH. Ita etiam Voss. Lovel. quinque, Ber. Hafn. Rec. Gaertn. et Hav. aberratione scribarum, qui nonnumquam ita lapsi sunt. V. viros doctos ad Seren. Samon. vers. 497.

§. 2. *Bellique ejus haud dubie concitator*] Optimi *concitor*. quam vocem et 37, 45, 17. ex MSS. restitutum ivimus. *Thoantem quoque Aetolum, concitorem Aetolici belli*. Habent et Tacitus, Justinusque, et Ammianus. J. FR. GRON. Eamdem lectionem praeferunt Flor. et Hearnii D. V. Gronov. ad 29, 3, 3. 45, 10, 10. et Observ. ad Script. eccl. c. 16. Adde Bongars. ad Justin. 2, 9. Eodem modo confunduntur *concire* et *concitare*. V. ad 6, 7, 1. 9,

Digitized by Google

eam pugnam cladibus suis fecerunt. nam et filius
4 Hampsicorae Hiostus in acie cecidit: et Hampsicora, cum paucis equitibus fugiens, ut super adflictas res necem quoque filii audivit, nocte, ne cujus interventus coepta impediret, mortem sibi consciv it.
5 Ceteris urbs Cornus eadem, quae ante, fugae receptaculum fuit. quam Manlius, victore exercitu ad-
6 gressus, intra paucos dies recepit. Deinde alias quoque civitates, quae ad Hampsicoram Poenosque

37, 1. 38, 33, 7. *exeire* et *excitare*. 28, 24, 4. *Belli concitor* autem, aut *concire bellum*; de quo v. ad 41, 8, 4.

§. 4. *Ne cujusquam interventus coeptum inpediret*] Pal. pr. *ne cujus interventus coeptum peteret*. sec. *ne cujus interventus coepta impediret*. tert. *ne cujus praeventus coepta peteret*. GEBHARD. Pet. et Voss. *ne cujus interv. coeptam peteret*. Put. *cujus interventus coeptam pediret*. Scribe, *ne cujus interventus coepta impediret*, non *cujusquam*, et *coeptum*, ut vulgo. 21, [45, 6.] *Daturum se operam, ne cujus suorum popularium mutatam secum fortunam vellent*. J. FR. GRON. *ne cujus* omnes mei. 2, 37, 7. *Ne cujus facti dictique contagione praesens violer*. ubi alia vide. Deinde *interventu coeptipoeniteret* Lovel. 5. *interventus coeptum peteret* Harl. Ber. et Hav. *coeptam peteret* Lovel. 1. 2. 3. et Cantabr. *coeptam petiret* Flor. a m. 1. *coepta impediret* a m. 2. Supra c. 35, 16. *Ne quis enunciare posset coepta*. ubi vide.

§. 5. *Quam Manlius, victore exercitu adgressus*] *Manlius victor* Voss. Lovel. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. pro quo Aldus *victore exercitu* dedit, consentientibus melioribus. Ita 2, 10, 6. *Exercitu victore reducto*. 2, 25, 6. *Victorem exercitum Romam reducit*. 8, 13, 8. *Ad perdomandum Latium victorem circumducere exercitum*. 25, 19, 2. *Victorem exercitum sustinere*. 40, 31, 8. *In castra victorem exercitum reduxit*. c. 40, 12. *Nullis castris eo die victor exercitus mansit*. V. ad 7, 24, 9. Plura hujus generis habebimus 39, 1, 4. Mox *intra dies paucos* Flor. Harl. et Hav.

§. 7. *Stipendium quaestoribus, et frumentum aedilibus*] Scripti absque copula. J. FR. GRON. Eamdem excludunt etiam non tantum praeter Lovel. 5. omnes mei, et Hearnii Oxonn. sed insuper quoque omnes typis descripti usque ad Paris. anni 1573. quae prima adscivit. Mox *captivos Q. Fulvio*, pro *captivosque Fulvio*, ex uno regio edidit Cl. Crevier. eumque errorem frequentissimum notat: de quo v. ad 22, 31, 7. Id tamen quum in nullo meorum invenerim, ejus exemplo contextui inserere ausus non sum, quamvis verum esse existimem. Tum *tradit*, pro *tradidit*, Flor. Lovel. 1. 4. 5. et Harl. V. ad 24, 29, 13.

Digitized by Google

defecerant, obsidibus datis, dediderunt sese. quibus stipendio frumentoque imperato, pro cujusque aut viribus aut delicto, Carales exercitum reduxit. Ibi 7 navibus longis deductis, inpositoque, quem secum advexerat, milite, Romam navigat, Sardiniamque perdomitam nunciat Patribus: et stipendium quaestoribus, frumentum aedilibus, captivosque Fulvio praetori tradidit. Per idem tempus T. Otacilius 8 praetor, quinquaginta navium ab Lilybaeo classe in

§. 8. *T. Otacilius praetor, quinquaginta navium ab Lilybaeo classe in Africam tr.*] Vet. lib. *quinquaginta navium classe ab Lilybaeo in Africam transvectus.* SIG. Forte, *propraetore.* Non enim c. 30. inter praetores numeratur. Adde c. 32. J. FR. GRON. Sic quoque Periz. Diss. 1. de Praet. §. 13. qui et probat scripturam libri Sigoniani, quia, ait, in vulgata *praetor quinquaginta navium* posset accipi pro imperatore, praefecto navium. Haec satis levis ratio videtur: nam sive vocem *classe* ante, sive post *ab Lilybaeo* ponas, eadem manebit ambiguitas. Neque enim quidquam interest inter *quinquaginta navium classe ab Lilybaeo in Africam transvectus*, et inter *quinquaginta navium ab Lilybaeo classe in A. t.* Quod hic ambiguum videtur viro doctissimo, non aliter apertum reddi potest, quam scribendo *T. Otacilius praetor classe quinquaginta navium.* Sed neque hoc, neque illo modo legendum, et nodum in scirpo inventum puto. Otacilium in Sicilam cum imperio, qui classi praeesset, missum scimus ex c. 32, 20. DUK. *Otacilius propr.* ut viri docti voluerunt, Lov. 3. et Ber. a m. 2. Sed v. Col. Duker. ad cap. praec. §. 1. Deinde nullus meorum trajectionem Sigonii probat, sed contra vocem *navium* ignorant Voss. et Lovel. 2. eamdem post vocem *Lilybaeo* transponunt Ber. et Hav. At duae voces *quinquaginta navium* exsulant a Flor. Cant. Lovel. 1. 3. Harl. et Hearnii L. 1. quorum auctoritas me movet, ut credam, haec verba olim ad marginem adscripta fuisse, et forte ex c. 38. postea in contextum inrepsisse. Certe Otacilii classem quinquaginta navium fuisse, aliunde, nisi ex hoc loco, probari nequit. Anno secundo hujus belli praetor creatus est, et ita memoratur 22, 10, 10. Sortitus autem est Siciliam, ut conligitur ex c. 31, 6. classis ejus quinque et viginti quinqueremibus augetur anno tertio c. 37, 13. hoc anno, qui quartus belli est, in Siciliam cum imperio missus est, ut classi praeesset, 23, 32, 20. quot vero navium classis fuerit, Livius non addit. Praeterea *classis in Africam* Flor. a m. 1. *classi* a m. 2. neque aliter Voss. Lovel. 2. 3, 4. et Harl. Ita etiam variant codd. 4, 34, 6. 27, 30, 7. 30, 9, 7. 37, 45, 2. aliisque locis. V. Ach. Statium ad Catull. de Nupt. Pelei p. 260. et Voss. 4. Gramm. 12.

Digitized by Google

Africam transvectus, depopulatusque agrum Kartha-
9 giniensem, quum Sardiniam inde peteret, quo fa-
ma erat Hasdrubalem a Baliaribus nuper trajecisse,
classi Africam repetenti obcurrit, levique certamine
in alto commisso, septem inde naves cum sociis na-
valibus cepit: ceteras metus haud secus, quam tem-
10 pestas, passim disjecit. Per eosdem forte dies et
Bomilcar cum militibus, ad supplementum Karthagi-

§. 9. *Levique armatura certamine in alto commisso*] Deest optimis τὸ *armatura*, nec nisi stulte adjicitur. J. FR. GRON. Deest etiam a Flor. et Harl.

§. 10. *Bomilcar cum militibus, ad supplementum Karthagine missis, quadragintaque elephantis et commeatu*] Meliores, *Bomilcar cummilibus ad supplementum Carthagine missis, elephantisque.* non habent *quadragintaque.* Corrige *Bomilcar quatuor millibus ad supplementum Carthagine missis, elephantisque et commeatu Locros accessit.* Numerum supplevimus ex c. 13, 7. supra: ubi etsi vulgo legitur, *quadraginta millia Numidarum:* tamen Put. perinde ut Lipsianus ꝏ ꝏ ꝏ ꝏ. Neque offendat quemquam defectus praepositionis. Sic enim 5, [53, 6.] *Restat, nisi ut jam novis copiis veniant.* 10, [5, 4.] *Etrusci omnibus copiis aderant.* 27, [48, 8.] *Advenit Livius peditum omnibus copiis.* J. FR. GRON. Praepositionis hanc ellipsin Livio familiarem esse, vidimus ad 22, 9, 5. Conjecturam tamen Gronovii, *Bomilcar quatuor millibus* legentis, probare nequeo. Nam verisimile quidem est c. 13, 7. ex quo hunc numerum supplevit, legendum esse *quatuor millia Numidarum:* at *Numidae* sunt equites; supplementum autem hic memoratum videntur pedites fuisse. Praeterea senatum Karthaginiensem c. 13, 7. majora supplementa Hannibali decrevisse, quam postea missa sunt, ad eum locum docui. Denique *cum militibus* omnes mei constanter, etiam Flor. aliique optimae notae; *cum milibus* itaque in Gronovii melioribus ex errore scribarum natum est, qui ita saepissime lapsi sunt. Exempla videri possunt 1, 33, 5. 3, 61, 4. 5, 18, 8. 7, 7, 6. c. 25, 8. c. 35, 6. 9, 35, 8. 10, 18, 3. c. 28, 5. 21, 30, 5. 33, 14, 6. aliisque locis. Adde Cel. Burmann. ad Suet. Caes. 33. Porro *Karthagine missis, elephantisque, commeatu* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 4. Ber. Gaertn. et Hav. *Karthagine missis, elephantis, commeatu* Cant. *Karthagine missis, elephantisque, commeatuque* Lovel. 5. et Ber. a m. 2. *Karthagine missis elephantisque et commeatu* Lov. 3. et Harl. quomodo recte Gronov. correxit; quod recepi. Hic etiam *quadraginta elephantorum* numerus ex c. 13, 7. firmari posset; sed ob datam rationem potius repudiari debet.

§. 11. *Aestu secundo Locros trajecit*] Pall. tres *aestuque suo*, id est, secundo ac sibi faventi, quae genuina est lectio. Horatius epod. 9.

Digitized by Google

ne missis, elephantisque, et commeatu, Locros accessit. quem ut incautum obprimeret Ap. Claudius, 11
per simulationem provinciae circumeundae Messanam raptim exercitu ducto, aestu secundo Locros trajecit. Jam inde Bomilcar ad Hannonem in Bruttios profectus erat, et Locrenses portas Romanis clauserunt. Appius magno conatu nulla re gesta, Messanam repetit. Eadem aestate Marcellus ab Nola, 12 13

Aut ille centum nobilem Cretam urbibus
Ventis iturus non suis.

GEBH. Non est sincerum hoc, etsi Sallustius [Fragm. 1. Hist.] *Aestu secundo furtim aut celeritate vitare proelium in transgressu conatus est.* Caesar. 4. Gall. [33.] *Et ventum et aestum uno tempore nactus secundum.* Justinus 12, [10.] *Secundo aestu ostio fluminis Indi invehitur.* Nam Put. et Pet. *aestuquaesuo.* Tres etiam Pall. et Men. *aestuque suo Locros.* Latet aliquid. Forte: *raptim exercitum duxit, aestuque suo Locros trajecit.* Ut *aestum* dixerit *suum*, quemadmodum *locos*, *Deos*, *ventos suos* pro secundis dicunt: quod Alb. Rubenio quoque videbatur. Horatius, *ventis iturus non suis.* Ovidius [Rem. Am. 14.] *et vento naviget usque suo.* J. FR. GRON. Haec lectio [*aestu secundo*] ab aliis concinnata est ad exemplum 29, 7, 2. ubi in eodem loco, *Scipio, quum primum aestu fretum inclinatum est, naves mari secundo misit.* Sed eadem fortuna, qua c. 25, 6. *secundo* subjecerunt. Caeterum Cantabrig. quoque, ut alii, *aestuque suo*, haud dubie ex Puteanaeo, primum propagata lectione. Quare, omnibus spretis, in eum solum oculis fixis, legendum putamus, vix quoquam immutato, *aestu quaesito*, hoc est, exspectato, donec aestus illuc ferret: impetrato, quem exspectabat, aestu. 30, 16, 14. *Quippe qui moram temporis quaererent.* 25, 23, 13. *Quum adiri locus non posset, occasio quaerebatur.* Polybio est ἐπιτηρεῖν. JAC. GRON. *aestuque suo* Flor. Lovel. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Hafn. et Hearnii Oxon. *aestuque servato* Lovel. 5. *aestu suo* Ber. et Hav. et ita excerpta Cant. apud me. Vulgatum *aestu secundo* non superest in ullo cod. nisi forte in Voss. et Harl. unde nihil notatum video. Id tamen praefert Cl. Crevier. putans ei sensus rationem et elegantiam sermonis favere: at mihi ex glossa potius natum videtur, tot praesertim adversantibus optimae notae codd. eamque praeferentibus lectionem, cujus vulgatum interpretatio censeri potest. Fateor tamen, J. Fr. Gronovii conjecturam nimium a libris scriptis abire, neque id satisfacere, quod Jac. Gronovio in mentem venit. Quum autem J. Fr. Gronov. non semel monuerit, potius in Put. aliquid superesse, quam deesse; et, teste Jac. Gronov. in hac Livii parte saepe copula *que* addatur, ubi Livius eam non adscripsit, vel auferatur, ubi prorsus erat necessaria, praestare videtur, ut ex duorum vel trium codd. memoratorum sen-

Digitized by Google

quam praesidio obtinebat, crebras excursiones in
14 agrum Hirpinum et Samnites Caudinos fecit. adeo-
que omnia ferro atque igni vastavit, ut antiquarum
cladium Samnio memoriam renovaret.

1 XLII. Itaque extemplo legati, ad Hannibalem
missi simul ex utraque gente, ita Poenum adlocuti
2 sunt: *Hostes populi Romani, Hannibal, fuimus primum per nos ipsi, quoad nostra arma, nostrae vires nos tutari poterant. postquam iis parum fidebamus,*
3 *Pyrrho regi nos adjunximus: a quo relicti*

tentia, *ræ que* vel *quae* extrito, legamus, *raptim exercitu ducto, aestu suo Locros trajecit.* In hac locutione *aestu suo* est sibi commodo, sibi favente. Ovid. 15. Her. 72.

Non agitur vento nostra carina suo.

Plura v. ad 4, 7, 6. et quae notavi ad Silii 12, 193. Mox §. seq. *Messanam se recipit* legit Lovel. 5.

§. 13. *In agrum Hirpinum et Samnites Caudinos*] *et Samnitium Caudinorumque* Ber. Hav. et Hearnii N. in margine. Unde conjici posset, legendum esse *Hirpinorum et Samnitium Caudinorum.* Sed male. V. ad 10, 27, 3.

§. 1. *Ex utraque gente*] Hirpini, etsi et ipsi Samnites fuisse dicuntur, tamen, ut separatum quoddam a ceteris Samnitibus corpus, *gens* vocari possunt. Caudini sine dubio *populus* gentis Samnitium fuerunt, ut Samnites Pentri 9, 31, 4. 22, 61, 11. De discrimine *gentis* et *populi* v. Gronov. ad 5, 34, 5. Sed hoc non semper servant scriptores veteres. Liv. 21, 61, 5. *Illergetum populo, qui obsides Scipioni dederat, ad defectionem impulso.* Mox ibidem. *Relictam ab auctore defectionis Illergetum gentem quum infesto exercitu invasisset, compulsis omnibus Athanagiam urbem, quae caput ejus populi erat, circumsedit.* Sic 28, 46, 9. Ingaunos, et 39, 2, 9. Friniates *gentes* vocat, qui Ligurum populi erant. DUKER.

§. 2. *Nostrae vires nos tutari poterant*] *nos tutare* Flor. Voss. Lovel. 3. 4. Harl. Ber. a m. 1. et Hav. Sed v. ad 22, 60, 26.

Pyrrho regi nos adjunximus] Samnites loquuntur. Est autem illud bellum Pyrrhi, Tarentinorum, Samnitum, Lucanorum et Brutiorum copiis exercituque gestum. Quod ex triumphis illorum annorum intelligi potest. M. quidem Curius non tam de Pyrrho rege, quam de Samnitibus, triumphasse traditur. SIGON.

§. 3. *Pacem necessariam accepimus*] Pal. . . . recepimus. GEBH. *fecimus* Lovel. 4. Nihil mutandum. Supra 2, 9, 5. *Timebant, ne Romana plebs vel cum servitute pacem acciperet.* 30, 23,

Digitized by Google

pacem necessariam accepimus, fuimusque in ea per annos prope quinquaginta, ad id tempus, quo in Italiam venisti. Tua nos non magis virtus fortuna- 4
que, quam unica comitas ac benignitas erga cives nostros, quos captos nobis remisisti, ita conciliavit tibi, ut, te salvo atque incolumi amico, non modo populum Romanum, sed ne Deos quidem iratos (si dici fas est) timeremus. At, Hercule, non solum 5
incolumi et victore, sed praesente te, (comploratum prope conjugum ac liberorum nostrorum exaudire,

4. *Nullius alterius consilio accipiendam abnuendamque pacem esse.* 37, 19, 2. *Qui honeste obsessi pacis leges accipiemus?* Et quidem cum emphasi Samnites dicunt, se *accepisse* pacem, qualemcumque nempe Romani victores dare voluerant. 32, 33, 1. *Ejus esse priorem orationem, qui daret pacis leges, non qui acciperet.* c. 36, 4. *Quascumque senatus dedisset, leges pacis accepturum.*

Per annos prope quinquaginta ad id tempus, quo in Italiam venisti] Pax data Samnitibus est anno ab urbe condita CDLXXIX, quo anno C. Claudius Canina consul de iis triumphavit, cum per annos LXX. gestum bellum esset, ut ait Livius 31, [31, 10.] in oratione Romani in concilio Aetolorum. Quod ita esse, inde facile intelligi potest, quod coeptum erat bellum M. Valerio, A. Cornelio consulibus anno CDXII. si igitur anno CDLXXIX. victis Samnitibus pax data est, in pace autem fuerunt usque ad adventum Hannibalis in Italiam, P. Scipione et Ti. Longo consulibus, anno DXXXII, id est annis LIII, postquam pacem Samnites acceperant. ergo hoc loco legendum videtur, *in ea fuimus per annos prope LX.* Nam vox illa *prope* majori numero non expleto adjicitur. In hac autem oratione omnia in majus ornantur, ut cum ait: *per centum prope annos cum populo Romano bellum gessimus, nullo externo adjuti nec duce, nec exercitu.* SIG. Legendum censet Sigonius *annos prope sexaginta.* quod confutatur ab omnibus libris nostris. GEBH. Omnes mei etiam constanter *quinquaginta:* neque aliam ex Oxon. lectionem Hearne protulit. Unus tantum Harlej. *quingenta* aperto errore obfert. *per annos quinquaginta aut prope* Gaertn. *prope annos quinquaginta,* omissa praepositione, Lovel. 2. Puto tamen Sigonium haud male vidisse, *sexaginta* restituendum esse. Verum in eo manifeste erravit, quod pacem datam Samnitibus crediderit, quo anno C. Claudius Canina consul de iis triumphavit, quum anno seq. etiam ejus successores Sp. Carvilium Maximum et L. Papirium Cursorem de iisdem triumphasse Fasti Capit. Triumphales testentur: quod ipse etiam in Comment. in Fast. ad annum CDLXXXI. verum esse probavit.

§. 5. *Cum ploratum prope con-*

Digitized by Google

et flagrantia tecta posses conspicere) ita sumus aliquoties hac aestate devastati, ut M. Marcellus, non Hannibal, vicisse ad Cannas videatur; glorienturque Romani, te, ad unum modo ictum vigentem,
6 *velut aculeo emisso, torpere. Per centum prope annos cum populo Romano bellum gessimus, nullo externo adjuti nec duce, nec exercitu: nisi quod per biennium Pyrrhus nostro magis milite suas auxit vi-*
7 *res, quam suis viribus nos defendit. Non ego secundis rebus nostris gloriabor, duos consules, ac duos*

jugum] *conploratum*, vel *comploratum* Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. a m. 1. Gaertn. Hav. et paucae veterum editionum. Id videri posset, ex eo genere errorum, apud librarios admodum frequentium, esse, de quibus egi ad 4, 24, 7. Tot tamen codd. et inter eos optimorum, consensum spernere vix audeo. Mutata igitur distinctione, sive admissa tantum parenthesi, legere malo: *praesente te, (comploratum prope conjugum ac liberorum nostrorum exaudire, et flagrantia tecta posses conspicere) ita sumus aliquoties hac aestate devastati. Complorare* autem Liv. frequens esse, vidimus ad 2, 40, 9. Et ita *comploratio* 3, 47, 6. *Quum lamentabilis eum mulierum comploratio excepisset.* 26, 29, 2. *Ut comploratio eorum flebilesque voces oculos hominum converterent.* 30, 12, 9. *Ad spectaculum tam foedum comploratio orta.* 40, 9, 7. *Voce et comploratione nocturna excitus.* Etiam hac ipsa forma *comploratus* 22, 55, 7. *Ut comploratus familiarium coërceant.* 25, 26, 10. *Justoque comploratu prosequerentur mortuos.*

Ad unum modo ictum vigentem, velut jaculo emisso torpere] Put. *velutaculegemisso.* Scribe *velut aculeo emisso.* Ut Freinshemius quoque conjecit ex Curtii 4, (14, 13.) *Ubi primum impetum effudit, velut quaedam animalia, emisso aculeo, torpet.* Cicero pro Flacco [17.] *Mortuus est aculeo jam dimisso, ac dicto testimonio.* Plutarchus Pericle [p. 171.] καθάπερ κέντρον εἰς τοῦτον ἅμα πληγῇ τὸν θυμὸν ἀφειπότων τῶν πολλῶν. J. FR. GRON. Freinsh. emendatio loco laud. ab illa Gronovii unica tantum differt litera; legit enim *veluti aculeo*, propius ad vulgatum: verum Gronov. magis inhaeret optimi cod. vestigiis. — Cl. Triller. 1. Obs. Crit. 10. legere malebat *amisso.* Torpere enim apes, unde translatio sumta, quando *amittunt* aculeum, non quando *emittunt*, hoc est ad pungendum exserunt: nisi quis hic *emittere* interpretari velit per perdere. Confert deinde locum Livii cum illo Curtii, quem Gronov. laudavit, atque inde efficit, forte nihil in Livio mutandum esse. — Ipsam metaphoram loco Platonis inlustrat Victor. 3. Var. lect. 16.

§. 6. *Per centum prope annos*] *Per annos prope centum* Lovel.

Digitized by Google

consulares exercitus a nobis sub jugum missos, et si qua alia aut laeta aut gloriosa nobis evenerunt. quae aspera adversaque tunc acciderunt, minore in- 8
dignatione referre possumus, quam quae hodie eveniunt. Magni dictatores cum magistris equitum, 9
bini consules cum binis consularibus exercitibus ingrediebantur fines nostros; ante explorato, et subsidiis positis, et sub signis ad populandum ducebant. nunc proprii unius et parvi ad tuendam Nolam prae- 10
sidii praeda sumus. Jam ne manipulatim quidem,

2. Harl. et Hav. *Per annos centum* Lovel. 3. *Per prope centum annos* Ber. *Per centum prope annos* Lovel. 4. *Per annos*, reliquis omissis, Flor. Lov. 1. 5. et Voss. Eadem verba supra obcurrunt c. 5, 8. Mox *suas auxit res*, pro *vires*, Cant. Tum *nos defenderat* Hearnii D.

§. 7. *Non ego secundis rebus nostris gloriabor*] Vet. lib. *Non ergo secundis nostris rebus gloriabimur*. recte. loquuntur enim legati Samnitium, Irpinorum Caudinorumque. Sequitur autem: *quae aspera adversaque acciderunt, minore indignatione referre possumus*. SIG. Put. duo Pall. aliique meliores. *Non ego secundis rebus nostris gloriabor*. Et sic restituendum. J. FR. GRON. Vet. lib. Sigonii consentit solus Rec. *gloriamur* tamen etiam Gaertn. *gloriemur* Hearnii D. *gloriabimur* ejusdem L. 1. Reliqui omnes alteram lectionem defendunt, quam etiam probat Gron. 4. Obs. 20. p. 316. docens, inter artes dicentium esse, ut pro multis verba faciens ita formet orationem, quasi pro uno, vel quasi pro se ipso dicat. Et sane quomodo Sigonius, qui hic *ego gloriabor* ferre non potuit, non offenditur infra §. 12. ad singularia illa *norim*, *sciam*, *ducam*? Similiter supra 7, 30. quum Livius in princ. cap. dixisset, *Legati in hanc sententiam locuti sunt:* postea subjungit, *Non loquor apud recusantem justa bella populum*. et postea, *stare omnem multitudinem ad portas certum habeo*. Unus scilicet legatorum loquebatur omnium nomine, qui propterea singulari uti poterat, vel, collegas complexus, plurali; poterat etiam, ut Livii mos est, haec variare. Mox *aut laeta*, *aut mortifera*, *aut gloriosa*, additis duabus mediis vocibus, Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii N. L. 1. et edd. Aldo priores.

§. 10. *Nunc prope unius et parvi*] Hoc alienae manus videtur. Put. *propriunius*. Unde Salmasius *propria*. Sed verius videtur ex Cantabr. venire *nunc proprii unius*, hoc est, quod uni certae urbi destinatum propriumque est. 2, 49, 5. *Sequebatur turba propria alia cognatorum sodaliumque*. 25, 33, 6. *Ut non plus sui roboris, suarumque proprie virium in castris habeant*. 27, 38, 7. *Annibalem suo proprio ocen-*

Digitized by Google

sed latronum modo, percursant totis finibus nostris neglegentius, quam si in Romano vagarentur agro.
11 *Caussa autem haec est, quod neque tu defendis, et nostra juventus, quae, si domi esset, tutaretur, om-*
12 *nis sub signis militat tuis. Nec te, nec exercitum tuum norim, nisi, a quo tot Romanas acies fusas stratasque esse sciam, ei facile esse ducam obprime-*

pandum bello. Sed et *τὸ ingrediebantur* ignorat liber Cantabr. et fors fuit, ut Livius scripserit, *Bini consules cum binis consularibus exercitibus in fines nostros ante explorato, et subsidiis positis, et sub signis, ad populandum ducebant.* Habes sane omnibus numeris perfectam periodum. JAC. GRON. *proprii unius* etiam Flor. quod optimorum codd. fide in contextum admisi. Cl. Crevier. vel vulgatum servat, et *prope* refert ad sequens *praeda*, prope praeda sumus unius praesidii; vel voces transponit *nunc minus et parvi prope.* Ceterum unius cod. testimonio *τὸ ingrediebantur* §. praec. delere non audeo. Omnes enim mei stant a vulgato.

Jam, ne manipulatim quidem] V. Schelium ad Polyb. c. 9. DUK. *manipulantium* Hearnii N. in margine. Mox *quam in Romano vagarentur agro* Ber. *quam si Romano vagarentur agro* Lov. 4. *quam si Romano agro vagarentur* Goertn. *agro vagarentur* etiam Voss. Lov. 1. 2. et edd. ante Aldum. Insuper *tueretur*, pro *tutaretur*, §. seq. Hearnii N. in margine. V. ad 28, 20, 1.

§. 12. *Nec te, nec exercitum tuum non misi, a quo tot acies Romanas*] Opinor legendum, *Nec te, nec exercitum tuum norim, nisi*, vel *ni a quo tot acies.* et reliqua. VALLA.

§. 13. *Praesidiumque missum nobis erit, et Nolae ademeris*] Sensum aptum nullum elicere possum ex his verbis *et Nolae ademeris.* Suspicor autem, quia in veteribus libris legitur, *praesidiumque missum nobis et Nolae ademeris*, ne sit legendum, *praesidiumque missum nobis et Nolam ademerit.* Suadent enim Samnites, ut Annibal praesidium Numidarum ad se ab impetu Romanorum, qui Nolae erant, defendendos mittat, quod idem praesidium et se defensurum sit, et Nolam, cui maxime imminebat Annibal, Romanis adempturum sit. SIG. Abest et a meo vox *erit.* Sed propius a scriptura abiens lego *nobis et Nolae idem erit:* hoc sensu. Praesidium, quod mittes, idem erit et nobis propugnandis, et Nolanis premendis. LIPS. 3. Ep. Quaest. 19. In libris et Pall. abest *τὸ erit.* GEBH. *Τὸ erit* Mogontiaci natum. Scripti, quorum nobis copia, sed et Andreas, Tarvis. Ven. Bechar. Ascens. abdicant. Utrumvis autem quid sibi velit, haud facile adsequare. Sigonius *et Nolam ademerit.* Lipsius *nobis et Nolae idem erit:* et nobis, inquit, propugnandis et Nolanis premendis. Sed cui persuadebit, *idem praesidium erit Nolae*, Latine dici pro eo, quod est, Nolanos premet aut vexabit. Potius dixisset Nolae, ut sperabatur, Romano praesidio occiso. Put. *prae-*

Digitized by Google

re populatores nostros vagos, sine signis, palatos, quo quemque trahit, quamvis vana, praedae spes. Numidarum paucorum illi quidem praeda erunt, 13 *praesidiumque missum nobis et Nolae ademerit: si modo, quos, ut socios haberes, dignos duxisti, haud indignos judicas, quos in fidem receptos tuearis.*

XLIII. Ad ea Hannibal respondit: *Omnia simul* 1

sidiumquemisul nobis et nolae ademdem eris. Cogitabam, *simul nobis et Nolae ademptum erit. Simul erit nobis*, id est, nos habebimus adversus quamcumque vim: *et erit ademptum Nolae*, caesis nempe praesidiariis per Numidas. Aut etiam: *praesidiumque missum nobis, et Nolam redemerit.* Sic loquitur, quasi Nola parum libera, quia plebs Hannibali favebat, et invita ab Romanis continebatur. J. FR. GRON. In vulgata scriptura haec non inepta sententia esse potest. duas res effeceris, et praesidium nobis a te missum erit, et ab eo caesis populatoribus agri nostri, qui paucorum Numidarum praeda erunt, Nolae praesidium ademeris. Sed ulcus latere indicio est varietas scripturae. DUK. Uno vel altero codd. excepto, omnes reliqui, quibus utor, *τὸ erit* ignorant: neque etiam adparet in Hearnii Oxon. Praeterea *praesidioque misso* Hafn. et Hav. *praesidiumque missum nobis Nolae ademeris* Exc. Pithoei; quod ipsum Pithoeum ita interpretari, auctor est Hearne. „ praesidium illud, quod missum est „ ad nos infestandos, et tuendam „ Nolam, nobis et Nolanis ademeris, sicque Nolani facile dedent se, quibus et animus est „ se dedere. Sed non satisfacit. Forte legendum *praesidioque misso nobis, et Nolae ademeris:* vel *praesidiumque missum nobis, et Nolae ademerit.* Utrum mavis, *τὸ et* hic accipiendum pro etiam; ad quam significationem, quamvis vulgarem et obviam, non adtendentes viri docti etiam alibi se expedire non potuerunt. V. ad 43, 14, 2. Sensus autem erit, paucorum Numidarum praesidium nobis missum etiam ademerit praesidium Nolae, quia Numidis his praedae erunt praesidiarii Nolani, populatores nostri. Neque displicere debet, ex *praesidium* casu recto, vel ex *praesidio*, quod praecessit, ad sequens orationis membrum subintelligendum esse *praesidium* casu quarto. Id enim frequens esse, vidimus ad 2, 30, 4.

Si modo quos socios haberes dignos duxisti, ad id indignos judicas, quo in fidem] Vos emendatis, *nisi quos modo ut socios haberetis:* cum sic fuerit emendandum *si modo, quos, ut socios haberes, dignos duxisti, haud indignos judicas, quos in fidem.* VALLA. Emendationem Vallae probant libri scripti, nisi quod *ad id indignos* servent Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *nos ad id indignos* Lov. 5. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *indignos non* Ber. a m. 1. *neque indignos* a m. 2.

§. 1. *Et queri indefensos se*] *infensos* Voss. Lovel. 2. 4. Harl.

Digitized by Google

facere Hirpinos Samnitesque: et indicare clades suas, et petere praesidium, et queri indefensos se neglectos-
2 *que. Indicandum autem fuisse primum, dein petendum praesidium: postremo, ni impetraretur, tum*
3 *denique querendum, frustra opem inploratam. Exercitum sese non in agrum Hirpinum Samnitemve, ne et ipse oneri esset, sed in proxima loca sociorum populi Romani adducturum. iis populandis et militem suum repleturum se, et metu procul ab iis sub-*
4 *moturum hostes. Quod ad bellum Romanum adtineret, si Trasimeni quam Trebiae, si Cannarum quam Trasimeni pugna nobilior esset; Cannarum se quoque memoriam obscuram majore et clariore victoria*
5 *facturum.* Cum hoc responso muneribusque amplis legatos dimisit. ipse, praesidio modico relicto in Tifatis, profectus cetero exercitu ire Nolam per-

Hav. et Gaertn. *infestos* Hafn. *et queri se infestatos* Lov. 3. Nihil muto. Supra 4, 28, 4. *Hic praebituri vos telis hostium estis indefensi, inulti?* Mox §. seq. *primum fuisse* Flor. Lovel. 3. 4. Harl. Ber. Hav. Tum *dein*, pro *deinde*, Flor. Voss. et Harl. quod admisi. V. ad 3, 3, 6.

§. 3. *Exercitum esse non in agrum Hirpinum*] Opinor legendum *Exercitum misisse*. VALLA. Pall. tres *Exercitum esse*. Unde Valla conjecit *Exercitum misisse*. Contra prisca ed. *Exercitum se non misisse in agrum*. GEBHARD. *Exercitum se non esse in agrum*, quas vidi, edd. ante Aldum, vulgatae lectionis *Exercitum se non in agrum* auctorem. *Exercitum isse* Lovel. 3. qui mox, addito pronomine, *adducturum se* legit. *Exercitum non in agrum esse* Gaertn. *Exercitum esse non in agrum* Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. Rec. et Hav. Neque aliter Flor. a m. 1. in quo recte deinde emendatum est *Exercitum sese non in agrum*. V. ad 40, 26, 5.

§. 4. *Memoriam obscuram majore et clariore victoria facturum*] *Tà et clariore* desunt in Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum.

§. 5. *Cetero exercitu ire Nolam pergit*] Ita Cl. Jac. Gronov. edidit; eique lectioni Victor. consentire, auctor est Cl. Crevier. Neque aliter in omnibus meis inveni. Cum iisdem faciunt quoque editionum vetustissimae; quibus proximae dederunt *cum cetero exercitu*. Sed, Livium in his

Digitized by Google

git. Eodem Hanno ex Bruttiis, cum supplemento 6
Karthagine advecto atque elephantis, venit. castris
haud procul positis, longe alia omnia inquirenti
comperta sunt, quam quae a legatis sociorum au-
dierat. nihil enim Marcellus ita gerebat, ut aut for- 7
tunae, aut temere hosti commissum dici posset. ex-
plorato, cum firmisque praesidiis, tuto receptu prae-
datum ierat: omniaque, velut adversus praesentem
Hannibalem, cauta provisaque fuerunt. Tum, ubi 8
sensit hostem adventare, copias intra moenia tenuit:
per muros inambulare senatores Nolanos jussit, et
omnia circa explorare, quae apud hostes fierent.
Ex iis Hanno, quum ad murum subcessisset, Heren- 9
nium Bassum et Herium Petrium, ad conloquium
evocatos, permissuque Marcelli egressos, per inter-
pretem adloquitur. Hannibalis virtutem fortunam- 10

praepositionem saepe omittere, vidimus ad 22, 9, 5. Insuper *cetero exercitui renovato jam pergit* Flor. *cetero exercitu ire novato jam pergit* Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. et Harl. *cetero exercitu ire novando jam pergit* Gaertn. *cetero exercitu ire Nolam jam pergit* Lovel. 5.

§. 6. *Ibi castris haud procul positis*] Vox *ibi* ignoratur in optimis, et est eorum, qui multa hujusmodi inferserunt, ubi oratio minus cohaerere bonis hominibus visa. J. FR. GRON. Ignoratur etiam in omnibus Hearnii Oxon. meisque, nisi quod ejus loco *in castris* legat Gaertn. Vocula illa connectendae orationi perperam interponitur. V. ad 36, 43, 8. Mox *omnia alia* Harl. et Ber. *omnia* deest in Lovel. 3.

§. 7. *Explorato, cum firmisque praesidiis*] Voss. *explorato enim firmisque*. J. FR. GRON. *explorato cum firmis praesidiis, tuto receptu* Flor. *explorato, cum firmis praesidiis, tutoque receptu* Hafn. et Ber. a m. 2. In sequentibus *provisaque fuerant*, pro *fuerunt*, emendat Cl. Crevier. haud male. Nulli tamen codd. favent. Mox §. seq. *τὸ circa* omittitur in Voss. Lov. 1. 2. Ber. et Hearnii N. a m. 2.

§. 9. *Herium Petrium*] Vet. lib. *Henum*. SIG. Et optimi et alii codices *Herium Pettium*. J. FR. GRON. Ita et Flor. atque Harl. at *Herium Pectium* Lov. 2. 4. 5. et Hav. *Herium Peticum* Lovel. 3. *Herium Petitum* Ber. *Herium Petium* Lov. 1. Voss. et Hearnii L. 1. *Herrium Petrium* ejusdem D. Prius nomen mutandum non esse, docet *Herius Asinius*,

Digitized by Google

que extollit: populi Romani obterit senescentem
11 cum viribus majestatem. *Quae si paria essent, ut quondam fuissent, tamen expertis, quam grave Romanum imperium sociis, quanta indulgentia Hannibalis etiam in captivos omnes Italici nominis fuisset, Punicam Romanae societatem atque amicitiam prae-*
12 *optandam esse. Si ambo consules cum suis exercitibus ad Nolam essent, tamen non magis pares Hannibali futuros, quam ad Cannas fuissent: nedum prae-*

infra memoratus in Epit. Liv. 73. ubi v. Gronov. Et *Pettiorum* et *Pectiorum* gens haud ignota fuit Romanis.

§. 10. *Obtenit senescentem cum viribus majestatem*] *Obterere* eo valore, quo et Plautus utitur, contemtu calcare, in Poenulo 3, 1, 34.

Sed tamen quomodocumque, quanquam simus pauperculi,
Est domi, quod edimus; ne nos tam contemtim conteras.

Curcul. 4, 4, 16.

— — — leno minitatur mihi?
Meaene pugnae praeliares plurimae obtritae jacent?

Obterere ergo hic est *ταπεινοῦν*. Diod. Sic. l. 5. [p. 212.] *Τὰς τῶν προγόνων ἀνδραγαθίας ἐζυμνοῦσι, καὶ τὰς ἑαυτῶν ἀρετὰς προφέρονται, καὶ τὸν ἀντιταττόμενον ἐξουθενίζουσι καὶ ταπεινοῦσι.* Pall. codd. exscriptores cum elegantiam non caperent, supposuerunt *obtegit*. Infra 24, 15, 7. *Poenus mancipia Romana et ex ergastulo militem verbis obtereret.* quod innuere videtur ipsum Naevius 5. Belli Pun. *Superbiter contemtim conterit legiones.* 34, 2, 2. *Nunc domi victa libertas nostra impotentia muliebri hic quoque in foro obteritur et calcatur.* Curtius 8, 1. *Silentium habuere seniores, donec Philippi res orsus obterere.* Idem. *Et rex velut patienter audiret, queis Clitus obterebat laudes ejus, ingentem iram conceperat.* GEBH. *obteget* Flor. et Voss. ambo a m. 1. *obtegit* a m. 2. quod etiam est in Lovel. 2. 4. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertner. Hearnii Oxon. et edd. usque ad Ascens. anni 1513. *obtegeret* Lovel. 1. *obriget* Lovel. 3. *obtergit* Lovel. 5. *attigit* Hav. Sed verum est *obterit*, quod bene Gebhard. inlustrat. Paullo ante *virtutem fortunamque* Flor. a m. 1. pro quo manus 2. *fortitudinemque* emendat. Male. Vulgatum genuinum est. Flor. praef. *Ut ad constituendum ejus* [populi Romani] *imperium contendisse virtus et fortuna viderentur.* De Fortuna populi Romani v. ad 6, 30, 2. Passim *virtutem* et *fortitudinem* [*fortunam*] jungi, vidimus ad 10, 36, 9.

§. 11. *Indulgentia Hannibalis etiam in captivos omnes*] *in campos* Lovel. 1. 2. et Flor. a m.

Digitized by Google

praetor unus, cum paucis et novis militibus, Nolam tutari possit. ipsorum, quam Hannibalis, interesse, capta an tradita Nola potiretur. potiturum enim, ut Capua Nuceriaque potitus esset: sed, quid inter Capuae Nuceriaeque fortunam interesset, ipsos prope in medio sitos Nolanos scire. Nolle ominari, quae captae urbi cessura forent: sed potius spondere, si Marcellum cum praesidio ac Nolam tradidissent, neminem alium, quam ipsos, legem, qua in societatem amicitiamque Hannibalis venirent, dicturum.

1. in quo *in captos* reponit manus altera, quod etiam superfuit in margine Hearnii N. Has voces librarios commutasse, vidimus ad 6, 22, 4. Paullo ante *quam grave sit imperium Romanum* Ber.

§. 13. *Ipsorum magis, quam Hannibalis, interesse*] Spernunt omnes boni libri *τὸ magis*, ut jam diximus. J. FR. GRON. Ex omnibus meis *τὸ magis* soli agnoscunt Ber. et Gaertn. neque adparet in ullo Oxoniensium Hearnii, nisi in N. a m. 2. Eamdem vocem etiam ex auctoritate Pall. trium et vet. ed. delendam esse, monuit Gebh. supra ad c. 30, 2. In prima editione Moguntina adparuit. Passim Livium aliosque *magis* vel *potius* omisisse, infra dicendum erit ad 34, 49, 10. Praecedenti §. *consules Romani cum suis* est in Hearnii N. a m. 2.

Potiturum enim, ut Capua Nuceriaque potitus esset] Excidit ex Pal. 2. *enim*. Pr. vero et tert. *Ut Capuam Nuceriamque potitus esset*. Sic Justin. 6, 4. *Thebani potiti victoriam universum exercitum ad urbem Lacedaemoniorum ducunt*. et 12, 7. *Cleofis filium ab eo genitum Alexandrum nominavit, qui postea regnum Indorum potitus est*. GEBHARD. *Capuam Nuceriamque* etiam Lovel. 2. Harl. et Gaertn. cum edd. antiquis. Non probo. V. ad 31, 45, 6.

§. 14. *Nolo minari, quae captae urbi cessura forent*] Vos emendatis *Nolle*, pro *Nolo*. Ego *ominari*, pro *minari*. VALLA. *Nolo minari* Flor. pluresque alii codd. *Nolo mirari* Lovel. 2. *Nolo ominari* ex sententia Vallae Lovel. 1. Ber. et Hafn. *Nolle minari*, ut Vallae aemuli legebant, Lovel. 5. *Nolle ominari* typis descripti.

Neminem alium, quam ipsos, legem, qua in societatem amicitiamque Hannibalis venirent, dicturum] Gaudeo in solo Pal. 2. lectionem hanc incorruptam perstitisse. Quippe ceteri omnes offensi vetusto loquendi genere *ipsos dicturum* interpolarunt *dicturos*. Sed sic, monente Gellio, Cic. dixit, *Hanc sibi rem sperant praesidio futurum*. et C. Gracchus, *Credo ego inimicos meos hoc dicturum*. et Quadrigarius, *Est quod speremus, Deos bonis bene facturum*. V. plura l. 1, 7. Sic Justinus 24, 7. *Vias, quas pa-*

Digitized by Google

1 XLIV. Ad ea Herennius Baſſus respondit: *Multos annos jam inter Romanum Nolanumque populum amicitiam esse, cujus neutros ad eam diem poenitere; et sibi si cum fortuna mutanda fides fuerat, se-*
2 *ro jam esse mutare eam. dedituris se Hannibali non fuisse arcessendum Romanum praesidium: cum iis, qui ad se tuendos venissent, omnia sibi et esse con-*
3 *sociata, et ad ultimum fore.* Hoc conloquium abstulit spem Hannibali per proditionem recipiendae Nolae. itaque oppidum corona circumdedit, ut si-

teant, hinc obstructum iri. GEBHARD. *dicturos* etiam, cum edd. Aldina prioribus, Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Hafn. et Rec. Sed alterum eſt in melioribus. Locutio autem, quae hic obcurrit, differt ab illa, quam ex Cic. Gellius notavit. *Dicturum* enim hic non *ipsos*, sed *neminem alium*, respicit. Sed inprimis hinc alienus eſt locus Juſtini a Gebhardo laudatus: quemadmodum enim Livius, si vellet, dicere potuisset, *neminem alium*, *quam ipsos*, *dicturos*, ita Juſtinus soloecismum commisisset, si dixisset *vias obstructas iri.* quomodo tamen interdum viri docti errarunt.

§. 1. *Cujus neutros ad eam diem poeniteret*] Immo *poenitere*, ut et habet Andreas et Bec. et quicquid video ante Badianam editionem. Mox forsan *fuerit*, *serum*. J. FR. GRON. Ante Badianam *poeniteret* vidi in Ven. anni 1495. Sed *poenitere* omnes codd. mei, nec non Oxon. Hearnii. Et ex scriptis etiam *poenitere* emendabat Gronov. 2. Obs. 14. adversus quem *poeniteret* defendere conatur Doctiſſ. Wopkens 1. Lect. Tull. 14. Verum omnis ejus ratiocinatio huc redit: in hujusmodi orationis casibus usus infinitivi ac subjunctivi fuit promiscuus: ergo neceſſe non eſt, ut cum Mſtis omnibus et edd. antiquis ex sententia Gronovii emendetur *poenitere*, sed adversus codd. et edd. principes, cum edd. quae prioribus recentiores sunt, servandum eſt *poeniteret*. Ego ex praemiſſo plane contrarium efficerem: quemadmodum *poeniteret* praeferrem, si omnes codd. et edd. vett. id tuerentur. Mox *sibi* deeſt in Voſſ. a m. 2. (a prima deerat *τὸ si*) Lovel. 1. et Ber. a m. 1. *si sibi* praefert Hav. Quamvis autem cum Gronovio forsan scribi poterit *fuerit*; non necesse tamen eſt, ut *sero* mutetur in *serum*. Verum, si libri haberent, recipiendum putarem. Deinde §. seq. *arcessendum* ex Pal. 3. probat Gebhard. ad 9, 9, 12. Tum *ad sese tuendos* Voſſ. Lovel. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii II.

§. 3. *Per proditionem accipiendae Nolae*] Quidam *recipiendae* emendarunt, quasi antea quoque tenuiſſet eam Hannibal, nunc reciperet amiſſam. sed ego nil mutarim. GLAR. Per eum, qui *recipiendae* emendavit, Glareanus intelligit Aldum: quum enim primae edd. *recipiendae*, eas secutae *accipiendae* exhibuis-

Digitized by Google

mul ab omni parte moenia adgrederetur. Quem ut 4
subcessisse muris Marcellus vidit, instructa intra portam acie, cum magno tumultu erupit. aliquot primo inpetu perculsi caesique sunt; dein, concursu ad pugnantes facto, aequatisque viribus, atrox coepit esse pugna. memorabilisque inter paucas fuisset, ni ingentibus procellis effusus imber diremisset pugnantes. Eo die commisso modico certamine, atque ir- 5
ritatis animis, in urbem Romani, Poeni in castra sese receperunt. tamen Poenorum prima eruptione

sent, Aldus priorem lectionem *recipiendae* revocavit, concinentibus omnibus meis, praeter Hav. *Recipere* a *capere* distinguit quidem Justin. 5, 4. *Victor recipit civitates, quae defecerant; nonnullas capit, et imperio Atheniensium adjicit.* male tamen Glareanus credidit, *recipere* semper pro iterum accipere poni, quum saepe pro simplici *capere* usurpetur. Apud Justin. Flor. aliosque id frequens est. Saepe etiam apud Livium obcurrit. V. ad 39, 23, 11.

Oppidum corona circumdedit] Militari videlicet. neque aliter capio illud Ovidii 11. Met. 92.

At Silenus abest, titubantem annisque meroque
Ruricolae cepere Phryges; vinctumque coronis
Ad regem duxere Midam.

Coronae enim ibi nihil, quam orbes agricolarum circumcingentium Bacchi nutricium. Captum nempe multiplicatis in arcto ordinibus detulerunt ad regem suum. Scio quidem Silenum semper coronatum caput forsan et collum et brachia quoque; sed minus heic convenit. Sic dixit Euripides Heracl. 125. *coronare aram*, *coronare manus.* vs. 227. Herc. vero Fur. *coronare domum malis.* Haud aliter Virgil. 9. Aen. [380.] *omnemque aditum custode coronant.* Adeatur Gellius 7. Noct. Att. 4. Immo et Liv. 2, 50. GRUT. Pall. 2. et 3. *circumdat.* GEBH. Quid sit *urbem corona circumdare, expugnare*, v. Lips. 1. Poliorc. Dial. 4. In exponendo autem Ovidii loco Gruterum plurimum a vero aberrare, Cel. Burmannus ad eum docuit. *Nolam*, pro *oppidum*, est in Gaertn. sed ex interpretis glossa. *corona oppidum* dedit Flor.

§. 4. *Deinde concursu ad pugnam facto*] Pal. 1. *dein concursu aequatisque viribus atrox esse coepit pugna.* Paullo ante Pal. 2. *aliquot primo perculsi impetu.* GEBH. Put. Pet. melior, Men. *dein* et *pugnanti.* Scribe, *dein concursu ad pugnantes facto.* Antiqua scriptura fuit *pugnantis* pro *pugnanteis.* J. FR. GRON. *dein* etiam Flor. Voss. Lovel. 1. Harl. et Hav. V. ad 3, 3, 6. Tum *cursu* Hav. V. ad 10, 19, 16. Hinc *ad pugnanti* Flor. a m. 1. quod pro *pugnantis*, id est pugnantes, scriptum, recte existimat Gronov. ultima litera intercidente ob similitudinem primae in voce se-

Digitized by Google

perculsi ceciderunt haud plus quam triginta, Roma-
6 norum nullus. Imber continens per noctem totam usque ad horam tertiam diei insequentis tenuit: itaque, quamquam utraque pars avidi certaminis erant, eo die tenuerunt sese tamen munimentis. tertio die Hannibal partem copiarum praedatum in agrum No-
7 lanum misit. Quod ubi animadvertit Marcellus, extemplo in aciem copias educit: neque Hannibal detrectavit. Mille fere passuum inter urbem erant castraque. eo spatio (et sunt omnia campi circa No-
8 lam) concurrerunt. Clamor, ex parte utraque sublatus, proximos ex cohortibus iis, quae in agros

quenti. V. ad 4, 33, 11. Paullo ante *intra portas* Hearnii N. Tum *aliquot primo Poeni perculsi* Hav. *aliquot primo inpetu perpulsi* Gaertn. *aliquot primo inpetu repulsi* Voss.

§. 5. *Romanorum nullus. Imber continens*] Put. *Romani liber continens.* Lege *Romani quinquaginta. Imber continens.* Fuerat per notas *Romani L.* 24, [17, 6.] *Plus tamen duo millia hostium eo die caesa traduntur: Romani minus quadringentis.* Falsus enim numerus *triginta.* Forte *trecenti.* J. FR. GRON. *Romani. Imber*, media voce omissa, Flor. et Cant. quod se quoque in uno e suis vel optimae notae invenisse testatur Cl. Crevier. qui etiam refert, in Put. supra secundam literam vocis *liber* adscriptam esse literam *n.* unde nullum dubium superest, quin *Romani L. Imber* legendum sit. Si autem etiam prior numerus vitio laboret, mallem *haud plus quadringenti.* De genere loquendi Livio familiari v. ad 41, 12, 8. Sed vulgatum in priori numero defendit Doujatius, existimans *tò haud plus quam* indicare, pauciores ex Poenis, quam ex Romanis, interfectos esse.

§. 6. *Utraque pars avida certaminis erat*] Put. Pet. *avidi certaminis erant, eo die tenuerunt se tamen munimentis.* J. FR. GRON. *avidi certaminis erant* etiam Flor. quam lectionem pluribus adstruit Gron. 2. de Pec. Vet. 4 p. 76. V. infra quoque ad 27, 1, 12. *certamine*, pro *certaminis*, perperam erat in Voss. Lovel. 1. 2. Harl. et Ber. *ad certamen* Rec. Praeterea *eo die tenuerunt sese tamen* Flor. *tamen eo die tenuerunt sese* primae edd. Posteriores *eo die tamen tenuerunt sese.* Gruteri ultima substituit *se.*

§. 7. *Mille fere passuum inter urbem erant castraque*] Vide, num *erat* legendum sit, aut *mille passus.* Alioqui Latinitas non constat. GLAR. Unus Lovel. 5. *erat.* Verum Gronov. 1. de Pec. Vet. 10. p. 45. supplendum putat *mille fere passuum* campi *inter urbem erant castraque.*

Digitized by Google

praedatum exierant, ad proelium jam commissum revocavit. Et Nolani aciem Romanam auxerunt: quos 9
conlaudatos Marcellus in subsidiis stare, et saucios ex acie efferre jussit; pugna abstinere, ni ab se signum accepissent.

XLV. Proelium erat anceps: summa vi et duces 1
hortabantur, et milites pugnabant. Marcellus victis ante diem tertium, fugatis ante paucos dies a Cumis, pulsis priore anno ab Nola ab eodem se duce, milite alio, instare jubet. *Non omnes esse in acie:* 2
praedantes vagari in agro. sed, qui pugnent, marcere Campana luxuria, vino et scortis, omnibusque lu-

Eo spatio (et sunt omnia campi circa Nolam) concurrerunt] Pal. 1. ad marginem *ut sunt*. Pal. 2. exturbat *τὸ et*. GEBH. *cucurrerunt* Voss. Lov. 1. 2. et Gaertn. An forte scribendum *concucurrerunt?* quod Cl. Jac. Gronov. infra Livio restituit 29, 18, 10.

§. 9. *Pugna abstinerent, nisi ab se signum accepissent*] Put. Pet. Voss. ignorant *Τὸ nisi*. Scribe *pugna abstinere, ni ab se signum*. Repetendum *ἀπὸ κοινοῦ jussit*. J. FR. GRON. Abest etiam a Flor. a m. 1. Cant. et Lovel. 1. *abstinerent, donec ab se* legunt Ber. Hafn. et Hav. Sed, quemadmodum Gronov. conjecit, est in Harl. et Lovel. 3. V. eumdem 2. Obs. 14. Ejusdem autem erroris, librarios, non animadvertentes verbum infinitum ad praecedens *jubere* referendum esse, id in verbum finitum convertisse, exempla infra v. ad 31, 8, 8. Paullo ante *ex acie* exsulat a Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertner. Hav. et edd. Aldo prioribus. Insuper *jussit* mutant in *jubet*, et transferunt post verbum *stare* iidem codd. et edd.

§. 1. *Et duces adhortabantur*] Put. Pet. Men. Voss. *et duces hortabantur*. Nec secus Andreas et Aldina. J. FR. GRON. Non aliter omnes mei, et Hearnii Oxon. Editionum vero prima Basil. anni 1539. *adhortabantur* dedit.

Pulsis priore anno ab Nola ab eodem se duce, milite alio, instare jubet] Pal. 2. *milites alios*. tert. *priore anno pulsis a Nola ab se duce milites alio instare jubet*. GEBH. *Τὸ eodem* exsulat etiam a Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. usque ad Aldum.

§. 2. *Sed, qui pugnant, marcere Campana luxuria, vino, scortis*] P. Syrus [apud Petron. 55.]

Luxuriae rictu Martis marcent moenia.

GEBH. Libri *pugnent*. Tum *vino et scortis*. J. FR. GRON. *pugnent*, paucis exceptis, omnes mei, ut et edd. antiquiores. *pugnant* enim demum obcurrit in Paris. anni 1573. Hinc *vino et scortis* etiam Flor.

Digitized by Google

3 *stris per totam hiemem confectos. Abisse illam vim vigoremque, dilapsa esse robora corporum animorumque, quibus Pyrenaei Alpiumque superata sint juga. reliquias illorum virorum, vix arma membra-*
4 *que sustinentes, pugnare. Capuam Hannibali Cannas fuisse. ibi virtutem bellicam, ibi militarem disciplinam, ibi praeteriti temporis famam, ibi spem fu-*
5 *turi exstinctam.* Quum haec exprobrando hosti Marcellus suorum militum animos erigeret, Hanni-
6 bal multo gravioribus probris increpabat: *Arma signaque eadem se noscere, quae ad Trebiam Trasi-*

§. 3. *Abisse illam vim vigoremque, dilapsa esse robora*] *Abiisse* Lovel. 4. 5. et Ber. V. ad 2, 4, 2. Hinc *delapsa* Flor. Voss. Lovel. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et multae ex edd. primis. Ita etiam peccant librarii infra 24, 46, 4. V. ad 7, 28, 6. (* 37, 20, 5.)

§. 5. *Exprobrando hosti*] Put. et Pet. *exprobrandam hosti Marcellus.* Forte *exprobrando in hostem Marcellus.* J. FR. GRON. Ita et Flor. a m. 1. pro quo *exprobrando in hostem* Gronov. quomodo *in Fulvii similitudinem exprobrare* emendat 27, 1, 9. Posses et *exprobrando in hoste*; nam *exprobrare in adversariis* etiam Cic. dixit 2. de Orat. 75. nisi ibi quoque vel *in* tollendum, vel *adversarios* legendum sit. Mox *gravioribus suos probris increpabat* Rec.

§. 6. *Arma signaque eadem se ajebat noscere*] Expunge voluntate optimorum τὸ *ajebat.* J. FR. GRON. V. eumdem 2. Obs. 14. Abest autem τὸ *ajebat* non tantum ab optimis, verum etiam ab omnibus Hearnii Oxon. ut et, exceptis Lovel. 5. Gaertn. et Rec. ab omnibus meis. Et soliti fuerunt passim librarii *ait*, *inquit*, *dicit*, vel similia invito Livio obtrudere. V. ad 2, 46, 6. 3, 10, 14. c. 11, 12. c. 53, 6. c. 54, 8. c. 56, 12. 6, 7, 3. 7, 32, 6. c. 34, 13. 10, 33, 3. 21, 18, 3. 24, 23, 7. c. 37, 11. 25, 6, 2. c. 16, 13. 27, 6, 4. 28, 39, 2. 29, 17, 1. 30, 12, 12. c. 18, 3. c. 31, 1. 32, 33, 2. 37, 10, 5. 39, 51, 9. Adde Cel. Burm. ad Phaedri 1, 29, 10. Cortium ad Sall. Catil. 21. et 34. ad Jug. 8. et Markl. ad Stat. 1. silv. 6, 61. Similiter addidisse alias voces, quas Livius subintellectas maluerat, vidimus ad 3, 46, 3. Contra interdum etiam *inquit*, *ait*, et ceteras neglexerunt, ubi Livius expresserat, V. ad 1, 26, 10. et 9, 1, 3. Praeterea *nosse* Lov. 2.

§. 7. *Legatumne Romanum et legiones unius*] Vet. lib. *Legatine Romani.* SIG. Sigonio adsentiuntur pauci, et fere pejoris notae codd. Reliqui alteram lectionem tuentur. Recte igitur nullus editorum Sigonium secutus est.

§. 8. *Nolanis subsidiis fultus nos jam iterum lacessit*] Iidem

Digitized by Google

menumque, postremo ad Cannas viderit habueritque. militem alium profecto se in hiberna Capuam duxisse, alium inde eduxisse. Legatumne Romanum et 7 *legionis unius atque alae magno certamine vix toleratis pugnam, quos binae acies consulares numquam sustinuerunt? Marcellus, tirone milite ac Nolanis* 8 *subsidiis, inultus nos jam iterum lacessit? Ubi ille meus miles est, qui erepto ex equo C. Flaminio consuli caput abstulit? ubi, qui L. Paullum ad Cannas occidit? Ferrum nunc hebet? an dextrae torpent? an* 9 *quid prodigii est aliud? Qui pauci plures vincere so-*

fultus mutarunt, leguntque *inultus*; quod non probo. GLAR. Vet. lib. pro *fultus*, *inultus* habent, id est, impunitus. innuit cladem a Marcello ante acceptam ad Nolam, quam adhuc Annibal non erat ultus, idcirco ait, *inultus iterum nos jam lacessit.* SIG. Put. Pet. Men. tres Pall. Voss. et Aldina: *tirone milite ac Nolanis subsidiis inultus nos jam iterum lacessit*; quod et Sigonius vult. J. FR. GRON. *subsidiis munitus* Harl. *subsidiis ultus* Lovel. 2. *subsidiis in vultus* Gaertn. *subsidiis multos jam iterum* Flor. *subsidiis inultus* Lovel. 1. 4. et Hearnii L. 1. ac D. quod recte viri docti recipiunt. *lacessit nos subsidiis*, pro cum subsidiis, ut *profectus gaudentibus* 22, 9, 5. ubi plura vide.

Erepto ex equo C. Flaminio] Videbatur primo insolentius *eripere aliquem ex equo*, et cogitabam *derepto*, id est detracto, ut in iis, quae ad Ovid. 3. Met. 52. congessit Heinsius. Sed quum eadem significatione dici *eripere* ibidem ostendat, nihil tentandum credidi. DUK. *erepto* constanter est in MSS. Paullo ante *miles meus est* Flor. In sequentibus *ubi L. Paullum ad Cannas occidit* Voss. Flor. et Lovel. 3. *ubi qui L. Paullum ad Cannas cecidit* Lovel. 4. et 5. *ubi ad Cannas occidit* Lovel. 1. *ubi iste, qui Paullum ad Cannas occidit* Hearnii D.

§. 9. *Ferrum non habet, an dextrae torpent*] Quidam *Ferrum num hebet?* quidam *Ferrum nunc hebet?* GLAR. Vet. lib. *Ferrumne hebet, an dextrae torpent?* Forte ita legendum: *Ferrumne nunc hebet?* SIG. Scripti *Ferrum nunc hebet.* Andreas *Ferrum non habet.* Aldina *Ferrum nunc habet.* J. FR. GRON. In contextu quidem Aldus ita dedit, sed operarum lapsu, quod etiam inter errata emendatum est *hebet*; is enim est, quem indicat Glarean. quemadmodum alter, qui legit *num hebet*, est, qui praefuit ed. Mogunt. *Ferrumne hebet* unus ex meis Lov. 2. quod perperam Sigonio placuit; quum reliqui, uno vel altero exsepto, legant *nunc hebet?* quod probum est. Saepe enim altera dubitandi particula in priori membro reticetur. V. ad 8, 7, 8. aliisque locis.

Digitized by Google

liti estis, nunc paucis plures vix restatis. Romam vos expugnaturos, si quis duceret, fortes lingua, ja-
10 *ctabatis. En nunc minor est res. hic experiri vim virtutemque volo. Expugnate Nolam, campestrem urbem, non flumine, non mari septam: hinc vos ex tam opulenta urbe praeda spoliisque onustos vel ducam, quo voletis, vel sequar.*

1 XLVI. Nec bene, nec male dicta profuerunt ad
2 confirmandos animos. Quum omni parte pelleren-

Nunc paucis plures vix resistitis] Emendarunt *vix restatis*. Ego *resistitis* malim. GLAR. Vet. lib. *resistitis*. SIG. Videtur haerere Sigonius. non est necesse. nam, *restare* idem esse cum *resistere*, sciri poterat ex Cicerone, Salustio, poëtis. GRUT. *resistitis*, quod habent Lovel. 5. Harl. Hafn. Gaertn. Rec. Hearnii D. et edd. usque ad Aldum, natum est ex marginali expositione. *resistatis* Brancal. Latinii, et Ber. *resistis* Hav. reliqui *restatis*; quod saepe poni pro *resistitis*, supra vidimus ad 4, 58, 4. ubi monet Gebh. se *restatis* hic etiam in Pal. 1. invenisse. Paullo ante *an quid* (*proh Dii*) *est aliud* Lov. 4. et 5. Deinde *Qui perpauci plures vincere* Hearnii N. Sed tota periodus *qui pauci plures vincere* etc. *vix restatis* deest in ejusdem L. 1.

Fortes lingua jactabatis] Pal. 8. *fortes linguam*. Infra 31, 44, 9. *Athenienses quidem literis verbisque, quibus solis valent, bellum adversus Philippum gerebant*. 35, 49, 2. *Aetolorum omnem ferociam in verbis, non in factis, esse; et in conciliis magis concionibusque, quam in acie, apparere*. Val. Flacc. 3, [631.]

— — *tali mentem pars maxima flatu*
Erigit, et vana gliscunt praecordia lingua.

GEBH. *fortes linguam* etiam Lovel. 4. et Flor. a m. 1. Livius tamen similes locutiones minus affectavit; et hinc, invitis optimis codd. ei obgerendas non existimo.

§. 10. *Enim minor est res*] Opinor legendum *En minor*, vel *En nunc minor est res*. VALLA. Corrumpendo huic loco auctor fuit Valla, qui eam, quae nunc in vulgaribus regnum tenet, lectionem commentus ex ingenio reposuit. prisca ed. *Et enim minor res est hic: experiri vim* etc. Pal. 2. *Cum minor res est*. tert. *Enim vero minor res est hic: experiri vim virtutemque volo expugnare*. prim. vero omnium emendatissime *Enim minor res est hic. Experiri vim virtutemque volo. expugnare Nolam, campestrem urbem*. Ex cujus ductu eruo meo animo verissimam lectionem: *Enim minor res est hic* (*experiri vim virtutemque volo*) *expugnare Nolam, campestrem urbem, non flumine, non mari septam*. Dicit Annibal, vos fortes tantum lingua Romam expugnaturos minitabamini. Minoris negotii incidit jam expugnatio, hic ego vestra dicta ad effectum procedere volo. Vel ista verba ex-

Digitized by Google

tur, Romanisque crescerent animi, non duce solum adhortante, sed Nolanis etiam per clamorem, favoris indicem, accendentibus ardorem pugnae, terga Poeni dederunt, atque in castra compulsi sunt. quae 3 obpugnare cupientes milites Romanos Marcellus Nolam reduxit, cum magno gaudio et gratulatione etiam plebis, quae ante inclinatior ad Poenos fuerat. Hostium plus quinque millia caesa eo die, vivi ca- 4 pti sexcenti, et signa militaria undeviginti, et duo

periri vim virtutemque volo ironice sunt prolata. Minime vestra virtus in tantulo oppido periclitanda erat, qui Romam expugnaturos vos jactabatis. *Enim* sic posita offendit correctores. Ab initio periodi posita quoque est in Pall. codd. 34, 32, 13. *Enim ut jam ita sint haec, quid ad vos, Romani? Τὸ At* ab imperito ludimagistro adsutum est ibidem. GEBH. Optimi: *Enim minor est res*, ut fuit ante Vallam. J. FR. GRON. *Et enim minor est res* Voss. Lovel. 1. et 4. *Et enim minor res est* Lovel. 2. 3. Ber. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Cum minor est res* Lov. 5. *En minor est res* Cant. *Cum enim minor res est* Gaertn. *Enim minor res es* Flor. et Harl. V. infra ad 34, 32, 13.

§. 2. *Per clamorem favoris judicem*] Ego *favoris indicem*, ut apud Cicer. pro Rabir. [perd. reo 6.] *Quin comprimitis istam vocem, indicem stultitiae, testem paucitatis.* VALLA. V. ad 5, 26, 6.

Accedentibus ad ardorem pugnae] Repone cum optimis *accendentibus ardorem pugnae.* J. FR. GRON. *accendentibus ardorem*, praeter Harlej. qui *ad ardorem*, omnes mei, et Hearnii L. 1. ac N. in margine. Saepe *accedere* et *accēdere*, id est *accendere*, commutantur in scriptis. V. ad 2, 45, 9. c. 46, 7. 4, 58, 11. 6, 39, 5. 9, 23, 8. 10, 6, 4. et 36, 29, 2. Adde viros doctos ad Val. Max. 2, 2, 9. Cort. ad Sall. Jug. 20. et quae notavi ad Silii 14, 26. Similiter etiam *incedere* et *incendere*. V. ad 4, 38, 4.

§. 3. *Nolam reducit*] Ita primum editum vidi Paris. anno 1573. Priores habent *reduxit*, quod etiam revocavi. Consentiunt enim Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. pluresque alii. Neque aliter est in Hearnii Oxon. Paullo ante *obpugnare volentes*, pro *cupientes*, Lov. 4. et 5. quod est ex glossa.

§. 4. *Hostium plus mille caesi eo die, capti mille sexcenti*] Vet. lib. *Hostium plus vel caesi, vel eo die vivi capti quinque millia.* Suspicor autem legendum: *Hostium plus vel caesi eo die, vel vivi capti quinque millia.* siquidem Plutarchus hunc numerum edit in Marcello [p. 304.] ubi hunc totum locum ita vertit: *νεκροὺς μὲν γενομένους πεντακισχιλίους, καὶ τῶν ἐλεφάντων τέσσαρας μὲν πεσόντας, δύο δὲ ζωοὺς ἁλόντας.* SIG. Confusi hoc loco libri omnes. Pal. 1. *Hostium* (hic supra scriptum

Digitized by Google

5 elephanti. quatuor in acie occisi. Romanorum minus mille interfecti. posterum diem induciis tacitis, sepeliendo utrimque caesos in acie, consumserunt. Spolia hostium Marcellus, Vulcano votum, crema-
6 vit. Tertio post die (ob iram credo aliquam, aut

haud). *vel caesi* (ad marginem *quatuor milia*) *vel eo die vivi capti* (suprascriptum *milia V*) *DX*, *et signa militaria XX*, *et duo elephanti*, *quatuor in acie occisi*. sec. *Hostium plus* $\overline{X}$ *vel caesi*, *vel eo die vivi capti DC*. *et signa militaria XX*, *et duo elefanti*, *quatuor in acie occisi*. tert. *Hostium plus vel caesi*, *vel eo die vivi capti mill. V*. *et signa militaria XX*, *et duo elefanti*, *IIII*^{or} *in acie caesi*. GEBH. Sigonius *Hostium plus vel caesi eo die*, *vel vivi capti quinque millia*. Et eundem sane numerum edidit Plutarchus, qui vertisse Livium videtur. Put. *Hostium plus vel causa eo die vivi capti de et signa*. Scribe, *Hostium plus VCIↃ caesa eo die*, *vivi capti sexcenti*, *et signa*. Hoc verum est. nam repetitum *vel* non nisi in admodum recenti libro invenimus; estque fartorum, non Livii. J. FR. GRON. Repetitum *vel* in plerisque meis, inter alios vero in vetustissimo Flor. superest: nihilominus tamen, posteriori loco ex interpolatione scribarum esse, Gronovio adsentior. Ceterum similes fere, ac Gebhardus et Gronov. in suis codd. invenerunt, etiam in meis lectiones obvias habui, aut parum inde differentes; quas anxie recensere operae non est. Puto enim veram ex Mstorum vestigiis scripturam a Gronovio investigatam esse. Pro *sexcenti*, sive *DC*, etiam alibi in scriptis substitutum *de* obcurrit. V. ad 27, 28, 11.

Signa militaria undeviginti, *et duo elephanti*; *quatuor in acie occisi*] *signa militaria XX*, *et duo elephanti* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. quomodo etiam errant quidam codd. infra hoc lib. c. 49, 1 *signa militaria XXII*. *elephanti* ejusdem N. *signa militaria viginti et duo*, *elephanti* Lovel. 2. et edd. antt. usque ad Aldum, nisi quod Mogunt. etiam τό *et* omittat. Verum ex Plutarchi, a Sigonio adverba praec. laudati, loco constat, praeter quatuor elephantos in acie caesos, etiam duos vivos captos esse. Tum *in acie* desit in Lovel. 4. et Hearnii L. 1.

§. 5. *Induciis datis sepeliendo utrimque caesos*] Meus liber *induciis tacitis*. Nihil verius. *Tacitae induciae*, quae sine pacto, mutuo velut consensu. Liv. 2, [64, 8.] *Intercessere pauci dies*, *velut tacitis induciis utrimque quiete sumta*. Et alibi [2, 18, 11.] *Tacitae induciae quietum annum tenuere*. Justinus 6, [7.] *Quum quasi tacito consensu induciae essent*. LIPS. 3. Epist. Quaest. 19. *induciis datis* quidem vetus ed. sed rectius Pall. tres *induciis tacitis*, ut et Lipsii liber refert. *Tacitae* enim *induciae*, quae, quiescentibus utrimque hostibus, ex placito consensu agantur. Justin. 6, 7. *Quum quasi tacito consensu induciae essent*. quod explicat c. 8. *Ita velut ex placito consensu a proelio disceditur*. Liv. 2, 64, 8. 24, 17, 8. *Poenus tacita etiam confessione victus castris se tenuit*. Simile

Digitized by Google

spem liberalioris militiae) mille ducenti septuaginta duo equites, mixti Numidae Hispanique, ad Marcellum transfugerunt. eorum forti fideliqne opera in eo bello usi sunt saepe Romani. Ager Hispanis in Hi- 7
spania, Numidis in Africa post bellum, virtutis caus-

habetur 34, 19, 8. *Dein saepe munimenta eorum velut communi pacto commercio privatis induciis ingredientes.* GEBH. Ita quoque, praeter unum Gaertn. omnes mei. V. ad 2, 18, 11.

Sepeliendo utrimque caesos in acie consumserunt] *uterque* Gaertn. et edd. ante Aldum. *uterque consumserunt*, ut *utraque pars urguent* 9, 21, 4. *utraque manus incluserunt sese Heracleam* ex emendatione Gronovii 36, 16, 6. *uterque coïerunt* Epit. Liv. 122. V. etiam ad 3, 18, 7. 39, 38, 9. et 40, 30, 9. Quum tamen ceteri omnes codd. stent a lectione Aldina, eam etiam servandam puto. Hinc *suos caesos*, adjecta priori voce, eaedem edd.

Spolia hostium Marcellus, Vulcano votum, cremavit] Per ad. positionem haec dici, recte Doujatius vidit. Et in hanc lectionem conspirant non tantum omnes edd. sed et plerique codd. paucis dissentientibus. Nam *spolia hostium Vulcano vota* legunt Lovel. 3. 4. et 5. *Vulcano ex voto cremavit* Ber. Hav. et Brancal. Latinii.

§. 6. *Tertio post die mille ducenti septuaginta duo equites* etc.] Hoc sic vertit Plut. [in Marcello p. 304.] *ἡμέρᾳ τρίτῃ μετὰ τὴν μάχην ἱππεῖς Ἰβήρων καὶ Νομάδων μιγάδες ἀντομολοῦσιν ὑπὲρ τοὺς τριακοσίους.* Discrepat autem in numero, nisi forte legendum *ὑπὲρ τοὺς χιλίους τριακοσίους.* SIG. Numerum equitum a Plutarcho editum in menda cubare. monuit etiam Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii. Nihilominus tamen vox *mille* deest in Flor. quam reliqui constanter servant, sed magnam partem in adjuncto numero minori differunt. nam *septuaginta equites* Voss. Lovel. 1. 2. Gaertn. Hav. a m. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *LXIII equites* Ber. *septuaginta III equites* Hearnii N. Mox *mixti* exsulat a Lovel. 4. 5. et Hearnii L. 1. Deinde *confugerunt* Lovel. 3. Ber. Hav. et Hearnii N. a manu altera.

§. 7. *Ager Hispanis in Hispania, Numidis in Africa post bellum, virtutis caussa, latus datus est*] *Τὸ latus* non habet Put. a m. 1. postea adscriptum est *locus*, ut fere habent scripti post illum antiquiores. Quidam, ut magis aptum redderent, fabricarunt *et locus datus est.* inde vulgata propagata videtur. Nec me praeterit in lege Thoria, *quemve. agrum. locum. de. eo. agro. loco. qui. publicus. po. Romani.* etc. *adsignatum. esse. fuisseve. judicaverit.* et similiter in eadem centies. Neque oblitus sum *latifundia*, aut Ciceronis 3. Verr. [51.] *Magni et navi aratores agros latos ac fertiles desererent.* aut Virgilii 2. Georg. [468.] *latis otia fundis.* Ovid. 7. Met. [767.] *et latos indagine cinximus agros.* similiaque apud agrimensores. Nimirum non, quid non male dictum sit, sed primam fidissimamque scripturam quaerimus. J. FR. GRON. Lipsius 1. Ant. Lect. 22. scripserat *latum*

Digitized by Google

8 sa, latus datus est. Hannibal, ab Nola remisso in Bruttios Hannone, cum quibus venerat copiis, ipse
9 Apuliae hiberna petit, circaque Arpos consedit. Q. Fabius, ut profectum in Apuliam Hannibalem audivit, frumento ab Nola Neapolique in ea castra convecto, quae super Suessulam erant, munimentisque firmatis, et praesidio, quod per hiberna ad tutandum locum satis esset, relicto, ipse Capuam propius movit castra, agrumque Campanum ferro ignique est
10 depopulatus. donec coacti sunt Campani, nihil admodum viribus suis fidentes, egredi portis, et castra

donum esse formam loquendi veterem in donationibus; sed tamen hic etiam ad latitudinem agri referri posse. Sed non potest ex hoc uno loco, cujus scriptura incerta est, probari, hanc fuisse veterem formam loquendi in donationibus. DUK. *locus datus est* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Gaertn. et Rec. *vel locus datus est* Ber. Hav. et Hearnii N. in quo posteriore voculam *vel* manus recentior erasit. Sed *τὸ latus* non adparet in Harl. et Hafn. quam vocem etiam delendam, et vitiosam *τοῦ datus* repetitionem esse, censebat Crevier. Praeterea *et Numidis in Africa* Flor. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. Primus Froben. anno 1535. *τὸ et* omisit. Mox §. seq. *in quibus venerat copiis*, pro *cum quibus*, Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. et Harl.

§. 9. *Quod per hiberna ad tutandum locum satis esset*] Put. Pet. Men. Voss. *ad petendum locum*. An fuit *tenendum?* Lib. seq. [c. 7, 1.] *Ad tentandas urbes, quae praesidiis tenebantur Romanis* J. FR. GRON. *ad petendum locum* Flor. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hearnii L. 1. ac N. quorum ultimus *tutandum* habet in margine. *ad tuendum locum* Lovel. 3. Ber. et Hav. unum e suis *ad tenendum locum*, ut Gronov. emendarat, praeferre, auctor est Crevier. Mox §. seq. *egredi portas* in Palat. 2. esse, supra monuit Gebhard. hoc lib. c. 16, 10. Sed nostri nihil mutant.

§. 12. *Inter multos nobiles equites Campanos acerrimus erat Jubellius, cognomine Taurea*] Vide, an non eandem rem bis dicat: *Inter nobiles equites Campanos acerrimus erat*, et *longe omnium Campanorum fortissimus eques*. Fortassis autem et locus mutilus, nisi quis adjectum aliquid authori contendat, quod verisimilius. GLAR. Pal. 1. *Campanus Cerrimus*. sec. *Campanus acerrimus Jubellius*. a Pal. 3. abest *τὸ nobiles*. GEBH. Omnes libri alicujus meriti *Inter multos nobiles equites Campanos Cerrinus Jubellius erat, cognomine Taurea*. Eam gentem nobilem Capuae fuisse, apparet ex 39, [13, 9.] *Nam et viros eam primam suos filios initiasse Minium et Herennium Cerrinios*.

Digitized by Google

ante urbem in aperto communire. Sex millia armatorum habebant, peditem inbellem: equitatu plus poterant. itaque equeſtribus proeliis laceſſebant hoſtem. Inter multos nobiles equites Campanos Cerrinus Jubellius erat, cognomine Taurea. civis indidem erat, longe omnium Campanorum fortissimus eques: adeo ut, quum apud Romanos militaret, unus eum Romanus Claudius Asellus gloria equeſtri aequaret. Hunc Taurea quum diu perluſtrans oculis obequitaſſet hoſtium turmis, tandem facto silentio, *ubi esset Claudius Asellus?* quaesi-

11 12 13

Ibidemque Minius ille *Cerrinus* vel *Cerrinius* (etenim variant scripti) bis appellatur. J. FR. GRON. *Cerrinus* vel *Cerinus* praeter Hearnii L. 1. et N. etiam omnes mei, nisi quod *Acerrius* sit in Harl. et Gaertner. *acerrimus* in Lovel. 5. et Rec. Ceterum quamvis nominum, si a Romanis discedas, ratio per Italiam obscura sit, puto tamen *Cerrinus* praenomen esse, at *Cerrinius* nomen gentile apud Liv. 39, 13, 9. Ita *Mettus*, *Tullus*, *Attus* praenomina, *Mettius*, *Tullius*, *Attius* nomina gentilitia fuerunt. V. ad 1, 23, 4. Qui autem hic *Cerrinus Jubellius Taurea*, infra vocatur, omisso praenomine, *Taurea Jubellius* 26, 15, 11. Praeterea *Campanus* Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. 4. et Gaertn. Male. Mox enim sequitur *eum civem indidem* fuiſſe: nunc tantum innuit, eum inter equites Campanos apud Romanos militasse.

Civis indidem erat] *qui unus erat* Hearnii N. *civis ibidem erat* Voſſ. Lovel. 1. 2. Gaertn. Hav. et typis excusi ante Aldum. *civis itidem erat* Lovel. 4. et 5. *civis is idem erat* Lovel. 3. *civis idem erat* Flor. a m. 1. Nihil muto. *Indidem* Livio amata vox eſt, de qua v. ad 39, 8, 8. Mox forte legendum *aequarit*, pro *aequaret*.

§. 13. *Hunc Taurea quum diu perlustrans oculis obequitasset*] Singulare certamen Jubellii Taureae Campani et Claudii Aselli Romani eleganter describit noſter Silius, ad verbum fere Livium secutus, nisi quod, ut omnia passim, locus ille valde vulgo mendosus est apud eum poëtam [13, 142.] quem hic a me, imo a membranis meis, ita emendes licebit.

Dum pavitant, spumantis equi fera corda fatigans
Evehitur porta sublimis Taurea cristis etc.

MOD. *Hunc* non habet, cum quo jungi poſſit, nisi cum *perlustrans oculis*. Sed non satis intelligo, quomodo Taurea dicatur *perlustrasse oculis Claudium*, qui ubi eſſet, ignorabat. nam *lustrari* et *perlustrari oculis* dicuntur, qui coram adsunt, et cernuntur. Si locus recte se habet, adnotandum eſt genus loquendi *perlu-*

Digitized by Google

14 vit. *et, quoniam verbis secum de virtute ambigere solitus esset, cur non ferro decerneret; daretque opima spolia victus, aut victor caperet?*

1 XLVII. Haec ubi Asello nunciata sunt in castra, id modo moratus, ut consulem percunctaretur, liceretne extra ordinem in provocantem hostem pugnare? permissu ejus arma extemplo cepit:
2 provectusque ante stationes equo, Tauream nomi-
3 ne compellavit, congredique, ubi vellet, jussit. Jam Romani ad spectaculum pugnae ejus frequentes exierant: et Campani, non vallum modo castrorum,

strare aliquem oculis, pro circumlatis in omnes partes oculis quaerere. DUK. Cl. Crevier. vel jungit *quaesivit hunc, ubi esset*, et *rà Claudius Asellus*, quae abesse poterant, vitandae obscuritatis caussa addita putat: vel ex quatuor codd. suis legit *Hic Taurea*; quod apud me etiam superest in Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Ber. Harl. Hafn. Gaertn. Hav. apud Hearnium in N. tum in Brancal. Latinii, et edd. usque ad Aldum. Quum tamen optimi codd. stent pro vulgato, illud malo. *Lustrare* enim et *perlustrare* pro oculis quaerere in usu esse, docui ad Silii 17, 518. Ceterum locum Silii satis longum, quem Modius laudavit, omisi, quia omnia eadem vitia, quae erant in mendosissimis edd. contra fidem, quam dederat, servabat. Melius ipse in Novant. aliique de loco Silii meriti sunt, quos in ed. mea vide. Mox *silentio facto* Flor.

§. 14. *Daretque opima spolia victus*] *Opima* proprie dici spolia non potuerunt, siquidem ea opima sunt, quae dux duci detraxerit: dux autem sit, cujus auspiciis bellum geratur, ut supra traditum est. Neuter enim eorum equitum dux erat. SIG. V. Perizonii Animadv. Hist. 7. p. 250.

§. 1. *Asello nunciata sunt*] *sunt nunciata* Flor. Lovel. 3. 5. Harl. Ber. et Hav. Mox *in provocantem hostem extra ordinem pugnare* Ber.

§. 3. *Jam Romani ad spectaculum pugnae ejus*] *In Romani* Flor. a m. 1. *Hinc Romani* a m. 2. Mox *repleverunt* idem Flor. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hav. et edd. usque dum Basil. anno 1554. *repleverant* ederetur.

§. 4. *Sine vulnere pugnam extrahebant*] Auctor est Gronov. ad 6, 27, 10. in Putean. esse *extraherebant*. cujus scriba duplicem lectionem *extrahere* et *extrahebant* conjunxit, ut saepe factum vidimus ad 3, 44, 4. Ex his posteriorem reliqui librarii, Gronovius vero priorem probarunt.

§. 6. *Equum in viam Claudius egit*] Ant. ed. *duxit*. Pal. 1. *in viam jam delegit*. Reliqui duo

Digitized by Google

sed moenia etiam urbis prospectantes repleverant. Quum jam ante ferocibus dictis rem nobilitassent, 4 infestis hastis concitarunt equos. dein libero spatio inter se ludificantes, sine vulnere pugnam extrahebant. Tum Campanus Romano, *Equorum*, inquit, 5 *hoc, non equitum, erit certamen, nisi e campo in cavam hanc viam demittimus equos. ibi nullo ad evagandum spatio cominus conserentur manus.* Dicto 6 prope citius equum in viam Claudius dejecit. Taurea, verbis ferocior, quam re, *Minime sis*, inquit, *cantherium in fossa.* quae vox in rusticum inde pro-

dejecit. GEBH. Put. Pet. Men. Pal. Voss. *delegit.* Scribe *dejecit*, ut reliqui duo habent Pall. Caesar 1. Civ. [18.] *Lucretius et Attius de muro se dejecerunt.* Statius 7. Theb. [429.] *magno cum fragmine ripae Contantem dejecit equum.* Sic Lucan. 4, 745. de Curione: *Medios aciem dejecit in agros.* Quod et nos in duobus scriptis invenimus, et habuerunt sive Pulmanni sive Bersmanni codices. J. FR. GRON. Vulgatum *egit* est in Lovel. 1. 3. et Hearnii D. quod primum ex edd. habuit Aldina; priores vero *duxit.* Sed *delegit* Flor. Cant. Lovel. 2. 4. Harl. Gaertn. et Hearnii N. neque aliter Ber. a m. 1. *detraxit* a m. 2. *dejecit* Lov. 5. Hav. et Hearnii L. 1. V. etiam Gronov. ad Suet. Aug. 13.

Minime sis, inquit, cantherium in fossam] Vos emendatis *minime scis*, quum eodem modo hic dicatur *sis* adverbialiter quo *agesis;* quod exponunt *si vis.* cujus generis sunt plurima exempla. VALLA. *scis* et *in fossa* D. Erasmus Roterodamus praeceptor noster legit. Quidam *sis* legunt, ut Valla, pro si vis, et *in fossam*, pro *in fossa.* Sed verba sunt obscura, ut idem in nobili illo adagionum opere fatetur. GLAR. *Καν̓θήλιον* Graecis asinus et clitellae. Inde Latinis *cantherius* equus castratus: et *cantherius* vel *cantherium* adminiculum vel pedamentum vitium, instar furcae et patibuli humilioris. Columella 4, 12. Fodiebantur vineae: in fossa figebantur cantherii, quibus applicabantur et imponebantur tenerae vites. Igitur proprie *cantherium in fossa* est, ubi cantheriata vitis est. Sed quia *cantherius* etiam genus equi est, via autem cava propter altiorem utrimque campum vel agrum instar fossae, illudens Taurea, postquam Claudius equum egerat in viam cavam, *en*, inquit, *cantherium in fossa:* vel, *Hoc possis vere dicere cantherium in fossa, quod ego me esse nolo.* Quod quidem dictum nullam aliam tum temporis vim habebat, quam ut invidiam ignavi turpisque discessus dicenti minueret, ut solebant solentque hodie homines rerum atrocium ac foedarum urbanitate *τὴν μοχθηρίαν περιπέττειν*, ut Aristophanes, *subducere*, ut M.

Digitized by Google

7 verbium prodita. Claudius, quum ex via longe perequitasset, nullo obvio hoste in campum rursum evectus, increpans ignaviam hostis, cum magno gau-
8 dio et gratulatione victor in castra redit. Huic pugnae equestri rem (quam satis certam, communis existi-

Seneca loquuntur, et deprehensi *pudorem suum ridiculo aliquo explicare*, ut Fabius Quintilianus [6, 3.] Sic Livius Drusus *muriam turdorum* Marcii Philippi, cum collum ei torsisset, profluentem sanguinem appellabat: sic sacrilegia Dionysius et Alexander Zabinas apud Justinum *facetis jocis circumscribebant*. Nec vero hujus auctor Jubellius, sed vetus proverbium rusticum videtur fuisse. *Minime sis cantherium in fossa*, id est, ne sinas alios de te crescere, ut vitis crescit stante et adminiculante cantherio. Et quadrat in omnes, qui suo damno alienas opes alunt: per quos augentur et extolluntur, qui ipsos, per quos creverunt, olim sunt oppressuri. Sic *cantherium in fossa* Pompejus fuit Caesari, et Antonius Lepidusque Octavio: et multi quotidie sunt aliis. Et plura sunt ejusmodi proverbia, vetustissimos Romanorum agricolas fuisse testantia. Ut, *ita fugias, ne praeter casam*: et *plaustrum perculi*: et, *habeto cum porcis, cum fiscina*: et verbis *delirare, praevaricari*, ac similia. J. FR. GRON. Schefferus 2. de re vehic. 2. legit *minime. scis, inquit, cantherium in fossa*. quasi dicat Taurea, scis fabulam antiquam de cantherio in fossa, sive via cava. Arripuit *scis* ex Erasmo in hoc proverbio; in eoque, quod Erasmus fortassis vitiosam aliquam editionem secutus scripsit, fundamentum interpretationis suae posuit. Sed Gronovius et Hearnius nihil varietatis in hac voce ex libris suis adnotant. Erasmi interpretatio simplex et satis congruens sententiae hujus loci est. Sed ex Livii verbis parum liquere adagii sensum ideo dicit, credo, quod non perspiciebat, quae sententia in voce *scis* esset. Quomodo autem Gronovius voluerit intelligi, quod scribit, *vetus proverbium rusticum fuisse*, non scio; nam Livius hanc vocem *inde* in proverbium rusticum abiisse auctor est. DUK. *minime sic* Lovel. 2. *minime scis* Lovel. 3. 4. et Ber. *nonne scis* ed. Rom. anni 1472. *nomine scis* Parm. Hinc *cancerium* Lovel. 3. *cancherium* Hafn. *cautherium* Rec. *cauterium* vetustae edd. plures. *canterium* Rom. anni 1472. Tandem *in fossam* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. Existimat autem Crevier. Tauream etiam ludere potuisse in cognomen adversarii. *Καν θήλιος* enim Graecis asinum notabat, Claudius autem *Asellus* cognominabatur. Cui obstare videtur, Tauream usum esse Latina voce *Cantherium*; eam vero pro asino usurpari non memini.

§. 7. *Quum ex via longe perequitasset*] Quid est *ex via perequitare* de eo dictum, qui adhuc in via equitat, et nondum ex ea in campum evectus est? *perequitare* autem dixit Liv. 5, 28, 12. et cum praepositione *per*

Digitized by Google

existimatio est) mirabilem certe, adjiciunt quidam annales: quum refugientem ad urbem Tauream Claudius sequeretur, patenti hostium portae invectum, per alteram, stupentibus miraculo hostibus, intactum evasisse.

XLVIII. Quieta inde stativa fuere, ac retro et-

Caesar 4. B. Gall. 23. et 7, 66. DUK. Cl. Ant. Perizon. ad marginem Livii adscripsit, vel invitis libris legendum esse, *quum ea via*. Id certe malo, quam cum Cl. Crevier. ita verba invertere, quasi Livius scripsisset, quum ex via in campum rursus evectus longe perequitasset. Solent autem literae *X* et *A* passim a librariis commutari. Plurima exempla v. ad 40, 59, 8. Mox *rediit* Lovel. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. V. ad 36, 35, 2.

§. 8. *Quam aetatis communis certe existimatio est*] Ego sic, *quam satis certam, communis existimatio est*. VALLA. Orta est haec lectio ex conjectura Vallae. Interim prisca ed. *communis certe aestimatio est*. Pal. pr. *quam aetatis communis certa aestimatio est*. tert. *qua aetatis communis certe existimatio est*. GEBH. Vallae haec conjectura. Men. Voss. tres Pall. *quam etatis communis certe existim*. Put. Pet. *quam vetatis communis certe*. Suspicari queas, scripsisse auctorem: *rem (quam vera sit, communis existimatio est) mirabilem certe, adjiciunt*. 4, [20, 8.] de spoliis opimis Cossi: *Qui si in ea re sit error, quod tam veteres annales, quodque magistratuum libri* etc. *habeant, existimatio communis omnibus est. To certe* praepostere interpositum videtur. J. FR. GRON. *ejus aetatis communis certe aestimatio est* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *de qua communis certe existimatio est* Ber. et Hafn. *quae aetatis communis certe existimationis est* Lov. 3. *quam aetatis communis certe existimatio est* Cant. Harl. Doujatii Colbert. et Hearnii L. 1. ac N. Neque multum hinc abeunt reliqui. *cujus aetatis* habet Hearnii N. in margine. *qua aetatis* Lovel. 4. *quam aetate* Gaertn. *quam vetatis* Flor. Deinde *extimatio est* Lovel. 5. *existimatione* Voss. Lovel. 1. 2. et Hav. Gronovius priori ed. not. conjecerat *quam veram taceo: communis certe existimatio est:* cui eam subposuit, quam hic praemisi. Perizon. tandem in Animadv. Hist. c. 7. p. 281. *quam veram, communis per me existimatio est*. Sed *quam vera sit* propius ad Put. ac Pet. quibus ex meis Flor. consentit, vestigia accedit. Contra autem, quum *certe* constanter in omnibus supersit codicibus, eaque vox, quia mox iterum sequitur, hic ferri nequeat, ejus loco cum Peris. lego *per me*. Ita igitur ex ejus et Gronov. conjectura lego: *quam vera sit, communis per me existimatio est*. Pro *per me* librarii dederunt *certe*, quomodo etiam *per te* et *certe* saepe commutarunt. V. Cel. Burm. ad Ovid. 1. Her. 3. et Calpurn. 5, 10.

§. 1. *Retrò etiam consul movit castra*] Pal. 2. *retro quidem consul*. Mox lege *quam jam altae in segetibus herbae pabu-*

Digitized by Google

iam consul movit castra, ut sementem Campani facerent: nec ante violavit agrum Campanum, quam jam altae in segetibus herbae pabulum praebere
2 poterant. id convexit in Claudiana castra super Suessulam; ibique hiberna aedificavit. M. Claudio proconsuli imperavit, ut, retento Nolae necessario ad tuendam urbem praesidio, ceteros milites dimitteret Romam, ne oneri sociis, et sumtui reipubli-
3 cae essent. Et Ti. Gracchus a Cumis Luceriam in Apuliam legiones quum duxisset, M. Valerium inde praetorem Brundisium, cum eo, quem Luceriae habuerat, exercitu misit, tuerique oram agri Sallentini, et providere, quod ad Philippum bellumque
4 Macedonicum adtineret, jussit. Exitu aestatis ejus, qua haec gesta perscripsimus, literae a P. et Cn.

la praebere poterant. Elegante ὑφὲν *jam-altae.* GEBH. Quid de figura illa ὑφ' ἓν existimem, supra dixi ad 2, 52, 7. et 5, 3, 2. neque nunc sententiam muto. Ceterum vulgo editur *pabulum praebere*, pro quo Gebhard. *pabula* substituit, forte ex fide Pall. Certe ita praeferunt Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. N. et edd. ante Aldum. Optimi tamen in receptam lectionem non male consentiunt. Supra 1, 7, 4. *Loco herbido, ut quiete et pabulo laeto reficeret boves, procubuisse.*

§. 3. *In Apuliam legiones dum duxisset*] Scribe *quum duxisset.* J. FR. GRON. Ita legunt Flor. Voss. Lov. 2. 4. Ber. Gaertn. Hav. et vett. edd. *Tò dum* primum vidi in edd. Curionis, tum Lugdun. anni 1553. hinc Paris. anni 1573. et ita in recentioribus plerisque, pro quo deinde Doujat. Hearnius et Crevier. recte *quum* receperunt. V. ad 1, 40, 7. Mox *oram Salentini*, omissa media voce, Voss. et Lov. 1. ac 2. *oram litoris Salentini* Hafn. *oram Salenini litoris* Ber. *oram agri Salentini litoris*, duplici lectione simul recepta, Hav. Ceterum, *Sallentini* duplici liquida scribendum esse, Sigonius supra monuit ad 10, 2, 3. quomodo etiam hic praefert Flor. quem monentem quum alibi in hac re audiverint editores, hic nunc deserere non debuerant.

§. 4. *Sed pecuniam in stipendium, vestimentaque, et frumentum*] Hanno libro praecedente [immo hoc lib. c. 12, 14.] Magone eadem de Hannibale exercituque ejus victore conquerente, *quid aliud*, inquit, *si spoliatus, si exutus castris esses, peteres?* Sed fortassis importuna haec. GLAR. *sed pecuniam in his sti-*

Digitized by Google

Scipionibus venerunt, quantas, quamque prosperas in Hispania res gessissent. sed pecuniam in stipendium, vestimentaque, et frumentum exercitui, et sociis navalibus omnia deesse. Quod ad stipen- 5
dium adtineat, si aerarium inops esset, se aliquam rationem inituros, quo modo ab Hispanis sumant. cetera utique ab Roma mittenda esse: nec aliter aut exercitum aut provinciam retineri posse. Literis 6
recitatis, nemo omnium erat, quin, et vera scribi, et postulari aequa, fateretur: sed obcurrebat animis, quantos exercitus terrestres navalesque tuerentur, quantaque nova classis mox paranda esset, si bellum Macedonicum moveretur. Siciliam ac Sardi- 7
niam, quae ante bellum vectigales fuissent, vix praesides provinciarum exercitus alere: tributo sumtus

pendium Voss. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. et N. a m. 1. *sed pecuniam in iis stipendium* edd. usque ad Ascens. anni 1513.

§. 5. *Nec aliter aut exercitum aut provinciam retineri posse*] Quidam libri *teneri*. Put. *ateneri*, adjecto superius ab altera manu novo *t*. Petav. *atteneri*. Pal. et Voss. *attineri*. Et illo vel hoc modo scribendum. J. FR. GRON. Flor. 2, 17, 18. *Plus est provinciam retinere, quum facere*. DUK. *Tò retineri* deest in Gaertn. *teneri* legunt Lovel. 5. et edd. ante Aldum. *atteneri* Flor. et Cant. *attineri* Lovel. 1. et 2. *obtineri* Lovel. 4. Harl. et Hearnii L. 1. quod Cl. Crevier. se in Victorin. invenisse, ac veram Livii manum putare monuit.

§. 6. *Nemo omnium erat, qui nec vera scribi*] Opinor sic legendum: *nemo omnium erat, quin, et vera scribi*. VALLA. Quidam mutarunt in *qui nec vera scribi*: alii in *qui non et vera scribi*. Sed vetusta lectio mihi magis placet *quin et vera scribi*. GLAR. Pall. et Voss. *qui nec vera*. Optimi *quin et vera*. ut vidit Valla. J. FR. GRON. *qui nec vera* Flor. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii D. atque L. 1. neque aliter Aldus edidit, quum antea ex Vallae sententia *quin et vera* vulgatum foret; nisi quod *qui nec vera* etiam invenerim in edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *qui non et vera* Ber. Hav. et Hearnii N. quod Froben. anno 1531. et post eum reliqui usque ad Gronov. retinuerunt.

§. 7. *Tributo sumtus subpeditari*] Lege *tributum sumtibus superari*. T. FABER. Possis *suppeditare*. ut 26, [45, 1.] *Vis magna ex ingenti copia congesta*

Digitized by Google

8 subpeditari. quum ipsum tributum conferentium numerum tantis exercituum ſtragibus, et ad Trasimenum lacum, et ad Cannas, inminutum; tum, qui superessent pauci, si multiplici gravarentur stipendio,

telorum suppeditabat. Et paſſim Cicero. Sed non eſt neceſſe. *Sumptus* hic accipe pro pecunia in sumptus, et *sumptus suppeditari* eſt Juſtino 9, [1.] *refici impensas. Tributum* vero, non quod populi, qui proprie *tributarii*, *stipendiarii*, *vectigales* dicuntur, dant, sed quod cives et Italici conferunt. Id ex eo colligas, licet, quod aït numerum id conferentium tantis ſtragibus ad Trasimenum et Cannas imminutum. Cicero ad Atticum 6. ep. 1. de rege Ariobarzane: *Nullum enim aerarium, nullum vectigal habet. Appii instituto tributa imperat.* J. FR. GRON. Fabri conjecturam respuit sententia verborum, in primisque adversativa sequens *verum*, e qua patet hoc dici, tributo quidem sumtus suppeditari in exercitus et claſſes, verum hoc non sufficere, quod numerus id conferentium plurimum sit imminutus, et quod ii, qui supereſſent, non possint multiplici stipendio gravari. DUKER. *suppeditare* unus Harl. Reliqui ſtant a vulgato. Paullo ante *Siciliam ac Sardiniam* Flor. Voſſ. Lov. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. quas vidi, ante Paris. anni 1573.

§. 8. *Verum quum ipsum tributum conferentium numerum* etc. *inminutum; tum, qui superessent*] *Τὸ quum* accipiendum eſt non *ἀντὶ τοῦ et*, nec ut ei respondeat *τὸ tum*, quod sequitur, sed quasi esset *quum interim*, *quum tamen.* Sic in eadem vicinia *τὸ tum* nullo respectu ad praecedens *quum* positum l. 4. extremo [c. 60, 2.] *Quum commoditas juvaret* etc. 22, 60, 9. *Sed quum fessis pugnando hostibus, tum victoria laetis.* Praeſtabit tamen ad depellendos hos scopulos emendare ex Voſſ. Gud. *verum eum ipsum*, et mox delere *τὸ tum*, auctoribus iisdem MSS. cum Put. idque nunc plene secuti sumus. J. FR. GRON. In vulgata scriptura *verum cum ipsum* etc. *tum qui superessent* nullum magnopere scopulum animadverto. Si de *numero* aliquid praceſſiſſet, recte diceretur *eum ipsum*, ut 4, 31, 9. *Accito exercitu ab Vejis, eoque ipso ab re male gesta perculso.* 8, 37, 2. *Inducias annuas ab urbe retulerunt: nec earum ipsarum sancta fides fuit.* 23, 12, 2. *Neminem, nisi equitum, atque eorum ipsorum primores, id gerere insigne.* Itaque quum scripti, quos omnibus praefert Gronovius, habeant *cum*, non video, cur ab iis discedendum sit; quum praesertim *eum* et *cum* facile permutentur, quod ad Suet. Calig. 4. adnotavit Cl. Burm. *tum* autem, ante *qui superessent*, etsi non in omnibus optimis, tamen in quibusdam Gronovio valde probatis, legi apparet, et facile excidere potuit, quod eadem eſt ultima syllaba vocis praecedentis *imminutum.* Paullo poſt *multiplici stipendio* eſt multiplici tributo. *Stipendium* pro tributo, ut 2, 9, 6. et 33, 42, 4. nam tributum a civibus conferebatur in stipendium. 4, 60. 23. 31. 25, 10. Perrenonius 2. Animadv. Jur. Civ. 30. non satis adcurate tributum, quod cives conferebant, a tributo ac stipendio, quod

Digitized by Google

alia perituros pefte. Itaque, nisi fide staret respubli- 9
ca, opibus non staturam. Prodeundum in concio- 10
nem Fulvio praetori esse, indicandas populo publicas necessitates, cohortandosque, qui redemturis

populis tributariis ac stipendiariis imperabatur, distinguit. DUK. Prima vox *verum* exsulat a Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. quas vidi, Ascensiana anni 1513. antiquioribus. Gronov. etiam in priori et altera notarum ἐκδόσει scriptos τὸ *verum* ignorare monuit, eamdemque vocem ex contextu ipso ejecit, quam Jac. Gronov. restituit, recisa hac parte notae paternae; cujus facti tamen nulla redditur ratio. Praeterea *eum ipsum* legunt Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. quas consului, ante Mogunt. Jam autem Cl. Crevier. qui priorem notarum Gronovii ed. consuluisse non videtur, adeoque de voce *verum* silet, eamdem ob caussam *eum ipsum*, quod se in uno e suis invenisse fatetur, inprobat, ob quam etiam Cl. Dukero displicuit. Mox quoque servandum putat τὸ *tum*, licet neque in suis codd. invenerit; a vocis enim praecedentis syllaba finali id interceptum esse. Viris doctis itaque, *quum ipsum* et *tum* revocantibus, adsensus, insuper *verum*, ita jubentibus codd. delevi. Vix tamen adhuc mihi satisfacio.

§. 9. *Nisi fide staret respublica, opibus non staturam*] Ita Sallustius in epistola Pompeji voce *fide* utitur. *Ego non rem familiarem modo, sed etiam fidem consumpsi.* Sensus est: Nisi respublica pecunia mutuo sumpta sublevetur, praesenti aerarii pecunia se sustinere non posse. SIG. Adde, quae supra notantur ad 6, 11, 8. et Cort. ad Sall. Catil. 24. Ceterum *nisi fide staret, rempublicam opibus non staturam* Flor. Lovel. 3. 4. et Hav. neque aliter Ber. nisi quod transpositis vocibus legat *pucam rem*.

§. 10. *Indicandasque populo publicas necessitates, exhortandosque*] Pall. 3. *cohortandosque*. GEBH. Scripti *indicandas populo publicas necessitates, cohortandosque*. J. FR. GRON. *indicandas populo* Flor. Lovel. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Tum *cohortandosque* praeter Gaertn. omnes mei. Paullo ante *Porro eundum*, pro *Prodeundum*, Hearnii N.

Qui redemturis auxissent patrimonia] *Redemptura* a verbo *redimere* derivata. *redimere* vero multis modis accipitur, praesertim apud Juristas. Nam *redimere* quandoque est emere. Cic. *qui merces redimunt, ut statim vendant.* Dicitur secundo *redimere* pro reemere. Cic. in Anton. [13, 5.] *Pompejo sua domus patebit, eamque non minoris, quam emit Antonius, redimet.* Ita in contractibus familiare pactum *redimendi*. Tertio pro liberare seu recuperare illos, qui sunt capti. Cic. in Offic. [2, 16.] *redimere captos a servitute.* Quarto *redimere* pro corrumpere; ut *redimere delatorem pecunia*, hoc est, eum a delatione deducere, ex Ulp. l. 29. D. de Jur. fisc. Sic *redimere sententiam*, *redimere judices* Macer l. 34. Eod. tit. et *redimere litem*, id est, futuri emolumenti litis societatem pacisci, l. 7. D. Mandati, et alibi pluries. Unde et

Digitized by Google

auxissent patrimonia, ut reipublicae, ex qua crevissent,
11 ad tempus commodarent; conducerentque ea lege praebenda, quae ad exercitum Hispaniensem opus essent, ut, quum pecunia in aerario esset, iis primis

redemtor litis, qui, certa mercede pacta litis periculum in se recipit. Ulp. l. 6. D. Mandati. et Cic. pro Q. Rosc. [15.] *Roscius societatis, non suas lites redemit.* pro Mil. [36.] *Qui palam se a judicibus redemerat.* Postremo accipitur *redimere*, pro certo pretio aliquid faciendum suscipere, ex Cic. 2. de Divin. et Celsus l. *redemptores.* D. de Rei vindic. Verum illud animadvertendum, quod sicuti *locare* proprie est pretium accipere, et *conducere* dare pro annuo fructu alicujus rei, nonnunquam tamen promiscue accipiuntur, ut adnotavit Accursius in l. 2. tit. de Exercit. act. et fusius Budaeus ibidem. ita et *redimere* licet proprie sit pretium accipere pro re facienda suscepta, nihilominus et aliquando est pretium solvere pro re conducta. Ita publicani dicebantur *vectigalia redimere*, et *redemptores* vocabantur. Ita *redemptor caesoriarum*, *redemptor sylvae*, *portus*, *venalium rerum*, *salinarum*, *metallorum*, *picariarum*, *arenariarum*, *cretae fodinarum*, *pascuorum*, et aliorum consimilium populi Romani redituum, quorum exempla passim legimus. Ita et Valla lib. 1. Eleg. *locare* etiam promiscue accipi docet. *Locare* enim *sepulturam faciendam*, inquit, tam significat dari alicui faciendam, quam se eam ad faciendam locare. Itaque *redemptores* dicebantur publicani, qui vectigalia et alios reditus publicos conducebant, et magis proprie, qui etiam aliquod opus publicum faciendum pacta pecunia in se recipiebant. *Redemptores*, inquit Festus, *proprie et antiqua consuetudine dicebantur, qui cum aliquid ad faciendum aut praebendum conduxerant effecerantque, tum demum pecunias accipiebant.* A *redemptore* dicta *redemptura*, quae est redemptio seu conductio publicorum operum, ex Ulp. l. 5. D. de Instit. act. et Cic. de Prov. [5.] *Publicanos temeritate redemptionis pene esse eversos.* Publicanorum autem ordo potentissimus Romae erat, qui redempturas exercebat, plurimumque auctoritate valebat, ut Cic. in epist. ad Lentulum, Appium, et Q. Fratrem, et in Orat. pro Planc. [9.] scriptum reliquit: *Flos equitum Romanorum*, inquit, *publicanorum ordine continetur.* et Livius 25, [3.] ait, publicanos jurgantes cum populo Romano tribunisque plebis ausos suffragio evertere concilium et turbare. Male tamen audiebant publicani, quod per initia l. 25. docuit idem Livius, ac illos pecuniosos fuisse, utpote quibus plurimum lucri ex redempturis accederet, ex hoc loco patet; nec solum singulos redempturas, sed et societate conjunctos plures exercuisse. Itaque quum vestimenta et frumentum Hispaniensi exercitui mittenda essent, tres societates hominum undeviginti id onus in se receperant, hisce pactis tamen, ne alii triennio futuro publicani essent, et, quae in naves imposuissent, ab hostium tempestatisque vi, publico periculo essent. et ita privata pecunia respublica administrata est, ut, quum pecunia in aerario esset, redemptoribus iis primis solveretur. Publicorum operum

Digitized by Google

solveretur. Haec praetor in concione edixit, qua 12
die vestimenta, frumentum, Hispaniensi exercitui praebenda, quaeque alia opus essent navalibus sociis, esset locaturus.

exstruendorum locationes passim apud eundem Livium legimus: huic vero consimilem 34, [9, 12.] *Itaque redemptoribus vetitis frumentum parare, ac Romam dimissis, bellum, inquit, se ipsum alet.* MARC. DONAT.

Crevissent, ad tempus commodarent] Pall. tert. *crevissent, tunc accommodarent.* In reliquis omnibus comparet, *crevissent, tempus commodarent.* GEBH. Abolenda est praepositio, volentibus Voss. Gud. Put. J. FR. GRON. Non possum exputare, quid sit *reipublicae tempus commodare*, ac vellem, id docuisset vir summus. In recepta scriptura apertus est et bonus sensus: ut rempublicam privato sumtu et sua pecunia ad aliquod tempus adjuvarent, quoad pecunia in aerario esset. *Commodare alicui* Ciceroni quam plurimis locis, quae hic nihil attinet describere, est, facere, quod alicui commodum, gratum, utile sit, quod aliquem juvet. *ad tempus* autem non solum est temporis caussa, vel prout ratio temporis postulat, verum etiam ad aliquod, ad breve tempus. Justin. 14, 2. *Erat quidem solutus metu mortis ad tempus Eumenes; sed nec salutis, dimisso exercitu, magna spes erat.* Florus 1, 6. *Substitutus in locum regis, quasi ad tempus.* Et ita hic accipiendum esse *ad tempus*, suadent sequentia, *ut, quum pecunia in aerario esset, iis primis solveretur.* DUK. Praepositio *ad* deest etiam in Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et, quas vidi, edd. ante Ascens. anni 1513. Eamdem quoque omnes suos abjicere, testis est Cl. Crevier. qui *tempus reipublicae commodarent* ita exponit: ut commodis reipublicae hactenus inservirent, ut non pecuniae tamen, sed temporis gratiam facerent. *ad tempus accommodarent* est in Hav.

§. 11. *Conducerentque ex lege praebenda*] Considerandum lectori, quae sit illa lex. GLAR. Nihil desideratur, contra quam censet Glareanus. Lex enim, quam requirit, haec est, ut conducerent ea lege, ut, cum primum pecunia in aerario esset, iis primis solveretur. Hinc ego malim legi *conducerentque ea lege.* SIG. Sigonius e conjectura *ea lege*; sed libri MSS. omnes, ut et vet. ed. repugnant. GEBH. Quamvis omnes libri *ex lege* servent, haud dubie tamen verum esse *ea lege*, ut Sigonius conjecit, pronunciat Gronov. 4. Obs. 4, 53. Literas *X* et *A* saepissime in Msstis confundi, infra videbimus ad 40, 59, 8.

§. 12. *Haec praetor in concione edixit*] Malim *Hinc praetor.* Sensus est, *Hinc*, id est ex SC. praetor in concione edixit, qua die, quae exercitui Hispaniensi praebenda essent, esset locaturus. SIG. Contra libri omnes vulgato patrocinantur. Mox Pal. 3. *ut quo die.* sec. *quo vestimenta.* GEBH. Censeo, legas: *Haec praetor in concione: edixitque qua die.* J. FR. GRON. Sigonii conjectura et expositio non tantum ideo displicet, quia libri omnes vulgato patrocinantur; verum insuper,

Digitized by Google

1 XLIX. Ubi ea dies venit, ad conducendum tres societates aderant hominum undeviginti, quorum
2 duo postulata fuere: unum, ut militia vacarent, dum in eo publico essent: alterum, ut, quae in naves inposuissent, ab hostium tempestatisque vi

quia nulla praecessit senatusconsulti mentio; sed tantum, quid senatorum animis obcurreret: unde certe *Hinc* exponi nequit ex senatusconsulto. In conjectura Gronovii *τὸ que* ab eo additum interceptum esse potuit a sequenti *qua*. Ita enim alibi saepe scribae aberrarunt. Exempla v. ad 2, 45, 4. 4, 40, 9. 21, 5, 10. ac pluribus locis. Malim tamen *in concione edixit, quaque die.* Certe *que* aeque intercipi potuit a praecedenti, quam a sequenti *qua*. Exemplum habuimus 3, 34, 4. Vel etiam ex Pal. 3. apud Gebhardum vestigiis *in concione edixit. et qua die. Et* enim atque *ut* innumeris locis commutari, vidimus ad 21, 28, 8. In reliquis autem codd. excidisse potuit ob similitudinem ultimae syllabae vocis praecedentis. V. ad 9, 41, 10. Ceterum *edixit, qua vestimenta* Cant. *qui vestimenta* Lovel. 2. *quo vestimenta* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *quo die vestimenta* Lovel. 5. Sed *ea dies* sequitur c. 49, 1.

Hispaniensi exercitui praebenda] *Hispano exercitui* Ber. et Hearnii N. a m. 2. Male. Sosipater Charis. 2. Inst. Gramm. p. 82. *Quum dicimus* Hispanus, *nomen nationis ostendimus, quum autem* Hispanienses *cognomen eorum, qui provinciam Hispaniam incolunt, etsi non Hispani.* V. etiam Festus v. *Corinthienses.* Eo sensu *exercitus Hispaniensis* supra est hoc cap. tum hoc lib. c. 28, 8. Etiam 39, 20, 4. et 38, 8. Similiter apud Flor. 4, 2, 23.

§. 1. *Quorum duo postulata fuere: unum, ne Tarentum in eo publico essent*] Vos sic emendatis: *quorum duorum postulata fuere, ut talentum in eo publico esset*, quae sententia nec cum re convenit, nec ullius est usus. Ego sic: *quorum duo postulata fuere: unum, ne alii triennio eo publicani essent.* Publicanorum enim haec postulata erant, qui reipublicae praesentem pecuniam, et quidem gratuitam, mutuabant, sed sub spe; quia tunc nec in aerario quicquam, nec in vectigalibus foret. VALLA. Auream hujus loci correctionem adfirmavimus 4. Obs. 23. *unum, ut militia vacarent, dum in eo publico essent.* Put. *unum miliia vocarent tumineo publico essent.* Vulgatum est a Valla. J. FR. GRON. *unum, ut Tarentini in vico publico essent* Hav. *unum, ut Tarentini in eo publico essent* Lovel. 3. et Ber. *unum, uti Tarentum in eo publico esset* Lovel. 5. et Gaertn. neque inde differt Hearnii N. praeterquam quod *essent* praeferat. *unum, ut Tarentum in eo publico essent* Hafn. et ita etiam Lovel. 2. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. nisi quod *esset* legant. *unum, ut in Tarentum in eo publico essent* Hearnii L. 1. *unum, mihi Tarentum in eo publico essent* Flor. Voss. Lovel. 1. 4. Harl. et Hearnii D. quales etiam in aliis codicibus repertas lectiones re-

Digitized by Google

publico periculo essent. Utroque impetrato, con- 3
duxerunt, privataque pecunia respublica administrata est. Hi mores, eaque caritas patriae per omnes ordines velut tenore uno pertinebat. Quem- 4
admodum conducta omnia magno animo sunt, sic

censet Gronov. d. l. cujus conjecturam, ex vestigiis optimi cod. erutam, verissimam puto, etsi Doujatius Vallae lectionem damnari nolit. qui ita numquam pronunciasset, si difficultates, quae Gronovius Vallae emendationi obposuit, et argumenta, quibus suam adstruxit, curate ac diligenter pensitasset. Verum, sibi Gronovii observationum opus videre non contigisse, ipse in praefatione dolet. Paullo ante *hominum viginti* Hearnii D. et N. a m. 1. V. ad c. 46, 4.

§. 2. *Alterum, ut, quae in naves inposuissent, ab hostium tempestatisque vi publico periculo essent*] Suspicor, ne vox desit, legendumque sit *ab hostium tempestatisque vi publico periculo tuta essent*. Postulant enim, ut populus Romanus sibi damnum praestet, quod a tempestate et hoste afferri possit. SIG. Libri omnes, *quae in navibus imposuissent*. In reliquis autem verbis prisca ed. aliam nobis edit scripturam, *ad hostium pericuecula tempestatisque in publico essent*. Pall. 1. ac 3. *ad hostium tempestatisque* (tert. *tempestatique*) *in publico essent*. sec. *ad hostium tempestatisque in publico periculo essent*. GEBH. Sermonem vitiat Sigonius inserendo *tuta*. Nostr 25, [3, 10.] *Quia publicum periculum erat a vi tempestatis in iis, quae portarentur ad exercitus*. Cic. 1. Fam. 4. *Ego tibi a vi, hac praesertim imbecillitate magistratuum, praestare nihil possum*. 6. ad Att. 1. *Impingit mihi epistolam Scaptius Bruti, rem illam suo periculo esse*. Pro Flacco [17.] *Facis injuste, Laeli, si putas, periculo nostro vivere tuos contubernales*. J. FR. GRON. Omnia haec verba desunt in Hav. errore scribarum, ex repetitione τοῦ *essent* orto. V. ad 9, 11, 11. Tum *quae navibus imposuissent* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hearnii N. et Aldina priores edd. Sed optimi stant a vulgato. V. ad 26, 51, 2. Deinde *adversus vim hostium tempestatisque in publico essent* Ber. et Hafn. neque aliter Lovel. 5. nisi quod vocem *vim* omittat. *ad hostium tempestatisque casum in publico essent* Gaertn. *ad hostium incursum tempestatisque in publico essent* Lov. 2. Et ita Lovel. 1. 4. et Hearnii D. praeterquam quod vocem *incursum* abjiciant. *ad hostium tempestatesque in publico essent* Hearnii N. qui copulam *que* a m. 2. expungit. *ab hostium vi tempestatisque tuta essent* Lov. 3. *ab hostium tempestatisque in publico essent* Voss. Harl. et Rec. nisi quod ultimus legat *tempestatique*. Variant etiam excusi. *ad hostium pericula tempestatisque in publico essent* edd. principes. Ascensius demum anno 1513. edidit, quod non vulgo exstat, et optime Gronov. defendit. Neque aliter apud me erat in Flor. et forte etiam Cant. unde in Excerptis nihil notatur.

§. 3. *Velut tenore uno pertinebat*] Sermo propter verbum

Digitized by Google

summa fide praebita, nec secus quam si ex opu-
5 lento aerario, ut quondam, alerentur. Quum hi commeatus venerunt, Illiturgi oppidum ab Hasdrubale, ac Magone, et Hamilcare Bomilcaris filio, ob
6 defectionem ad Romanos obpugnabatur. Inter haec trina castra hostium Scipiones, quum in urbem so-

pertinebat valde obscurus. Nec ego tamen, quid reponendum sit, video. GLAR. Vitiatum esse suspicatur hunc locum Glareanus ob verbi *pertinebat* usum: neque intelligit eodem modo locutum etiam Cic. esse de Nat. Deor. [1, 14.] *Ratio quaedam pertinens per omnem rerum naturam.* †. „Glareanus non ait „ *Vitiatum*, ut hic vertit verba; „sed haeret, ut solet." †. SIG. *tenore uno permanebat* Hearnii N. in margine. Sed forte librarius *permanabat* dare voluit. *tenore uno pertingebat* Lovel. 3. quod ex glossa marginali in contextum inrepsit. V. Gronov. ad Livii 25, 24, 6. et Cortium ad Sall. Jug. 48, 6. qui etiam ipsum verbum *pertinere* inlustrarunt.

§. 4. *Nec quidquam si ex opulento aerario*] Opinor legendum: *nec secus, quam si ex opulento.* VALLA. Vulgo editur *nec quicquam desideratum, ac si ex opulento.* Sed *τὸ desideratum* desideratur in Pall. 1. et 3. sec. autem *nec quicquam praetermissum.* GEBH. Put. *nec quicquam si ex op.* Vox autem *desideratum* in omnibus scriptis desideratur, neque eam Valla invenit: quod sane antequam vidi, in adspectu vetustissimarum membranarum eadem prope conjectura nascebatur mihi, quae et illi nata est. Nos enim *nec sequius quam si ex op. aerar.* Ille autem *nec secus ac si ex op.* Intelligitur, conducta et praebita sunt. Habet autem Vallae lectionem Mediolanensis. J.FR.GRON. *nec quicquam defuit, si,* vel *ac si* Ber. et Hav. *nec quicquam praetermissum, si,* vel *ac si* Hafn. et Lovel. 5. *praebita necessaria, quam si* Lovel. 3. *nec quamquam ac si* Voss. *ne quicquam si* Lovel. 4. *nec quicquam si* Cant. et Hearnii D. ac N. *nec quicquam ac si* Flor. Lovel. 1. 2. Harl. Rec. et Gaertn. *nec secus ac si* edd. Mediol. anni 1480. et Ven. anni 1498. *nec quicquam desideratum ac si* Rom. anni 1472. Parm. Tarvis. utraque, et Ven. anni 1495. quod ad Gronov. usque obtinuit. Sed illud *desideratum* in nullo exstitit scripto. Utrum vero, quod Valla reposuit, ex cod. an ex conjectura fuerit, incertum est; sensus tamen quid simile requirit, sive malis *nec secus quam si*, ut reposuit, vel *nec secus ac si*, ut habent quaedam vetustae edd.

§. 5. *Ab Hasdrubale, ac Magone, et Hamilcare Bomilcaris filio*] Lib. 25. non uno duntaxat loco Poenorum in Hispania duces referuntur hi: Hasdrubal ac Mago Hamilcaris, Hasdrubal Gisgonis. quare hunc locum ex illis emendandum puto. ac legendum ad hunc modum: *Illiturgum oppidum ab Hasdrubale ac Magone Hamilcaris, et Hasdrubale Gisgonis filio ob defectionem ad Romanos oppugnabatur.* GLAR. In melioribus est *Hannibale Bomilcaris filio.* J. FR.

Digitized by Google

ciorum magno certamine ac strage obsistentium pervenissent, frumentum, cujus inopia erat, adve-
xerunt: cohortatique oppidanos, ut eodem animo 7
moenia tutarentur, quo pro se pugnantem Roma-
num exercitum vidissent, ad castra maxima obpu-
gnanda, quibus Hasdrubal praeerat, ducunt. Eodem 8

GRON. Eamdem lectionem servant Flor. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. neque differt Lovel. 1. nisi quod praeferat *Hannibalis Bomilcaris filio.* De conjectura Glareani est, quod dubitem. Videmus certe, quo tempore duos Hasdrubales duces Karthaginienses in Hispania habuerunt, Livium eos l. 25. sollicite nomine patrum Hamilcaris et Gisgonis distinguere; verum quum mox obcurrat, *ad castra maxima obpugnanda, quibus Hasdrubal praeerat, ducit*, non addito nomine patris, inde efficiendum videtur, unum tantum adhuc Hasdrubalem Poenorum ducem in Hispania fuisse.

§. 6. *Inter haec terna castra hostium*] Scripti *trina*, et inferius *trinisque castris*. Sic Cicero, Caesar, Ovidius, alii. J. FR. GRON. Similiter *trina* omnes mei, et Hearnii Oxon. etiam infra §. 11. *trinisque castris*, nisi quod ibi unus Gaertn. praeferat *ternisque.* Neque aliter, quam *trina*, praeferunt edd. quas vidi, usque ad Ascens. anni 1518. quae *terna* substituit, quia etiam infra typis descripti priores *ternisque* legebant. Supra 9, 43. 6. *Trinis castris intra paucos dies exuti.* ubi etiam unus cod. *ternis.* 25, 26, 2. *Trinis castris per idonea dispositis loca.* ubi ante Gronov. vulgo edebatur *ternis.* Caesar. 7. B. Gall. 46. *Trinis castris potiuntur.* Ita *trina loca* Liv. 5, 2, 10. *trini annales* 10, 18, 7. ubi etiam codd. variabant. *trinae clades* Gronov. restituere conatur supra 22, 12, 10. Passim autem *terni* et *trini* commutantur. V. ad Liv. 2, 30, 7. 34, 56, 8. Cel. Burm. ad Seren. Samon. vers. 32. et viros doctos ad Suet. Aug. 74. ac Ner. 1. Tantopere olim in hanc vocem mutandam, eique *terni* substituendam conspiraraut librarii, ut Vallam in errorem perduxerint, qui 3. Elegant. 5. adfirmavit, non meminisse se, vocem *trinum* reperiri in numero plurali; et quum tamen ex Liv. *trina loca* laudaret, editionis mendam esse conjecit. Hinc patet, Glarean. ad Liv. 9, 43, 6. non recte sensum Vallae cepisse: putat enim eum dubitasse, utrum hoc vocabulum jungi posset nominibus, quae tantum erant numeri pluralis. Ceterum nihil interesse, utrum *terni*, an *trini*, dicamus, auctor est Cel. Burm. ad Suet. l. l. adde ad Ovid. 9. Her. 38.

§. 7. *Ad castra maxima obpugnanda* etc. *ducunt*] *maxime* Lovel. 3. Sed vocem illam ignorat Harl. Deinde *convertuntur* Ber. Hav. et Hearnii N. Forte librariis displicuit, verbum *ducere* simpliciter sine casu poni; quod tamen Livio est familiarissimum. V. ad h. l. c. 18, 13.

§. 8. *Eodem et duo duces*] Vocem *duo* non admittunt Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn.

Digitized by Google

et duo duces, et duo exercitus Karthaginiensium,
9 ibi rem summam agi cernentes, convenerunt. Itaque eruptione e castris pugnatum est. sexaginta hostium millia eo die in pugna fuerunt, sexdecim cir-
10 citer Romanis. tamen adeo haud dubia victoria fuit, ut plures numero, quam ipsi erant, Romani ho-
11 stium occiderint: ceperint amplius tria millia hominum, paullo minus mille equorum, undesexaginta militaria signa, elephantis quinque in proelio occi-

Hav. et typis exarati ante Aldum. Mox, pro *rem summam*, Cl. Ant. Perizon. *rei summam* legendum esse, in ora Livii conjecit: de qua locutione v. ad 8, 26, 6. Verum, etiam *summa res*, ac *summa respublica* in usu fuisse, constat. V. ad 26, 10, 2. et 38, 50, 9. Quum itaque vulgato adhaerent constanter omnes codd. nihil etiam hic mutandum est.

§. 9. *Sexdecim circiter Romanis*] *sexdecim*, vel *sedecim*, *circa Romanis* Flor. Voss. Lov. 4. 5. Gaertn. et edd. vett. usque ad Ascens. anni 1513. *sexdecim millia circa Romanos* Ber. et Hav. *XVI. m. circiter Romanis* Hearnii N. *sexdecim circa Romanos* Hafn. *sexdecim circa Romanorum* Lovel. 2. *sexdecim circa Romani* Lovel. 3.

§. 11. *Tria millia hominum, paullo minus mille equorum*] Libri omnes *tria millia hostium, paullo minus equorum*. GEBH. Omnes mei *tria millia hominum* servant. At vocem *mille* abjiciunt Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Aldum: cum eo vero vocem hanc recipiente sentiunt optimi.

Undesexaginta militaria signa, elephantis quinque in proelio occisis] Voss. *signavit elephantis*. Put. *signa VIR elephantis*. Lege *signa, VII. elephantos, quinque in proelio occisis*. J. FR. GRON. *IIII^or sexaginta* Lovel. 2. *VII et sexaginta* Lov. 3. *unde quatuor et sexaginta*, duplici lectione juncta, Harl. *unum et sexaginta* Bec. *sexàginta* Ber. a m. 2. et Hearnii D. *inde sexaginta* Hav. Tum *signavit elephantis* Flor. a m. 1. Gronovii conjectura vera videtur. Ita captorum et occisorum elephantorum etiam supra meminit Liv. h. lib. c. 46, 4. *Hostium plus quinque millia caesa eo die, vivi capti sexcenti, et signa militaria undeviginti, et duo elephanti; quatuor in acie occisi.* Ubi itidem in nonnullis codd. et edd. ita concepta erant verba, ut captorum elephantorum mentio tolleretur.

§. 12. *Ad Incibili obpugnandum Punici exercitus traducti*] *ab Indibili* legendum, ut sit sensus: cum Illiturgum obsidione liberatum esset, Punici exercitus ab Indibili rursus oppugnandum traducti sunt. De hoc autem in sequentibus multa. Ipse enim caussa fuit mortis P. Scipionis in Hispania,

Digitized by Google

sis. trinisque castris eo die potiti sunt. Illiturgi 12
obsidione liberato, ad Intibili obpugnandum Punici
exercitus traducti, suppletis copiis ex provincia,
ut quae maxime omnium belli avida, modo praeda aut merces esset, et tum juventute abundante.
Iterum signis conlatis, eadem fortuna utriusque 13
partis pugnatum. supra tredecim millia hostium caesa, supra duo capta, cum signis duobus et quadra-

ut l. 5. hujus decados [c. 34.] refert Livius. Idem P. Scipioni filio deinde conciliatus l. 7, [17.] sed rursus a Romanis defecit lib. 8, [24.] Vitae vero finem invenit l. 9. ab initio, posteaquam ipse ac Mandonius post P. Scipionis discessum Hispaniam rursus armarunt, ingentique pugna victi a L. Lentulo ac L. Manlio Romanis imperatoribus suae temeritatis poenam dedere. Quis autem ita loquitur *ad Incibili oppugnandum?* quare insignis hic correctorum dormitantia notanda fuit. GLAR. Glareanus legit *ab Indibili*, putatque viri nomen esse ejus, de quo post saepius Livius. Verum errat. Nam sive *Incibili*, sive *Indibili* legas, oppidi nomen est. Sic enim Frontin. 2, 3. *Cn. Scipio in Hispania adversus Annonem ad oppidum Indibili cum animadvertisset Punicam aciem directam.* De hujusmodi nominibus sic Priscianus l. 6. [p. 682.] *Inveniuntur et barbara in i. Livius XXIII. ab urbe condita: Illiturgi oppidum oppugnabatur.* †. ,, Probat hanc correctio- ,, nem Glareanus. ,, †. SIG. Gronovius edidit *ad Intibili*, sine dubio ex codd. suorum auctoritate. Certe ita legunt apud me Flor. Hav. et forte Cant. atque Harl. ex quibus duobus nihil in excerptis notatur, licet exacti sint ad ed. Gronov. *ad Intibilem* Voss. Verum ita scribendum foret *Intibilim*. V. Gron. ad 21, 60, 7. *ad Indibili* est in Lovel. 5. Sed optimi codd. hoc nomen syllaba secunda per *t*, non *c*, vel *d*, itidem scribunt apud Frontin. l. l. et in Itiner. Anton. p. 399. ubi videndi sunt viri docti.

Ut quae maxime omnium belli avida] Pal. 2. *ut quaeque maxime*. cui respondet tert. GEBH. Ei respondet quoque Gaertn. At insuper *ut quaeque maxime belli avida* Lovel. 4. Male. 4, 59, 11. *Additum deinde omnium maxime tempestivo principum in multitudinem munere.*

Et tum juventute abundante] Libri omnes *juventa abundante*. GEBH. Put. et Pet. est *juvente*. Voss. et Pall. *juventa*. J. FR. GRON. *juvente* Flor. *juventa* Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 13. *Supra tredecim millia hostium caesa, supraque tria capta*] Pet. melior *supra capta*. Voss. *supraque capta*. Put. *suprati capta*. Lege *supra duo capti*. Signis fuerat perscriptus numerus. J. FR. GRON. *supraque capta* Flor. Cant. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hearnii N. *supra quam capta tria* ejusdem L. 1. *supra triaque capta* Lovel. 5. *supraque quinque capta* Ber. *supra quin-*

Digitized by Google

et duo duces, et [illegible] elephantis. Tum vero omnes pro-
9 ibi rem summam a[illegible] populi ad Romanos defecerunt: mul-
que eruptione e ca[illegible] ea aestate in Hispania, quam in Ita-
stium millia eo die [illegible]
10 citer Romanis. tam[illegible]
ut plures numero, [illegible] V cepisse [illegible] redunt, [illegible] ut supra [illegible] Nam numeri no[illegible] V. [illegible] Harl. Gaertner. et edd. Aldina vetustiores. Mox *cum signis duobus, et quadraginta novem elephantis* Voss. Lov. 1. 3. 5. Gaertn. Hav. Hav. atque edd. ante Mo[illegible] *et quadraginta VIII elephantis* Harl. *et quadraginta elephantis* Lovel. 4.
11 stium occiderint: cc[illegible]
num, paullo minus [illegible]
militaria signa, elep[illegible]

Hav. et typis exarati ante A[illegible]
Mox, pro *rem summam* [illegible]
Ant. Perizon. *rei summam* [illegible]
dum esse, in ora Livii con[illegible]
de qua locutione v. ad 8, 2
Verum, etiam *summa res*
summa respublica in usu f[illegible]
constat. V. ad 26, 10, 2. et 38.
9. Quum itaque vulgato ad[illegible]
reant constanter omnes codd.
hil etiam hic mutandum est.

§. 9. *Sexdecim circiter Ro[illegible]*
nis) *sexdecim*, vel *sedecim*, [illegible]
ca Romanis Flor. Voss. Lov.
5. Gaertn. et edd. vett. usque
Ascens. anni 1513. *sexde[illegible]*
lia circa Romanos B[illegible]
XVI. m. circiter Ro[illegible]
nii N. *sexdecim circ[illegible]*
Hafn. *sexdecim circ[illegible]*
rum Lovel. 2. *sex[illegible]*
Romani Lovel. 3.

§. 11. *Tria mill[illegible]*
paullo minus mille[illegible]
bri omnes *tria mil[illegible]*
paullo minus equ[illegible]
Omnes mei [illegible]
servant. [illegible]

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI VIGESIMI QUARTI.

ronymus, Syracusanorum rex, cujus avus amicus populi Romani fuerat, ad Karthagi- defecit; et propter crudelitatem superbiam- suis interfectus est. Ti. Sempronius Gracchus l prospere adversus Poenos et Hannonem ad Beneventum pugnavit, servorum maxime uos liberos esse jussit. Claudius Marcellus in Sicilia, quae prope tota ad Poenos defe- yracusas obsedit. Philippo Macedonum regi

amicus populo Ro- De hac locutione 39, 47, 10. Interim *omani* Leid. Voss. mae edd. Am- in Boend. et *populo Ro-* ius. Sed ve- avi. Prae- tuor mei, , et edd. fide histo- *per cru-* Boend. er idem

Hanno- Hanno- Poe- edd.

ante Aldum. *adversus Poenos et Annibalem ducem Poenorum* Boend. qui idem etiam paullo ante scribit *pro cons.* id est *pro consule*, ut edidit Sigonius. In sequentibus etiam habet *servorum maxima opera*, pro *maxime*. Male. V. ad 5, 40, 5.

Claudius Marcellus consul] Prius nomen olim per compendium *Cl.* scriptum fuerat, ut solet; hinc alii, disjunctis literis, fecere *C. L. Marcellus*, alii *C. Lucius Marcellus*. prius inveni in Berg. posterius in Voss. Sed v. ad Epit. Liv. 23. Mox *pene tota*, pro *prope*, exhibet Boend. V. ad 21, 58, 3.

Nocturno [illegible] *aggressus fu-*

Digitized by Google

14 ginta, et novem elephantis. Tum vero omnes prope Hispaniae populi ad Romanos defecerunt: multoque majores ea aestate in Hispania, quam in Italia, res gestae.

que capta Hav. *supra V capta* Hafn. Haec dubium reddunt, utrum *supra II capta*, an *supra V capta* scribendum sit. Nam binarii et quinarii numeri notae facillime commutantur. V. ad 37, 22, 4. Praeterea *XII millia hostium* Voss. Lovel. quinque, Harl. Gaertner. et edd. Aldina vetustiores. Mox *cum signis duobus, et quadraginta novem elephantis* Voss. Lov. 1. 3. 5. Gaertn. Ber. Hav. atque edd. ante Mogunt. *et quadraginta VIII elephantis* Harl. *et quadraginta elephantis* Lovel. 4.

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI VIGESIMI QUARTI.

Hieronymus, Syracusanorum rex, cujus avus Hiero amicus populi Romani fuerat, ad Karthaginienses defecit; et propter crudelitatem superbiamque a suis interfectus est. Ti. Sempronius Gracchus proconsul prospere adversus Poenos et Hannonem ducem ad Beneventum pugnavit, servorum maxime opera, quos liberos esse jussit. Claudius Marcellus consul, in Sicilia, quae prope tota ad Poenos defecerat, Syracusas obsedit. Philippo Macedonum regi

Cujus avus amicus populo Romano fuerat] De hac locutione infra ago ad 39, 47, 10. Interim tamen *populi Romani* Leid. Voss. Berg. et vetustissimae edd. Ambigue *po. Ro.* est in Boend. et Mediol. anni 1505. *populo Romano* demum Ascensius. Sed veterem lectionem revocavi. Praeterea *cujus pater* quatuor mei, cum Norv. Exc. Pithoei, et edd. antt. pro quo Aldus ex fide historica substituit *avus*. Mox *per crudelitatem*, pro *propter*, Boend. V. ad Epit. Liv. 84. Insuper idem eod. omittit *τὸ est*.

Adversus Poenos et Hannonem ducem] *adversus Hannonem ducem* Leid. *adversus Poenos et Hannibalem ducem* edd. ante Aldum. *adversus Poenos et Annibalem ducem Poenorum* Boend. qui idem etiam paullo ante scribit *pro cons.* id est *pro consule*, ut edidit Sigonius. In sequentibus etiam habet *servorum maxima opera*, pro *maxime*. Male. V. ad 5, 40, 5.

Claudius Marcellus consul] Prius nomen olim per compendium *Cl.* scriptum fuerat, ut solet; hinc alii, disjunctis literis, fecere *C. L. Marcellus*, alii *C. Lucius Marcellus*. prius inveni in Berg. posterius in Voss. Sed v. ad Epit. Liv. 23. Mox *pene tota*, pro *prope*, exhibet Boend. V. ad 21, 58, 3.

Nocturno proelio obpressus fu-

Digitized by Google

bellum indictum est; qui, ad Apolloniam nocturno proelio obpressus fugatusque, in Macedoniam cum prope inermi exercitu perfugit. ad id bellum gerendum Valerius praetor missus est. Res praeterea in Hispania a P. et Cn. Scipionibus adversus Karthaginienses gestas continet. Syphax, rex Numidarum, in

gatusque, in Macedoniam cum prope inermi exercitu perfugit] *nocturno bello* Leid. et Berg. V. ad 3, 61, 2. Tum praepositio *in* deest in Leid. et Berg. eadem cum proxima voce in Voss. Praeterea *profugit* Voss. Berg. Boend. Norvic. omnesque edd. usque ad Lugdun. quae anno 1553. *perfugit* substituit; quod Paris. anni 1573. et hinc reliquae recentiores receperunt. V. ad 37, 57, 2.

Valerius praetor missus] Sequitur auctorem suum. Nam et Livius c. 40, 2. *praetorem* vocat, qui tum imperio prorogato *propraetor* erat c. 20, 12. V. ad 23, 40, 1. DUK. *missus est* Voss. Berg. Boend. Norv. omnesque edd. usque ad ultimam Gruteri: id vero loco pristino restitui.

Syphax, rex Numidarum, in amicitiam adscitus] *continet: a quibus Syphax* Leid. Voss. Berg. et Exc. Pithoei. Deinde *rex Numidiae* Voss. Berg. et Boend. V. infra ad Epit. Liv. 46. Paullo ante praepositio *a* deerat in Boend. V. ad 6, 11, 4.

Contra Massanisam regem Masaesulorum pro Karthaginiensibus pugnans victus] Sincera lectio et sententia hujus loci oruitur partim ex ipso Livio, partim ex veteribus epitomae libris, in quibus ita est: *et a Massanisa rege Massyliorum pro Carthaginiensibus pugnante victus.* SIG. Priscarum edd. lectionem apud Hearnium servat Norv. cui nullus meorum adsentitur. *quia contra Massinissam regem Massiliorum pro Carthaginiensibus pugnavit victus* Leid. *quia Maxinissam regem Massiliorum pro Carthaginiensibus pugnantem victus* Voss. *quia Masinissa Maxiliorum rege pro Carthaginiensibus pugnavit victus* Berg. *qui a Maxinissa Massiliorum rege pro Carthaginiensibus pugnante victus* Boend. Lectionem Sigonii probo: nisi quod scribendum putem *Masinissa*. V. infra hoc lib. c. 49, 1. Qui autem ex emendatione Sigonii *Massylii*, a Livio *Massyli* vocantur c. 48. V. quae ibi notantur ad §. 2.

In Maurusios cum maxima manu transit] Ita Gronov. anno 1665. primus edidit; quum antea pro primis duabus vocibus legeretur *in Hispaniam ad Scipionem*, quod servant Leid. Voss. Berg. Boend. et Norvic. Cl. Crevier. incertum putans, quis primus mutaverit, emendationem desumtam docet ex Liv. c. 49. Suspicatur tamen, gravius mendum latere, et aliquot verba intercidisse. Deinde *cum manu transiit* Leid. *cum magna manu transiit* Voss. et Berg. *cum magna manu transiens* Boend. V. ad Epit. Liv. 51. *ingentes copias* dixit Liv. loco laud. *magnas*

Digitized by Google

in amicitiam adscitus, et a Masinissa, rege Massylorum, pro Karthaginiensibus pugnante, victus, in Maurusios cum magna manu transiit contra Gades; ubi angusto freto Africa et Hispania dirimuntur. Celtiberi quoque in amicitiam recepti sunt: quorum auxiliis adscitis, tunc primum mercenarium militem Romana castra habuerunt.

itaque revocavi. Praeterea *transiit* etiam Norv. et priscae edd. pro quo Mogunt. substituerunt *transit*. V. ad Epit. Liv. 103. Mox *Africa ab Hispania dimiritur* Leid.

Quorum auxiliis accitis] Aeque bene vet. lib. *ascitis*. DELRIUS. Ita et omnes mei, atque Exc. Pith. Sed praeterea *auspiciis*, pro *auxiliis*, Berg. et eadem Exc. Pithoei. Etiam in praecedentibus *recepti sunt*, addita ultima voce, Voss. Berg. et omnes edd. usque ad ultimam Gruteri, quae *τὸ sunt* omisit; quod restitui. Ceterum ultima haec pericopa deest in Leid. Boend. et Norvic. At in Berg. et priscis edd. inseritur supra post verba *Valerius praetor missus est*; quem ordinem primus Aldus inmutasse videtur, ut epitomes auctor ordinem Livii sequeretur.

Digitized by Google

bellum indictum est; qui, ad Apolloniam nocturno proelio obpressus fugatusque, in Macedoniam cum prope inermi exercitu perfugit. ad id bellum gerendum Valerius praetor missus est. Res praeterea in Hispania a P. et Cn. Scipionibus adversus Karthaginienses gestas continet. Syphax, rex Numidarum, in

gatusque, in Macedoniam cum prope inermi exercitu perfugit] *nocturno bello* Leid. et Berg. V. ad 3, 61, 2. Tum praepositio *in* deest in Leid. et Berg. eadem cum proxima voce in Voss. Praeterea *profugit* Voss. Berg. Boend. Norvic. omnesque edd. usque ad Lugdun. quae anno 1553. *perfugit* substituit; quod Paris. anni 1573. et hinc reliquae recentiores receperunt. V. ad 37, 57, 2.

Valerius praetor missus] Sequitur auctorem suum. Nam et Livius c. 40, 2. *praetorem* vocat, qui tum imperio prorogato *propraetor* erat c. 20, 12. V. ad 23, 40, 1. DUK. *missus est* Voss. Berg. Boend. Norv. omnesque edd. usque ad ultimam Gruteri: id vero loco pristino restitui.

Syphax, rex Numidarum, in amicitiam adscitus] *continet: a quibus Syphax* Leid. Voss. Berg. et Exc. Pithoei. Deinde *rex Numidiae* Voss. Berg. et Boend. V. infra ad Epit. Liv. 46. Paullo ante praepositio *a* deerat in Boend. V. ad 6, 11, 4.

Contra Massanisam regem Masaesulorum pro Karthaginiensibus pugnans victus] Sincera lectio et sententia hujus loci eruitur partim ex ipso Livio, partim ex veteribus epitomae libris, in quibus ita est: *et a Massanisa rege Massyliorum pro Carthaginiensibus pugnante victus.* SIG. Priscarum edd. lectionem apud Hearnium servat Norv. cui nullus meorum adsentitur. *quia contra Massinissam regem Massiliorum pro Carthaginiensibus pugnavit victus* Leid. *quia Maxinissam regem Massiliorum pro Carthaginiensibus pugnantem victus* Voss. *quia Masinissa Maxiliorum rege pro Carthaginiensibus pugnavit victus* Berg. *qui a Maxinissa Massiliorum rege pro Carthaginiensibus pugnante victus* Boend. Lectionem Sigonii probo: nisi quod scribendum putem *Masinissa.* V. infra hoc lib. c. 49, 1. Qui autem ex emendatione Sigonii *Massylii*, a Livio *Massyli* vocantur c. 48. V. quae ibi notantur ad §. 2.

In Maurusios cum maxima manu transit] Ita Gronov. anno 1665. primus edidit; quum antea pro primis duabus vocibus legeretur *in Hispaniam ad Scipionem*, quod servant Leid. Voss. Berg. Boend. et Norvic. Cl. Crevier. incertum putans, quis primus mutaverit, emendationem desumtam docet ex Liv. c. 49. Suspicatur tamen, gravius mendum latere, et aliquot verba intercidisse. Deinde *cum manu transiit* Leid. *cum magna manu transiit* Voss. et Berg. *cum magna manu transiens* Boend. V. ad Epit. Liv. 51. *ingentes copias* dixit Liv. loco laud. *magnas*

Digitized by Google

in amicitiam adscitus, et a Masinissa, rege Massylorum, pro Karthaginiensibus pugnante, victus, in Maurusios cum magna manu transiit contra Gades; ubi angusto freto Africa et Hispania dirimuntur. Celtiberi quoque in amicitiam recepti sunt: quorum auxiliis adscitis, tunc primum mercenarium militem Romana castra habuerunt.

ſtaque revocavi. Praeterea *transiit* etiam Norv. et priscae edd. pro quo Mogunt. subſtituerunt *transit*. V. ad Epit. Liv. 103. Mox *Africa ab Hispania dimiritur* Leid.

Quorum auxiliis accitis] Aeque bene vet. lib. *ascitis*. DELRIUS. Ita et omnes mei, atque Exc. Pith. Sed praeterea *auspiciis*, pro *auxiliis*, Berg. et eadem Exc. Pithoei. Etiam in praecedentibus *recepti sunt*, addita ultima voce, Voſſ. Berg. et omnes edd. usque ad ultimam Gruteri, quae τὸ *sunt* omisit; quod reſtitui. Ceterum ultima haec pericopa deeſt in Leid. Boend. et Norvic. At in Berg. et priscis edd. inseritur supra poſt verba *Valerius praetor missus est*; quem ordinem primus Aldus inmutaſſe videtur, ut epitomes auctor ordinem Livii sequeretur.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER VIGESIMUS QUARTUS.

1 I. Ut ex Campania in Bruttios reditum est, Hanno, adjutoribus et ducibus Bruttiis, Graecas urbes tentavit, eo facilius in societate manentes Romana,

§. 1. *Ut ex Campania in Bruttios reditum est, Hanno*] Sic libro priore fere extremo, [c. 46, 8.] *Annibal, ab Nola remisso in Bruttios Annone, cum quibus venerat copiis.* SIG.

Ducibus Bruttiis, Graecas urbes tentavit] Polybius l. 3, [118.] omnem fere magnam Graeciam ad Annibalem post Cannensem cladem defecisse aït. Sunt autem Graecae urbes Rhegium, Locri, et Croto, quas a Bruttiis separare videtur et hoc loco et supra [23, 20, 4.] cum unos ex Bruttiis Petellinos in fide Romana mansisse dixit, alioquin et Rhegini, et Locrenses, et Crotoniatae etiam permanserunt. SIG.

§. 2. *Interim Locrenses frumentum, lignaque, et cetera*] Hic Locrenses adversus Poenos fuisse aït, quos priore libro ad Brutios defecisse, ac Romanis portas clausisse aït. Eadem de Crotoniatibus oblivio, quam urbem expugnatam a Brutiorum exercitu aït praeter arcem, hic rursus oppugnari ab iisdem. Non est mihi dubium, in tanto rerum gestarum acervo Livium memoria lapsum. Nam quod quidam hunc locum excusant, obiter priore libro haec innuisse, hic vero rem ipsam diffuse descripsisse, ut acta sit, mihi non probatur. GLAR. Hoc loco Locrenses a Poenis oppugnantur, cum tamen priore libro [c. 30. et 41.] antequam Anno in Bruttios rediret, eos et ad Poenos desciviſſe scripserit, et Romanis portas clausisse: neque vero occurri potest, eos, postquam se a Poenis ad Romanos contulissent, a Poenis invadi. neque enim de iis ita hoc loco dixisset: *Pauci magis taciti probarent constantem fidem, quam probatam tueri auderent.* Quid ergo est? an priore libro rem strictim ἐν παρέργῳ demonstravit, hic autem pluribus verbis ac consulto exposuit? idem de Crotone judicandum est, quod oppidum et priore libro [c. 30.] captum esse a Bruttiis excepta arce dixit, et hoc loco repetit: verum ibi breviter, hic vero pluribus verbis. Ita est profecto, ut etiam in principio l. 25. ostendam. SIG. Eadem ratione jam alii ante Sigonium hoc apud Glareanum defendere conati sunt. Glareanus nihilominus diligentiam Livii desi-

Digitized by Google

quod Bruttios, quos et oderant, et metuebant, Karthaginiensium partis factos cernebant. Rhegium primum tentatum est, diesque aliquot ibi nequidquam absumti. Interim Locrenses frumentum, lignaque, et cetera necessaria usibus ex agris in urbem rapere, etiam ne quid relictum praedae hostibus esset: et in dies major omnibus portis multitudo effundi. postremo ii modo relicti in urbe erant, qui reficere muros ac portas, telaque in propugnacula congerere cogebantur. In permixtam omnium aetatium ordinumque multitudinem, et vagantem in agris ma-

derat; maxime eo motus, quod, quum l. 23, 30. narrasset, Locrenses ad Bruttios Poenosque defecisse, ac deinde c. 41. Bomilcarem cum supplemento militum, elephantisque, et commeatu Locros accessisse, et Locrenses Ap. Claudio ad eum opprimendum e Sicilia venienti portas clausisse, hic rursus de Locrensibus, tamquam de hostibus Carthaginiensium, scribat. Res non est sine scrupulo. Nam quum ex iis, quae l. 23, 41. 43. et 46. leguntur, apertum sit, Appium ante res ad Nolam gestas e Sicilia Locros trajecisse, hic autem etiam post id tempus Locris praesidium Romanum fuisse dicat, quaeri potest, quomodo Locrenses Appio portas claudere potuerint? quarum claves eos habuisse non magis verosimile est, quam Ennenses suae urbis infra c. 37. DUK. *Itaque Locrenses* Lovel. quinque, Ber. Harl. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. ante Aldum.

§. 3. *Postremo ii modo relicti in urbe erant, qui reficere muros ac portas*] Pal. pr. *postremo hoc modo recti*, sec. *postremo relicti hoc modo in urbe erant, qui efficerent muros, portas; telaque congerere in propugnacula cogebant.* tert. *postremo hi modo in urbem erant, qui reficerent muros, portas; telaque in propugnanda congerere cogebantur.* GEBH. *postremo hoc modo relicti* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. et Hav. cujus erroris caussam v. ad 6, 3, 8. *postremo hec modo* Lovel. 2. *postremo hi modo* Lovel. 5. Tum *reficere muros, portas*, omissa media particula copulante, Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *reficere muros portasque* Ber. Insuper *gerere* Lovel. 4. *aggerere* Lovel. 3.

§. 4. *Omnium aetatum ordinumque multitudinem*] *aetatium* recte Flor. V. ad 26, 9, 13. Mox *vagantem in agro* Lov. 4. et 5. At verba *et vagantem in agris magna ex parte inermem* desunt in Hearnii D. Tum *Bomilcar Poenus* Lov. 3. Hafn. et Ber. qui solus infra hanc lectionem servat §. 9. quum duo priores vulgato adhaereant. Denique *equites misit*, pro *emisit*, Harl. Sed v. ad 10, 5, 7.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER VIGESIMUS QUARTUS.

1 I. Ut ex Campania in Bruttios reditum est, Hanno, adjutoribus et ducibus Bruttiis, Graecas urbes tentavit, eo facilius in societate manentes Romana,

§. 1. *Ut ex Campania in Bruttios reditum est, Hanno*] Sic libro priore fere extremo, [c. 46, 8.] *Annibal, ab Nola remisso in Bruttios Annone, cum quibus venerat copiis.* SIG.

Ducibus Bruttiis, Graecas urbes tentavit] Polybius l. 3, [118.] omnem fere magnam Graeciam ad Annibalem post Cannensem cladem defecisse ait. Sunt autem Graecae urbes Rhegium, Locri, et Croto, quas a Bruttiis separare videtur et hoc loco et supra [23, 20, 4.] cum unos ex Bruttiis Petellinos in fide Romana mansisse dixit, alioquin et Rhegini, et Locrenses, et Crotoniatae etiam permanserunt. SIG.

§. 2. *Interim Locrenses frumentum, lignaque, et cetera*] Hic Locrenses adversus Poenos fuisse ait, quos priore libro ad Brutios defecisse, ac Romanis portas clausisse ait. Eadem de Crotoniatibus oblivio, quam urbem expugnatam a Brutiorum exercitu ait praeter arcem, hic rursus oppugnari ab iisdem. Non est mihi dubium, in tanto rerum gestarum acervo Livium memoria lapsum. Nam quod quidam hunc locum excusant, obiter priore libro haec innuisse, hic vero rem ipsam diffuse descripsisse, ut acta sit, mihi non probatur. GLAR. Hoc loco Locrenses a Poenis oppugnantur, cum tamen priore libro [c. 30. et 41.] antequam Anno in Bruttios rediret, eos et ad Poenos desciviſſe scripserit, et Romanis portas clausisse: neque vero occurri potest, eos, postquam se a Poenis ad Romanos contulissent, a Poenis invadi. neque enim de iis ita hoc loco dixisset: *Pauci magis taciti probarent constantem fidem, quam probatam tueri auderent.* Quid ergo est? an priore libro rem strictim ἐν παρέργῳ demonstravit, hic autem pluribus verbis ac consulto exposuit? idem de Crotone judicandum est, quod oppidum et priore libro [c. 30.] captum esse a Bruttiis excepta arce dixit, et hoc loco repetit: verum ibi breviter, hic vero pluribus verbis. Ita est profecto, ut etiam in principio l. 25. ostendam. SIG. Eadem ratione jam alii ante Sigonium hoc apud Glareanum defendere conati sunt. Glareanus nihilominus diligentiam Livii desi-

Digitized by Google

quod Bruttios, quos et oderant, et metuebant, Karthaginiensium partis factos cernebant. Rhegium primum tentatum est, diesque aliquot ibi nequidquam absumti. Interim Locrenses frumentum, lignaque, et cetera necessaria usibus ex agris in urbem rapere, etiam ne quid relictum praedae hostibus esset: et in dies major omnibus portis multitudo effundi. postremo ii modo relicti in urbe erant, qui reficere muros ac portas, telaque in propugnacula congerere cogebantur. In permixtam omnium aetatium ordinumque multitudinem, et vagantem in agris ma-

derat; maxime eo motus, quod, quum l. 23, 30. narrasset, Locrenses ad Bruttios Poenosque defecisse, ac deinde c. 41. Bomilcarem cum supplemento militum, elephantisque, et commeatu Locros accessisse, et Locrenses Ap. Claudio ad eum opprimendum e Sicilia venienti portas clausisse, hic rursus de Locrensibus, tamquam de hostibus Carthaginiensium, scribat. Res non est sine scrupulo. Nam quum ex iis, quae l. 23, 41. 43. et 46. leguntur, apertum sit, Appium ante res ad Nolam gestas e Sicilia Locros trajecisse, hic autem etiam post id tempus Locris praesidium Romanum fuisse dicat, quaeri potest, quomodo Locrenses Appio portas claudere potuerint? quarum claves eos habuisse non magis verosimile est, quam Ennenses suae urbis infra c. 37. DUK. *Itaque Locrenses* Lovel. quinque, Ber. Harl. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. ante Aldum.

§. 3. *Postremo ii modo relicti in urbe erant, qui reficere muros ac portas*] Pal. pr. *postremo hoc modo recti*, sec. *postremo relicti hoc modo in urbe erant, qui efficerent muros, portas; telaque congerere in propugnacula cogebant.* tert. *postremo hi modo in urbem erant, qui reficerent muros, portas; telaque in propugnanda congerere cogebantur.* GEBH. *postremo hoc modo relicti* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. et Hav. cujus erroris caussam v. ad 6, 3, 8. *postremo hec modo* Lovel. 2. *postremo hi modo* Lovel. 5. Tum *reficere muros, portas*, omissa media particula copulante, Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *reficere muros portasque* Ber. Insuper *gerere* Lovel. 4. *aggerere* Lovel. 3.

§. 4. *Omnium aetatum ordinumque multitudinem*]*aetatium* recte Flor. V. ad 26, 9, 13. Mox *vagantem in agro* Lov. 4. et 5. At verba *et vagantem in agris magna ex parte inermem* desunt in Hearnii D. Tum *Bomilcar Poenus* Lov. 3. Hafn. et Ber. qui solus infra hanc lectionem servat §. 9. quum duo priores vulgato adhaereant. Denique *equites misit*, pro *emisit*, Harl. Sed v. ad 10, 5, 7.

Digitized by Google

gna ex parte inermem, Hamilcar Poenus equites emisit; qui, violare quemquam vetiti, tantum, ut excluderent ab urbe fuga dissipatos, turmas objece-
5 re. Dux ipse, loco superiore capto, unde agros urbemque posset conspicere, Bruttiorum cohortem adire muros, atque evocare principes Locrensium ad conloquium jussit, et, pollicentes amicitiam Hanni-
6 balis, adhortari ad urbem tradendam. Bruttiis in conloquio nullius rei primo fides est: deinde ut Poenus adparuit in collibus, et refugientes pauci aliam omnem multitudinem in potestate hostium esse adfe-

Ut excluderent ab urbe fuga dissipatos, turmas objecere] Stabilitur haec lectio a prisca ed. Interim Pal. 1. ac 3. *ut educerent ab urbe.* sec. *ut ab urbe educerent.* Praeterea Pal. 3. *turmas obicere.* GEBH. *ut educerent ab urbe* Voss. Cant. Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Gaertn. *ab urbe exducerent* Flor.

§. 5. *Loco superiore castra ponit, unde agros urbemque posset conspicere*] *Τὸ ponit* ejiciunt Pall. tres, et *ἀσυνδέτως* legunt *unde agros, urbem possit conspicere.* Iidem codd. mox exhibent *atque vocare principes.* GEBH. Put. et Pet. *superiore casto unde agros urbem posset.* Etiam tres Pall. et Voss. ignorant *τὸ ponit*, et servant *ἀσύνδετον.* Lege et distingue: *dux ipse loco superiore capto, unde agros, urbem, posset conspicere, Bruttiorum cohortem adire muros, atque evocare principes Locrensium ad colloquium jussit.* J. FR. GRON. *Τὸ ponit* abjiciunt etiam Cant. Lovel. 3. 4. Harl. et Gaertn. at copulam Hearnii N. Sed utroque, et *τῷ ponit* et *τῷ que* carent Flor. Lovel. 1. et Hearnii L. 1. Praeterea *possit* Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Hearnii Oxon. et edd. ante Gronov. anni 1665. Mox etiam *vocare* Flor. Voss. Cant. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Frob. anni 1535. Sed prima litera *τοῦ evocare* elisa erat ab ultima vocis praecedentis. V. ad 2, 44, 6.

§. 6. *Omnem multitudinem in potestate hostium esse adferebant*] Pal. 3. *asserebant.* GEBH. Ita quoque Voss. Lov. 4. 5. Harl. Hafn. Rec. Gaertn. Hearnii D. N. Exc. Pithoei, et Aldo priores edd. Sed male. Non enim optimae aetatis scriptoribus, certe non Livio, *adserere* pro adfirmare in usu fuisse puto. V. Cellar. Cur. poster. c. 1. p. 104. et Discuss. app. Dan. p. 33. ubi contra, *adferre* pro nunciare Livio aliisque frequens esse, monuit. V. etiam supra ad 8, 17, 7. et 22, 14, 11. Solent praeterea alibi *adsero* et *adfero* a librariis commutari. V. infra ad 30, 29, 4. et viros doctos ad Caes. 3. Civ. 15. et ad Cic. de Senect. 6. Paullo ante *nulli rei primo fides* Harl. *nullius rei fides est primo* Ber. *nullius rei primo fides est* Flor. Lovel. 1. 2. 4. 5. Gaertn. Hearnii O.

Digitized by Google

rebant; tum, metu victi, consulturos se popu-
lum responderunt. advocataque extemplo concione, 7
quum et leviſſimus quisque novas res novamque so-
cietatem mallent, et, quorum propinqui extra urbem
interclusi ab hoſtibus erant, velut obsidibus datis,
pigneratos haberent animos, pauci magis taciti pro- 8
barent conſtantem fidem, quam probatam tueri aude-
rent; haud dubio in speciem consensu fit ad Poenos
deditio: L. Atilio praefecto praesidii, quique cum 9
eo milites Romani erat, clam in portum deductis,
atque inpositis in naves, ut Rhegium deveherentur,

xon. et edd. usque ad poſtremam Gruteri, quae *τὸ est* omisit; quod loco priſtino reddidi.

§. 7. *Levissimus quisque novas res novamque societatem mallent*] Ita Gronov. anno 1665. edidit, consentientibus Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. quum ante vulgaretur *mallet*. V. ad 2, 22, 7. Mox etiam Gronov. *pigneratos*, pro *pignoratos*, dedit; in quo pariter et optimi, et plerique meorum concinunt. Ita vero antiquos etiam locutos esse, auctor eſt Prisc. 6. Gramm. p. 721.

§. 8. *Haud dubio in speciem consensu*] Verba haec utcumque intelliguntur. Quidam codd. habent *in spem*, sed obscuriore adhuc sensu. Similis dicendi modus l. 3. ab urb. cond. [9, 13.] ubi tribuni cum Terentillo agunt. Item hoc poſtea lib. [c. 24, 5.] ubi Andranodorus ac Themiſtius interficiuntur. Item rursus poſtea [c. 27, 1.] ubi Appius ad portum Syracusanum classem tenet. Et l. 4. dec. 4. [c. 13, 1.] in Catonis ſtrategemate. GLAR. Plura hujus locutionis exempla v. ad 3, 40, 7. Per codd. *in spem* praeferentes, quos Glareanus memorat, intelligendae sunt edd. Ascens. Mogunt. et forte paucae aliae. Omnes enim codd. scripti, exceptis Lovel. 5. et Rec. in vulgatum conspirant. Sed *spes* et *species* passim confunduntur. V. ad 3, 9, 13. Paullo ante *prolatam tueri*, pro *probatam*, Flor.

§. 9. *L. Atilio praefecto praesidii, quique cum eo milites Romani erant, clam in portum deductis*] Libro 2, [21, 2.] lectorem admonuimus, etiam atque etiam videat de hujusmodi locutionis genere. Nam ut illic singulari nomini, non collectivo, dedit verbum pluralis numeri *Mandonius venere*, quia interjectus erat ablativus pluralis numeri, ita hoc loco subſtantivo singulari adjicit pluralis numeri adjectiva, interjecto inter ablativos nominativo. GLAR. Idem eſt, ac si Livius dixisset, *praefecto praesidii et militibus Romanis, qui cum eo erant, clam in portum deductis.* Similis conſtructio etiam infra obcurrit 27, 5, 6. *Mutine, et si quorum aliorum merita erga populum Romanum erant, in senatum introductis.*

Digitized by Google

Hamilcarem Poenosque ea conditione, ut foedus extemplo aequis legibus fieret, in urbem acceperunt.
10 cujus rei prope non servata fides deditis est, quum Poenus dolo dimissum Romanum incusaret; Locren-
11 ses profugisse ipsum caussarentur. Insecuti etiam equites sunt, si quo casu in freto aestus morari, aut deferre naves in terram posset. et eos quidem, quos sequebantur, non sunt adepti: alias a Messana tra-
12 jicientes freto Rhegium naves conspexerunt. Milites erant Romani, a Claudio praetore missi ad obtinendam urbem praesidio. itaque Rhegio extemplo
13 abscessum est. Locrensibus jussu Hannibalis data pax, *ut liberi suis legibus viverent: urbs pateret Poenis, portus in potestatem Locrensium esset: societas*

Inpositis in naves] Pall. tres, et prisca ed. *in navibus*. GEBH. *impositis navibus* Lovel. 5. et Gaertn. *in navibus* Voss. Lovel. 1. 2. 3. Harl. Ber. Hav. Hearnii N. et Aldina antiquiores edd. Male. V. ad 26, 51, 2.

§. 11. *Insecuti etiam equites sunt*] Pall. tert. *Insecuti autem equites sunt*. GEBH. Dissentiunt nostri. Sed mox *possent*, pro *posset*, legunt Lovel. 1. Hearnii N. et edd. ante Aldum. Deinde *quidem* et *sunt* exsulant a Ber. Inferius *trajicientes fretum Rhegium* praefert Hav. Insuper §. seq. *ita Rhegio*, pro *itaque*, Lovel. 3. et Ber. V. ad 21, 53, 7.

§. 13. *Ut liberi suis legibus viverent*] Libri nostri omnes, *ut legibus suis liberi viverent*. GEBH. Adstipulantur ex meis Lov. quinque, Ber. Hav. et edd. ante Aldum. Harl. vero praefert *legibus suis leti viverent*. Gaertn. *legibus suis libere viverent*.

Urbs pariter et portus in potestate Locrensium esset] Comparet in Pall. 1. ac 3. *in potestatem Locrensium essent*. ut etiam superius creberrime admonui. Infra 31, 7, 9. habent Pall. duo, et ant. ed. *Peloponnesum totam in ditionem Philippus habet*. GEBH. Plerique libri *urbs pariter et Poenis portus*. Sed praeclare Put. *urbs pateret Poenis, portus in potestatem Locrensium esset*. Manus sec. supra *PAT* adposuerat *RI*. Inde omnes libri vitiati. Etiam melior Pet. Voss. duo Pall. habent *potestatem*. J. FR. GRON. *urbs pariter et Poenis* etiam Flor. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. Deinde *in potestatem* Flor. Lov. 1. et Hearnii N. Quam scripturam plerosque libros sibi inspectos tenere, testatur, et hinc recepit Cl. Crevier. V. ad 2, 14, 4. Mox *bello juvarent*, pro *juvaret*, Voss. Lovel. 1. 2. 3. Ber. et Hav. ex quibus Voss. Lovel. 2. 3. Ber. a

Digitized by Google

eo jure staret, ut Poenus Locrensem, Locrensisque Poenum pace ac bello juvaret.

II. Sic a freto Poeni reducti, frementibus Brut- 1
tiis, quod Rhegium ac Locros, quas urbes direptu-
ros se destinaverant, intactas reliquissent. Itaque 2
per se ipsi, conscriptis armatisque juventutis suae
quindecim millibus, ad Crotonem obpugnandum
pergunt ire; Graecam et ipsam urbem, et mariti-
mam: plurimum accessurum opibus, si in ora maris 3
urbem portu ac moenibus validam tenuissent, cre-
dentes. Ea cura angebat, quod neque non arcesse- 4
re ad auxilium Poenos satis audebant, ne quid non
pro sociis egisse viderentur: et, si Poenus rursus
magis arbiter pacis, quam adjutor belli, fuisset, ne

m. 2. et Hav. male legunt *Locrensesque.*

§. 2. *Per se ipsi, conscriptis armatisque*] *ipsi per se* Lov. 2. Tum *conscriptis armatis*, sine τε *que*, Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. et Hav. Mox *millibus quindecim*, praeter edd. Rom. anni 1472. et Parm. legunt Lovel 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. et Hav. quorum etiam unus vel alter *militibus*, pro *millibus*, errore scribarum exhibet. Hinc *Crotonem expugnandum* Lov. 4. V. ad 21, 57, 6. *Crotonem oppugnandam* Gaertner.

§. 3. *Si in ora maris portum ac urbem moenibus validam tenuissent*] Put. Voss. Gud. *maris urbem ac portum moenibus validam.* Itaque verum puto, quod e lib. vet. Muretus margini sui codicis adscripserat: *si in ora maris urbem portu ac moenibus validam tenuissent.* J. FR. GRON. *in ora maris urbem ac portum moenibus validam* Flor. Lovel. 2. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. *in ora maris ac urbem portu et moenibus validam* Lovel. 4. *in ora maris portu ac moenibus validam* Lovel. 5. ubi omittitur vox *urbem*, quae modo praecessit, et hic commode ex praecedenti repeti potest. *in ora maris urbem portu ac moenibus validam* Ber. et Hearnii N. quod Gronov. ex Mureti cod. probavit, ac mihi etiam verum esse videtur. Vulgatum certe mendae convincit, quod alibi Livius vocabulis a vocali incipientibus τὸ *ac* aut raro aut numquam praemiserit, nisi locis culpa librariorum corruptis. V. ad 10, 36, 17.

§. 4. *Ea cura angebat, quod neque non accersere ad auxilium Poenos satis audebant*] Pal. 2. *accersire ad auxilium satis Poenos audebant.* tert. *arcessere ad auxilium:* quod probum. Ita le-

Digitized by Google

in libertatem Crotonis, sicut ante Locrorum, frustra
5 pugnaretur. Itaque optimum visum est, ad Hannibalem mitti legatos, caverique ab eo, ut receptus
6 Croto Bruttiorum esset. Hannibal quum praesentium eam consultationem esse respondisset, et ad Hannonem eos rejecisset, ab Hannone nihil certi ablatum.
7 Nec enim diripi volebant nobilem atque opulentam urbem: et sperabant, quum Bruttius obpugnaret, Poenos nec probare, nec juvare eam obpugnatio-
8 nem adpareret, eo maturius ad se defecturos. Cro-

ge ex Pal. 3. et prisca ed. 26, 33, 4. *An arcessendus ex Capua Q. Fulvius esset.* Reposui 27, 42. et 43. e Pall. MSS. GEBH. V. etiam Gebhard. ad 2, 19, 10. 3, 9, 13. et 9, 9, 12. Ceterum *Ea cura augebat* Ber. V. ad 4, 51, 6. *Ea cura urgebat* Lovel. 3. Haec etiam verba in Mstis commutantur. V. Bentlej. ad Hor. 2. sat. 3, 39. Mox §. seq. *recepta Croto* Hearnii L. 1. V. ad 9, 34, 14. Reliquis tamen codd. vulgatum vindicantibus, nihil mutandum puto.

§. 6. *Ab Hannone nihil certi adlatum*] Vet. lib. *ablatam*. SIG. Salmasius ex Put. Sigonius ex vet. lib. notant *ablatum*. Idem nos ex Cantabr. confirmamus. et omnino Livii est. Plane ut Cicero ad Planoum 16. ad Att. [post ep. 16.] *Adimus ad Caesarem, verba fecimus pro Buthrotiis, decretum liberalissimum abstulimus.* JAC. GRON. *ablatum* etiam Flor. Cic. 4. ad fam. 12. *Recepit, perceleriter se ablaturum diploma.* ubi v. Cel. Graevium. *allatum est* Lovel. 2. Alibi autem *ablatus* et *adlatus* commutari solent. V. ad 8, 42, 6. Paullo ante *dejecisset* Voss. Flor. Cant. et Lovel. 1. 3. 4. *dejecit* Ber. Sed proprium in hac re verbum est *rejicere*. V. ad 2, 22, 5. Saepe vero τὸ *dejicere* et *rejicere* commutantur. V. ad 21, 31, 7. Ceterum *respondisset, ad Hannonem eos rejecit: ab Hannone* etc. Lov. 3. Voculam *et* ignorant etiam Flor. Voss. Lov. 4. Harl. Ber. et Gaertn. quae lectio probari posset. Livium enim intercisis orationibus gaudere, vidimus ad 21, 36, 4. Quum tamen, uno excepto, omnes in *rejecisset*, vel *dejecisset*, conspirent, potius est, ut statuamus, τὸ *et* interceptum esse a vocis praecedentis literis ultimis. V. ad 35, 41, 7.

§. 7. *Nec enim diripi volebant nobilem atque opulentam urbem*] *Nec eo diripi* Flor. Cant. et Lovel. 2. 3. 4. Praeterea *volebat* et *sperabat* Flor. partim a m. 1. partim a m. 2. Ber. et Hafn. ut referatur ad Hannonem. Hinc *opulentem urbem* Flor. V. ad 9, 36, 11. Deinde *Bruttii obpugnabant* Gaertn. *Bruttii obpugnarent* Ber. et edd. ante Aldum.

§. 8. *Ut plebes ab optimatibus dissentirent*] Vet. lib. *dissentiret*. SIG. Contra *dissentirent* servant Flor. Voss. Lovel. 2. 4. Ber. Gaertn. et Hearnii N. Id vero haud magis obsendit, quam il-

Digitized by Google

tone nec consilium unum inter populares, nec voluntas erat. unus velut morbus invaserat omnes Italiae civitates, ut plebes ab optimatibus dissentirent: senatus Romanis faveret, plebs ad Poenos rem traheret. Eam dissensionem in urbe perfuga nunciat 9
Bruttiis; Aristomachum esse principem plebis, tradendaeque auctorem urbis: et in vasta urbe lateque omnibus disjectis moenibus raras et stationes custodiasque senatorum esse. quacumque custodiant ple- 10
bis homines, ea patere aditum. Auctore ac duce

lud supra 3, 38, 11. *Haec fremunt plebes.* ubi vide. Mox *et plebs ad Poenos retraheret* Flor. Voss. Lovel. 2. 3. Harl. Gaertn. Hav. et edd. vett. *et plebs* etiam Lovel. 5. *retraheret* autem similiter Lovel. 1. 4. Ber. et Hafn. duabus vocibus in unam male coalescentibus. Liv. 23, 8, 2. *Princeps factionis ejus, quae traxerat rem ad Poenos.* ubi v. quaedam exempla. 24, 28, 4. *Si alii alio trahant res.* 32, 19, 2. *Principem factionis ad Philippum trahentium res expulerant.* 42, 44, 3. *Aliis ad regem trahentibus civitatem.*

§. 9. *Et in vasta urbe lateque omnibus disjectis moenibus partitas stationes custodiasque senatorum ac plebis esse*] Pal. pr. *parasset stationes.* sec. *disjectis moenibus passim stationes.* tert. *parasse stationes.* GEBH. Memini ex 4, [13, 9.] *Partita ducibus multitudinis ministeria esse.* Hic tamen ea vox non integra: nam liber optimus *paraset:* manus secunda aliud *s* superius adjecit. unde complures scripti *parasset*, unus *passim.* Sed et Put. *lataque*, prorsus autem ignorant *τὰ ac plebis:* quas duas voces nescit et Vossianus. Videtur fuisse: *et in vasta urbe laxaque omnibus disjectis moenibus raras stationes custodiasque senatorum esse.* Satis enim intelligitur, ubi deficiant senatores, ibi plebem excubias egisse, praesertim quum subjungatur, *quacumque custodiant plebis homines.* Belli Gall. 8, [10.] *Quum raris disjectisque ex aedificiis pabulum conquireretur.* Noster infra [c. 33, 9.] *Vastam disjectamque spatio urbem parte aliqua se invasuros.* J. FR. GRON. *partitas* in nullo apud me est cod. nisi forte ita praeferat Lovel. 4. unde nihil in exc. notatur. Verum *passim* legunt Voss. Lovel. 1. et pro varia lectione Lovel. 3. *parasse* Lov. 2. 5. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. et Hearnii L. 1. *parasset* Flor. Cant. Lovel. 3. Harl. et Hearnii N. Tum voces *ac plebis* exsulant a Flor. Cant. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Insuper *lataque* Flor. Quamvis autem *latus* et *laxus* commutari a librariis infra videbimus ad 39, 17, 2. hic tamen vulgatum malo: in urbe vasta et omnibus moenibus, quae late disjecta erant. *Moenia late disjecta* sunt in varias admodum partes huc illuc procurrentia. Vocem *disjicere* hoc sensu inlustrat Oudend. ad Hirtii 8. B. Gall. 3. Ita *disjicere phalangem* infra est

Digitized by Google

perfuga, Bruttii corona cinxerunt urbem: acceptique a plebe primo inpetu locos omnes, praeter ar-
11 cem, cepere. Arcem optimates tenebant, praeparato jam ante ad talem casum perfugio. Eodem Aristomachus perfugit; tamquam Poenis, non Bruttiis, auctor urbis tradendae fuisset.

1 III. Urbs Croto murum in circuitu patentem duodecim millia passuum habuit, ante Pyrrhi in Italiam

44, 41, 6. Ceterum Gronov. prima ed. not. conjecit *raras et stationes custodiasque;* quod propius ad optimarum membranarum Put. lectionem *paraset* accedit, *P* litera tantum in *R* mutata; quarum commutationem frequentissimam esse, vidimus ad 23, 1, 6. *raras et stationes custodiasque* pro raras et stationes et custodias. V. ad 34, 37, 5. (* lege 29, 12, 5.)

§. 10. *Acceptique a plebe primo inpetu locos omnes, praeter arcem, cepere*] Pall. 1. ac 3. *primo impetu omnes, praeter arcem, cepere.* sec. *omnia, praeter arcem.* GEBH. Nescit liber optimus *locos.* Nesciunt et Voss. tresque Pall. Sed ex his unus *omnia.* Vossianus inter versus suprascriptum habet *omnem.* quod videtur verum, ut intelligas urbem. J. FR. GRON. *primo impetu omnia* Ber. *primo impetu omnes* Flor. Lovel. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. *primo impetu omne* Lovel. 4. et 5. quod non longe abit ab eo, quod Gronov. probabat. Cl. Crevier. lectoris arbitrio permittebat, utrum *omnia*, an *omnem*, mallet. Posterius praeferrem, si plures codd. consentirent. *omnem urbem* autem, id est totam. V. ad 5, 42, 1.

§. 11. *Praeparato jam ante ad talem casum perfugio*] *praeparato is ante talem casum profugio* Brancal. Latinii. Verum *ante praeparare* Livio non insolens est. V. ad 10, 41, 9. Dein *profugio* etiam Lovel. 2. Ber. et Hav. et mox *profugit* Lovel. 2. V. ad 37, 57, 2. *ad talem casum praesidio* pro varia lectione erat in margine Lovel. 3.

§. 2. *Extra frequentia tectis loca praeterfluebat et agros, qui habitabantur*] Opinor legendum *praeterfluebat muros procul iis*, qui (* in marg. legitur *alias quae*) *habitabantur.* VALLA. Pal. 1. *praeterfluebat et agros procul eis qua habitabantur.* unde prisca ed. *et agger procul ejus quae hab.* GEBH. Laurentii Vallae est; quum antea legeretur *praeterfluebat et agros*, quomodo fere in scriptis reperimus. Put. *praeterfluebat etaros, procul iis, quae habitabantur.* Superius addidit manus altera τὸ *G.* inde manavit in alios. Conjiciebam: *flumen, quod medio oppido fluxerat, extra frequentia tectis loca praeterfluebat Aesaros:* omissis *toïs procul iis, quae habitabantur*, quae videbantur explicatio τῶν *extra frequentia tectis loca.* Strabo [6, p. 262.] *Πρώτη δ' ἐστὶ Κρότων ἐν ἑκατὸν καὶ ν' σταδίοις ἀπὸ τοῦ Λακινίου, καὶ ποταμὸς Αἴσαρος καὶ λιμήν.* Ovidius 15. Met. [25.]

I pete diversi lapidosas Aesaris undas.

Digitized by Google

adventum. post vastitatem eo bello factam vix pars 2
dimidia habitabatur: flumen, quod medio oppido
fluxerat, extra frequentia tectis loca praeterfluebat:
et arx procul iis, quae habitabantur. Sex millia ab- 3
erat ab urbe nobili templum (ipsa urbe erat nobi-
lius) Laciniae Junonis, sanctum omnibus circa po-
pulis. Lucus ibi, frequenti silva et proceris abietis 4
arboribus septus, laeta in medio pascua habuit, ubi

Et post ibidem [v. 54.]
Invenit Aesarei fatalia flumi-
nis ora.

Est tamen Livii 2, [62, 4.] *Vicorum, quibus frequenter habitabatur.* Et 36, [22, 7.] *Arcem extra muros, quae frequentius prope, quam urbs, habitabatur.* Ideo displicet haec lectio, et verissimam judico Salmasii conjecturam: *extra frequentia tectis loca praeterfluebat, et arx procul iis, quae habitabantur.* Scriptum fuit *etarcs*; inde factum *etaros.* Sic infra hoc cap. *Et arx Crotónis:* idem Put. *etaros Crotonis.* Porro statim optimus liber hanc lectionem suggerere videtur: *et arx procul iis, quae habitabantur, sex millia aberat. In urbe nobili templum ipsa urbe erat nobilius.* Sed ea tolerari non potest. Non enim Laciniae Junonis templum Crotone fuit, sed in promontorio Lacinio, quod tot statiis ab ea urbe locat Strabo. Hoc potius largiamur optimo libro, ut reponamus: *et arx procul iis, quae habitabantur. Sex millia aberat inde urbe nobili templum ipsa urbe nobilius Laciniae Junonis* etc. Caeterum et Casaubono pro miro adnotatum, centum quinquaginta stadiis, hoc est, prope novendecim millibus, separare Strabonem, quae sex millibus, hoc est stadiis quadraginta et octo, distare ait Livius. An aliquid corrigendum? ut aut Strabo scripserit ἐν πεντήκοντα καὶ ἁ σαδίοις, quae sex millia trecentos septuaginta quinque faciunt: aut Livius: *XVIII millia aberat?* An potius ita conciliabimus, ut Strabonem maritimum iter, quod circumvectio reddit longius, Livium terrestre designasse dicamus? J.FR.GRON. *praeterfluebat et agros procul iis, quae habitabantur* vulgo apud me codd. nisi quod quidam eorum in paucis apicibus differant. nam *in agros* habent Lovel. 1. et Voss. inter versus. *et ager* Lovel. 5. Ber. Hafn. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Pleraeque eas secutae cum Valla *praeterfluebat muros.* Tum *eis qua habitabatur* Lovel. 3. et Harl. *eis habitabatur* Lovel. 4. *eis et habitabantur* Lovel. 5. *eis qui habitabantur* Gaertn. et Hav. *eis quae inhabitabantur* tantum non omnes typis excusi. In his nihil verius Gronovii posteriori conjectura *et arx procul iis, quae habitabantur.* Deinde in verbis sequentibus *aberat in urbe nobile templum ipsa urbe erat nobilius* vulgo codd. et edd. quibus utor, praeferunt. sed *aberant in urbe nobile* insuper Lovel. 1. 2. et Voss. *aberant in urbe nobili* Hav. *aberat in urbe nobili* Flor. a m. 2. Lov. 5. Hafn. Rec. et Ber. An legendum *Sex millia aberat inde urbe nobili templum (ipsa urbe erat nobi-*

Digitized by Google

perfuga, Bruttii corona cinxerunt urbem: acceptique a plebe primo inpetu locos omnes, praeter ar-
11 cem, cepere. Arcem optimates tenebant, praeparato jam ante ad talem casum perfugio. Eodem Aristomachus perfugit; tamquam Poenis, non Bruttiis, auctor urbis tradendae fuisset.

1 III. Urbs Croto murum in circuitu patentem duodecim millia passuum habuit, ante Pyrrhi in Italiam

44, 41, 6. Ceterum Gronov. prima ed. not. conjecit *raras et stationes custodiasque;* quod propius ad optimarum membranarum Put. lectionem *paraset* accedit, *P* litera tantum in *R* mutata; quarum commutationem frequentissimam esse, vidimus ad 23, 1, 6. *raras et stationes custodiasque* pro raras et stationes et custodias. V. ad 34, 37, 5. (* lege 29, 12, 5.)

§. 10. *Acceptique a plebe primo inpetu locos omnes, praeter arcem, cepere*] Pall. 1. ac 3. *primo impetu omnes, praeter arcem, cepere.* sec. *omnia, praeter arcem.* GEBH. Nescit liber optimus *locos.* Nesciunt et Voss. tresque Pall. Sed ex his unus *omnia.* Vossianus inter versus suprascriptum habet *omnem.* quod videtur verum, ut intelligas urbem. J. FR. GRON. *primo impetu omnia* Ber. *primo impetu omnes* Flor. Lovel. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. *primo impetu omne* Lovel. 4. et 5. quod non longe abit ab eo, quod Gronov. probabat. Cl. Crevier. lectoris arbitrio permittebat, utrum *omnia*, an *omnem*, mallet. Posterius praeferrem, si plures codd. consentirent. *omnem urbem* autem, id est totam. V. ad 5, 42, 1.

§. 11. *Praeparato jam ante ad talem casum perfugio*] *praeparato is ante talem casum profugio* Brancal. Latinii. Verum *ante praeparare* Livio non insolens est. V. ad 10, 41, 9. Dein *profugio* etiam Lovel. 2. Ber. et Hav. et mox *profugit* Lovel. 2. V. ad 37, 57, 2. *ad talem casum praesidio* pro varia lectione erat in margine Lovel. 3.

§. 2. *Extra frequentia tectis loca praeterfluebat et agros, qui habitabantur*] Opinor legendum *praeterfluebat muros procul iis,* qui (* in marg. legitur *alias quae*) *habitabantur.* VALLA. Pal. 1. *praeterfluebat et agros procul eis qua habitabantur.* unde prisca ed. *et agger procul ejus quae hab.* GEBH. Laurentii Vallae est; quum antea legeretur *praeterfluebat et agros,* quomodo fere in scriptis reperimus. Put. *praeterfluebat etaros, procul iis, quae habitabantur.* Superius addidit manus altera τὸ *G.* inde manavit in alios. Conjiciebam: *flumen, quod medio oppido fluxerat, extra frequentia tectis loca praeterfluebat Aesaros:* omissis τοῖς *procul iis, quae habitabantur,* quae videbantur explicatio τῶν *extra frequentia tectis loca.* Strabo [6, p. 262.] Πρώτη δ' ἐστὶ Κροτῶν ἐν ἑκατὸν καὶ ν' σταδίοις ἀπὸ τοῦ Λακινίου, καὶ ποταμὸς Αἴσαρος καὶ λιμήν. Ovidius 15. Met. [25.]

I pete diversi lapidosas Aesaris undas.

Digitized by Google

adventum. post vastitatem eo bello factam vix pars 2
dimidia habitabatur: flumen, quod medio oppido
fluxerat, extra frequentia tectis loca praeterfluebat:
et arx procul iis, quae habitabantur. Sex millia ab- 3
erat ab urbe nobili templum (ipsa urbe erat nobi-
lius) Laciniae Junonis, sanctum omnibus circa po-
pulis. Lucus ibi, frequenti silva et proceris abietis 4
arboribus septus, laeta in medio pascua habuit, ubi

Et post ibidem [v. 54.]
Invenit Aesarei fatalia flumi-
nis ora.
Est tamen Livii 2, [62, 4.] *Vicorum, quibus frequenter habitabatur.* Et 36, [22, 7.] *Arcem extra muros, quae frequentius prope, quam urbs, habitabatur.* Ideo displicet haec lectio, et verissimam judico Salmasii conjecturam: *extra frequentia tectis loca praeterfluebat, et arx procul iis, quae habitabantur.* Scriptum fuit *etarcs;* inde factum *etaros.* Sic infra hoc cap. *Et arx Crotonis:* idem Put. *etaros Crotonis.* Porro statim optimus liber hanc lectionem suggerere videtur: *et arx procul iis, quae habitabantur, sex millia aberat. In urbe nobili templum ipsa urbe erat nobilius.* Sed ea tolerari non potest. Non enim Laciniae Junonis templum Crotone fuit, sed in promontorio Lacinio, quod tot statiis ab ea urbe locat Strabo. Hoc potius largiamur optimo libro, ut reponamus: *et arx procul iis, quae habitabantur. Sex millia aberat inde urbe nobili templum ipsa urbe nobilius Laciniae Junonis* etc. Caeterum et Casaubono pro miro adnotatum, centum quinquaginta stadiis, hoc est, prope novendecim millibus, separare Strabonem, quae sex millibus, hoc est stadiis quadraginta et octo, distare ait Livius. An aliquid corrigendum? ut aut Strabo scripserit ἐν πεντήκοντα καὶ ἑξακοσίοις, quae sex millia trecentos septuaginta quinque faciunt: aut Livius: *XVIII millia aberat?* An potius ita conciliabimus, ut Strabonem maritimum iter, quod circumvectio reddit longius, Livium terrestre designasse dicamus? J.FR.GRON. *praeterfluebat et agros procul iis, quae habitabantur* vulgo apud me codd. nisi quod quidam eorum in paucis apicibus differant. nam *in agros* habent Lovel. 1. et Voss. inter versus. *et ager* Lovel. 5. Ber. Hafn. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Pleraeque eas secutae cum Valla *praeterfluebat muros.* Tum *eis qua habitabatur* Lovel. 3. et Harl. *eis habitabatur* Lovel. 4. *eis et habitabantur* Lovel. 5. *eis qui habitabantur* Gaertn. et Hav. *eis quae inhabitabantur* tantum non omnes typis excusi. In his nihil verius Gronovii posteriori conjectura *et arx procul iis, quae habitabantur.* Deinde in verbis sequentibus *aberat in urbe nobile templum ipsa urbe erat nobilius* vulgo codd. et edd. quibus utor, praeferunt. sed *aberant in urbe nobile* insuper Lovel. 1. 2. et Voss. *aberant in urbe nobili* Hav. *aberat in urbe nobili* Flor. a m. 2. Lov. 5. Hafn. Rec. et Ben. An legendum *Sex millia aberat inde urbe nobili templum (ipsa urbe erat nobi-*

Digitized by Google

perfuga, Bruttii corona cinxerunt urbem: acceptique a plebe primo inpetu locos omnes, praeter ar-
11 cem, cepere. Arcem optimates tenebant, praeparato jam ante ad talem casum perfugio. Eodem Aristomachus perfugit; tamquam Poenis, non Bruttiis, auctor urbis tradendae fuisset.

1 III. Urbs Croto murum in circuitu patentem duodecim millia passuum habuit, ante Pyrrhi in Italiam

44, 41, 6. Ceterum Gronov. prima ed. not. conjecit *raras et stationes custodiasque;* quod propius ad optimarum membranarum Put. lectionem *paraset* accedit, *P* litera tantum in *R* mutata; quarum commutationem frequentissimam esse, vidimus ad 23, 1, 6. *raras et stationes custodiasque* pro raras et stationes et custodias. V. ad 34, 37, 5. (* lege 29, 12, 5.)

§. 10. *Acceptique a plebe primo inpetu locos omnes, praeter arcem, cepere*] Pall. 1. ac 3. *primo impetu omnes, praeter arcem, cepere.* sec. *omnia, praeter arcem.* GEBH. Nescit liber optimus *locos.* Nesciunt et Voss. tresque Pall. Sed ex his unus *omnia.* Vossianus inter versus suprascriptum habet *omnem.* quod videtur verum, ut intelligas urbem. J. FR. GRON. *primo impetu omnia* Ber. *primo impetu omnes* Flor. Lovel. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. *primo impetu omne* Lovel. 4. et 5. quod non longe abit ab eo, quod Gronov. probabat. Cl. Crevier. lectoris arbitrio permittebat, utrum *omnia*, an *omnem*, mallet. Posterius praeferrem, si plures codd. consentirent. *omnem urbem* autem, id est totam. V. ad 5, 42, 1.

§. 11. *Praeparato jam ante ad talem casum perfugio*] *praeparato is ante talem casum profugio* Brancal. Latinii. Verum *ante praeparare* Livio non insolens est. V. ad 10, 41, 9. Dein *profugio* etiam Lovel. 2. Ber. et Hav. et mox *profugit* Lovel. 2. V. ad 37, 57, 2. *ad talem casum praesidio* pro varia lectione erat in margine Lovel. 3.

§. 2. *Extra frequentia tectis loca praeterfluebat et agros, qui habitabantur*] Opinor legendum *praeterfluebat muros procul iis,* qui (* in marg. legitur *alias quae*) *habitabantur.* VALLA. Pal. 1. *praeterfluebat et agros procul eis qua habitabantur.* unde prisca ed. *et agger procul ejus quae hab.* GEBH. Laurentii Vallae est; quum antea legeretur *praeterfluebat et agros,* quomodo fere in scriptis reperimus. Put. *praeterfluebat etaros, procul iis, quae habitabantur.* Superius addidit manus altera τὸ *G.* inde manavit in alios. Conjiciebam: *flumen, quod medio oppido fluxerat, extra frequentia tectis loca praeterfluebat Aesaros:* omissis *τοῖς procul iis, quae habitabantur,* quae videbantur explicatio τῶν *extra frequentia tectis loca.* Strabo [6, p. 262.] *Πρώτη δ' ἐστὶ Κρότων ἐν ἑκατὸν καὶ ν' σταδίοις ἀπὸ τοῦ Λακινίου, καὶ ποταμὸς Αἴσαρος καὶ λιμήν.* Ovidius 15. Met. [25.]

I pete diversi lapidosas Aesaris undas.

Digitized by Google

adventum. post vastitatem eo bello factam vix pars 2
dimidia habitabatur: flumen, quod medio oppido
fluxerat, extra frequentia tectis loca praeterfluebat:
et arx procul iis, quae habitabantur. Sex millia ab- 3
erat ab urbe nobili templum (ipsa urbe erat nobi-
lius) Laciniae Junonis, sanctum omnibus circa po-
pulis. Lucus ibi, frequenti silva et proceris abietis 4
arboribus septus, laeta in medio pascua habuit, ubi

Et post ibidem [v. 54.]
Invenit Aesarei fatalia flumi-
nis ora.
Est tamen Livii 2, [62, 4.] *Vicorum, quibus frequenter habitabatur.* Et 36, [22, 7.] *Arcem extra muros, quae frequentius prope, quam urbs, habitabatur.* Ideo displicet haec lectio, et verissimam judico Salmasii conjecturam: *extra frequentia tectis loca praeterfluebat, et arx procul iis, quae habitabantur.* Scriptum fuit *etarcs*; inde factum *etaros.* Sic infra hoc cap. *Et arx Crotonis:* idem Put. *etaros Crotonis.* Porro statim optimus liber hanc lectionem suggerere videtur: *et arx procul iis, quae habitabantur, sex millia aberat. In urbe nobili templum ipsa urbe erat nobilius.* Sed ea tolerari non potest. Non enim Laciniae Junonis templum Crotone fuit, sed in promontorio Lacinio, quod tot statiis ab ea urbe locat Strabo. Hoc potius largiamur optimo libro, ut reponamus: *et arx procul iis, quae habitabantur. Sex millia aberat inde urbe nobili templum ipsa urbe nobilius Laciniae Junonis* etc. Caeterum et Casaubono pro miro adnotatum, centum quinquaginta stadiis, hoc est, prope novendecim millibus, separare Strabonem, quae sex millibus, hoc est stadiis quadraginta et octo, distare ait Livius. An aliquid corrigendum? ut aut Strabo scripserit ἐν πεντήκοντα καὶ ἑξακοσίοις, quae sex millia trecentos septuaginta quinque faciunt: aut Livius: *XVIII millia aberat?* An potius ita conciliabimus, ut Strabonem maritimum iter, quod circumvectio reddit longius, Livium terrestre designasse dicamus? J.FR.GRON. *praeterfluebat et agros procul iis, quae habitabantur* vulgo apud me codd. nisi quod quidam eorum in paucis apicibus differant. nam *in agros* habent Lovel. 1. et Voss. inter versus. *et ager* Lovel. 5. Ber. Hafn. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Pleraeque eas secutae cum Valla *praeterfluebat muros.* Tum *eis qua habitabatur* Lovel. 3. et Harl. *eis habitabatur* Lovel. 4. *eis et habitabantur* Lovel. 5. *eis qui habitabantur* Gaertn. et Hav. *eis quae inhabitabantur* tantum non omnes typis excusi. In his nihil verius Gronovii posteriori conjectura *et arx procul iis, quae habitabantur.* Deinde in verbis sequentibus *aberat in urbe nobile templum ipsa urbe erat nobilius* vulgo codd. et edd. quibus utor, praeferunt. sed *aberant in urbe nobile* insuper Lovel. 1. 2. et Voss. *aberant in urbe nobili* Hav. *aberat in urbe nobili* Flor. a m. 2. Lov. 5. Hafn. Rec. et Ben. An legendum *Sex millia aberat inde urbe nobili templum (ipsa urbe erat nobi-*

Digitized by Google

omnis generis sacrum Deae pascebatur pecus sine
5 ullo paſtore: separatimque egreſſi cujusque generis
greges nocte remeabant ad ſtabula, numquam insi-
6 diis ferarum, non fraude violati hominum. Magni
igitur fructus ex eo pecore capti, columnaque inde
aurea solida facta, et sacrata eſt: inclitumque tem-
plum, divitiis etiam, non tantum sanctitate, fuit.
7 Ac miracula aliqua adſinguntur plerumque tam insi-

lius) *Laciniae Junonis*? Certe illud *erat* omnes omnino codd. agnoscunt. De simili parenthesi v. ad 5, 32, 8. Mox *sacrum*, pro *sanctum*, Lovel. 4. quomodo etiam alibi errarunt librarii. Exemplum habuimus 9, 34, 19.

§. 4. *Locus ibi, frequenti silva et proceris abietis arboribus septus*] *Lucus*, conjectura prius, mox libraria fide usus, reponere non dubitavi. SABELL. Quum *lucum* silva et arboribus septum fuiſſe dicit, eum ab his diſtinguit: ut *lucus* proprie videatur eſſe illa pars, quae in medio silvae et aliarum arborum, iisque circumdata erat. DUK. *abjectis arboribus* Voſſ. Lovel. 1. 3. 4. et Harl. *abietinis arboribus* Hearnii N. a m. 1. Quae lectiones ideo forte a librariis subſtitutae sunt, quod *arbores abietis* dici non posse sibi persuaderent. Certe id credidit Ascens. qui propterea in explanatione vocabulorum Livianorum *abietis* deducebat a recto *abietus*. Sed, eos errare, patet ex illis, quae notant Sanctius 2. Min. 3. p. 173. et Voſſ. 7. Gramm. 7. Mox *sacrum depascebatur pecus* Ber. et Hearnii N. in margine. V. ad 22, 2, 1. *sacrum Deae pecus pascebatur* Flor.

§. 5. *Separatimque egressi cujusque generis greges*] Liber optimus ignorat *greges*, ut et qui bonitate illi proximi. Sic autem illi *separatimque egressui cujusque generis nocte*. Scribe: *separatique greges sui quique generis nocte remeabant*. J. FR. GRON. *greges* etiam exsulat a Flor. Voſſ. Lovel. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Nic. Heinsius ad Vell. Pat. 1, 16, 2. emendat *separatumque egressi sui quisque generis*. Operae tamen typographorum in eo aberraſſe, et Heinsius voluiſſe videtur *separatimque*; quamvis vel sic sensum vix exsculpam. Gronovii itaque conjecturam praefero, nisi quod propius ad antiquam lectionem accedat, si, una addita litera, *greges*, *sui quisque generis*, legamus. Ita autem Livium saepe locutum eſſe, vidimus ad 7, 19, 2.

§. 7. *Ac miracula aliqua adſinguntur plerumque tam insignibus locis*] Pal. pr. *Ad miracula aliqua affiguntur*. tert. *Ad miracula aqua affiguntur*. GEBHARD. Sermo anhelans. Legendum *Ac miracula aliqua affingunt, ut plerumque tam insignibus locis. Fama est, aram* etc. Sic perpetuo Livius. 2, 7, 2. *Adjiciunt miracula huic pugnae, ingentem vocem editam*. 25, 39, 16. *Apud omnes magnum nomen Marcii ducis est; et verae gloriae ejus etiam miracula addunt, flammam ei fusam*

Digitized by Google

gnibus locis. Fama est, aram esse in vestibulo templi, cujus cinerem nullo umquam moveri vento. Sed arx Crotonis, una parte inminens mari, altera, 8
vergente in agrum, situ tantum naturali quondam munita, postea et muro cincta est, qua per aversas rupes ab Dionysio Siciliae tyranno per dolum fuerat capta. Eam tum arcem, satis, ut videbatur, 9
tutam, Crotoniatum optimates tenebant, circumse-

e capite. Sive homines subaudire placeat, sive annales. Exempla autem haec quoque videntur in dubium trahere *τὰ fama est*, quae certe nullo modo hic sunt necessaria. JAC. GRON. *affingunt*, *ut plerumque* occupavit antea Freinshem. in Ind. Flori v. *Vox una.* Loco corrumpendo caussa fuisse potuit, quod verbum sine nominativo librariis displicuerit. Id tamen Livio familiare est. V. ad 34, 56, 11. Ceterum *Ad miracula* Flor. am. 1. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et edd. Moguntina priores. Saepissime hae particulae commutantur. V. ad 21. 32, 2. *Adminicula* Hav. Tum *affiguntur* Voss. Lovel. 1. 2. 3. Hafn. et Hav. *effinguntur* Lov. 5. *attinguntur* Gaertn.

Cujus cinerem nullus umquam moveat ventus. Et arx] Plerique *movet.* Petav. *movet ventos.* Sed optimus, *nullo unquam move ventos.* Unde faciendum *nullo unquam moveri vento. Sed arx Crotonis.* Plinius 2, 107. *In Laciniae Junonis ara sub divo sita cinerem immobilem esse, perflantibus undique procellis.* J. FR. GRON. *nullus umquam movet ventus* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Cant. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. et Hav. Eamdem emendationem, quam hoc loco, proponit etiam Gron. 2. Obs. 14. Ea lectione quod sit operae pretium, haud quaquam se videre, adfirmat Doujatius. At cogitare debuisset, multum praestitisse Gronov. revocando lectionem, quam ipsius Livii esse integerrimi cod. vestigia docent.

§. 8. *Una parte inminet mari*] Plerique *imminens.* Optimi quoque *cincta est.* J. FR. GRON. *inminens* etiam Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. omnesque edd. usque ad Froben. qui anno 1535. primus dedit *imminet.* Priscam lectionem probavit, et recepit etiam Cl. Crevier. testatus, ita melius cohaerere orationem. *Τὸ est* in nullo meorum superest.

§. 9. *Eam tum arcem, satis, ut videbatur, tutam, Crotoniatum optimates tenebant*] Voss. *Eo tum arte satis, ut videbatur, tuta.* Put. Pet. Men. *Ea* [Put. *Eo*] *tum arce satis, ut videbatur, tuta optimates tenebant.* Illud non insuperhabendum: nam Livio *tenere alicubi* est idem, quod tenere locum alicubi, ut infra pluribus. Sic 31, [45, 14.] *Inde Cassandream petentes, primo ad Mendim, maritimum civitatis ejus vicum, tenuere.* Ubi perperam praepositionem delet Glareanus. 32, [5, 12.] *Qua abscissae rupes erant,* statio paucorum

Digitized by Google

10 dente cum Bruttiis eos etiam plebe sua. Postremo
Bruttii, quum suis viribus inexpugnabilem viderent
arcem, coacti necessitate, Hannonis auxilium inplo-
11 rant. Is, conditionibus ad deditionem compellere
Crotoniatas conatus, ut coloniam Bruttiorum eo de-
duci, antiquamque frequentiam eorum recipere va-
stam ac desertam bellis urbem paterentur, omnium
12 neminem, praeter Aristomachum, movit. morituros
se adfirmabant citius, quam, inmixti Bruttiis, in
alienos ritus, mores, legesque, ac mox linguam et-
13 iam verterentur. Aristomachus unus, quando nec
suadendo ad deditionem satis valebat, nec, sicut
urbem prodiderat, locum prodendae arcis invenie-
14 bat, transfugit ad Hannonem. Locrenses brevi post
legati, quum permissu Hannonis arcem intrassent,

armatorum tenebat. 44, [12, 6.] *Ipsi obscura nocte simplici ordine, quam poterant proxime litus tenentes, intrarunt urbem.* J. FR. GRON. Quae hic adferuntur ex 31, 45, 14. et 44, 12, 6. non videntur huc pertinere. Magis ad rem faciunt, quae 28, 1, 7. et 32, 5, 12. leguntur. DUK. *Eo tum arce satis, ut videbatur, tuta* Flor. a m. 1. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *Ea tum arce satis, ut videbatur, tuta* Flor. a m. 2. Lov. 2. et Harl. Cl. Joh. Alex. Roëllius, hac lectione recepta, insuper legebat *se tenebant.* V. ad 3, 2, 1. De locutione *alicubi tenere* v. Gronov. infra ad 27, 17, 17.

§. 11. *Antiquamque frequentiam eorum recipere*] Videndum est, ne Livius *virorum* potius, quam *eorum*, scriptum reliquerit. SABELL. Nihil ad rem facit τὸ *eorum.* Scripti *eo recipere.* Forte *frequentiam suam recipere.* J. FR. GRON. *eo recipere* Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii N. *frequentiam recipere*, media voce omissa, Hearnii L. 1. quod, si gravioris auctoritatis codices concinerent, non displiceret. Cl. quoque Crevier. vel eam lectionem, vel Gronovii conjecturam veram putabat. At Doujat. *frequentiam eorum ope recipere* ex ingenio scribendum censebat. Ceterum §. seq. *ac mox litigia verterentur* Voss. et Lovel. 1. *et mox linguam verterentur* editi ante Aldum.

§. 13. *Aristomachus unus*] Ultimam vocem ignorant Lovel. 2. 4. et Voss. Hinc §. seq. *persuadere, ut traduci* Lovel. 3. per infinitivum enunciata locutione, de quo v. ad 1, 50, 5. *persuadent optimatibus, ut traduci* Lov. 2.

§. 15. *Missis ad id ipsum tum legatis*] Put. *attipeum legatis.*

Digitized by Google

persuadent, ut traduci se in Locros paterentur, nec ultima experiri vellent. Jam hoc ut sibi liceret, impetraverant et ab Hannibale, missis ad ipsum legatis. ita Crotone excessum est, deductique Crotoniatae ad mare naves conscendunt. Locros omnis multitudo abeunt. In Apulia ne hiems quidem quieta inter Romanos atque Hannibalem erat. Luceriae Sempronius consul, Hannibal haud procul Arpis hibernabat. Inter eos levia proelia ex occasione, aut opportunitate hujus aut illius partis, oriebantur: meliorque eis Romanus, et in dies cautior tutiorque ab insidiis fiebat.

IV. In Sicilia Romanis omnia mutaverat mors Hieronis, regnumque ad Hieronymum nepotem ejus translatum: puerum, vixdum libertatem, nedum do-

Et sane sufficit *impetraverant et ab Annibale, missis ad ipsum legatis*. J. FR. GRON. Quidam *ad id ipsum cum legatis*, sed *ad id ipsum lêgatis* Flor. a m. 2. Voss. et Lov. 1. *ad ipsum cum legatis* Cant. Voss. Harl. et Gaertner. An voluerunt *ad ipsum eum legatis*? V. ad 29, 43, 4. Solet autem *eum* in *cum*, idque iterum in *tum* commutari. V. ad 10, 7, 3. Sed nec Gronovii conjectura displicet, quae in Lovel. 2. exstitisse videtur.

Ita Crotone excessum est] Libri optimi: *ita Crotonem excessum est*. J. FR. GRON. Ita certe est in Flor. a m. 1. V. ad 2, 37, 8. Mox *deducti Crotoniatae* Cantabr.

§. 17. *Ex occasione, aut opportunitate*] *aut ex opportunitate* Lov. 1. et Ber. Livium praepositionum repetitione gavisum esse, vidimus ad 6, 28, 6. Num tamen his codd. credendum sit, reliquis invitis, dubito. Mox *tutiorque ab insidiis ferebatur* Lovel. 2. Paullo ante vero §. praec. *haud inde procul Arpis* Ber. in margine a m. 2.

§. 1. *Nedum dominationem modice laturum. Aetatis id ingenium*] Ego accipio *modice* adverbialiter, pro eo quod est temperate et modeste: ideoque superiorem sententiam sic claudo, *nedum dominationem modice laturum*. sequentemque sic incipio, mutoque sic: *Laetati* (* in marg. est, *alias laete*) *id ingenium tutores atque amici*. VALLA. Nullo in libro comparet haec loctio [*modice laturum. Laeti id ingenium.*] Quippe omnes perperam *modicae laturum aetatis. id ingenium* etc. Probo autem vulgatam lectionem omnium primo a Valla emendatam. GEBH. *Laete id ingenium* jam in Tar-

Digitized by Google

2 minationem, modice laturum. Laete id ingenium tutores atque amici ad praecipitandum in omnia vitia acceperunt: quae ita futura cernens Hiero, ultima senecta voluisse dicitur liberas Syracusas relinquere, ne sub dominatu puerili, per ludibrium, bonis artibus partum firmatumque interiret regnum.
3 Huic consilio ejus summa ope obstitere filiae, nomen regium penes puerum futurum ratae, regimen rerum

visina invenio. Andreas *laturum aetatis. Id ingenium*, ut etiam Men. Buslid. Voss. tres Pall. Laur. Valla conjecerat *Laetati*. Optimus vero *laturum aeetas it ingenium et tutores*. Manus secunda inter *A* et *S*, inmittendum supra posuerat *TE*. unde Pet. melior *aetates*. Salmasio videbatur: *Ea aetas, id ingenium: et tutores*. Alb. Rubenius *Hac aetate id ingenium*. Nobis *puerum vixdum libertatem, nedum dominationem, modice laturae aetatis. Id ingenium et tutores atque amici*. Justinus 30, [4.] *Puero immaturae aetatis*. J. FR. GRON. *necdum dominationem* Voss. et Gaertn. solito errore. V. ad 6, 7, 2. V. quae notantur ad 3, 47, 7. *modice laturum aetate sit ingenium et tutores* Flor. *modice laturum aetatis. Id ingenium tutores* reliqui tantum non omnes mei cum Hearnii N. et L. 1. In sequentibus *τὸ ad* non comparet in Voss. et Lovel. 1. Quod quum etiam unum e suis omittere Cl. Crevier. vidisset, non malc ejus judicio sic formaretur haec periodus: *Laeti id ingenium tutores atque amici praecipitandum in omnia vitia acceperant*.

§. 3. *Obsistere filiae*] Sic et Modiana: sed scripti omnes et prius editi *obstitere*. J. FR. GRON. *obsistere* primum obcurrit in edd. Mediol. anni 1480. et Tarvis. utraque; tum in Lugd. anni 1553. hinc in Paris. anni 1573. Ex codd. meis unus ita legit Lovel. 4. *resistere* Lovel. 1.

Penes se virosque suos, Andronodorum et Zoïlum, primi relinquebantur] Ego sic emendandum reor: *penes se virosque suos Andronodorum et Zoïlum*, (* hae voces non adparent in ed. omnium operum Vallae. Dein legit *tutores*) *nam ii tutorum primi relinquebantur*, vel *nam ii duo primi*, vel *ii enim duo primi* etc. VALLA. Scribe *Andranodorum et Zoïppum*. Illud est a Put. qui semper ita, confirmatque Polybius; hoc a Polybio hic quidem, sed in aliis locis satis confirmat Put. ut monebimus. Transtulit autem Polybium [in Exc. Legat. p. 1086] Livius in hac parte quoque historiae *Ἐκχωρήσαντος τοῦ Θράσωνος, ὃι περὶ Ζώϊππον καὶ Ἀνδρανόδωρον*. Sic utrumque nomen apud nostrum reconcinna. Nam ne putes ab *Ἀνδρῶν Ἀνδρῶνος*, quod ipsum nomen est, alterum originem capere, Adranus erat *ἐπιχώριος δαίμων* cognominis Adranitarum in Sicilia oppidi, teste Aeliano *περὶ ζώων* 11, 20. Sic ergo verum

Digitized by Google

rerum omnium penes se virosque suos, Andranodorum et Zoïppum: nam ii tutorum primi relinquebantur. Non facile erat nonagesimum jam agenti 4
annum, circumsesso dies noctesque muliebribus blanditiis, liberare animum, et convertere ad publicam privata curam. Itaque tutores modo quin- 5
decim puero reliquit: quos precatus est moriens, ut fidem erga populum Romanum, quinquaginta annos ab se cultam, inviolatam servarent, juvenem-

est ab Ἀδρανὸς Ἀδρανόδωρος, ut ab aliorum Deum nominibus Διόδωρος, Ἑρμόδωρος, Ἀθηνόδωρος, Ἀπολλόδωρος. Atque ita potius apud Polybium Liviumque restituendum. etsi literam *n* solitos interdum ἐυφωνίας χάριν interjicere non ignorem. J. FR. GRON. Voces *nam ii tutorum*, quas explendo sensui addidit Valla, quorumque loco Andr. et Camp. teste Cl. Crevier. ut et qui praefuerunt edd. Rom. anni 1472. ac Parm. ediderunt *qui tutorum*, omittuntur in Ber. et Hafn. Eaedem et cum iis duae praecedentes *et Zoïppum* desunt in Flor. Cant. Voss. Lovel. quinque, Harl. et Gaertn. Praeter has vocem adhuc *Andranodorum* cum sequentibus *primi relinquebantur* neglexit Hav. In verbis superstitibus *Andronodorum primum relinquebantur* scribit Lov. 1. *Andronodorus primus relinquebatur* Lovel. 2. *Andronodorum et Ziolum primi relinquebantur* Ber. *Andronodorum Zoillumque relinquunt* Hafn. Quod autem attinet ad nomen posterius, *Zoïppum* scribendum esse, Gronovio adsentior. V. ad c. 26, 1. Eidem etiam largior, propter auctoritatem Put. cod. et Polyb. quibuscum etiam sentit Flor. prius per *a* potius, quam per *o*, secunda syllaba scribendum esse. Id tamen probare nequeo, nomen illud ab Adranitarum in Sicilia peculiari Deo Adrano deducendum, et hinc apud Liv. et Polyb. *Adranodorum* scribendum esse. Id enim oppidum non *Adranum*, sed, addita adspiratione, *Hadranum* vocatum fuisse, ex Plinii 3. Hist. Nat. 8. docuit Cluver. 2. Sic. ant. 8. p. 332.

§. 4. *Liberare animum, et convertere ad publicam privatamque curam*] Pal. 1. *libare*. GEBH. Optimi *liberare animum, et convertere ad publicum privata curam*. hoc est, ita statuere de domo sua, ut praecipue reipublicae consuleret, et illius statum hujus commodo attemperaret. J. FR. GRON. *ad publicam privatam curam* Flor. Sed optimis Gronovii consentit Voss. si non fallunt ejus excerpta.

§. 5. *Tutores numero quindecim puero reliquit*] Pal. pr. et vet. ed. *tutores modo XV.* tert. *tutores numero modo XV. puero relinquit*. GEBH. Put. *pueri*. J. FR. GRON. Cl. Crevier. ex Put. et Victor. edidit *tutores modo quindecim*. quod apud me etiam superest in Flor. Cant. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Praeterea *relinquit* Flor. Lov. 3. et Gaertn.

Digitized by Google

que suis potissimum vestigiis insistere vellent disci-
6 plinaeque, in qua edoctus esset. Haec mandata.
Quum exspirasset, per tutores testamento prolato,
pueroque in concionem producto, (erat autem quin-
7 decim tunc ferme annorum) paucis, qui per concio-
nem ad excitandos clamores dispositi erant, ad-
probantibus testamentum, ceteris velut patre amisso

Fidem erga populum Romanum, quinquaginta annos ab se cultam] De Hierone loquitur, qui secundo anno primi belli Punici in societatem venit Romanam, M? Valerio Maximo, M? Otacilio Crasso consulibus, ut scribit Polybius [1, 16.] a quo anno ad hunc numerantur anni 49. SIGON.

Juvenemque suis potissimum vestigiis insistere vellent] Pal. 3. *insistere vestigiis vellent disciplinae, in qua.* GEBH. Henr. Stephanus 5. Schediasm. 5. scribit, prima fronte ambiguum videri posse, haec de *tutorum*, an de *Hieronis vestigiis* intelligi debeant. Non facile quisquam, ne prima quidem fronte, in his quidquam ambigui animadvertet. DUKER.

Disciplinaeque, in qua edoctus esset] Pal. tert. *disciplinae, in qua doctus esset.* sec. *et disciplinae, in qua ed. e.* At vet. ed. *disciplinaeque, in qua eductus esset.* GEBH. Mallem *eductus.* sed fortasse non est tanti. Tamen mallem. T. FABER. *Disciplina* hic non pertinet ad studia aut doctrinam, sed ad sectam rationemque interioris vitae, cultum domesticum, moderationem in illis, quae ad victum, cultum, voluptates adhibentur. Itaque melius forsan *eductus*, quod et vetus quaedam ed. occupavit. Sic 21, [43, 15.] *In praetorio patris, clarissimi imperatoris, prope natum, certe eductum.* J. FR. GRON. V. ad d. loc. Liv. 21, 43, 15. *disciplinae in qua* Flor. Lovel. 2. 3. Harl. Ber. et Hav. *disciplinis in qua* Gaertn. *et disciplinae in qua* Lovel. 5.

§. 6. *Post haec mandata quum exspirasset, tutores prodeunt*] Primam et ultimam vocem fidissimi quique libri aspernantur. Fortasse: *His mandatis*, vel *Haec mandans quum exspirasset, tutores, testamento prolato* etc. *funus faciunt regium.* J. FR. GRON. Vide, an ad voluntatem scriptorum codicum et Livii consuetudinem aptius sit, ita lectionem constitui: *Haec mandata. Quum exspirasset, per tutores testamento* etc. Frequentissimus enim hic Livii usus est, hunc in modum absolvere et finem dare praecedenti orationi. Hoc lib. c. 13, 5. *Hac cum spe dimissi Tarentini.* 31, 11, 8. *Haec ad Carthaginienses mandata.* 21, 54, 5. *Haec mandata Numidis.* 37, 56, 1. *His, quae praesentis disputationis essent, libera mandata.* 31, 32, 5. *Haec in concilio Aetolorum acta.* 27, 43, 9. *Haec senatui scripta.* Et passim. JAC. GRON. Eaedem voces desunt etiam in Flor. Lovel. 1. 2. 3. 4. Cant. Harl. et codd. Cl. Crevier. qui Jac. Gronov. conjecturam probant: eam vero totidem

Digitized by Google

in orba civitate omnia timentibus, funus fit regium, 8
magis amore civium et caritate, quam cura suorum,
celebre. Deinde ceteros tutores submovet Andra- 9
nodorus, juvenem jam esse dictitans Hieronymum,
ac regni potentem: deponendoque tutelam ipse,
quae cum pluribus communis erat, in se unum omnium vires convertit.

apicibus firmant Ber. et Hav. unde in contextum admittere ausus sum.

§. 8. *Quam cura suorum celebre*] *suorum et celebritate* Lov. 1, *suorum celebrevi* Put. quae lectio Cl. Crevierio ansam dedit conjiciendi *suorum celebre. Brevi deinde ceteros.*

§. 9. *Ceteros auctores submovet*] Nemo non *tutores* legendum esse dixerit, quum Andronodorus et quindecim alii cum eo tutores puero relicti essent. SABELL.

Ac regni potentem] Stephan. 4. Schediasm. 22. non male exponit, regni gubernandi potentem, vel administrationis regni capacem. Sed frustra dubitat, an ita scripserit Livius. V. Gronov. ad Livii 23, 16, 6. et ad Senec. 1. de Clem. 5. DUKER.

Deponendamque tutelam, ipsi quae communis cum pluribus erat] Legendum opinor *deponendaque tutela*, id est deponendo tutelam, quae ipsi (* *ipsis* male habet ed. prima) cum pluribus communis erat, in se unum omnium vires convertit. VALLA. Stabilit de plano hanc lectionem *deponendoque tutelam, quae ipsi cum pluribus communis erat* vet. ed. Valla olim censebat *deponendaque tutela.* Pal. pr. *deponendamque tutelam.* sec. *deponendoque tutelam: ipteque cum pluribus communis erat.* tert. *deponendoque tutelam ipse, qua cum pluribus communis erat, in se unum omnes vires convertit.* GEBH. Plerique libri *deponendamque tutelam*, vel *deponendaque tutelam:* ut verum putem, quod et Valla *deponendaque tutela.* ut praecedente lib. [c. 7, 12.] *visenda urbe.* Deinde omnes *ipse quae cum. Convertit in se*, ut 21, [4, 1.] *omnem exercitum in se convertit.* Suet. Vespas. [4.] *Ut primum provinciam attigit, proximas quoque convertit in se.* J. FR. GRON. Vir summus et in his literis facile princeps, a quo numquam non invitus dissentio, mihi videtur et hic et ad Tac. 2. Ann. 64. duas diversas significationes verbi *convertere* miscuisse. Hic *in se convertere* est, ad se trahere, rapere, sibi vindicare; quod *ad se* et *in se vertere*, ac *trahere in se* dicunt alii. Cic. Divin. in Caecil. 17. *Ex illa pecunia maximam partem ad se vertit; mulieri reddidit, quantum visum est.* Tac. l. d. *Rhescuporis egredi fines, vertere in se Cotyi data.* 1. Ann. 2. *Munia senatus, magistratuum, legum in se trahere.* Hoc *corripere et complecti partes omnium* est Corn. Nep. Eum. 2. Sed in Liv. 21, 4, 1. et Suet. Vesp. 4. *convertere in se* alios dicuntur illi, in quibus insigne, praecipuum, ac singulare aliquid est, quo fit, ut alii oculos animosque in eos con-

Digitized by Google

1 V. Vix quidem ulli bono moderatoque regi facilis erat favor apud Syracusanos, succedenti tan-
2 tae caritati Hieronis. verum enim vero Hieronymus, velut suis vitiis desiderabilem efficere vellet avum, primo statim conspectu, omnia quam disparia es-
3 sent, ostendit. nam qui per tot annos Hieronem filiumque ejus Gelonem, nec vestis habitu, nec alio

vertant. Liv. 3, 50, 3. *Strictum etiam telum, respersusque ipse cruore, tota in se castra convertit.* 21, 3, 4. *Quum admiratione tam ancipitis sententiae in se omnes convertisset.* 22, 51, 9. *Praecipue convertit omnes substratus Numida mortuo superincumbenti Romano vivus.* Infra c. 9, 7. *Plus solito converterant in se civitatis animos.* Sic Corn. Nep. in Alcib. 3. Justin. 20, 4. Suet. Calig. 35. Tito 5. et Vesp. 4. Torrentius hoc recte explicat. DUK. *deponendamque tutelam* Voss. Harl. et Gaertn. Vallae emendationem adoptarunt priscae edd. quae inlustratur ex notatis ad 1, 53, 3. Verum omnes reliqui codd. *deponendoque tutelam*, ut praeferunt edd. Rom. anni 1472. ac Parm. et postea etiam Aldus vulgavit. Praeterea *deponendo tutelam ipse, quae cum pluribus* Flor. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav. quod in omnibus scriptis suis obvium Cl. Crevier. vulgato praetulit, et in contextum recepit. *ipse cum pluribus* etiam edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 1. *Succedenti tanta caritate Hieroni*] Quidam *Hieronis* gignendi casu substituerunt, sed nihilo clariore sensu: et est sane locus, ubi grammatici sudare jure possint. Ego in dandi casu malim legere, sed judicet lector. GLAR. Grammatici ablativum absolutum vocant. Quare immerito hic haesitat Glareanus. Codd. Pall. 1. et 3. et dein prisca ed. perperam *succedenti* GEBH. Olim hic legebatur *succedenti*, ut et in Pet. Pal. Voss. in quo cum haereret Glareanus, Sigonius fecit [*succedendi*,] quod editur. Optimus *succedenti tantae*. Bene, sed totum sit *succedenti tantae caritati Hieronis*, id est, qui succederet tam caro Hieroni. 1, [48, 8.] *Regnavit ita, ut bono moderatoque succedenti regi difficilis aemulatio esset.* 4, [11, 2.] *Fabius et Aebutius consules quo majori gloriae rerum domi forisque gestarum succedere se cernebant.* Justinus 3, [5.] *Ut non numero tantum amissorum civium, sed et dignitati succederent.* 22, [1.] *Agathocles, qui magnitudini prioris Dionysii successit.* Plinius 2. ep. 13. *Huic quoque nomini pietate successit.* J. FR. GRON. *succedenti* legendum II. Stephanus quoque 4. Schediasm. 23. conjecerat. DUK. Per quosdam, qui *Hieronis* substituerunt, Glareanus intelligit Mogunt. ed. et Aldum. Verum nihil aliud, quam priorum edd. lectionem, ab Ascens. anno 1513. mutatam, revocarunt. Iis vero omnes consentiunt codd. Quum tamen Glareanus sensum non adsequeretur, Sigonius ex vet. lib. *succedendi* substituendum esse in priori ed. scholiorum monuit, eamque lectionem etiam in contextum recepit. Licet autem dein-

Digitized by Google

ullo insigni differentes a ceteris civibus vidissent, conspexere purpuram, ac diadema, ac satellites armatos; quadrigisque etiam alborum equorum in- 4
terdum ex regia procedentem, more Dionysii tyranni. Hunc tam superbum adparatum habitumque 5
convenientes sequebantur contemtus omnium hominum, superbae aures, contumeliosa dicta, rari adi-

ceps in altera ed. scholion omiserit, lectionem receptam non mutavit, quam in nullo meorum codd. inveni. Gronov. sine dubio hic veram scripturam restituit. Justin. 19, 1. *Sicut generi, ita et magnitudini patris successerunt.*

§. 2. *Velut suis vitiis desiderabilem efficere vellet avum*] Pal. 3. *suis sociis.* Perperam. Ita ferme loquitur 38, 1, 2. *Qui superbo atque immodico imperio desiderium Amynandri fecerant.* GEBH. *suis sociis* perperam etiam Rec. *suis victus* Lov. 1. Deinde *desiderabilem facere* Harl. Tandem *vellet alium* Flor. Voss. Lovel. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et typis descripti antiquiores. Moguntini primi *avum* substituerunt, quod Aldus in erratis adoptavit, quum *alium* in contextu servasset. *vellet alium avum*, utraque lectione juncta, Lovel. 1. 2. et 3.

§. 3. *Nec vestis habitu, nec alio ullo insigni differentes a ceteris civibus*] Non recte H. Stephan. 5. Schediasm. 5. *vestem* hic *insigne* vocari dicit, quo rex a ceteris civibus differebat. *Vestis* regia recte quidem etiam vocari potest *insigne*, v. Florum 1, 5. sed Livius hic *vestem* a ceteris *insignibus* distinguit, et, *diadema, satellites armatos, et quadrigas alborum equorum* memorans, ostendit, quae sint illa insignia praeter vestem. Infra c. 21, 7. *Quum cruentam regiam vestem atque insigne capitis ostentaret.* 27, 31, 4. *Demto capitis insigni, purpura atque alio regio habitu, aequaverat ceteris se in speciem.* Ex hoc loco autem Ill. Spanhem. Diss. 8. §. 12. de Praest. et usu numism. colligit, Hieronis ac Gelonis nummos, qui capita eorum diademate insignia exhibent, post obitum illorum memoriae renovandae causa cusos esse. Tyrannorum fuisse, mulis et equis albis vehi, observarunt Hadr. Junius 1. Anim. 12. et Barth. 50. Advers. 10. DUK. *ullo alio insigni* Lovel. 4. Tum *civibus ceteris* Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Paullo ante *nam qui tot annos*, omissa praepositione, Flor. quod adposito signo sibi haud displicere Cl. Salvin. testatus est. V. ad 10, 21, 6. Si plures consentirent, verum putarem. *nam qui post tot annos* Hav.

Conspexere purpuram ac diadema] Pall. 1. et 3. ac prisca ed. *et conspexere.* sec. *ut conspexere.* GEBH. *et conspexere* Flor. Cant. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *et adspexere* edd. principes; pro quo *et conspexere* Aldus substituit. *To et* primus Frob. anno 1535. omisit; quae vocula, cui hic locus esse nequit, nata esse videtur ex vocis proximae literis ultimis. V. ad 37, 59, 1.

Digitized by Google

tus, non alienis modo, sed tutoribus etiam, libi-
6 dines novae, inhumana crudelitas. Itaque tantus omnes terror invaserat, ut quidam ex tutoribus aut morte voluntaria, aut fuga praeverterent me-
7 tum suppliciorum. Tres ex iis, quibus solis aditus in domum familiarior erat, Andranodorus et Zoïppus, generi Hieronis, et Thraso quidam, de aliis
8 quidem rebus haud magnopere audiebantur: ten-

§. 5. *Convenientes sequebantur, contemptus omnium hominum, superbae aures, contumeliosa dicta, aditus* etc.] Ego emendo *convenientes* in *convenientia*, et addo etiam, ut quidam addunt, *difficiles*; ut sit *difficiles aditus*. VALLA. Pall. tres *convenientes sequebantur*, *contemtus*. unde Vallae venit in mentem *convenientia sequebantur*. Sed bene conspicitur ac defenditur vulgata lectio *convenientes sequebantur mores*, *contemtus* in prisca ed. GEBH. Nostrorum vetustiorum nemo *tò mores* habet, neque invenit Valla, qui conjectat *convenientia*. Sed opus non est: quum enim hoc adjectivum numero respondeat omnibus, quae sequuntur, tyrannidos notis, in genere positum est proximae, nempe *contemtus*. Adde notata ad 30, 34, 1. Nisi malis *convenienter*. J. FR. GRON. Crediderim, primam vocem corruptam esse, pro *comites sequeb*. Sic enim saepe videmus a veteribus in proverbiis dici, rem unam esse alterius comitem, non secus ac umbra. Seneca epist. 7. *Ferre impetum vitiorum tam magno comitatu venientium*. JAC. GRON. Vocem *mores* etiam omnes codices mei respuunt. *convenienti*, pro *convenientes*, est in Hafn. quod Vallae conjecturae *convenientia* favere videtur. Sed sequor J. Fr. Gronov.

Aditus non alienis modo, sed tutoribus etiam difficiles] Postremum vocabulum fatetur addere quosdam Valla, seque illis adsentiri. Boni libri omnes vocem illam respuunt. Deest tamen alia, cujus vestigia deprehendimus in Put. *contumeliosa dictari aditus non alienis*. Scribe *contumeliosa dicta, rari aditus non alienis modo, sed tutoribus etiam, libidines novae*. Sic 3, [36, 2.] de decemviris. *Jam haud dissimulando superbiam, rari aditus, colloquentibus difficiles*. J. FR. GRON. Pro *difficiles* Hafn. et Hav. *difficilis* legunt. Reliqui eam vocem abjiciunt.

§. 6. *Fuga praeverterent metum suppliciorum*] *praevenirent* Ber. Brancal. Latinii, et Hearnii N. in margine: quod ex interpretis expositione natum videtur. Ita alibi saepe peccaruut librarii. V. ad 8, 16, 8. 9, 17, 9. 28, 20, 9. Ita *vertere* mutarunt in *venire*. V. ad 5, 49, 5. *convertere* in *convenire*. V. ad 7, 19, 6. *perverterent* est in Voss. Lovel. 5. et Hav. Ita variant codd. 3, 40, 14. 8, 16, 8. et aliis locis.

§. 7. *De aliis quidem rebus haud magnopere audiebantur*] Pal. pr. *audebantur*. sec. *de aliis quidem quibus rebus haud*. tert. *de aliis quibus rebus aut magnopere audiebantur*. GEBH.

Digitized by Google

dendo autem duo ad Karthaginienses, Thraso ad societatem Romanam, certamine ac ſtudiis interdum in se convertebant animum adolescentis: cum con- 9
juratio, in tyranni caput facta, indicatur per calonem quemdam, aequalem Hieronymi, et jam inde a puero in omnia familiaria jura adsuetum. In- 10
dex unum ex conjuratis Theodotum, a quo ipse adpellatus erat, nominare potuit. qui comprehensus

de aliis rebus, omiſſa voce media, Gaertn. et Hearnii N. *de aliis quibus rebus* Flor. Voſſ. Lovel. 1. 3. 5. Harl. et Ber. a m. 1. *de aliis quibusque rebus* a m. 2. *aut magnopere audebantur* Flor. Voſſ. Lovel. 3. et Harl. *audebantur* etiam Lovel. 1. et 4.

§. 8. *In se convertebant animum adolescentis. Conjuratio*] Put. Pet. Voſſ. *convertebant animum adolescentium conjuratio*. Refinge, *interdum in se convertebant animum adolescentis: cum conjuratio*. J. FR. GRON. *animum adolescentium* etiam Flor. Cant. Lovel. 2. 4. Gaertn. Hearnii D. L. 1. et primae edd. *animos adolescentium* Lovel. 5. *animum adolescentis* primus Frobenius anno 1535. vulgavit. Gronovius prima ed. not. conjiciebat *animum adolescentis. Tum conjuratio:* quod eſt in Flor. a m. 2. Paullo ante *tendentes autem duo* Ber. et Hearnii N. *tenendo autem duo* Harl. *redeundo autem duo* Gaertn. *rem traendo autem duo* Lovel. 5. V. ad c. 2, 8. Sed nihil muto. Infra c. 28, 1. *In concionem vocari placuit; ubi quum alii alio tenderent.*

§. 9. *Per calonem quemdam aequalem Hieronymi*] Pal. 2. *aequalem Hieronymo*. GEBH. Coetierius in notis Graevii ad Suet. Vitell. 12. legit *per Gelonem quemdam*. probabilis conjectura eſt. DUK. Eamdem conjecturam Coetier. orae editionis, qua uti solebat, adscripsit; nomen proprium videri juvenis alicujus Syracusani: unde enim tanta et tam sordida familiaritas Hieronymo cum calone fuiſſet? Ceterum *aequalem Hieronymo* etiam Ber. a m. 1. Hav. et Hearnii N. Mox *et inde a puero* Lovel. 1. 2. et Ber. *etiam inde a puero* Lov. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. Passim librarii *et jam* atque *etiam* commutarunt. V. ad 1, 47, 9. De locutione *jam inde a* v. ad 6, 40, 3.

§. 10. *Index unus ex conjuratis Theodorum*] Liber scriptus apud me *unum ex*. et sic leg. LIPS. l. 4. ep. Quaeſt. 7. Eo pacto etiam habet et Moguntina noſtra ed. MOD. Iidem ubique *Theodotus*. Et sic Val. Max. 3, 3. reddendum hoc nomen. J. FR. GRON. Ut Lipsius emendat, praeferunt omnes codd. mei, omnesque edd. usque ad Curionem. Deinde *Theodotum* Flor. Hav. Harl. pluresque alii. Hearne vero *Theodorum* ex uno tantum L. 1. profert, ut reliqui *Theodotum* habuiſſe videantur. Apud Val. Max. etiam hoc nomen ante Gronov. ex vet. cod. reſtituit Gifan. in Ind. Luer. v. *Vesuus*. V. insuper viros doctos ad eum lo-

Digitized by Google

extemplo, traditusque Andranodoro torquendus, de se ipse haud cunctanter fassus, conscios celabat.
11 Postremo, quum omnibus intolerandis patientiae humanae cruciatibus laceraretur, victum malis se
12 simulans, avertit ab consciis in insontes indicium (Thrasonem esse auctorem consilii mentitus, nec, nisi tam potenti duce confisos, rem tantam ausuros)
13 ab latere tyranni, quorum capita vilissima fingenti inter dolores gemitusque obcurrere. Maxime animo tyranni credibile indicium Thraso nominatus

cum. Similiter infra c. 21. et 22. codd. *Theodotum*, pro *Theodoro*, substituunt. V. etiam ad Epit. Liv. 112. Verum nec *Theodori* nomen apud Siculos ignotum fuit. *Theodorum Hennensem* memorat Cic. 4. in Verr. 51. *Θεόδωρος ὁ Συρακούσιος* obcurrit apud Diod. Sic. 14, 431.

De se ipse haud cunctanter fassus, conscios celabat] *de se ipso* Voss Lovel. 1. 5. Ber. Rec. Hav. et Hearnii N. Nihil mutandum. V. ad 2. 19, 5. Insuper *conscios haud cunctanter fassus celabat*, perperam inverso vocum ordine, Voss. Lovel. 5. et Gaertn. *conscio haud cunctanter fassus celabat* Lovel. 1. *conscius haud cunctanter fassus socios celabat* Hearnii N.

§. 12. *Thrasonem esse auctorem*] Hiccine est, quem Athenaeus l. 6. [p. 251.] scribit, Hieronymi *κόλακα γενέσθαι Θράσωνα τὸν Κάρχαρον ἐπικαλούμενον*. Et addit, *τούτου δ' ἐποίησεν ἀνιρεθῆναι ὑπὸ τ ῦ Ἱερονύμου ἕτερος κόλαξ, Ῥῶις ὄνομα*. Opinor *Σῶσις*, ille ipse, qui Livio nominatur inter conjuratos, qui postea tyrannum occiderunt. J. FR. GRONOV.

§. 13. *Ab latere inde eos nominat tyranni*] A Pall. tribus absunt *inde eos nominat*, offendentia se tamen in ed. prisca. Justin. 2, 9. *Qui cum per tormenta conscios caedis nominare cogeretur, omnes amicos tyranni nominavit.* GEBH. Verba *inde eos nominat* a Put. Pet. reg. Voss. tribus Pall. pluribus Florent. et fido quoque absunt. *Ab latere* sunt ipsa latera, ut alioqui Latinis vocantur, familiares, domestici, satellites, tyranni plurimum latera tegentes. Curtius 3, [5.] *Inexperta remedia haud injuria ipsis esse suspecta, quum ad perniciem ejus etiam a latere ipsius pecunia sollicitaret hostis.* Distingue: *avertit ab consciis in insontes indicium (Thrasonem esse auctorem consilii mentitus, nec nisi tam potenti duce confisos rem tantam ausuros) ab latere tyranni, quorum capita vilissima fingenti inter dolores gemitusque occurrere.* id est, in insontes quosdam eorum, qui essent ab latere tyranni: Vel, in insontes, quorum ab latere tyranni, ex proximis ejus, capita. Valerius [3, 3, ext. 5.] *Satellitem, in quo totius dominationis summa, quasi quodam cardine, versabatur, sal-*

Digitized by Google

fecit. Itaque extemplo traditur ad supplicium: adjectique poenae ceteri juxta insontes. Consciorum 14
nemo, quum diu socius consilii torqueretur, aut latuit, aut fugit. tantum illis in virtute ac fide Theodoti fiduciae fuit: tantumque ipsi Theodoto virium ad arcana occultanda.

VI. Ita, quod unum vinculum cum Romanis 1
societatis erat, Thrasone sublato e medio, extemplo haud dubie ad defectionem res spectabat; le- 2
gatique ad Hannibalem missi, ac remissi ab eo cum

sa quasi criminatione inquinando, fidum lateri ejus custodem eripuit. J. FR. GRON. Voces *in de eos nominat* in nullo vel apud me, vel apud Hearnium cod. adparent: quas si cum Gronovio ejicimus, longa illa parenthesis, quae inter *τὰ indicium* et *ab latere* interjicitur, orationem, ut etiam Cl. Crevier. observavit, duriorem reddit, quam ut satis placere possit. Interim tamen tres illae dictiones nullum, nisi in edd. praesidium habent.

Traditur ad supplicium] *trahitur* Lovel. 3. Supra 2, 27, 12. *Quum a lictoribus jam traheretur, provocavit.* Tacit. 11. Ann. 85. *Saufellum Trogum trahi ad supplicium jubet.* Reliquis tamen invitis nihil muto. Alibi *trahere* et *tradere* commutantur. Exemplum habuimus 5, 47, 2. *tradere supplicio* dixit Suet. Vitell. 14.

§. 1. *Itaque, quod unum vinculum*] Scribe cum Put. multo elegantius: *Ita, quod omne vinculum cum Romanis societatis erat.* J. FR. GRON. *Ita quod* etiam Flor. Lovel. 3. Harl. et Gaertn. Eam itaque lectionem recepi. Solent autem hae vocu- lae commutari. V. ad 31, 53, 7. Deinde omnes nostri *unum vinculum.* Cl. Crevier. etiam testatur, non satis diligenter hic Gronov. consuluisse Mstum Put. in eo enim legi *onum*, supra literam vero *o*, virgula transfixam, adscriptum esse *τὸ u*. Ejus igitur fidem et exemplum secutus *τὸ unum* revocavi.

§. 2. *Legatique ad Hannibalem missi, ac remissi ab eo cum Hannibale nobili adolescentulo Hippocrates et Epicides*] Duos legatos ubique nominat Livius ad Annibalem ab Syracusanis missos de foedere contra Romanos jungendo, Hippocratem et Epicidem, quia nati Carthagine erant, oriundi ab Syracusis. *Annibalis adolescentuli* tertii legati nusquam meminit, nisi hoc loco. Quamobrem probo opinionem Henrici Glareani [ad verba seq.] qui legendum putat, *ac remissi ab eodem Annibale nobiles adolescentuli Hippocrates et Epicides.* ita ut mentio tollatur tertii legati Annibalis, et omnia ad imperatorem Annibalem referantur. SIG. Non est mutanda hujus loci scriptura, ut video fecisse doctos viros, qui ob historiae ignorationem fecerunt:

Digitized by Google

2 minationem, modice laturum. Laete id ingenium tutores atque amici ad praecipitandum in omnia vitia acceperunt: quae ita futura cernens Hiero, ultima senecta voluisse dicitur liberas Syracusas relinquere, ne sub dominatu puerili, per ludibrium, bonis artibus partum firmatumque interiret regnum.
3 Huic consilio ejus summa ope obstitere filiae, nomen regium penes puerum futurum ratae, regimen rerum

visina invenio. Andreas *laturum aetatis. Id ingenium*, ut etiam Men. Buslid. Voss. tres Pall. Laur. Valla conjecerat *Laetati*. Optimus vero *laturum aeetas it ingenium et tutores*. Manus secunda inter *A* et *S*, inmittendum supra posuerat *TE*. unde Pet. melior *aetates*. Salmasio videbatur: *Ea aetas, id ingenium: et tutores*. Alb. Rubenius *Hac aetate id ingenium*. Nobis *puerum vixdum libertatem, nedum dominationem, modice laturae aetatis. Id ingenium et tutores atque amici*. Justinus 30, [4.] *Puero immaturae aetatis*. J. FR. GRON. *necdum dominationem* Voss. et Gaertn. solito errore. V. ad 6, 7, 2. V. quae notantur ad 8, 47, 7. *modice laturum aetate sit ingenium et tutores* Flor. *modice laturum aetatis. Id ingenium tutores* reliqui tantum non omnes mei cum Hearnii N. et L. 1. In sequentibus *τὸ ad* non comparet in Voss. et Lovel. 1. Quod quum etiam unum e suis omittere Cl. Crevier. vidisset, non male ejus judicio sic formaretur haec periodus: *Laeti id ingenium tutores atque amici praecipitandum in omnia vitia acceperant*.

§. 3. *Obsistere filiae*] Sic et Modiana: sed scripti omnes et prius editi *obstitere*. J. FR. GRON. *obsistere* primum obcurrit in edd. Mediol. anni 1480. et Tarvis. utraque; tum in Lugd. anni 1553. hinc in Paris. anni 1573. Ex codd. meis unus ita legit Lovel. 4. *resistere* Lovel. 1.

Penes se virosque suos, Andronodorum et Zoïlum, primi relinquebantur] Ego sic emendandum reor: *penes se virosque suos Andronodorum et Zoïlum*, (* hae voces non adparent in ed. omnium operum Vallae. Dein legit *tutores*) *nam ii tutorum primi relinquebantur*, vel *nam ii duo primi*, vel *ii enim duo primi* etc. VALLA. Scribe *Andranodorum et Zoïppum*. Illud est a Put. qui semper ita, confirmatque Polybius; hoc a Polybio hic quidem, sed in aliis locis satis confirmat Put. ut monebimus. Transtulit autem Polybium [in Exc. Legat. p. 1086] Livius in hac parte quoque historiae Ἐκχωρήσαντος τοῦ Θράσωνος, ὃι περὶ Ζώϊππον καὶ Ἀνδρανόδωρον. Sic utrumque nomen apud nostrum reconcinna. Nam ne putes ab Ἄνδρων Ἀνδρωνος, quod ipsum nomen est, alterum originem capere, Adranus erat ἐπιχώριος δαίμων cognominis Adranitarum in Sicilia oppidi, teste Aeliano περὶ ζώων 11, 20. Sic ergo verum

Digitized by Google

rerum omnium penes se virosque suos, Andranodorum et Zoïppum: nam ii tutorum primi relinquebantur. Non facile erat nonagesimum jam agenti 4
annum, circumsesso dies noctesque muliebribus blanditiis, liberare animum, et convertere ad publicam privata curam. Itaque tutores modo quin- 5
decim puero reliquit: quos precatus est moriens, ut fidem erga populum Romanum, quinquaginta annos ab se cultam, inviolatam servarent, juvenem-

est ab Ἀδρανὸς Ἀδρανόδωρος, ut ab aliorum Deum nominibus Διόδωρος, Ἑρμόδωρος, Ἀθηνόδωρος, Ἀπολλόδωρος. Atque ita potius apud Polybium Liviumque restituendum. etsi literam *n* solitos interdum ἐυφωνίας χάριν interjicere non ignorem. J. FR. GRON. Voces *nam ii tutorum*, quas explendo sensui addidit Valla, quorumque loco Andr. et Camp. teste Cl. Crevier. ut et qui praefuerunt edd. Rom. anni 1472. ac Parm. ediderunt *qui tutorum*, omittuntur in Ber. et Hafn. Eaedem et cum iis duae praecedentes *et Zoïppum* desunt in Flor. Cant. Voss. Lovel. quinque, Harl. et Gaertn. Praeter has vocem adhuc *Andranodorum* cum sequentibus *primi relinquebantur* neglexit Hav. In verbis superstitibus *Andronodorum primum relinquebantur* scribit Lov. 1. *Andronodorus primus relinquebatur* Lovel. 2. *Andronodorum et Ziolum primi relinquebantur* Ber. *Andronodorum Zoillumque relinquunt* Hafn. Quod autem attinet ad nomen posterius, *Zoïppum* scribendum esse, Gronovio adsentior. V. ad c. 26, 1. Eidem etiam largior, propter auctoritatem Put. cod. et Polyb. quibuscum etiam sentit Flor. prius per *a* potius, quam per *o*, secunda syllaba scribendum esse. Id tamen probare nequeo, nomen illud ab Adranitarum in Sicilia peculiari Deo Adrano deducendum, et hinc apud Liv. et Polyb. *Adranodorum* scribendum esse. Id enim oppidum non *Adranum*, sed, addita adspiratione, *Hadranum* vocatum fuisse, ex Plinii 3. Hist. Nat. 8. docuit Cluver. 2. Sic. ant. 8. p. 332.

§. 4. *Liberare animum, et convertere ad publicam privatamque curam*] Pal. 1. *libare*. GEBH. Optimi *liberare animum, et convertere ad publicam privata curam*. hoc est, ita statuere de domo sua, ut praecipue reipublicae consuleret, et illius statum hujus commodo attemperaret. J. FR. GRON. *ad publicam privatam curam* Flor. Sed optimis Gronovii consentit Voss. si non fallunt ejus excerpta.

§. 5. *Tutores numero quindecim puero reliquit*] Pal. pr. et vet. ed. *tutores modo XV*. tert. *tutores numero modo XV puero relinquit*. GEBH. Put. *pueri*. J. FR. GRON. Cl. Crevier. ex Put. et Victor. edidit *tutores modo quindecim*. quod apud me etiam superest in Flor. Cant. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Praeterea *relinquit* Flor. Lov. 3. et Gaertn.

Digitized by Google

que suis potissimum vestigiis insistere vellent disci-
6 plinaeque, in qua edoctus esset. Haec mandata.
Quum exspirasset, per tutores testamento prolato,
pueroque in concionem producto, (erat autem quin-
7 decim tunc ferme annorum) paucis, qui per concio-
nem ad excitandos clamores dispositi erant, ad-
probantibus testamentum, ceteris velut patre amisso

Fidem erga populum Romanum, quinquaginta annos ab se cultam] De Hierone loquitur, qui secundo anno primi belli Punici in societatem venit Romanam, M? Valerio Maximo, M? Otacilio Crasso consulibus, ut scribit Polybius [1, 16.] a quo anno ad hunc numerantur anni 49. SIGON.

Juvenemque suis potissimum vestigiis insistere vellent] Pal. 3. *insistere vestigiis vellent disciplinae, in qua.* GEBH. Henr. Stephanus 5. Schediasm. 5. scribit, prima fronte ambiguum videri posse, haec de *tutorum*, an de *Hieronis vestigiis* intelligi debeant. Non facile quisquam, ne prima quidem fronte, in his quidquam ambigui animadvertet. DUKER.

Disciplinaeque, in qua edoctus esset] Pal. tert. *disciplinae, in qua doctus esset.* sec. *et disciplinae, in qua ed. e.* At vet. ed. *disciplinaeque, in qua eductus esset.* GEBH. Mallem *eductus.* sed fortasse non est tanti. Tamen mallem. T. FABER. *Disciplina* hic non pertinet ad studia aut doctrinam, sed ad sectam rationemque interioris vitae, cultum domesticum, moderationem in illis, quae ad victum, cultum, voluptates adhibentur. Itaque melius forsan *eductus*, quod et vetus quaedam ed. occupavit. Sic 21, [43, 15.] *In praetorio patris, clarissimi imperatoris, prope natum, certe eductum.* J. FR. GRON. V. ad d. loc. Liv. 21, 43, 15. *disciplinae in qua* Flor. Lovel. 2. 3. Harl. Ber. et Hav. *disciplinis in qua* Gaertn. *et disciplinae in qua* Lovel. 5.

§. 6. *Post haec mandata quum exspirasset, tutores prodeunt*] Primam et ultimam vocem fidissimi quique libri aspernantur. Fortasse: *His mandatis*, vel *Haec mandans quum exspirasset, tutores, testamento prolato* etc. *funus faciunt regium.* J. FR. GRON. Vide, an ad voluntatem scriptorum codicum et Livii consuetudinem aptius sit, ita lectionem constitui: *Haec mandata. Quum exspirasset, per tutores testamento* etc. Frequentissimus enim hic Livii usus est, hunc in modum absolvere et finem dare praecedenti orationi. Hoc lib. c. 13, 5. *Hac cum spe dimissi Tarentini.* 31, 11, 8. *Haec ad Carthaginienses mandata.* 21, 54, 5. *Haec mandata Numidis.* 37, 56, 1. *His, quae praesentis disputationis essent, libere mandata.* 31, 32, 5. *Haec in concilio Aetolorum acta.* 27, 43, 9. *Haec senatui scripta.* Et passim. JAC. GRON. Eaedem voces desunt etiam in Flor. Lovel. 1. 2. 3. 4. Cant. Harl. et codd. Cl. Crevier. qui Jac. Gronov. conjecturam probant: eam vero totidem

Digitized by Google

in orba civitate omnia timentibus, funus fit regium, 8
magis amore civium et caritate, quam cura suorum, celebre. Deinde ceteros tutores submovet Andra- 9
nodorus, juvenem jam esse dictitans Hieronymum, ac regni potentem: deponendoque tutelam ipse, quae cum pluribus communis erat, in se unum omnium vires convertit.

apicibus firmant Ber. et Hav. unde in contextum admittere ausus sum.

§. 8. *Quam cura suorum celebre*] *suorum et celebritate* Lov. 1, *suorum celebrevi* Put. quae lectio Cl. Crevierio ansam dedit conjiciendi *suorum celebre. Brevi deinde ceteros.*

§. 9. *Ceteros auctores submovet*] Nemo non *tutores* legendum esse dixerit, quum Andronodorus et quindecim alii cum eo tutores puero relicti essent. SABELL.

Ac regni potentem] Stephan. 4. Schediasm. 22. non male exponit, regni gubernandi potentem, vel administrationis regni capacem. Sed frustra dubitat, an ita scripserit Livius. V. Gronov. ad Livii 23, 16, 6. et ad Senec. 1. de Clem. 5. DUKER.

Deponendamque tutelam, ipsi quae communis cum pluribus erat] Legendum opinor *deponendaque tutela*, id est deponendo tutelam, quae ipsi (* *ipsis* male habet ed. prima) cum pluribus communis erat, in se unum omnium vires convertit. VALLA. Stabilit de plano hanc lectionem *deponendoque tutelam, quae ipsi cum pluribus communis erat* vet. ed. Valla olim censebat *deponendaque tutela.* Pal. pr. *deponendamque tutelam.* sec. *deponendoque tutelam: ipseque cum pluribus communis erat.* tert. *deponendoque tutelam ipse, qua cum pluribus communis erat, in se unum omnes vires convertit.* GEBH. Plerique libri *deponendamque tutelam*, vel *deponendaque tutelam:* ut verum putem, quod et Valla *deponendaque tutela.* ut praecedente lib. [c. 7, 12.] *visenda urbe.* Deinde omnes *ipse quae cum. Convertit in se*, ut 21, [4, 1.] *omnem exercitum in se convertit.* Suet. Vespas. [4.] *Ut primum provinciam attigit, proximas quoque convertit in se.* J. FR. GRON. Vir summus et in his literis facile princeps, a quo numquam non invitus dissentio, mihi videtur et hic et ad Tac. 2. Ann. 64. duas diversas significationes verbi *convertere* miscuisse. Hic *in se convertere* est, ad se trahere, rapere, sibi vindicare; quod *ad se* et *in se vertere*, ac *trahere in se* dicunt alii. Cic. Divin. in Caecil. 17. *Ex illa pecunia maximam partem ad se vertit; mulieri reddidit, quantum visum est.* Tac. l. d. *Rhescuporis egredi fines, vertere in se Cotyi data.* 1. Ann. 2. *Munia senatus, magistratuum, legum in se trahere.* Hoc *corripere et complecti partes omnium* est Corn. Nep. Eum. 2. Sed in Liv. 21, 4, 1. et Suet. Vesp. 4. *convertere in se* alios dicuntur illi, in quibus insigne, praecipuum, ac singulare aliquid est, quo fit, ut alii oculos animosque in eos con-

Digitized by Google

1 V. Vix quidem ulli bono moderatoque regi facilis erat favor apud Syracusanos, succedenti tan-
2 tae caritati Hieronis. verum enim vero Hieronymus, velut suis vitiis desiderabilem efficere vellet avum, primo ſtatim conspectu, omnia quam disparia es-
3 sent, oſtendit. nam qui per tot annos Hieronem filiumque ejus Gelonem, nec veſtis habitu, nec alio

vertant. Liv. 3, 50, 3. *Strictum etiam telum, respersusque ipse cruore, tota in se castra convertit.* 21, 3, 4. *Quum admiratione tam ancipitis sententiae in se omnes convertisset.* 22, 51, 9. *Praecipue convertit omnes substratus Numida mortuo superincumbenti Romano vivus.* Infra c. 9, 7. *Plus solito converterant in se civitatis animos.* Sic Corn. Nep. in Alcib. 3. Juſtin. 20, 4. Suet. Calig. 35. Tito 5. et Vesp. 4. Torrentius hoc recte explicat. DUK. *deponendamque tutelam* Voſſ. Harl. et Gaertn. Vallae emendationem adoptarunt priscae edd. quae inluſtratur ex notatis ad 1, 53, 3. Verum omnes reliqui codd. *deponendoque tutelam*, ut praeferunt edd. Rom. anni 1472. ac Parm. et poſtea etiam Aldus vulgavit. Praeterea *deponendo tutelam ipse, quae cum pluribus* Flor. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav. quod in omnibus scriptis suis obvium Cl. Crevier. vulgato praetulit, et in contextum recepit. *ipse cum pluribus* etiam edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 1. *Succedenti tanta caritate Hieroni*] Quidam *Hieronis* gignendi casu subſtituerunt, sed nihilo clariore sensu: et eſt sane locus, ubi grammatici sudare jure poſſint. Ego in dandi casu malim legere, sed judicet lector. GLAR. Grammatici ablativum absolutum vocant. Quare immerito hic haesitat Glareanus. Codd. Pall. 1. et 3. et dein prisca ed. perperam *succedenti* GEBH. Olim hic legebatur *succedenti*, ut et in Pet. Pal. Voſſ. in quo cum haereret Glareanus, Sigonius fecit [*succedendi*,] quod editur. Optimus *succedenti tantae*. Bene, sed totum sit *succedenti tantae caritati Hieronis*, id eſt, qui succederet tam caro Hieroni. 1, [48, 8.] *Regnavit ita, ut bono moderatoque succedenti regi difficilis aemulatio esset.* 4, [11, 2.] *Fabius et Aebutius consules eo majori gloriae rerum domi forisque gestarum succedere se cernebant.* Juſtinus 3, [5.] *Ut non numero tantum amissorum civium, sed et dignitati succederent.* 22, [1.] *Agathocles, qui magnitudini prioris Dionysii successit.* Plinius 2. ep. 13. *Huic quoque nomini pietate successit.* J. FR. GRON. *succedenti* legendum II. Stephanus quoque 4. Schediasm. 23. conjecerat. DUK. Per quosdam, qui *Hieronis* subſtituerunt, Glareanus intelligit Mogunt. ed. et Aldum. Verum nihil aliud, quam priorum edd. lectionem, ab Ascens. anno 1513. mutatam, revocarunt. Iis vero omnes consentiunt codd. Quum tamen Glareanus sensum non adsequeretur, Sigonius ex vet. lib. *succedendi* subſtituendum eſſe in priori ed. scholiorum monuit, eamque lectionem etiam in contextum recepit. Licet autem dein-

Digitized by Google

ullo insigni differentes a ceteris civibus vidissent, conspexere purpuram, ac diadema, ac satellites armatos; quadrigisque etiam alborum equorum in- 4
terdum ex regia procedentem, more Dionysii tyranni. Hunc tam superbum adparatum habitumque 5
convenientes sequebantur contemtus omnium hominum, superbae aures, contumeliosa dicta, rari adi-

ceps in altera ed. scholion omiserit, lectionem receptam non mutavit, quam in nullo meorum codd. inveni. Gronov. sine dubio hic veram scripturam restituit. Justin. 19, 1. *Sicut generi, ita et magnitudini patris successerunt.*

§. 2. *Velut suis vitiis desiderabilem efficere vellet avum*] Pal. 3. *suis sociis.* Perperam. Ita ferme loquitur 38, 1, 2. *Qui superbo atque immodico imperio desiderium Amynandri fecerant.* GEBH. *suis sociis* perperam etiam Rec. *suis victus* Lov. 1. Deinde *desiderabilem facere* Harl. Tandem *vellet alium* Flor. Voss. Lovel. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et typis descripti antiquiores. Moguntini primi *avum* substituerunt, quod Aldus in erratis adoptavit, quum *alium* in contextu servasset. *vellet alium avum*, utraque lectione juncta, Lovel. 1. 2. et 3.

§. 3. *Nec vestis habitu, nec alio ullo insigni differentes a ceteris civibus*] Non recte H. Stephan. 5. Schediasm. 5. *vestem* hic *insigne* vocari dicit, quo rex a ceteris civibus differebat. *Vestis* regia recte quidem etiam vocari potest *insigne*, v. Florum 1, 5. sed Livius hic *vestem* a ceteris *insignibus* distinguit, et, *diadema, satellites armatos, et quadrigas alborum equorum* memorans, ostendit, quae sint illa insignia praeter vestem. Infra c. 21, 7. *Quum cruentam regiam vestem atque insigne capitis ostentaret.* 27, 31, 4. *Demto capitis insigni, purpura atque alio regio habitu, aequaverat ceteris se in speciem.* Ex hoc loco autem Ill. Spanhem. Diss. 8. §. 12. de Praest. et usu numism. colligit, Hieronis ac Gelonis nummos, qui capita eorum diademate insignia exhibent, post obitum illorum memoriae renovandae causa cusos esse. Tyrannorum fuisse, mulis et equis albis vehi, observarunt Hadr. Junius 1. Anim. 12. et Barth. 50. Advers. 10. DUK. *ullo alio insigni* Lovel. 4. Tum *civibus ceteris* Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Paullo ante *nam qui tot annos*, omissa praepositione, Flor. quod adposito signo sibi haud displicere Cl. Salvin. testatus est. V. ad 10, 21, 6. Si plures consentirent, verum putarem. *nam qui post tot annos* Hav.

Conspexere purpuram ac diadema] Pall. 1. et 3. ac prisca ed. *et conspexere.* sec. *ut conspexere.* GEBH. *et conspexere* Flor. Cant. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *et adspexere* edd. principes; pro quo *et conspexere* Aldus substituit. *Τὸ et* primus Frob. anno 1535. omisit; quae vocula, cui hic locus esse nequit, nata esse videtur ex vocis proximae literis ultimis. V. ad 37, 59, 1.

Digitized by Google

tus, non alienis modo, sed tutoribus etiam, libi-
6 dines novae, inhumana crudelitas. Itaque tantus omnes terror invaserat, ut quidam ex tutoribus aut morte voluntaria, aut fuga praeverterent me-
7 tum suppliciorum. Tres ex iis, quibus solis aditus in domum familiarior erat, Andranodorus et Zoïppus, generi Hieronis, et Thraso quidam, de aliis
8 quidem rebus haud magnopere audiebantur: ten-

§. 5. *Convenientes sequebantur, contemptus omnium hominum, superbae aures, contumeliosa dicta, aditus* etc.] Ego emendo *convenientes* in *convenientia*, et addo etiam, ut quidam addunt, *difficiles*; ut sit *difficiles aditus*. VALLA. Pall. tres *convenientes sequebantur*, *contemtus*. unde Vallae venit in mentem *convenientia sequebantur*. Sed bene conspicitur ac defenditur vulgata lectio *convenientes sequebantur mores*, *contemtus* in prisca ed. GEBd. Nostrorum vetustiorum nemo *τὸ mores* habet, neque invenit Valla, qui conjectat *convenientia*. Sed opus non est: quum enim hoc adjectivum numero respondeat omnibus, quae sequuntur, tyrannidos notis, in genere positum est proximae, nempe *contemtus*. Adde notata ad 30, 34, 1. Nisi malis *convenienter*. J. FR. GRON. Crediderim, primam vocem corruptam esse, pro *comites sequeb*. Sic enim saepe videmus a veteribus in proverbiis dici, rem unam esse alterius comitem, non secus ac umbra. Seneca epist. 7. *Ferre impetum vitiorum tam magno comitatu venientium*. JAC. GRON. Vocem *mores* etiam omnes codices mei respuunt. *convenienti*, pro *convenientes*, est in Hafn. quod Vallae conjecturae *convenientia* favere videtur. Sed sequor J. Fr. Gronov.

Aditus non alienis modo, sed tutoribus etiam difficiles] Postremum vocabulum fatetur addere quosdam Valla, seque illis adsentiri. Boni libri omnes vocem illam respuunt. Deest tamen alia, cujus vestigia deprehendimus in Put. *contumeliosa dictari aditus non alienis*. Scribe *contumeliosa dicta, rari aditus non alienis modo, sed tutoribus etiam, libidines novae*. Sic 3, [36, 2.] de decemviris. *Jam haud dissimulando superbiam, rari aditus, colloquentibus difficiles*. J. FR. GRON. Pro *difficiles* Hafn. et Hav. *difficilis* legunt. Reliqui eam vocem abjiciunt.

§. 6. *Fuga praeverterent metum suppliciorum*] *praevenirent* Ber. Brancal. Latinii, et Hearnii N. in margine: quod ex interpretis expositione natum videtur. Ita alibi saepe peccaruut librarii. V. ad 8, 16, 8. 9, 17, 9. 28, 20, 9. Ita *vertere* mutarunt in *venire*. V. ad 5, 49, 5. *convertere* in *convenire*. V. ad 7, 19, 6. *perverterent* est in Voss. Lovel. 5. et Hav. Ita variant codd. 3, 40, 14. 8, 16, 8. et aliis locis.

§. 7. *De aliis quidem rebus haud magnopere audiebantur*] Pal. pr. *audebantur*. sec. *de aliis quidem quibus rebus haud*. tert. *de aliis quibus rebus aut magnopere audiebantur*. GEBH.

Digitized by Google

dendo autem duo ad Karthaginienses, Thraso ad societatem Romanam, certamine ac ſtudiis interdum in se convertebant animum adolescentis: cum con- 9
juratio, in tyranni caput facta, indicatur per calonem quemdam, aequalem Hieronymi, et jam inde a puero in omnia familiaria jura adsuetum. In- 10
dex unum ex conjuratis Theodotum, a quo ipse adpellatus erat, nominare potuit. qui comprehensus

de aliis rebus, omiſſa voce media, Gaertn. et Hearnii N. *de aliis quibus rebus* Flor. Voſſ. Lovel. 1. 3. 5. Harl. et Ber. a m. 1. *de aliis quibusque rebus* a m. 2. *aut magnopere audebantur* Flor. Voſſ. Lovel. 3. et Harl. *audebantur* etiam Lovel. 1. et 4.

§. 8. *In se convertebant animum adolescentis. Conjuratio*] Put. Pet. Voſſ. *convertebant animum adolescentium conjuratio*. Refunge, *interdum in se convertebant animum adolescentis: cum conjuratio*. J. FR. GRON. *animum adolescentium* etiam Flor. Cant. Lovel. 2. 4. Gaertn. Hearnii D. L. 1. et primae edd. *animos adolescentium* Lovel. 5. *animum adolescentis* primus Frobenius anno 1535. vulgavit. Gronovius prima ed. not. conjiciebat *animum adolescentis. Tum conjuratio:* quod eſt in Flor. a m. 2. Paullo ante *tendentes autem duo* Ber. et Hearnii N. *tenendo autem duo* Harl. *redeundo autem duo* Gaertn. *rem traendo autem duo* Lovel. 5. V. ad c. 2, 8. Sed nihil muto. Infra c. 28, 1. *In concionem vocari placuit; ubi quum alii alio tenderent.*

§. 9. *Per calonem quemdam aequalem Hieronymi*] Pal. 2. *aequalem Hieronymo*. GEBH. Coetierius in notis Graevii ad Suet. Vitell. 12. legit *per Gelonem quemdam*. probabilis conjectura eſt. DUK. Eamdem conjecturam Coetier. orae editionis, qua uti solebat, adscripsit; nomen proprium videri juvenis alicujus Syracusani: unde enim tanta et tam sordida familiaritas Hieronymo cum calone fuiſſet? Ceterum *aequalem Hieronymo* etiam Ber. a m. 1. Hav. et Hearnii N. Mox *et inde a puero* Lovel. 1. 2. et Ber. *etiam inde a puero* Lov. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. Passim librarii *et jam* atque *etiam* commutarunt. V. ad 1, 47, 9. De locutione *jam inde a* v. ad 6, 40, 3.

§. 10. *Index unus ex conjuratis Theodorum*] Liber scriptus apud me *unum ex*. et sic leg. LIPS. l. 4. ep. Quaeſt. 7. Eo pacto etiam habet et Moguntina noſtra ed. MOD. Iidem ubique *Theodotus*. Et sic Val. Max. 3, 3. reddendum hoc nomen. J. FR. GRON. Ut Lipsius emendat, praeferunt omnes codd. mei, omnesque edd. usque ad Curionem. Deinde *Theodotum* Flor. Hav. Harl. pluresque alii. Hearne vero *Theodorum* ex uno tantum L. 1. profert, ut reliqui *Theodotum* habuiſſe videantur. Apud Val. Max. etiam hoc nomen ante Gronov. ex vet. cod. reſtituit Gifan. in Ind. Lucr. v. *Vesuus*. V. insuper viros doctos ad eum lo-

Digitized by Google

extemplo, traditusque Andranodoro torquendus, de se ipse haud cunctanter fassus, conscios celabat.
11 Postremo, quum omnibus intolerandis patientiae humanae cruciatibus laceraretur, victum malis se
12 simulans, avertit ab consciis in insontes indicium (Thrasonem esse auctorem consilii mentitus, nec, nisi tam potenti duce confisos, rem tantam ausuros)
13 ab latere tyranni, quorum capita vilissima fingenti inter dolores gemitusque obcurrêre. Maxime animo tyranni credibile indicium Thraso nominatus

cum. Similiter infra c. 21. et 22. codd. *Theodotum*, pro *Theodoro*, substituunt. V. etiam ad Epit. Liv. 112. Verum nec *Theodori* nomen apud Siculos ignotum fuit. *Theodorum Hennensem* memorat Cic. 4. in Verr. 51. *Θεόδωρος ὁ Συρακούσιος* obcurrit apud Diod. Sic. 14, 431.

De se ipse haud cunctanter fassus, conscios celabat] *de se ipso* Voss Lovel. 1. 5. Ber. Rec. Hav. et Hearnii N. Nihil mutandum. V. ad 2. 19, 5. Insuper *conscios haud cunctanter fassus celabat*, perperam inverso vocum ordine, Voss Lovel. 5. et Gaertn. *conscio haud cunctanter fassus celabat* Lovel. 1. *conscius haud cunctanter fassus socios celabat* Hearnii N.

§. 12. *Thrasonem esse auctorem*] Hiccine est, quem Athenaeus l. 6. [p. 251.] scribit, Hieronymi *κόλακα γενέσθαι Θράσωνα τὸν Κάρχαρον ἐπικαλούμενον*. Et addit, *τοῦτον δ' ἐποίησεν ἀνιρεθῆναι ὑπὸ τ ῞ Ἱερονύμου ἕτερος κόλαξ, Ὦσις ὄνομα*. Opinor *Σώσις*, ille ipse, qui Livio nominatur inter conjuratos, qui postea tyrannum occiderunt. J. FR. GRONOV.

§. 13. *Ab latere inde eos nominat tyranni*] A Pall. tribus absunt *inde eos nominat*, offendentia se tamen in ed. prisca. Justin. 2, 9. *Qui cum per tormenta conscios caedis nominare cogeretur, omnes amicos tyranni nominavit.* GEBH. Verba *inde eos nominat* a Put. Pet. reg. Voss. tribus Pall. pluribus Florent. et fido quoque absunt. *Ab latere* sunt ipsa latera, ut alioqui Latinis vocantur, familiares, domestici, satellites, tyranni plurimum latera tegentes. Curtius 3, [5.] *Inexperta remedia haud injuria ipsis esse suspecta, quum ad perniciem ejus etiam a latere ipsius pecunia sollicitaret hostis.* Distingue: *avertit ab consciis in insontes indicium (Thrasonem esse auctorem consilii mentitus, nec nisi tam potenti duce confisos rem tantam ausuros) ab latere tyranni, quorum capita vilissima fingenti inter dolores gemitusque occurrere.* id est, in insontes quosdam eorum, qui essent ab latere tyranni: Vel, in insontes, quorum ab latere tyranni, ex proximis ejus, capita. Valerius [3, 3, ext. 5.] *Satellitem, in quo totius dominationis summa, quasi quodam cardine, versabatur, fal-*

Digitized by Google

fecit. Itaque extemplo traditur ad supplicium: adjectique poenae ceteri juxta insontes. Consciorum 14
nemo, quum diu socius consilii torqueretur, aut latuit, aut fugit. tantum illis in virtute ac fide Theodoti fiduciae fuit: tantumque ipsi Theodoto virium ad arcana occultanda.

VI. Ita, quod unum vinculum cum Romanis 1
societatis erat, Thrasone sublato e medio, extemplo haud dubie ad defectionem res spectabat; le- 2
gatique ad Hannibalem missi, ac remissi ab eo cum

sa quasi criminatione inquinando, fidum lateri ejus custodem eripuit. J. FR. GRON. Voces *in de eos nominat* in nullo vel apud me, vel apud Hearnium cod. adparent: quas si cum Gronovio ejicimus, longa illa parenthesis, quae inter *τὰ indicium* et *ab latere* interjicitur, orationem, ut etiam Cl. Crevier. observavit, duriorem reddit, quam ut satis placere possit. Interim tamen tres illae dictiones nullum, nisi in edd. praesidium habent.

Traditur ad supplicium] *traditur* Lovel. 3. Supra 2, 27, 12. *Quum a lictoribus jam traheretur, provocavit.* Tacit. 11. Ann. 85. *Saufellum Trogum trahi ad supplicium jubet.* Reliquis tamen invitis nihil muto. Alibi *trahere* et *tradere* commutantur. Exemplum habuimus 5, 47, 2. *tradere supplicio* dixit Suet. Vitell. 14.

§. 1. *Itaque, quod unum vinculum*] Scribe cum Put. multo elegantius: *Ita, quod omne vinculum cum Romanis societatis erat.* J. FR. GRON. *Ita quod* etiam Flor. Lovel. 3. Harl. et Gaertn. Eam itaque lectionem recepi. Solent autem hae voculae commutari. V. ad 31, 53, 7. Deinde omnes nostri *unum vinculum.* Cl. Crevier. etiam testatur, non satis diligenter hic Gronov. consuluisse Mstum Put. in eo enim legi *onum*, supra literam vero *o*, virgula transfixam, adscriptum esse *τὸ u.* Ejus igitur fidem et exemplum secutus *τὸ unum* revocavi.

§. 2. *Legatique ad Hannibalem missi, ac remissi ab eo cum Hannibale nobili adolescentulo Hippocrates et Epicides*] Duos legatos ubique nominat Livius ad Annibalem ab Syracusanis missos de foedere contra Romanos jungendo, Hippocratem et Epicidem, quia nati Carthagine erant, oriundi ab Syracusis. *Annibalis adolescentuli* tertii legati nusquam meminit, nisi hoc loco. Quamobrem probo opinionem Henrici Glareani [ad verba seq.] qui legendum putat, *ac remissi ab eodem Annibale nobiles adolescentuli Hippocrates et Epicides.* ita ut mentio tollatur tertii legati Annibalis, et omnia ad imperatorem Annibalem referantur. SIG. Non est mutanda hujus loci scriptura, ut video fecisse doctos viros, qui ob historiae ignorationem fecerunt:

Digitized by Google

Hannibale nobili adolescente Hippocrates et Epicydes, nati Karthagine, sed oriundi ab Syracusis
3 exsule avo, Poeni ipsi materno genere. Per hos juncta societas Hannibali ac Syracusano tyranno: nec invito Hannibale apud tyrannum manserunt.
4 Ap. Claudius praetor, cujus Sicilia provincia erat, ubi ea accepit, extemplo legatos ad Hieronymum misit: qui, quum sese ad renovandam societatem, quae cum avo fuisset, venisse dicerent, per ludibrium auditi dimissique sunt ab quaerente per jo-
5 cum Hieronymo, *quae fortuna eis pugnae ad Cannas fuisset? vix credibilia enim legatos Hannibalis*

ac remissi ab eodem Hannibale nobiles adolescentuli Hippocrates etc. Nam Hannibalis tertii legati, cujus ignoratio doctos viros perturbavit, satis aperte fit mentio a Polybio in primo ejus fragmento per nos edito, quod imitatus est Livius hoc loco: Σπουδῇ, inquit, πάλιν ἀπέπεμψε τοὺς πρέσβεις, σὺν δὲ τούτοις Ἀννίβαν τὸν Καρχηδόνιον. FULV. URSIN. Contra Glareani emendationem ejusque approbatorem tendunt Pall. tres, et vet. ed. nec non eruditissimus Fulv. Ursinus. GEBH. Legati ad Hannibalem missi Πολύκλειτος ὁ Κυρηναῖος καὶ Φιλόδημος ὁ Ἀργεῖος, quorum meminit Livius alio loco, nempe l. 25, 25. et 28. Non enim Hippocrates et *Epicydes*, (sic scribendum: nam Graeci Ἐπικύδης, Polybius [Ecl. 1. Leg.] et Pausanias [Corinth. 18.] etsi posterior in alia persona) ut Glareanus et Sigonius censuerunt: nam hi adhuc consuerant στρατεύεσθαι μετ' Ἀννίβου, πολιτευόμενοι παρὰ Καρχηδονίοις· et hi sunt, quos mutuo honore legatos misit ad Hieronymum Hannibal una cum tertio Hannibale nobili *adolescente*, (sic MSS.) quem non ignorat Polybius, Ἀπέπεμψε τοὺς πρέσβεις, Hieronymi Hannibal, inquit, σὺν δὲ τούτοις Ἀννίβαν τὸν Καρχηδόνιον, ὄντα τότε τριήραρχον, καὶ τοὺς Συρακοσίους Ἱπποκράτη καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν νεώτερον Ἐπικύδην. Frustra igitur viri illi doctissimi, quem alibi apud Livium non inveniunt, hic quoque abolent. Nam Hannibal ille trierarchus legationem ad senatum Carthaginiensem, et, ut credibile est, ad imperatorem Hannibalem postea renunciavit, et sic abiit ex hac scena post siparium: at Hippocrates et Epicydes non invito imperatore Hannibale apud Hieronymum manserunt, more assiduorum legatorum, quibus nunc utuntur: et deinde magnas etiam partes in hac tragoedia sustinuerunt. Ergo et male corrigunt: *ac remissi ab eodem Hannibale nobiles adolescentuli Hippocrates atque Epicydes*. Quod etsi olim improbaverit Fulvius Ursinus, hactenus tamen valuit, ut in exem-

Digitized by Google

narrare. Velle, quid veri sit, scire, ut ex eo, utram spem sequatur, consilium capiat. Romani, 6
quum serio legationes audire coepisset, redituros se ad eum dicentes esse, monito magis eo, quam rogato, ne fidem temere mutaret, proficiscuntur. Hieronymus legatos Karthaginem misit ad foedus ex 7
societate cum Hannibale faciendum. Pacto convenit, ut, quum Romanos Sicilia expulissent, (id autem brevi fore, si naves atque exercitum misissent) Himera amnis, qui ferme insulam dividit, finis regni Syracusani ac Punici imperii esset. A- 8
liam deinde, inflatus adsentationibus eorum, qui

nlaria veniret τὸ *eodem:* quum in scriptis omnibus priusque editis sit *remissique ab eo cum Hannibale.* Leve est, inquies: sed id leve cur obtruderetur auctori, causa non erat. Et talia levia accumulata graves fecerunt errores. J. FR. GRON. Fulv. Ursinus, praeterquam ad h. l. etiam videndus est ad Polyb. Ecl. Legat. 1. Ceterum *adulescente*, pro *adolescentulo*, legit etiam Flor. Deinde Pausan. non tantum in alia persona Ἐπικύδης scribit, verum etiam in ipso hoc Epicyde 2. Eliac. 12. Mox minorem distinctionem post vocem *Syracusis* delendam monuit Jac. Perizon. ad marginem Livii, ut sit *orti avo exsule ab Syracusis.* Convenit id narrationi Polyb. Ecl. 1. Legat.

§. 3. *Nec invito Hannibale apud tyrannum manserunt*] Hoc ego de imperatore Hannibale intelligo. Sed id mirum, cum postea tam saepe sit mentio Epicidae ac Hippocratis, qui fiat, ut juvenis Hannibalis, hic una connumerati, nulla sit mentio? Atqui subit, hunc locum corruptum esse, atque ad hunc legendum modum: *legatique ad Hannibalem missi, ac remissi ab eodem Hannibale nobiles adolescentes Hippocrates ac Epicides.* GLAR.

§. 5. *Velle, quid veri sit, scire*] Pal. 1. ac prisca ed. *Velle, quid veri sit, nuntiare scireque.* GEBH. Ita etiam Lovel. 2. 3. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. qui *scire nunciarent, sciretque* invenit in N. at *nunciare sciretque* est in Voss. et Harl. *nunciare eos scireque* in Hafn. *nunciaret sciretque* in Lovel. 1. *nunciari scireque* in edd. ante Aldum. Paullo ante *quaerente*, sine praepositione *ab*, Lovel. 2. 3. 4. 5. *perquirente* Gaertn. et edd. principes. Tum *incredibilia*, pro *vix credibilia*, Ber. et Hearnii N. in margine.

§. 6. *Quum serio legationes audire coepisset*] Habetur in Pal. 1. 3. et prisca ed. *audiri coepissent.* GEBH. Ita et Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et edd. ante Aldum. *audire coepissent* Cant. et Lovel. 5. *quum non serio lega-*

Digitized by Google

eum non Hieronis tantum, sed Pyrrhi etiam regis, materni avi, jubebant meminisse, legationem misit, qua aequum censebat, Sicilia sibi omni cedi: Italiae imperium proprium quaeri Karthaginiensi
9 populo. Hanc levitatem ac jactationem animi neque mirabantur in juvene furioso, neque arguebant, dummodo averterent eum ab Romanis.

1 VII. Sed omnia in eo praecipitia ad exitium fuerunt. nam quum, praemissis Hippocrate atque

tiones audiri vidissent Ber. Hav. et Brancal. Latinii. Mox §. seq. *Pacta convenit* errore librarii Flor. a m. 1. pro quo *Pacta conveniunt* dederunt Ber. Hav. et Hearnii N. in margine.

§. 8. *Pyrrhi etiam regis, materni avi*] Natus enim est ex Nereïde filia Pyrrhi regis Epiri, teste Polyb. Ecl. Legat. 1. Insuper vero Doujatius ad hunc locum monet, Nereïdem hanc susceptam esse a Pyrrho ex Lanassa filia Agathoclis tyranni Siciliae: quod anceps est. Hanc enim Lanassam Pyrrhi uxorem fuisse, constat quidem ex Plut. in cj. vita p. 387. Verum, quum Pyrrhus plures uxores duxerit, unde constet, Nereïdem ex hac potius, quam alia, susceptam esse, nondum reperi.

Quia aequum censebat] Cl. Crevier. ex tribus codd. edidit *qua aequum censebat*. quomodo jam antea legendum conjecerat Doujatius. Consentiunt Voss. Lovel. 1. a. 3. 5. Harl. Hav. omnesque, quas vidi, edd. Basileensi anni 1539. priores. Et ita locum hunc laudasse Ursin. ad Polyb. Ecl. leg. 1. observat Cl. Dukerus, idque non contemnendum putabat. Solent autem hae voces commutari. V. ad 40, 29, 8. *qua et aequum* est in Ber. *quam aequum* in Gaertn.

Siciliam sibi omnem cedi] Optimi *Sicilia sibi omni cedi*. 32, [35, 11.] *Achaeis non Argis modo, sed etiam Corintho cessurum*. Martial. 12. epigr. 96.

Cede suam pueris, utere parte tua.

MSS. bonae notae *Cede sua pueris*. J. FR. GRON. Sic plurimis locis Livius et optimi quique scriptores. Nec sine causa Freinshem. vulgatae scripturae apud Curt. 4, 11, 9. *Hinc me depellite, ut sciam vestrum esse, quod ceditis*, praefert eam, quae in nonnullis scriptis est, *quo ceditis*. Justin. tamen 10, 2. *Hanc patrem cedere sibi, sicut regnum, Darius postulaverat*. et 32, 4. *Hosti victoriam cessere*. Sed haec fortassis corrupta sunt, et Justin. fuerat usus verbo *concedere*. 29, 1. recte dicit, *cedere se illi regno*. DUK. *Sicilia sibi omni cedi* similiter Cant. Supra 3, 45, 2. *Neminem esse alium, cui dominus possessione cedat*. 4, 6, 10. *Ne cessisse possessione reipublicae viderentur*. c. 53, 6. *Si injusti domini possessione agri publici cederent*. 22, 27, 9. *Se numquam volentem parte, qua posset, rerum consilio gerendarum cessurum*. 24, 22, 9. *Cedere possessione magnae fortunae*. 28, 9, 11. *Tantum bona-*

Digitized by Google

Epicyde cum binis millibus armatorum ad tentandas urbes, quae praesidiis tenebantur Romanis, et ipse in Leontinos cum cetero omni exercitu (e- 2
rant autem ad quindecim millia peditum equitumque) profectus esset; liberas aedes conjurati (et 3
omnes forte militabant) inminentes viae angustae, qua descendere ad forum rex solebat, sumserunt. ibi, quum instructi armatique ceteri transitum exspectantes starent, uni ex eis, (Dinomeni fuit no- 4

re collegae cesserat. 37, 35, 3. *Quarum Lysimachia jam cessisse regem.* Et paullo post §. 10. *Possessionę Asiae Antiochus cedat.* 45, 11, 11. *Nisi sibi et tota Cypro et Pelusio cederet.* Saepissime ita etiam Justinus locutus est. Exempla v. 1, 10, 12. 29, 2, 6. 31, 5, 7. 9. et 7, 8. unde tanto verisimilius redditur, cum locis, a Cl. Dukero indicatis, culpa scribarum corruptum esse. V. Nic. Heins. et Cel. Burm. ad Nason. 3. Art. Am. 642.

§. 9. *Hanc levitatem ac jactationem animi*] Reperitur in libris omnibus *Hanc levitatem animi ac jactationem.* GEBH. Ita et Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et primae edd. Sed vox *animi* deest in Voss. Ordinem dictionum primus mutavit Aldus: cui adsentitur Flor. Mox *nec mirabantur* Gaertn. V. ad 9, 9, 14.

§. 1. *Sed omnia in eo praecipitia ad exitium fuerunt*] Nihil de hac bonitate lectionis deterendum est, quod factum ab ineptissimis exscriptoribus Pal. 3. *Sed omnia in eo praecipua ad exercitum fuerunt.* Sic Liv. 27, 18, 9. *per praecipitia et praerupta salire* dixit. GEBH. *praecipua ad exitum* Harl. *Praeceps ad novanda omnia* infra est 42, 30, 4.

Quae praesidiis tenebantur Romanis] Pall. *Romanorum.* tert. vero *praesidiis Romanorum tenebantur.* GEBH. Ultima vox exsulat ab Harl. Ejus loco *Romanorum* praeferunt Voss. Lov. quinque, Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. vett. Cum Aldo vero, qui primus *Romanis* substituit, facit Flor.

§. 4. *Uni ex iis, Indigemini fuit nomen*] Memineris, ubicumque hoc nomen in praesenti historia occurrit, scribere cum antiquissimo librorum, quem plerisque locis sequuntur melior Petav. duo optimi Etrusci, Vossianusque, *Dinomeni, Dinomenem, Dinomine.* Est enim Graecum *Δεινομένης*, et mansit integrum in vulgatis c. 30, 5. mitius corruptum c. 23, 2. ubi *Deomenem* exprefferunt. Sed Put. et Pet. *Denomenem*, non *Dionem*, ut Sigonianus. J. FR. GRON. Omnes hic codd. mei corrupti. *Indigemini*, ut habuerunt edd. ante Gronov. legunt Lovel. 1. 3. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. *Indigenum* Lovel. 5. *Indihiemeni* Flor. *Digemini* Lovel. 2. Infra tamen hoc cap. veram scripturam *Dinomenes* et *Dino-*

Digitized by Google

men) quia custos corporis erat, partes datae sunt, ut, quum adpropinquaret januae rex, per caussam aliquam in angustiis sustineret ab tergo agmen. 5 Ita, ut convenerat, factum est. tamquam laxaret elatum pedem ab stricto nodo, moratus turbam Dinomenes, tantum intervalli fecit, ut, quum in praetereuntem sine armatis regem inpetus fieret, confoderetur aliquot prius vulneribus, quam sub- 6 curri posset. Clamore et tumultu audito, in Dinomenem, jam haud dubie obstantem, tela conjiciun-

menem servat Flor. aliique nonnulli haud multum inde discedunt. *Dinomenes* autem nomen Siculum esse, constat ex Hierone vetustiore Syracusanorum tyranno, qui fratri Geloni successit, et patrem ac filium, utrumque *Dinomenem* dictum, habuit teste Pausan. 1. Eliac. 12. Patrem ejus memorant etiam Herodot. 7, 145. et Diod. Sic. 11. p. 276. Quin et *Dinomenem*, cujus hic Liv. meminit, memorat quoque Pausan. 2. Eliac. 12. ubi tamen male non Hieronymum, sed ejus avum Hieronem interfecisse dicitur.

§. 5. *Tamquam laxaret elatum pedem abstricto nodo*] Lego *ab stricto*, ita postulante sensu. SIG. *laxaret latum pedem* Flor. a m. 2. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. principes. *laxaret laesum pedem* Exc. Pithoei. *laxaret alterum pedem* Lovel. 5. Hinc *abstracto nodo* Lovel. 3.

Moratus turbam Dinomenes, tantum intervalli fecit] Veram lectionem hic praefert Flor. a m. 2. sed *moratus turbandi nomenes* legit a m. 1. *moratus turbandi nomenē* Voss. *moratus turbandi nomen est* Cant. et Lovel. 3. ac 4. *moratus turbandi nomen* Lovel. 1. *moratus turbam Dinom̄* Lovel. 2. quae omnia apertis vestigiis ad veram lectionem ducunt. Praeterea *intervalli fuit* Voss. Lov. 1. 2. Harl. Ber. Hafn. Hav. et Hearnii N. a m. 2. sollemni aberratione librariorum. V. ad 40, 50, 5.

§. 6. *In Indigeminem tam haud dubie obstantem*] Vos emendatis *tam* in *tamen*. Ego pro *tam*, *jam* puto legendum, ut bis jam dixi. VALLA. Pal. 2. *Indihieminem tamen haud dubie obstantem*. GEBH. *in Dinominem tam̄*, id est *tamen*, ut aemuli Vallae emendabant, Flor. a m. 1. *in Dinomenem* a m. 2. Aliorum codd. errores ut recenseam, operae non est. Tum *haud dubio* Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. V. ad 34, 2, 6.

Per quae tamen, duobus acceptis vulneribus, evasit] Desideratur in prima ed. τὸ *per*. Pall. pr. vero et tert. legunt *in quae tamen*. margini tamen pr. apponitur *ipse*. sec. *isque tamen*. GEBH. Put. Pet. Voss. *in quae tamen*. Scribe *inter quae tamen*. J. FR. GRON. Similiter

Digitized by Google

tur: inter quae tamen, duobus acceptis vulneribus, evasit. Fuga satellitum, ut jacentem videre regem, 7
facta est. interfectores pars in forum ad multitudinem laetam libertate; pars Syracusas pergunt, ad praeoccupanda Andranodori regiorumque aliorum consilia. Incerto rerum statu, Ap. Claudius, bel- 8
lum oriens ex propinquo quum cerneret, senatum literis certiorem fecit, Siciliam Karthaginiensi populo et Hannibali conciliari. ipse adversus Syracu- 9
sana consilia, provinciam, regnique fines omnia con-

35, 11, 10. quod est in uno edito *inter medias stationes hostium erupere*, praefert vulgato *per medias*, et Livium saepissime ita loqui ostendit. Adde 1, 53, 7. *Se quidem inter tela ac gladios patris elapsum.* 5, 46, 1. *Ne quis hostium evadere inter stationes posset.* Infra c. 26, 13. *Inter medios tot armatos aliquoties integro corpore evaserunt.* Nec tamen dubium est, quin haec, si non omnia, saltem pleraque, etiam recte cum praepositione *per* dicantur. Liv. 22, 60, 17. *Prius P. Sempronio per civium agmen, quam per hostium, fuit erumpendum.* Infra c. 43, 8. *Per medios hostes evasit.* Curtius 5, 4, 37. *Per mediam aciem Macedonum erupit.* Virgil. 2. Aen. 664. *Quod me per tela, per ignes Eripis.* Sed hic, ut semper aliis locis, sequenda sunt vestigia optimorum librorum. DUKER. *in quae tum* Cant. Lovel. 1. 2. et Voss. a m. 1. qui *usque tum* a manu altera pro varia lectione in margine exhibet. *in quae*, omissa voce sequenti *tamen*, Lovel. 4. *in quem tum* Gaertn. *inque tamen* Flor. a m. 1. *hisque tamen* a m. 2. inter versus. *inde tamen* Ber. et Hav. *qui tamen* Harl. *in quae tamen* edd. principes. *inter quae tamen*, ut Gronov. ex aliorum vestigiis conjecit, Lovel. 5. Solent autem *in* et *int'*, sive *inter*, saepe in Mstis commutari. V. ad 38, 57, 6. etiam *per* et *inter*. V. ad 35, 11, 10.

§. 7. *Interfectores pars in forum ad multitudinem*] Habetur in Pall. omnibus *in multitudinem*. Pal. 2. etiam *interfectorum*. GEBH. *interfectorum pars* etiam Lovel. 4. Verum hi scribae locutionem Livio amatam non videntur percepisse. Eam supra inlustravi ad 6, 24, 11. Praeterea *in forum in multitudinem* Flor. Voss. Lovel. 2. 4. Gaertn. Hearnii Oxon. et, quas vidi, edd. usque ad Aldum.

§. 9. *Provinciam regnique fines*] Non incommode Pighius [in Annal. ad ann. IOXXXVIII. p. 165.] *ad provinciae regnique fines omnia convertit praesidia.* J. FR. GRON. Vulgatum, in quo sensus non est, servari nequit. In eam tamen lectionem consentiunt omnes codd. et edd. nisi quod vocem *provinciam* male omittat Hav. Pighii conjecturam probat etiam Cl. Crevier. Mox §. seq. *communivit* Lovel. 1. et 4. *com-*

Digitized by Google

10 vertit praesidia. Exitu anni ejus, Q. Fabius ex auctoritate senatus Puteolos, per bellum coeptum frequentari emporium, communiit, praesidiumque in-
11 posuit. inde Romam comitiorum caussa veniens, in eum, quem primum diem comitialem habuit, comitia edixit; atque ex itinere praeter urbem in
12 campum descendit. Eo die quum sors praerogativae Aniensi juniorum exisset, eaque T. Otacilium, M. Ae-

munit Flor. Lovel. 2. 3. et Harl. V. ad 2, 51, 7.

§. 11. *In eum, quem primum diem comitialem habuit*] Non interjecto trinundino, quod alioqui inter edictum et comitia intercedebat. V. Gruchium. 1. de Com. 4. et de diebus comitialibus ibid. c. 6. DUKER.

Comitialem habuit, comitio edixit, atque edixit inire praeter urbem] Vos sic emendatis, *comitialem habuit, eo die comitia dixit, atque edixit inire.* Ego sic: *comitia edixit, atque ex itinere praeter urbem in campum descendit.* Quod probatur ex illo non longe post loco [c. 9, 2.] *Et quia urbem non intrarat, protinus in campum ex itinere profectus. comitialem a comitiis* dixi, quae sunt actus creandorum magistratuum: non a *comitio*, quod, ut ait Pedianus, est locus prope senatum, quo ire equitibus et populo Romano licebat. Itaque aliud singulare, aliud plurale significat. VALLA.

§. 12. *Quum sors praerogativae ante juniorum exisset*] Pall. tres *ante siludiorum*. vet. ed. *antesi juniorum*. GEBH. Quia MSS. omnes *antesiludiorum*, scripsimus *Aniensi juniorum*. Quemadmodum et cap. seq. praeclare restitutum est: *praeco Aniensem juniorum in suffragium revoca*. Ubi edebatur antea, *praerogativa juniorum in suffragium revocata*. MSS. autem habebant *Praeconiensem juniorum in suf. revoca*. De quibus late diximus in 4. Obs. 1. J. FR. GRON. *praerogativae ante siludiorum* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. et Gaertn. *praerogativae antesilundiorum* Lovel. 5. *praerogativae aversiludiorum* Lov. 2. *praerogative antesi juniorum* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Vera omnino est Gronov. conjectura, sed quae jam antea Octav. Pantagatho etiam in mentem venerat apud Ursin. ad Livii 1, 43, 12. nisi quod *Aniensis*, pro *Aniensi*, legebat.

T. Otacilium, M. Aemilium Regillum] Ita edidit Cl. Jac. Gronovius, omissa vocula *et* inter utriusque consulis nomina. Eamdem ignorant Flor. Voss. Lovel. 1. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et priscae edd. quam prima addidit Ascensii anni 1513. V. ad 2, 17, 1. Praeterea *Regulum* Flor. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. N. L. 1. et vett. excusi, pro quo Froben. anno 1535. recte *Regillum* substituit. Similiter variant codd. cap. seq. §. 10. 29, 11, 14. et c. 38, 6.

Digitized by Google

M. Aemilium Regillum consules diceret, tum Q. Fabius, silentio facto, tali oratione est usus:

VIII. *Si aut pacem in Italia, aut bellum cum* 1
eo hoste haberemus, in quo neglegentiae laxior locus esset, qui vestris studiis, quae in campum ad mandandos, quibus velitis, honores adfertis, moram ullam obferret, is mihi parum meminisse videretur vestrae libertatis. sed quum in hoc bello, 2
in hoc hoste, numquam ab ullo duce sine ingenti

§. 1. *Aut bellum cum eo hoste haberemus*] Put. et Pet. *bellum cumque hostem.* Alii, *bellum eumque hoste.* Scribe *aut bellum eumque hostem.* J. FR. GRON. *bellum cum hoste* Lov. 1. *bellum cum quo hoste* Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. *bellum cum equo hoste* Hearnii L. 1. *bellum cum quo hostem* ejusdem D. *bellum cumque hostem* Flor. pro quo non male emendatur *eumque hostem.* Saepissime *cum* et *eum* a librariis confunduntur in Mstis. V. ad 10, 7, 3,

In quo negligentiae aut errori locus esset] Pal. 1. *negligentiae anxior locus esset.* GEBH. Put. *neclegentiae laxior locus.* Pet. recentior *negligentiae laxior.* Pet. melior, et Pal. *neglegentiae anxior.* Men. *neglegentiae aptior.* et in margine *anxior*, ut et Busl. et Voss. V. ad Senecae Consol. ad Helviam 6. J. FR. GRON. *neglegentiae*, vel *negligentiae anxior locus* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hearnii Oxon. *negligentiae laxior locus* Ber. et Hav. Non audiendus itaque est Doujatius, qui, tot codd. invitis, vulgatum servat ob verba mox seq. *Quum in hoc bello, in hoc hoste numquam ab ullo duce sine ingenti nostra clade erra-*

sum sit. Addit autem, se non satis perspicere, quid sic his *locus laxior neglegentiae*, et forte tolerabilius fore putat *negligentiae laxiori locus*, quomodo Gronov. pr. ed. not. conjecit. Non respexit itaque, quae Gronov. ad Sen. l. laud. notavit, neque adtendit ad testimonium, quod ibi profert ex Senec. 1. de Clem. 5. *Haec tamen magnanimitas in bona fortuna laxiorem locum habet.* Et ita *laxum spatium* dixit Liv. 10, 5, 6.

Honores adfertis, moram ullam obferret, is mihi] Vet. lib. *ullam afferret.* SIG. Pall. 2. et 3. *moram ullam afferret.* Sed ille quoque *honores effertis.* GEBH. *afferret* etiam Lovel. 1. 2. Harl. Ber. Hav. et Hearnii D.

§. 2. *In hoc bello cum hoste*] In libro scripto est *in hoc bello, in hoc hoste.* Melius certe. LIPS. 4. Ep. Quaest. 7. Lipsii membranae *in hoc bello, in hoc hoste.* nostra vero Mog. ed. *in hoc bello, cum hoc hoste.* Quorum utrumvis vulgatae lectioni antetferam, nisi quod etiam istud malim. MOD. V. Cortium ad Sall. Cat. 51, 15. *cum hoste* primus vulgavit Curio, operarum, ut videtur, aberratione, licet ita

Digitized by Google

nostra clade erratum sit, eadem vos cura, qua in aciem armati descenditis, inire suffragium ad creandos consules decet, et sibi sic quemque dicere;
3 *Hannibali imperatori parem consulem nomino. Hoc anno ad Capuam Jubellio Taureae Campano summo equiti provocanti summus Romanus eques Asellus*
4 *Claudius est obpositus. Adversus Gallum, quondam provocantem in ponte Anienis, T. Manlium, fidentem et animo et viribus, misere majores nostri.*
5 *Ob eamdem caussam haud multis annis post fuisse non negaverim, cur M. Valerio non diffideretur, adversus similiter provocantem arma capienti Gallum*
6 *ad certamen. Quemadmodum pedites equitesque*

etiam praeferat Harl. Antea edebatur *cum hoc hoste*, quod etiam superèst in Lovel. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Sed Lipsii emendationem probant Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. pluresque alii. Placet Livio illius pronominis sine copula repetitio. Supra 3, 72, 3. *Hoc legatos referre domum, hoc vulgari, hoc socios audire, hoc hostes.* 6, 26, 5. *Hic noster, hic plebis nostrae habitus fuit.* 5, 6, 6. *Haec virtute militum vestrorum, haec Romano nomine sunt digna?* 22, 39, 8. *Belli hoc genus, hostem hunc ignoro.* 24, 44, 6. *His ducibus, his copiis munierunt imperium.* Colum. 3, 10. *Hac lege pecudes, hac virgulta progenuit, hac vitium genera figuravit.* Ita lego ex optimo cod. Sangerm. Vulgo editur *ac virgulta.* V. insuper ad 39, 40, 11. Mox *ingenti clade certatum* Ber. *certatum* etiam Hav.

§. 3. *Asellus Claudius obpositus*] Optimi *Claudius est oppositus.* J. FR. GRON. Illud *est* meorum nulli agnoscunt.

§. 4. *Adversus Gallum, quondam provocantem in ponte Anienis, Manlium*] Put. *Anienet Manlium.* Alii *Anienem Manlium.* Scribe, *Anienis T. Manlium.* J. FR. GRON. *provocantem in ponte Aniene Manlium* Lov. 3. *provocantem Anienem Manlium* Lov. 2. *provocantem in pontem Anienem Manlium* Lov. 4. et Harl. *provocantem in ponte Anienem Manlium* Flor. a m. 1. *Aniene* a m. 2. Praeterea *Gallum quendam* Ber.

§. 5. *Ob eamdem caussam (ut multis annis post) fuisse non negaverim*] Hic ego reor mutandum *ut* in *haud*, commutandaque aliorum verborum loca, sic: *Ob eandem caussam haud multis annis post fuisse non negaverim, cum M. Valerio non diffideretur arma capienti adversus similiter provocantem ad certamen Gallum.* VALLA. *ita*

Digitized by Google

optamus, ut validiores, si minus, ut pares hosti habeamus; ita duci hostium parem imperatorem quaeramus. Quum, qui est summus in civitate 7
dux, eum legerimus; tamen repente lectus, in annum creatus, adversus veterem ac perpetuum imperatorem comparabitur, nullis neque temporis, neque juris inclusum angustiis, quominus ita omnia gerat administretque, ut tempora postulabunt belli. nobis 8
autem in adparatu ipso, ac tantum inchoantibus res, annus circumagitur. Quoniam, quales viros 9
creare vos consules deceat, satis est dictum; restat, ut pauca de eis, in quos praerogativae favor inclinavit, dicam. M. Aemilius Regillus flamen est Qui- 10

pro *ut*, et *fecisse* pro *fuisse*, conjectura haud inepta, in fronte, admonendi lectoris gratia, adscripsi. SABELL. Hoc non deterius videtur dici sublata praepositione *Ob*. Illa *adversus similiter* etc. ambigua sunt: nam dubitari potest, utrum conjungenda sint *arma capienti adversus Gallum similiter provocantem ad certamen*, an *arma capienti ad certamen adv. G. s. p.* Ambiguum autem tolleretur, si cum Valla, ut Sigonius fecit, voces transpones. DUK. Otiosam et inelegantem particulam *Ob* tollendam esse, monuit etiam Cl. Crevier. Verum omnes servant eam codd. Ordo autem verborum, qui extat in vulgato, est ab Aldo, eique consentiunt omnes scripti; nisi quod Gaertn. cum prioribus edd. ultima verba legat *capienti Gallum arma ad certamen*.

§. 7. *Tum repente lectus*] Melius boni libri, *tamen repente lectus*. J. FR. GRON. Pariter Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Hav. et Hearnii L. 1, ac N. V. ad 22, 17, 5. Paullo ante *Eum, qui est summus in civitate dux, eum legerimus* Lovel. 3. et 4. In sequentibus *nec temporis nec juris* Lovel. 3. *neque temporis, nec juris* Voss. V. ad 9, 9, 14.

Ut tempora postulabunt belli] Vet. lib. *ut belli tempora postulabunt*. SIG. Dissentiunt omnes mei.

§. 8. *In adparatu ipso, ac tantum inchoantibus res*] Suspicor fuisse *ac tantum non inchoantibus*. Etsi potest illud ferri. J. FR. GRON. V. ad 4, 2, 12.

§. 10. *M. Aemilius Regillus flamen est Quirinalis*] Idem, ut Sigon. ad 27, 33, 8. et Pighius ad ann. Urb. IOXXIX. et IOXXXVI. putant, quem anno secundo hujus belli Livius praetorem fuisse scribit 22, 9, 11. et quidem urbanum 27, 33, 8. Sed quod hic *flamen Quirinalis* fuisse dicitur, in eo aliquid difficultatis est: nam Liv.

Digitized by Google

rinalis, quem neque mittere ab sacris, neque retinere possumus, ut non Deûm aut belli deseramus cu-
11 *ram. Otacilius sororis meae filiam uxorem, atque ex ea liberos, habet. ceterum non ea vestra in me majoresque meos merita sunt, ut non potiorem pri-*
12 *vatis necessitudinibus rempublicam habeam. Quilibet nautarum vectorumque tranquillo mari gubernare potest: ubi saeva orta tempestas est, ac turbato mari rapitur vento navis, tum viro et gubernatore*
13 *opus est. Non tranquillo navigamus, sed jam aliquot procellis submersi pene sumus. itaque, quis ad gubernacula sedeat, summa cura providendum ac praecavendum vobis est. In minore te experti, T. Otacili, re sumus. haud sane, cur ad majora tibi fida-*

29, 11, 14. et 38, 6. M. Aemilium Regillum *flaminem Martialem*, non *Quirinalem*, decem post hoc tempus annis, mortuum scribit. Hoc Pighius ad ann. 1oxxix. ita expedit, aut duos ejusdem prorsus nominis Regillos tunc flamines fuisse, alterum scilicet Quirinalem, alterum Martialem: aut in altero loco Livii errorem commissum esse. Nec video, qua alia ratione hoc solvi possit. Ad rem quod attinet, neutri horum per religionem licuisse urbe exire ad bellum gerendum, constat ex Livii 37, 51. et Epit. Liv. 19. DUK.

Neque mittere ad sacris, neque retinere] Nisi suppleamus *ad sacra*, quid sibi verbum *retinere* velit, non equidem intelligo. GLAREAN.

§. 11. *Otacilius sororis meae filiam uxorem*] Pighius [ad ann. 1oxxxix. p. 169.] corrigit *Otacili*, et *habes*: quia, inquit, ex una voce *vestra* cognoscere est, ad Otacilium orationem illam dirigi. Ridiculo errore; nam ad Patres et senatum pertinet illud *vestra*. Itaque et mox *providendum ac praecavendum vobis* meliores, non *nobis*. J. FR. GRON. Recte vulgatum Gronov. defendit. Non tamen Fabius *Patres* ac *senatum*, sed populum, qui ad comitia convenerat, adloquitur. Mox τὸ *sunt* non adparet in Lovel. 2. *praecavendum vobis* autem §. 13. legunt omnes mei, praeter Lovel. 2. in quo vox illa non adparet.

§. 13. *In minore re experti, T. Otacili, operam tuam sumus*] Pall. tres *In minore te experti T. Ot. experti opere* (tert. *ope*) *sumus*. GEBH. Put. *In minore te experti, T. Otacili, re sumus*. J. FR. GRON. Minimum abit a vulgato Hav. *In minore re experti T. Octalicii operam sumus* praeferens. Reliqui vero manifesto nos ducunt ad lectionem a Gronov. restitutam. Legunt enim *In minore te experti*.

Digitized by Google

mus, documenti quidquam dedisti. Classem hoc an- 14
no, cui tu praefuisti, trium rerum caussa paravi-
mus: ut Africae oram popularetur; ut tuta nobis
Italiae litora essent; ante omnia ne supplementum
cum stipendio commeatuque ab Karthagine Hanni-
bali transportaretur. Create consulem T. Otacilium, 15
non dico, si omnia haec, sed si aliquid eorum rei-
publicae praestitit. Sin autem, te classem obtinente,
etiam, velut pacato mari, quaelibet Hannibali tuta
atque integra ab domo venerunt; si ora Italiae infe- 16
stior hoc anno, quam Africae, fuit; quid dicere
potes, cur te potissimum ducem Hannibali hosti ob-
ponant? Si consul esses, dictatorem dicendum ex- 17
emplo majorum nostrorum censeremus. nec tu id

T. Otacili ope, vel *opere*, *sumus*, nisi quod alii etiam *In minore re* obferant.

§. 14. *Ut Africae oram popularetur*) *oram popularentur* Flor. Lovel. 3. 5. Harl. et Hav. *orae popularentur* Voff. et Lov. 1. ac 4. *popularetur ora* Ber. ut *populari* sensu passivo accipiatur. Deponentium participia ita saepe poni, infra v. ad 34, 40, 2. Verum id etiam in reliquis partibus eorum fieri solet. Sic in eodem, hoc verbo *populari* 3, 3, 10. *Uri sua popularique passi.* c. 6, 5. *Urbem Romanam subita Deûm ira morbo populari.* Hic tamen nihil mutari praestabit.

§. 16. *Si aliquid eorum reipublicae praestitit*) Livius tamen 23, 41. eum agrum Carthaginiensium depopulatum, et e classe Punica septem naves cum sòciis navalibus cepisse scribit. Fabius oratorie videtur elevare res ejus gestas. DUKER.

Etiam velut pacato mari quaelibet Hannibali tuta) Cl. Crevier. τὸ *etiam* supervacaneum judicabat, quod omittit Lov. 2. Potest tamen servari mutata distinctione, *etiam*, *velut pacato mari*, *quaelibet*. non tantum accepit Hannibal vel supplementum, vel stipendium, vel commeatum, sed etiam quaelibet tuta ei venerunt. Dein *placato mari* non tantum Flor. Voff. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et Hav. sòlito scribarum errore, sed etiam edd. principes. V. ad 3, 9, 10, *mare pacatum*. ut 37, 60, 2. *Mare pacatum erat*, *devicto Antiocho*. Tum *quibus*, pro *quaelibet*, Flor. Cant. Voff. a m. 1. Lovel. 3. 4. Harl. et Gaertn. *quolibet* Lovel. 1. *omnia* Lovel. 2. *quaevis* Lovel. 5. et Rec.

§. 16. *Cur te potissimum ducem Hannibali hosti obponant*) Put. *oppugnabant*. Scribe cum Salmasio *opponamus*. J. FR. GRON. *oppugnabant* quoque Flor. Nullam satis necessariam

Digitized by Google

indignari posses, aliquem in civitate Romana meliorem bello haberi, quam te. magis nullius interest, quam tua, T. Otacili, non inponi cervicibus tuis onus,
18 *sub quo concidas. Ego magnopere suadeo, eodem animo, quo, si stantibus vobis in aciem armatis re-*

caussam vulgato mutando Gronovium habuisse, judicat Cl. Crevier. quapropter priscam lectionem revocavit. Eamdem quoque reduxi, sufficere existimans, si conjectura in notis conspiceretur.

§. 17. *Exemplo majorum nostrorum censeremus*] Malim *censerem*. J. FR. GRONOV.

§. 18. *Ego magnopere suadeo, eodem animo, quo, si stantibus vobis in aciem armatis*] Erat hic locus aliquot codicibus asterisco notatus. Offendit fortassis, quod in *quo* intelligendum erat, scilicet *animo crearetis consules*. Sed non adeo superfluitiose locutos esse eximios authores, vel hic locus indicio fuerit. GLAR. Vet. lib. *in acie*. SIG. *si* primo intuitu videtur abundare. Sed suppleri potest, *eos deligeretis* scilicet, *quos maxime idoneos, ac ducibus hostium pares haberetis. In aciem stantibus* sic dicitur, ut *in potestatem hostium esse*, et alia hujus generis. Tamen mea sententia planior esset sermo, si legeretur, *quo descendentibus vobis in aciem*. In acie jam stantes armati vix satis temporis ad imperatores deligendos habere possunt; in aciem descendentes possunt. Sic paullo ante: *Eadem vos cura, qua in aciem armati descenditis, inire suffragium ad creandos consules decet*. DUR. *Eo magnopere suadeo* Rec. et Gaertn. V. ad 6, 7, 5. *suadeoque eodem* Flor. a m. 1. *suadeo ut eodem* a m. 2. Sed omnes reliqui additam vocem ignorant. Deinde *in acie* Lovel. 4. et Hav. et ita interpolatum est in Flor. quum a principio *in aciem* scriptum fuisset.

§. 19. *Quibus sacramenta liberi nostri dicant*] Optimi *quibus sacramento liberi vestri*. Notae phrases *sacramento rogare, adigi, dicere*. Noster 41, [5, 11.] *Exauctorati, qui sacramento dixerant*. J. FR. GRON. *sacramento* etiam Flor. Liv. 2, 24, 7. *Concursus in forum, ut sacramento dicerent, fieri*. 4, 53, 2. *Nemo invitus sacramento diceret*. Et mox, *Ceteri sacramento dixere*. 25, 5, 8. *Qui minores septem et decem annis sacramento dixissent*. Deinde *liberi nostri*, uno vel altero excepto, omnes libri nostri, et edd. vett.

§. 20. *Triste ad recordationem exemplar, at ad praecavendam simile utiles documento sunt*] Vet. lib. *utilia documenta sunt*. quod magis placet. Sic enim inter se haec respondebunt: *triste exemplar ad recordationem, utilia documenta ad simile praecavendum*. SIG. Nihil descisunt a germana vulgatae lectionis sinceritate Pall. duo, nisi quod leviter *at* mutent in *et*. Sed Pal. 2. *et ad praecavendum simile utilia documenta sunt*. quod unice probat Sigonius, ut respondeant invicem *triste exemplar ad recordationem, utilia documenta ad simile praecavendum*. Quae sen-

Digitized by Google

pente deligendi duo imperatores essent, quorum ductu atque auspicio dimicaretis, hodie quoque consules creetis: quibus sacramento liberi vestri dicant, 19 *ad quorum edictum conveniant, sub quorum tutela atque cura militent. Lacus Trasimenus et Cannae* 20

tentia plenissime et ex vulgari lectione elicitur. GEBH. Gronov. in pr. ed. notar. prima verba ita refingenda conjicit, *tristis ad recordationem exempli.* sed 4. Obs. 1. p. 9. ex auctoritate meliorum librorum emendavit *tristia ad recordationem exempla.* Omnes et Hearnii Oxon. et mei vulgatum servant, nisi quod optimus Flor. praeferat, *tristia ad recordationem exemplar;* pro quo manus altera interpolavit *exemplaria*, quum satius fuisset, ultimam literam τοῦ *exemplar* expungi. Sequentia verba eosdem libros ita exhibere idem Gronov. testis est: *set ad praecavenda similes utiles documento sunt.* Hinc, quamvis minus criminationibus subjectum agnoscat, acquiesse vulgato, ubi τὸ *utiles* ad nomina locorum potest referri, suspicatur tamen a Livio fuisse *sed ad praecavendos similes duces documento sunt.* Huc enim omnia tendere orationis ejus. Addit insuper, Sigonii lectionem sibi non repertam, praeterquam in uno suspectissimae fidei codice, qui passim illi contra meliores subscribit: quin etiam Livium quidem aliquoties *esse documentum*, sed multo frequentius *esse documento* dixisse, adlatis exemplis probat. Verum codici Sigonii consentiunt Bor. Hav. Hearnii N. Brancal. Latinii, et Victor. Crevierii, qui etiam hanc lectionem recepit. neque video, cur minus dicere liceat *Trasimenus, Cannae sunt utilia documenta*, quam sunt *tristia exempla*, ut ipse Gronov. hoc loco restituit. Quod autem interdum ita Livium locutum testetur, notandum, longe plura hujus locutionis exempla in Livio superesse, quam produxit. Nam praeter loca Livii ex 9, 46, 8. et 21, 19, 10. quae laudavit, obcurrit etiam 1, 52, 4. *Turnus sui cuique periculi recens erat documentum.* 24, 45, 3. *Infidus socius, vanus hostis, tertium transfugis documentum esset.* 30, 30, 16. *Satis ego documenti in omnes casus sum.* 45, 40, 6. *Perseus documentum humanorum casuum fuit.* Ad hanc formam saepe apud Livium obvium est *esse monumentum, exemplum, emolumentum, experimentum, argumentum.* similiter *esse praeda* et *praedae.* V. Cl. Dukerum ad Flori 1, 1, 10. His omnibus non tam Sigonii lectionem veram praestare animus est, quam ostendere, eam Livio non indignam esse, aut stilo ejus adversari. Nam neque ego eam a Livii manu profectam esse credo, ob meliorum codd. dissensum. Certe vulgatum *et ad praecavendum simile utiles documento sunt* legunt Lovel. 3. 4. 5. Cant. Voss. Harl. et Gaertn. *et ad praecavendum simile utilia documento sunt* Lovel. 2. *et ad praecavendum simile utile documento sunt* Lov. 1. et Hafn. *et ad praecavenda similes utiles documento sunt* Flor. a m. 1. pro quo *utili* substituit manus altera: quomodo etiam legi posse monuit Crevier. quod unice verum puto, quum, parva mutatione admissa, eodem ducant modo memorati Mssi; nisi forte, τῷ

Digitized by Google

men) quia custos corporis erat, partes datae sunt, ut, quum adpropinquaret januae rex, per caussam aliquam in angustiis sustineret ab tergo agmen.
5 Ita, ut convenerat, factum est. tamquam laxaret elatum pedem ab stricto nodo, moratus turbam Dinomenes, tantum intervalli fecit, ut, quum in praetereuntem sine armatis regem inpetus fieret, confoderetur aliquot prius vulneribus, quam sub-
6 curri posset. Clamore et tumultu audito, in Dinomenem, jam haud dubie obstantem, tela conjiciun-

menem servat Flor. aliique nonnulli haud multum inde discedunt. *Dinomenes* autem nomen Siculum esse, constat ex Hierone vetustiore Syracusanorum tyranno, qui fratri Geloni successit, et patrem ac filium, utrumque *Dinomenem* dictum, habuit teste Pausan. 1. Eliac. 12. Patrem ejus memorant etiam Herodot. 7, 145. et Diod. Sic. 11. p. 276. Quin et *Dinomenem*, cujus hic Liv. meminit, memorat quoque Pausan. 2. Eliac. 12. ubi tamen male non Hieronymum, sed ejus avum Hieronem interfecisse dicitur.

§. 5. *Tamquam laxaret elatum pedem abstricto nodo*] Lego *ab stricto*, ita postulante sensu. SIG. *laxaret latum pedem* Flor. a m. 2. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. principes. *laxaret laesum pedem* Exc. Pithoei. *laxaret alterum pedem* Lovel. 5. Hinc *abstracto nodo* Lovel. 3.

Moratus turbam Dinomenes, tantum intervalli fecit] Veram lectionem hic praefert Flor. a m. 2. sed *moratus turbandi nomenes* legit a m. 1. *moratus turbandi nomenē* Voss. *moratus turbandi nomen est* Cant. et Lovel. 3. ac 4. *moratus turbandi nomen* Lovel. 1. *moratus turbam Dinom̄* Lovel. 2. quae omnia apertis vestigiis ad veram lectionem ducunt. Praeterea *intervalli fuit* Voss. Lov. 1. 2. Harl. Ber. Hafn. Hav. et Hearnii N. a m. 2. sollemni aberratione librariorum. V. ad 40, 50, 5.

§. 6. *In Indigeminem tam haud dubie obstantem*] Vos emendatis *tam* in *tamen*. Ego pro *tam*, *jam* puto legendum, ut bis jam dixi. VALLA. Pal. 2. *Indihieminem tamen haud dubie obstantem*. GEBH. *in Dinominem tam̄*, id est *tamen*, ut aemuli Vallae emendabant, Flor. a m. 1. *in Dinomenem* a m. 2. Aliorum codd. errores ut recenseam, operae non est. Tum *haud dubio* Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. V. ad 34, 2, 6.

Per quae tamen, duobus acceptis vulneribus, evasit] Desideratur in prima ed. *τὸ per*. Pall. pr. vero et tert. legunt *in quae tamen*. margini tamen pr. apponitur *ipse*. sec. *isque tamen*. GEBH. Put. Pet. Voss. *in quae tamen*. Scribe *inter quae tamen*. J. FR. GRON. Similiter

Digitized by Google

tur: inter quae tamen, duobus acceptis vulneribus, evasit. Fuga satellitum, ut jacentem videre regem, 7
facta est. interfectores pars in forum ad multitudinem laetam libertate, pars Syracusas pergunt, ad praeoccupanda Andranodori regiorumque aliorum consilia. Incerto rerum statu, Ap. Claudius, bel- 8
lum oriens ex propinquo quum cerneret, senatum literis certiorem fecit, Siciliam Karthaginiensi populo et Hannibali conciliari. ipse adversus Syracu- 9
sana consilia, provinciam, regnique fines omnia con-

35, 11, 10. quod est in uno edito *inter medias stationes hostium erupere*, praefert vulgato *per medias*, et Livium saepissime ita loqui ostendit. Adde 1, 53, 7. *Se quidem inter tela ac gladios patris elapsum.* 5, 46, 1. *Ne quis hostium evadere inter stationes posset.* Infra c. 26, 13. *Inter medios tot armatos aliquoties integro corpore evaserunt.* Nec tamen dubium est, quin haec, si non omnia, saltem pleraque, etiam recte cum praepositione *per* dicantur. Liv. 22, 60, 17. *Prius P. Sempronio per civium agmen, quam per hostium, fuit erumpendum.* Infra c. 43, 8. *Per medios hostes evasit.* Curtius 5, 4, 37. *Per mediam aciem Macedonum erupit.* Virgil. 2. Aen. 664. *Quod me per tela, per ignes Eripis.* Sed hic, ut semper aliis locis, sequenda sunt vestigia optimorum librorum. DUKER. *in quae tum* Cant. Lovel. 1. 2. et Voss. a m. 1. qui *usque tum* a manu altera pro varia lectione in margine exhibet. *in quae*, omissa voce sequenti *tamen*, Lovel. 4. *in quem tum* Gaertn. *inque tamen* Flor. a m. 1. *hisque tamen* a m. 2. inter versus. *inde tamen* Ber. et Hav. *qui tamen* Harl. *in quae tamen* edd. principes. *inter quae tamen*, ut Gronov. ex aliorum vestigiis conjecit, Lovel. 5. Solent autem *in* et *int'*, sive *inter*, saepe in Mstis commutari. V. ad 38, 57, 6. etiam *per* et *inter*. V. ad 35, 11, 10.

§. 7. *Interfectores pars in forum ad multitudinem*] Habetur in Pall. omnibus *in multitudinem*. Pal. 2. etiam *interfectorum*. GEBH. *interfectorum pars* etiam Lovel. 4. Verum hi scribae locutionem Livio amatam non videntur percepisse. Eam supra inlustravi ad 6, 24, 11. Praeterea *in forum in multitudinem* Flor. Voss. Lovel. 2. 4. Gaertn. Hearnii Oxon. et, quas vidi, edd. usque ad Aldum.

§. 9. *Provinciam regnique fines*] Non incommode Pighius [in Annal. ad ann. IDXXXVIII. p. 165.] *ad provinciae regnique fines omnia convertit praesidia.* J. FR. GRON. Vulgatum, in quo sensus non est, servari nequit. In eam tamen lectionem consentiunt omnes codd. et edd. nisi quod vocem *provinciam* male omittat Hav. Pighii conjecturam probat etiam Cl. Crevier. Mox §. seq. *communivit* Lovel. 1. et 4. *com-*

Digitized by Google

10 vertit praesidia. Exitu anni ejus, Q. Fabius ex auctoritate senatus Puteolos, per bellum coeptum frequentari emporium, communiit, praesidiumque in-
11 posuit. inde Romam comitiorum caussa veniens, in eum, quem primum diem comitialem habuit, comitia edixit; atque ex itinere praeter urbem in
12 campum descendit. Eo die quum sors praerogativae Aniensi juniorum exisset, eaque T. Otacilium, M. Ae-

munit Flor. Lovel. 2. 3. et Harl. V. ad 2, 51, 7.

§. 11. *In eum, quem primum diem comitialem habuit*] Non interjecto trinundino, quod alioqui inter edictum et comitia intercedebat. V. Gruchium. 1. de Com. 4. et de diebus comitialibus ibid. c. 6. DUKER.

Comitialem habuit, comitio edixit, atque edixit inire praeter urbem] Vos sic emendatis, *comitialem habuit, eo die comitia dixit, atque edixit inire.* Ego sic: *comitia edixit, atque ex itinere praeter urbem in campum descendit.* Quod probatur ex illo non longe post loco [c. 9, 2.] *Et quia urbem non inierat, protinus in campum ex itinere profectus. comitialem a comitiis* dixi, quae sunt actus creandorum magistratuum: non a *comitio*, quod, ut aït Pedianus, est locus prope senatum, quo ire equitibus et populo Romano licebat. Itaque aliud singulare, aliud plurale significat. VALLA.

§. 12. *Quum sors praerogativae ante juniorum exisset*] Pall. tres *ante siludiorum*. vet. ed. *antesi juniorum*. GEBH. Quia MSS. omnes *antesiludiorum*, scripsimus *Aniensi juniorum*. Quemadmodum et cap. seq. praeclare restitutum est: *praeco Aniensem juniorum in suffragium revoca*. Ubi edebatur antea, *praerogativa juniorum in suffragium revocata*. MSS. autem habebant *Praeconiensem juniorum in suf. revoca*. De quibus late diximus in 4. Obs. 1. J. FR. GRON. *praerogativae ante siludiorum* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. et Gaertn. *praerogativae antesilundiorum* Lovel. 5. *praerogativae aversiludiorum* Lov. 2. *praerogative antesi juniorum* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Vera omnino est Gronov. conjectura, sed quae jam antea Octav. Pantagatho etiam in mentem venerat apud Ursin. ad Livii 1, 43, 12. nisi quod *Aniensis*, pro *Aniensi*, legebat.

T. Otacilium, M. Aemilium Regillum] Ita edidit Cl. Jac. Gronovius, omissa vocula *et* inter utriusque consulis nomina. Eamdem ignorant Flor. Voss. Lovel. 1. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et priscae edd. quam prima addidit Ascensii anni 1513. V. ad 2, 17, 1. Praeterea *Regulum* Flor. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. N. L. 1. et vett. excusi, pro quo Froben. anno 1535. recte *Regillum* substituit. Similiter variant codd. cap. seq. §. 10. 29, 11, 14. et c. 38, 6.

Digitized by Google

M. Aemilium Regillum consules diceret, tum Q. Fabius, silentio facto, tali oratione est usus:

VIII. *Si aut pacem in Italia, aut bellum cum* 1
eo hoste haberemus, in quo neglegentiae laxior locus esset, qui vestris studiis, quae in campum ad mandandos, quibus velitis, honores adfertis, moram ullam obferret, is mihi parum meminisse videretur vestrae libertatis. sed quum in hoc bello, 2
in hoc hoste, numquam ab ullo duce sine ingenti

§. 1. *Aut bellum cum eo hoste haberemus*] Put. et Pet. *bellum cumque hostem.* Alii, *bellum eumque hoste.* Scribe *aut bellum eumque hostem.* J. FR. GRON. *bellum cum hoste* Lov. 1. *bellum cum quo hoste* Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. *bellum cum equo hoste* Hearnii L. 1. *bellum cum quo hostem* ejusdem D. *bellum cumque hostem* Flor. pro quo non male emendatur *eumque hostem.* Saepissime *cum* et *eum* a librariis confunduntur in Mstis. V. ad 10, 7, 3,

In quo negligentiae aut errori locus esset] Pal. 1. *negligentiae anxior locus esset.* GEBH. Put. *neclegentiae laxior locus.* Pet. recentior *negligentiae laxior.* Pet. melior, et Pal. *neglegentiae anxior.* Men. *neglegentiae aptior.* et in margine *anxior*, ut et Busl. et Voss. V. ad Senecae Consol. ad Helviam 6. J. FR. GRON. *neglegentiae*, vel *negligentiae anxior locus* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hearnii Oxon. *negligentiae laxior locus* Ber. et Hav. Non audiendus itaque est Doujatius, qui, tot codd. invitis, vulgatum servat ob verba mox seq. *Quum in hoc bello, in hoc hoste numquam ab ullo duce sine ingenti nostra clade erra-*

sum sit. Addit autem, se non satis perspicere, quid sic his *locus laxior neglegentiae*, et forte tolerabilius fore putat *negligentiae laxiori locus*, quomodo Gronov. pr. ed. not. conjecit. Non respexit itaque, quae Gronov. ad Sen. l. laud. notavit, neque adtendit ad testimonium, quod ibi profert ex Senec. 1. de Clem. 5. *Haec tamen magnanimitas in bona fortuna laxiorem locum habet.* Et ita *laxum spatium* dixit Liv. 10, 5, 6.

Honores adfertis, moram ullam obferret, is mihi] Vet. lib. *ullam afferret.* SIG. Pall. 2. et 3. *moram ullam afferret.* Sed ille quoque *honores effertis.* GEBH. *afferret* etiam Lovel. 1. 2. Harl. Ber. Hav. et Hearnii D.

§. 2. *In hoc bello cum hoste*] In libro scripto est *in hoc bello, in hoc hoste.* Melius certe. LIPS. 4. Ep. Quaest. 7. Lipsii membranae *in hoc bello, in hoc hoste.* nostra vero Mog. ed. *in hoc bello, cum hoc hoste.* Quorum utrumvis vulgatae lectioni anteferam, nisi quod etiam istud malim. MOD. V. Cortium ad Sall. Cat. 51, 15. *cum hoste* primus vulgavit Curio, operarum, ut videtur, aberratione, licet ita

Digitized by Google

nostra clade erratum sit, eadem vos cura, qua in aciem armati descenditis, inire suffragium ad creandos consules decet, et sibi sic quemque dicere;
3 *Hannibali imperatori parem consulem nomino. Hoc anno ad Capuam Jubellio Taureae Campano summo equiti provocanti summus Romanus eques Asellus*
4 *Claudius est obpositus. Adversus Gallum, quondam provocantem in ponte Anienis, T. Manlium, fidentem et animo et viribus, misere majores nostri.*
5 *Ob eamdem caussam haud multis annis post fuisse non negaverim, cur M. Valerio non diffideretur, adversus similiter provocantem arma capienti Gallum*
6 *ad certamen. Quemadmodum pedites equitesque*

etiam praeferat Harl. Antea edebatur *cum hoc hoste*, quod etiam superèst in Lovel. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Sed Lipsii emendationem probant Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. pluresque alii. Placet Livio illius pronominis sine copula repetitio. Supra 3, 72, 3. *Hoc legatos referre domum, hoc vulgari, hoc socios audire, hoc hostes.* 6, 26, 5. *Hic noster, hic plebis nostrae habitus fuit.* 5, 6, 6. *Haec virtute militum vestrorum, haec Romano nomine sunt digna?* 22, 39, 8. *Belli hoc genus, hostem hunc ignoro.* 24, 44, 6. *His ducibus, his copiis munierunt imperium.* Colum. 3, 10. *Hac lege pecudes, hac virgulta progenuit, hac vitium genera figuravit.* Ita lego ex optimo cod. Sangerm. Vulgo editur *ac virgulta.* V. insuper ad 39, 40, 11. Mox *ingenti clade certatum* Ber. *certatum* etiam Hav.

§. 3. *Asellus Claudius obpositus*] Optimi *Claudius est obpositus.* J. FR. GRON. Illud *est* meorum nulli agnoscunt.

§. 4. *Adversus Gallum, quondam provocantem in ponte Anienis, Manlium*] Put. *Anienet Manlium.* Alii *Anienem Manlium.* Scribe, *Anienis T. Manlium.* J. FR. GRON. *provocantem in ponte Aniene Manlium* Lov. 3. *provocantem Anienem Manlium* Lov. 2. *provocantem in pontem Anienem Manlium* Lov. 4. et Harl. *provocantem in ponte Anienem Manlium* Flor. a m. 1. *Aniene* a m. 2. Praeterea *Gallum quendam* Ber.

§. 5. *Ob eamdem caussam (et multis annis post) fuisse non negaverim*] Hic ego reor mutandum *ut* in *haud*, commutandaque aliorum verborum loca, sic: *Ob eandem caussam haud multis annis post fuisse non negaverim, cum M. Valerio non diffideretur arma capienti adversus similiter provocantem ad certamen Gallum.* VALLA. *ita*

Digitized by Google

optamus, ut validiores, si minus, ut pares hosti habeamus; ita duci hostium parem imperatorem quaeramus. Quum, qui est summus in civitate 7
dux, eum legerimus; tamen repente lectus, in annum creatus, adversus veterem ac perpetuum imperatorem comparabitur, nullis neque temporis, neque juris inclusum angustiis, quominus ita omnia gerat administretque, ut tempora postulabunt belli. nobis 8
autem in adparatu ipso, ac tantum inchoantibus res, annus circumagitur. Quoniam, quales viros 9
creare vos consules deceat, satis est dictum; restat, ut pauca de eis, in quos praerogativae favor inclinavit, dicam. M. Aemilius Regillus flamen est Qui- 10

pro *ut*, et *fecisse* pro *fuisse*, conjectura haud inepta, in fronte, admonendi lectoris gratia, adscripsi. SABELL. Hoc non deterius videtur dici sublata praepositione *Ob*. Illa *adversus si militer* etc. ambigua sunt: nam dubitari potest, utrum conjungenda sint *arma capienti adversus Gallum similiter provocantem ad certamen*, an *arma capienti ad certamen adv. G. s. p.* Ambiguum autem tolleretur, si cum Valla, ut Sigonius fecit, voces transpones. DUK. Otiosam et inelegantem particulam *Ob* tollendam esse, monuit etiam Cl. Crevier. Verum omnes servant eam codd. Ordo autem verborum, qui exstat in vulgato, est ab Aldo, eique consentiunt omnes scripti; nisi quod Gaertn. cum prioribus edd. ultima verba legat *capienti Gallum arma ad certamen*.

§. 7. *Tum repente lectus*] Melius boni libri, *tamen repente lectus*. J. FR. GRON. Pariter Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. V. ad 22, 17, 5. Paullo ante *Eum, qui est summus in civitate dux, cum legerimus* Lovel. 3. et 4. In sequentibus *nec temporis nec juris* Lovel. 3. *neque temporis, nec juris* Voss. V. ad 9, 9, 14.

Ut tempora postulabunt belli] Vet. lib. *ut belli tempora postulabunt*. SIG. Dissentiunt omnes mei.

§. 8. *In adparatu ipso, ac tantum inchoantibus res*] Suspicor fuisse *ac tantum non inchoantibus*. Etsi potest illud ferri. J. FR. GRON. V. ad 4, 2, 12.

§. 10. *M. Aemilius Regillus flamen est Quirinalis*] Idem, ut Sigon. ad 27, 33, 8. et Pighius ad ann. Urb. 1DXXIX. et 1DXXXVI. putant, quem anno secundo hujus belli Livius praetorem fuisse scribit 22, 9, 11. et quidem urbanum 27, 33, 8. Sed quod hic *flamen Quirinalis* fuisse dicitur, in eo aliquid difficultatis est: nam Liv.

Digitized by Google

rinalis, quem neque mittere ab sacris, neque retinere possumus, ut non Deûm aut belli deseramus cu-
11 *ram. Otacilius sororis meae filiam uxorem, atque ex ea liberos, habet. ceterum non ea vestra in me majoresque meos merita sunt, ut non potiorem pri-*
12 *vatis necessitudinibus rempublicam habeam. Quilibet nautarum vectorumque tranquillo mari gubernare potest: ubi saeva orta tempestas est, ac turbato mari rapitur vento navis, tum viro et gubernatore*
13 *opus est. Non tranquillo navigamus, sed jam aliquot procellis submersi pene sumus. itaque, quis ad gubernacula sedeat, summa cura providendum ac praecavendum vobis est. In minore te experti, T. Otacili, re sumus. haud sane, cur ad majora tibi fida-*

29, 11, 14. et 38, 6. M. Aemilium Regillum *flaminem Martialem*, non *Quirinalem*, decem post hoc tempus annis, mortuum scribit. Hoc Pighius ad ann. ıɔxxıx. ita expedit, aut duos ejusdem prorsus nominis Regillos tunc flamines fuisse, alterum scilicet Quirinalem, alterum Martialem: aut in altero loco Livii errorem commissum esse. Nec video, qua alia ratione hoc solvi possit. Ad rem quod attinet, neutri horum per religionem licuisse urbe exire ad bellum gerendum, constat ex Livii 37, 51. et Epit. Liv. 19. DUK.

Neque mittere ad sacris, neque retinere] Nisi suppleamus *ad sacra*, quid sibi verbum *retinere* velit, non equidem intelligo. GLAREAN.

§. 11. *Otacilius sororis meae filiam uxorem*] Pighius [ad ann. ıɔxxxıx. p. 169.] corrigit *Otacili*, et *habes:* quia, inquit, ex una voce *vestra* cognoscere est, ad Otacilium orationem illam dirigi. Ridiculo errore; nam ad Patres et senatum pertinet illud *vestra*. Itaque et mox *providendum ac praecavendum vobis* meliores, non *nobis*. J. FR. GRON. Recte vulgatum Gronov. defendit. Non tamen Fabius *Patres* ac *senatum*, sed populum, qui ad comitia convenerat, adloquitur. Mox *τὸ sunt* non adparet in Lovel. 2. *praecavendum vobis* autem §. 13. legunt omnes mei, praeter Lovel. 2. in quo vox illa non adparet.

§. 13. *In minore re experti, T. Otacili, operam tuam sumus*] Pall. tres *In minore te experti T. Ot. experti opere* (tert. *ope*) *sumus*. GEBH. Put. *In minore te experti, T. Otacili, re sumus*. J. FR. GRON. Minimum abit a vulgato Hav. *In minore re experti T. Octalicii operam sumus* praeferens. Reliqui vero manifesto nos ducunt ad lectionem a Gronov. restitutam. Legunt enim *In minore te experti*.

Digitized by Google

mus, documenti quidquam dedisti. Classem hoc an- 14
no, cui tu praefuisti, trium rerum caussa paravi-
mus: ut Africae oram popularetur; ut tuta nobis
Italiae litora essent; ante omnia ne supplementum
cum stipendio commeatuque ab Karthagine Hanni-
bali transportaretur. Create consulem T. Otacilium, 15
non dico, si omnia haec, sed si aliquid eorum rei-
publicae praestitit. Sin autem, te classem obtinente,
etiam, velut pacato mari, quaelibet Hannibali tuta
atque integra ab domo venerunt; si ora Italiae infe- 16
stior hoc anno, quam Africae, fuit; quid dicere
potes, cur te potissimum ducem Hannibali hosti ob-
ponant? Si consul esses, dictatorem dicendum ex- 17
emplo majorum nostrorum censeremus. nec tu id

T. Otacili ope, vel *opere*, *sumus*, nisi quod alii etiam *In minore re* obferant.

§. 14. *Ut Africae oram popularetur*] *oram popularentur* Flor. Lovel. 3. 5. Harl. et Hav. *orae popularentur* Voss. et Lov. 1. ac 4. *popularetur ora* Ber. ut *populari* sensu passivo accipiatur. Deponentium participia ita saepe poni, infra v. ad 34, 40, 2. Verum id etiam in reliquis partibus eorum fieri solet. Sic in eodem hoc verbo *populari* 3, 3, 10. *Uri sua popularique passi.* c. 6, 5. *Urbem Romanam subita Deûm ira morbo populari.* Hic tamen nihil mutari praestabit.

§. 15. *Si aliquid eorum reipublicae praestitit*] Livius tamen 23, 41. eum agrum Carthaginiensium depopulatum, et e classe Punica septem naves cum sociis navalibus cepisse scribit. Fabius oratorie videtur elevare res ejus gestas. DUKER.

Etiam velut pacato mari quaelibet Hannibali tuta] Cl. Crevier. *τὸ etiam* supervacaneum judicabat, quod omittit Lov. 2. Potest tamen servari mutata distinctione, *etiam*, *velut pacato mari*, *quaelibet*. non tantum accepit Hannibal vel supplementum, vel stipendium, vel commeatum, sed etiam quaelibet tuta ei venerunt. Dein *placato mari* non tantum Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et Hav. solito scribarum errore, sed etiam edd. principes. V. ad 3, 9, 10, *mare pacatum*, ut 37, 60, 2. *Mare pacatum erat*, *devicto Antiocho*. Tum *quibus*, pro *quaelibet*, Flor. Cant. Voss. a m. 1. Lovel. 3. 4. Harl. et Gaertn. *quolibet* Lovel. 1. *omnia* Lovel. 2. *quaevis* Lovel. 5. et Rec.

§. 16. *Cur te potissimum ducem Hannibali hosti obponant*] Put. *oppugnabant*. Scribe cum Salmasio *opponamus*. J. FR. GRON. *oppugnabant* quoque Flor. Nullam satis necessariam

Digitized by Google

indignari posses, aliquem in civitate Romana meliorem bello haberi, quam te. magis nullius interest, quam tua, T. Otacili, non inponi cervicibus tuis onus,
18 *sub quo concidas. Ego magnopere suadeo, eodem animo, quo, si stantibus vobis in aciem armatis re-*

cauſſam vulgato mutando Gronovium habuiſſe, judicat Cl. Crevier. quapropter priscam lectionem revocavit. Eamdem quoque reduxi, sufficere exiſtimans, si conjectura in notis conspiceretur.

§. 17. *Exemplo majorum nostrorum censeremus*] Malim *censerem*. J. FR. GRONOV.

§. 18. *Ego magnopere suadeo, eodem animo, quo, si stantibus vobis in aciem armatis*] Erat hic locus aliquot codicibus asterisco notatus. Offendit fortassis, quod in *quo* intelligendum erat, scilicet *animo crearetis consules*. Sed non adeo superstitiose locutos esse eximios authores, vel hic locus indicio fuerit. GLAR. Vet. lib. *in acie*. SIG. *si* primo intuitu videtur abundare. Sed suppleri poteſt, *eos deligeretis* scilicet, *quos maxime idoneos, ac ducibus hostium pares haberetis. In aciem stantibus* sic dicitur, ut *in potestatem hostium esse*, et alia hujus generis. Tamen mea sententia planior esset sermo, si legeretur, *quo descendentibus vobis in aciem*. In acie jam stantes armati vix satis temporis ad imperatores deligendos habere possunt; in aciem descendentes possunt. Sic paullo ante: *Eadem vos cura, qua in aciem armati descenditis, inire suffragium ad creandos consules decet*. DUK. *Eo magnopere suadeo* Rec. et Gaertn. V. ad 6, 7, 5. *suadeoque eodem* Flor. a m. 1. *suadeo ut eodem* a m. 2. Sed omnes reliqui additam vocem ignorant. Deinde *in acie* Lovel. 4. et Hav. et ita interpolatum est in Flor. quum a principio *in aciem* scriptum fuisset.

§. 19. *Quibus sacramenta liberi nostri dicant*] Optimi *quibus sacramento liberi vestri*. Notae phrases *sacramento rogare, adigi, dicere*. Noster 41, [5, 11.] *Exauctorati, qui sacramento dixerant*. J. FR. GRON. *sacramento* etiam Flor. Liv. 2, 24, 7. *Concursus in forum, ut sacramento dicerent, fieri*. 4, 53, 2. *Nemo invitus sacramento diceret*. Et mox, *Ceteri sacramento dixere*. 25, 5, 8. *Qui minores septem et decem annis sacramento dixissent*. Deinde *liberi nostri*, uno vel altero excepto, omnes libri nostri, et edd. vett.

§. 20. *Triste ad recordationem exemplar, at ad praecavendam simile utiles documento sunt*] Vet. lib. *utilia documenta sunt*. quod magis placet. Sic enim inter se haec respondebunt: *triste exemplar ad recordationem, utilia documenta ad simile praecavendum*. SIG. Nihil desciscunt a germana vulgatae lectionis sinceritate Pall. duo, nisi quod leviter *at* mutent in *et*. Sed Pal. 2. *et ad praecavendum simile utilia documenta sunt*. quod unice probat Sigonius, ut respondeant invicem *triste exemplar ad recordationem, utilia documenta ad simile praecavendum*. Quae sen-

Digitized by Google

pente deligendi duo imperatores essent, quorum ductu atque auspicio dimicaretis, hodie quoque consules creetis: quibus sacramento liberi vestri dicant, 19 *ad quorum edictum conveniant, sub quorum tutela atque cura militent. Lacus Trasimenus et Cannae* 20

tentia plenissime et ex vulgari lectione elicitur. GEBH. Gronov. in pr. ed. notar. prima verba ita refingenda conjicit, *tristis ad recordationem exempli.* sed 4. Obs. 1. p. 9. ex auctoritate meliorum librorum emendavit *tristia ad recordationem exempla.* Omnes et Hearnii Oxon. et mei vulgatum servant, nisi quod optimus Flor. praeferat, *tristia ad recordationem exemplar;* pro quo manus altera interpolavit *exemplaria*, quum satius fuisset, ultimam literam *τοῦ exemplar* expungi. Sequentia verba eosdem libros ita exhibere idem Gronov. testis est: *set ad praecavenda similes utiles documento sunt.* Hinc, quamvis minus criminationibus subjectum agnoscat, acquiesse vulgato, ubi *τὸ utiles* ad nomina locorum potest referri, suspicatur tamen a Livio fuisse *sed ad praecavendos similes duces documento sunt.* Huc enim omnia tendere orationis ejus. Addit insuper, Sigonii lectionem sibi non repertam, praeterquam in uno suspectissimae fidei codice, qui passim illi contra meliores subscribit: quin etiam Livium quidem aliquoties *esse documentum*, sed multo frequentius *esse documento* dixisse, adlatis exemplis probat. Verum codici Sigonii consentiunt Bor. Hav. Hearnii N. Brancal. Latinii, et Victor. Crevierii, qui etiam hanc lectionem recepit. neque video, cur minus dicere liceat *Trasimenus, Cannae sunt utilia documenta*, quam sunt *tristia exempla*, ut ipse Gronov. hoc loco restituit. Quod autem interdum ita Livium locutum testetur, notandum, longe plura hujus locutionis exempla in Livio superesse, quam produxit. Nam praeter loca Livii ex 9, 46, 8. et 21, 19, 10. quae laudavit, obcurrit etiam 1, 52, 4. *Turnus sui cuique periculi recens erat documentum.* 24, 45, 3. *Infidus socius, vanus hostis, tertium transfugis documentum esset.* 30, 30, 16. *Satis ego documenti in omnes casus sum.* 45, 40, 6. *Perseus documentum humanorum casuum fuit.* Ad hanc formam saepe apud Livium obvium est *esse monumentum, exemplum, emolumentum, experimentum, argumentum.* similiter *esse praeda* et *praedae.* V. Cl. Dukerum ad Flori 1, 1, 10. His omnibus non tam Sigonii lectionem veram praestare animus est, quam ostendere, eam Livio non indignam esse, aut stilo ejus adversari. Nam neque ego eam a Livii manu profectam esse credo, ob meliorum codd. dissensum. Certe vulgatum *et ad praecavendum simile utiles documento sunt* legunt Lovel. 3. 4. 5. Cant. Voss. Harl. et Gaertn. *et ad praecavendum simile utilia documento sunt* Lovel. 2. *et ad praecavendum simile utile documento sunt* Lov. 1. et Hafn. *et ad praecavenda similes utiles documento sunt* Flor. a m. 1. pro quo *utili* substituit manus altera: quomodo etiam legi posse monuit Crevier. quod unice verum puto, quum, parva mutatione admissa, eodem ducant modo memorati Msti; nisi forte, *τῷ*

Digitized by Google

tristia ad recordationem exempla, sed ad praecavendum simile utili documento sunt. Praeco, Aniensem juniorum in suffragium revoca.

1 IX. Quum T. Otacilius ferociter, eum continuare consulatum velle, vociferaretur atque obstreperet,
2 lictores ad eum accedere consul jussit. et, quia in urbem non inierat, protinus in campum ex itinere profectus, admonuit, cum securibus sibi fasces prae-
3 ferri. Iterum praerogativa suffragium init; creati-

sed ex melioribus Gronovii recepto, malis *sed ad praecavendum simile utili documento sunt*. Quod autem in eo quoque suae lectioni praesidium quaerat Sigonius, ita optime sibi respondere *triste exemplar ad recordationem*, et *utilia documenta ad praecavendum simile*, non videtur adtendisse ad morem Livii, qui passim similia variare amavit. Exempla videbimus ad 36, 3, 9. et 38, 39, 10.

Praeco, Aniensem juniorum in suffragium revoca] Ita optime emendavit Gronov. 4. Obs. 1. p. 10. quum in omnibus bonae notae Mstis invenisset *Praeconiensem juniorum in suffragium revoca*, (consentiunt ex meis Flor. Cant. et Harl.) vel in nonnullis sequioris inter bonos notae *revocata*, quomodo est in Lovel. 4. et Voss. a m. 1. *revocate* in Lovel. 3. *Praeconia juniorum in suffragium revocata* in Lovel. 2. Gronovii emendationem firmare Oxon. N. testis est Hearnius. Ante Gronovium haec verba sequentibus juncta ita legebantur: *Praerogativa juniorum in suffragium revocata, quum T. Otacilius* etc. Et ita praeferunt Voss. in margine, Lovel. 1. 5. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii N. L. 1. et in margine D. Doujatius, Gronovii emendationem non necessariam esse, vulgarem autem lectionem nihil reprehendendum habere judicans, antiquum obtinet. Ejus igitur arbitrio nihil interest, utrum, antiquissimos et integerrimos codd. secuti, ipsam Livii manum vindicemus; an autem, recentioribus ac pessimis libris praelatis, lectionem ab indoctis librariis interpolatam defendamus, modo commodum sensum reddat. Per me fruatur judicio suo.

§. 2. *Quia in urbem non inierat*] Pall. *in urbe non inierant*. sec. vero *in urbem non ierat*: sicut paullo ante, perperam tamen, *littore ad eum accedere consilium fit*. GEBH. *in urbe* Flor. Lovel. 2. 3. 4. 5. Ber. et Gaertn. *et quia in urbe fuerat* Hav.

Admonuit, cum securibus sibi fasces praeferri] Valerius Publicola in urbe fascibus abstulerat secures, extra urbem autem ferebant consules, ut Dionysius Halic. l. 5. [p. 292.] scribit. Livius vero l. 2, [7.] summissos sane populo fasces scribit; secures vero demptas ne verbo quidem meminit. Admonet igitur hoc loco Octacilium Fabius, ut sileat: nam secures adesse et fas-

Digitized by Google

que in ea consules Q. Fabius Maximus quartum, M. Marcellus tertium. Eosdem consules ceterae centuriae sine variatione ulla dixerunt. Et praetor unus 4
refectus Q. Fulvius Flaccus: novi alii creati, T. Otacilius Crassus iterum, Q. Fabius consulis filius, qui tum aedilis curulis erat, P. Cornelius Lentulus. Comitiis praetorum perfectis, senatusconsultum fa- 5
ctum est, *ut Q. Fulvio extra ordinem urbana provincia esset: isque potissimum, consulibus ad bellum*

ces, quibus occidere eum possit, si jus ineundi suffragia populo impedire conetur. *Admonuit* igitur minitantis est. GLAR. Minatur, se in eum animadversurum, quod secures sibi praeferantur, quas nisi extra urbem consul non praeferebat. SIGON.

§. 3. *Iterum praerogativa suffragium init*] Ita Gronov. emendavit 4. Obs. 1. p. 11. quam tamen conjecturam jam occuparat Oct. Pantagathus apud Ursin. ad Liv. 1, 43, 12. Verum neuter ullius cod. consensum memorat. Et sane, si non omnes, certe plerique et integerrimi meorum, omnes etiam Hearnii Oxon. vulgatum *Interim* defendunt. Saepe tamen vocabula haec a scribis commutantur. V. ad 10, 18, 1. Praeterea *iniit* edidit Crevier. nullo meorum codd. consentiente. Mox *creati in ea* Voss. Lovel. 1. 2. Gaertn. et edd. ante Aldum. Insuper Fabii praenomen omittunt Lovel. 5. et Hearnii D.

§. 4. *Unus refectus Q. Fulvius Flaccus nonum, alii creati*] Foedam labem in his verbis insidentem nemo adhuc non solum non exemit, sed ne animadvertit quidem. Quid enim *refectus nonum*? nonne, qui novies jam praetor factus est? certe. at hic honos nemini umquam habitus est, ne ipsi quidem. Sequamur igitur auctoritatem manuscripti libri, in quo est *praetor unus refectus Q. Fulvius Flaccus, novi alii creati, T. Otacilius*. Interest autem, an aliquis reficiatur, an novus fiat. Nam qui reficitur, continuat magistratum in annum sequentem; qui novus fit, is aut tum primum, aut certe interposito anno honorem illum rursus capit. SIG. Bene Sigonius *novi alii creati*, quum vulgo esset *Fulvius Flaccus nonum, alii creati*. Nostri scripti *Flaccus nonesati creavit*: item, *novesali*: denique *novi et alii*. Margo Vossiani: *novi tres creati*. Scribendum igitur: *et praetor unus refectus Q. Fulvius Flaccus, novi tres alii creati*. J. FR. GRONOV. *noveali creavit* Flor. *novennali creavit* Cant. *novesali creavit* Lov. 1. 2. et Voss. *novem sali creavit* Hearnii N. *novem salii creavit* Gaertn. *novem alii creati* Harl. *praetores novos creavit* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *novi creati* Ber. a m. 1. *novi tres creati*, ut erat in margine Voss. idem Ber. a m. 2. et Tellerianus apud Crevier. *tres alii creati* Lovel. 5. et Rec. *novi alii creati*, ut Sigonius voluit, Lovel. 4. et Hav. Quam lectionem quum etiam Put. servare auctor sit Cl. Crevier, cum reliquis merito prae-

Digitized by Google

6 *profectis, urbi praeesset.* Aquae magnae bis eo anno fuerunt: Tiberisque agros inundavit cum magna strage tectorum, pecorumque et hominum pernicie.
7 Quinto anno secundi Punici belli, Q. Fabius Maximus quartum, M. Claudius Marcellus tertium, con-

ferendam judicavi, et vocem *tres*, quam Gronov. praeter morem ab optimo cod. discedens, receperat, iterum ex contextu ejeci.

§. 5. *Q. Fulvio extra ordinem urbana provincia esset*] In tot relationibus apud Livium de partitis in annum magistratibus, non meminj uspiam ita memorari, ut alicujus praetoris, imo ne quidem consulis, *urbana provincia* dicatur, nimis impotenti elatoque titulo. Video sane praetores quoque diei sortitos provincias, et nunc huic, nunc illi contigisse urbanam. Non tamen uspiam ita conjunctis vocibus invenias *urbanam provinciam*. Ut ego semper crediderim sub *tois urbana* et *peregrina* nunquam subaudiendum esse *provinciam*, sed *sortem* et *jurisdictionem*, quod plene retulit Livius 30, 1, 9. *Tum praetorum provinciae in sortem conjectae. Jurisdictionem urbanam Paetus Aelius, Sardiniam Cn. Lentulus* etc. *est sortitus.* Non aliter c. 40, 5. eod. lib. et 33, 26, 1. Et quemadmodum in simili narratione aliquid intritum est apud Livium 27, 36, 11. et 31, 6, 2. ita fidem nunc praebeo cod. Cantabr. *to provincia* prorsus ignoranti, eam vocem peregrinae manus esse. JAC. GRON. Miror virum Celeberr. uni libro tantum tribuere, ut, quum in eo scribuntur, quae non solum omnibus aliis, verum etiam et Livii et Latine loquentium consuetudini repugnant, tamen ea defendere conetur. Nam ubi vel Livius, vel ullus alius scriptor, ita loquitur, ut, nulla ante provinciarum vel jurisdictionum mentione facta, dicat *urbana* vel *peregrina*, pro urbana vel peregrina sors aut jurisdictio? Aliter, et recte, sentiebat pater illius ad Liv. 27, 36. et 31, 6. Et plane fallitur, quum negat, usquam conjunctis vocibus inveniri *urbana provincia*, et numquam sub *urbana* et *peregrina* subaudiendum esse *provinciam*, sed *sortem* et *jurisdictionem*. Liv. 35, 21, 1. *Praetoribus Fulvio et Scribonio, quibus, ut jus dicerent Romae, provincia erat.* 38, 42, 5. *Quas provincias praetoribus esse placeret, retulit ad senatum consul. Decreverunt duas Romae jurisdicendi caussa, duas extra Italiam, Siciliam et Sardiniam, duas in Italia, Tarentum et Galliam.* 39, 45, 4. *Praetores ita sortiri jussi, ut flamini Diali utique altera jurisdicendi Romae provincia esset. Peregrinam est sortitus. Sisennae Cornelio urbana evenit.* 40, 44, 6. *P. Mucius Scaevola urbanam sortitus provinciam est*, etc. *Cn. Cornelius Scipio peregrinam.* 43, 11, 8. *Designatis praetoribus, praeter duas urbanas, quatuor provinciae sunt decretae.* 45, 44, 2. *His praetoribus duae urbanae provinciae sunt decretae, duae Hispaniae, Sicilia et Sardinia.* — Et sic quoque Cicero 1. Verr. 40. de Verre, qui Praetor urbanus fuit: *Sortem natus est urbanae provinciae.* — DUK. Omnino probanda est Cl. Dukeri sententia. Nullus enim codd. meorum Cant.

Digitized by Google

sulatum ineuntes, plus solito converterant in se civitatis animos. multis enim annis tale consulum par non fuerat. Referebant senes, sic Maximum Rullum 8
cum P. Decio ad bellum Gallicum, sic postea Papirium Carviliumque adversus Samnites, Bruttiosque,

consentit, vel aliquid in his verbis mutat, nisi quod, transpositis dictionibus, *provincia urbana esset* legat Ber. *urbana esset provincia* Gaertn. cum edd. antt. Locis Livii, quibus *urbanam* praetorum *provinciam* inlustravit, addo alium ex fragmento legis Thoriae apud Pighium in Ann. ad ann. IOCXLVI. p. 138. ... IEI. VRBANA. PROVINCIA. OBVENERIT. — Similiter QUAESTOR. URBANUS. QUI. AERARIUM. PROVINCIAM. OBTINEBIT memoratur in lapide apud Gruter. p. 628. — Paullo ante *senatusconsultum factum*, omissa sequenti voce *est*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 6. *Aquae magnae et nives eo anno fuerunt*] Pal. 1. *Atque magnae nives*. tert. *Atque nives magnae*. Haec adnoto, non quod probem, sed ut alii accuratius suos codices inspiciant. Sicut paullo post continet Pal. 2. *pecorum hominumque pernicie*. GEBHARD. Put. clare *Aquae magnae bis eo anno*. Manus 2. adjecit superius *ni*, inde Pet. *Aquae magnae nivis*: et omnes fere scripti *Atque magnae nives*. Adjecerunt postea, ut vara vibiam sequitur, copulam. J. FR. GRON. Vulgatum *Aquae magnae et nives* superest in Ber. Rec. Gaertn. et Hearn. D. *Atque magnae nives* in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Hafn. et Hearnii N. *Magnae nives*, omissa prima voce, Hearnii L. 1. *Atque magnae nivis* Flor. a m. 1. *nives* a m. 2. Gronov. ex optimo cod. verum eruit. Ita fere infra 38, 28, 4. *Aquae ingentes eo anno fuerunt. Tiberis duodecies campum Martium planaque urbis inundavit.* Doujatius, ut numquam non Gronov. adversetur, hic rogat, quidni potius, *aquae magnae vis eo anno*? Sed vicissim rogo, an ergo *aquae magnae vis eo anno fuerunt* recte dici putet? Saltem simul dedisset *fuit*, vel *fuerat*. Sed praestat optimum codicem sequi. Mox *pecorum hominum pernicie* Lovel. 2. 3. 5. Harl. et Voss. a m. 1. in quo postea emendatur *pecorum hominumque*, ut exhibet etiam Lovel. 1.

§. 7. *Plus solito converterant in se civitatis animos*] Pall. tres *plus solito convenerant et converterant civitatis animos*. GEBHARD. Concinunt iis Voss. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. et Hav.

§. 8. *Referebant senes, sic T. Manlium cum P. Decio*] Pro *T. Manlio* quidam restituerunt *Fabium Maximum*, et recte. Nam T. Manlius bello Latino, non Gallico, et cum P. Decio patre, non filio, consul fuit. At bello Gallico, quod fuit anno ab urbe condita CDLVIII. Q. Fabius Rutilianus, qui *Maximi* cognomen primus habuit, consul fuit cum P. Decio P. filio. Hic etiam Fabius a Plutarcho Rullus dicitur. GLAR. Hi consules fuerunt anno CDLVII. Q. Fabius Maximus Rullianus v. P. Decius Mus. IV. l. 10. [24.] SIG. Primae edd. *T. Manlium*: quibus concinunt Lovel. 5. Gaertn.

Digitized by Google

et Lucanum cum Tarentino populum, consules de-
9 claratos. Absens Marcellus consul creatus, quum
ad exercitum esset; praesenti Fabio, atque ipso co-
10 mitia habente, consulatus continuatus. Tempus ac
necessitas belli, ac discrimen summae rerum facie-
bant, ne quis aut in exemplum exquireret, aut su-
11 spectum cupiditatis imperii consulem haberet. quin
laudabant potius magnitudinem animi, quod, quum
summo imperatore esse opus reipublicae sciret, se-
que eum haud dubie esse, minoris invidiam suam, si

et Hearnii D. sed caussas, cur lectio haec rejicienda sit, jam dedit Glar. *Maximum Rutilium* legit Lovel. 4. *Maximum Vetilium* Hearnii L. 1. *Maximum Tullam* Voss. Lovel. 1. 2. Harl. Hav. et Hearnii N. *Maximum illum* Ber. *Maximum Fabium* Voss. in margine. *Fabium Maximum* ed. Ald. *Maximum Rullum* Flor. aliique. Hanc autem lectionem Aldus inter errata exhibuit, atque inde reliqui editores receperunt. Fabium Maximum *Rulliani* apud alios, apud alios *Rulli* cognomine adpellatum esse, supra dictum est ad 8, 29, 9. Dubito tamen, utrum Livius priori cognomine illo loco, posteriori hic et 30, 26, 8. uti voluerit. Quum autem ibi quoque, similiter atque hic, quidam codd. *Rutilius* praeferant, in mentem venit, libro illo 8, 29. forte etiam *Rullus* potius, quam *Rullianus*, legendum esse.

Sic postea Papirium et Carvilium adversus Samnites] L. Papirius Cursor II. Sp. Carvilius Maximus II. consules fuerunt anno CDLXXX. atque ambo in magistratu de his populis triumpharunt, ut exstat in Fragmentis Capitolinis. SIG. *Papirium Carvilium*, omissa media copula, Cant. Lovel. 2. 3. Harlej. Gaertn. et Hav. *Papirium Carviliumque* primus reposuit Cl. Jac. Gronovius. Mox *Lucanum cum Tarentino populo* Lov. 1. 5. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed reliqui servant *populum*. Tum §. seq. *continuatur* Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. et Hav.

§. 11. *Quod, quum summo imperatore esse opus reipublicae sciret, seque eum*] Vet. lib. *quod cum summo imperatore esset opus reipublicae, sciretque eum haud dubie esse.* SIG. Sigonium convincunt libri omnes nostri, in quibus est levi errore, *seque tum haud dubie esse.* GEBH. Cum vet. lib. Sigonii facere Oxon. N. auctor est Hearnius. Nostri omnes dissentiunt. Ceterum *qui quum summo* Voss. in margine. *quantum summo* Lovel. 4. Eumdem errorem, quem Palatini, committunt etiam Florent. Voss. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. Ber. a m. 1. et Hav. Sed error hic in Mstis frequens est. V. ad 9, 35, 7. Paullo ante *aquin laudabant* Florent. a m. 1. *aliqui laudabant* a m. 2.

Minoris invidiam suam, si

Digitized by Google

qua ex re oriretur, quam utilitatem reipublicae, fecisset.

X. Quo die magistratum inierunt consules, senatus in Capitolio est habitus: decretumque omnium 1 2
primum, ut consules sortirentur, compararentve inter se, uter censoribus creandis comitia haberet, priusquam ad exercitum proficisceretur. Prorogatum deinde imperium omnibus, qui ad exercitus 3
erant, jussique in provinciis manere, Ti. Gracchus Luceriae, ubi cum volonum exercitu erat, C. Teren-

qua ex re oriretur] Non aliam rem designat, quam eam, de qua hic agit. *ex re* ergo dicit, pro ex hac, vel ex ea re. Multa sunt exempla ellipseos horum prouominum. Hic tamen mallem *ea re*, vel *ex ea re*. DUK. Vir doctus etiam ad marginem ed. Curion. conjecit *ex eâ re*. Quaeque harum conjecturarum admitti potest. Nam frequens est literarum *A* et *X* commutatio in Mstis. V. ad 40, 59, 8. Facile etiam τὸ *ea* vel a praecedenti, vel a sequenti *ex* intercipi potuit. V. ad 5, 45, 6. Insuper *minorem invidiam* Lovel. 2. Ber. et Hav. Male. Supra 2, 13, 7. *Oratores Romam misit ad Cloeliam obsidem deposcendam; alias haud magni facere.* V. Sanctii Minerv. 2, 3, 163.

§. 2. *Compararentve inter se*] *compararentque* Florent. Cant. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. sollemni scribarum errore. V. ad 2, 37, 7. 3, 19, 4. 5, 16, 1. c. 21, 15. c. 46, 2. 6, 14, 10. 8, 29, 2. 9, 4, 13. c. 8, 6. c. 26, 8. aliisque locis. Adde viros doctos ad Suet. Aug. 43. Cel. Burm. ad Ovid. 2. Her. 90. Bentl. ad Hor. 1. ep. 8, 5. Markl. ad Statii 1. silv. 2, 158. et Corte ad Plinii 2. ep. 17, 18. Mox *haberent* et *proficiscerentur* Lovel. 4. et 5. *proficiscerentur* etiam Harlej. Ber. Hav. et Hearnii Oxon.

§. 3. *Prorogatum deinde imperium omnibus, qui ad exercitus erant*] Etiam, ut Pighius putat ad Ann. Urb. 1DXXXIX. Ti. Sempronio Longo, qui anno priore exercitum in Lucanis habuit, et Hannonem vicit. 23, 37. Potest contineri his verbis Livii, et iis, quae in fine c. 12. leguntur: nec tamen deinde ullam mentionem illius facit Livius, et c. 20. Gracchum proconsulem etiam in Lucanis fuisse significat. DUK. *ad exercitum* perperam dederunt indocti librarii in Voss. Lovel. 2. 4. Harlej. Ber. Gaertn. et Hav. Mox etiam *jussisque*, pro *jussique*, Florent. Voss. Lovel. 3. 4. et Harl. *jussuque* Gaertner.

C. Terentius Varro in agro Piceno, M'. Pomponius in Gallico] M'. Pomponius ante biennium praetor urbanus fuerat 22, 35. Sed anno superiore in Galliam missum non modo nusquam memoravit, verum etiam Galliam eo anno propter inopiam

Digitized by Google

tius Varro in agro Piceno, M.' Pomponius in Galli-
4 co. ex praetoribus prioris anni pro praetore Q. Mucius obtineret Sardiniam, M. Valerius ad Brundisium orae maritimae, intentus adversus omnes mo-
5 tus Philippi Macedonum regis, praeesset. P. Cornelio Lentulo praetori Sicilia decreta provincia; T. Otacilio classis eadem, quam adversus Karthaginien-
6 ses priore anno habuisset. Prodigia eo anno multa

militum omissam scribit 23, 25. Et tamen eum postea, mutata priore sententia, a senatu cum exercitu in eam missum ex hoc loco intelligitur. Hoc observarunt Pighius ad ann. U. 1DXXXVIII. et Perizon. ad Liv. 25, 41, 13. atque in Animadv. Hist. c. 4. p. 167. DUK. Varronis praenomen neglegitur in Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldo prioribus. At Hearnius *et Terentius Varro* invenit in Oxon. N. *et T. Varro* in D. *T. Varro* in L. 1.

§. 4. *Ex praetoribus prioris anni propraetor Q. Mucius obtineret Sardiniam*] Vet. lib. *pro praetore*. SIG. Pal. sec. *C. Terentius Varro in agro Piceno, M Pomponius in Gallico prioris anni propraetore*. Prim. vero ac tert. omisso praenomine, *Terentius Varro in agro Piceno, M. Pomponius in Gallico, et P. prioris anni praetor* etc. GEBH. Voss. ac Gud. *et P. prioris anni*. Lege igitur, *et praetores prioris anni*. J. FR. GRON. *et ipse prioris anni* Hearnii L. 1. *et praetor prioris anni* Harlej. *et praetor prior anno* Hav. *etiam praetor prioris anni* Hafn. *et pr. prioris anni* Florent. Lovel. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii N. unde Gronovii conjectura firmatur. Potest tamen etiam reddi *et praetorum prioris anni*. V. ad 9, 27, 8. Arbitrium igitur sit lectoris. Deinde *propr* Flor. et Lovel. 2. ac 3. *pro praetore*, ut Sigonius voluit, Hav. aliique. V. ad 23, 30, 19. Tandem *Q. Minutius* Voss. Lovel. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum. V. ad 23, 24, 4. Mox *Brundisium* Flor. Voss. et Lov. 5. V. ad 42, 17, 2.

§. 5. *P. Cornelio Lentulo praetori Sicilia*] *G. Cornelio Lentulo* habent libri omnes. GEBH. V. c. 12, 7. et 44, 4. Ap. Claudium tamen, qui eam priore anno praetor obtinuerat, 23, 31. et hoc libro c. 7. hoc anno quoque in Sicilia rem gessisse, ostendit Livius c. 27. et seqq. et c. 39. Unde non dubium est, quin ei quoque, ut aliis, qui ad exercitus erant, prorogatum fuerit imperium. DUK. *Gn. Cornelio* Lovel. 2. *C. Cornelio* Florent. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harlej. Ber. Gaertn. Hearnii Oxon. et excusi ante Aldum. Male. Cap. enim praec. constanter *P. Cornelius* vocatur.

§. 6. *Eo etiam plura nunciabantur*] Pall. omnes *eo plura*, excusso *etiam*. GEBH. *To etiam* deleri imperant Put. Voss. Gud. tres Pall. Mureti libri. J. FR. GRON. Eamdem vocem neglegunt Florent. Cant. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Ber. Hav. et Hearnii Oxon.

Digitized by Google

nunciata sunt. quae quo magis credebant simplices ac religiosi homines, eo plura nunciabantur: Lanuvii in aede intus Sospitae Junonis corvos nidum fecisse: in Apulia palmam viridem arsisse: Mantuae 7
stagnum effusum Mincio amni cruentum visum: et Calibus creta, et Romae in foro boario sanguine pluisse: et in vico Istrico fontem sub terra tanta vi 8
aquarum fluxisse, ut serias doliaque, quae in eo lo-

Lanuvii in aede intus Junonis Sospitae] Put. *Jani in aede intus Sospitae Junonis.* Omnino scribi placet Salmasio, *Lanuvii aede intus Sospitae Junonis.* Sic in vett. inscriptionibus *intus aedibus.* J. FR. GRON. Nic. Heinsius ad Vell. Pat. 2, 25. p. 232. ex vestigiis Mstorum emendat vel *Lanuvina aede intus*, vel *Lanuvinam aedem intus.* Oudendorp. ad Obseq. de Prodig. c. 106. *intus* exponit in cubiculo. De Junone Sospita v. ad 8, 14, 2.

§. 7. *Et Calibus creta, et Romae in foro boario sanguine pluisse*] Pall. pr. et sec. *sanguinem pluvisse.* tert. vero ac prisca ed. *sanguinem pluisse.* GEBH. Put. *in foro bovario sanguine pluvisse.* Et sic semper. Quorum alterum ab ipso Liv. esse, confirmat auctoritas Prisciani. J. FR. GRON. *in foro barbario* Lovel. 1. 2. *in foro corbario* Lovel. 3. *in foro bobario* Florent. a m. 1. *bovario* a m. 2. quod etiam superest in Harlej. V. ad 35, 40, 8. Hinc *pluvisset* Florent. a m. 1. *pluvisse* a m. 2. consentientibus Voss. et Harlej. Hanc autem orthographiam auctoritate Prisciani confirmari, indicare videtur Gronov. Certe apud Pris. 10. p. 881, ex Livii l. 23. laudatur *sanguine pluvit*: quod in libro illo hodie non obcurrit. Quare, pro *et in XXIII*, scribendum videtur *et in XXIIII*, atque hic locus intelligendus esse, licet hic *pluvisse*, non *pluvit*, scribatur. De hac autem ratione scribendi v. ad 1, 31, 1. Tandem *cretam* et *sanguinem* legunt Lovel. 5. Voss. in margine, Hearnii L. 1. N. D. Brancal. Latinii, et edd. ante Aldum. *sanguinem* autem etiam Lovel. 1. 2. 4. Harlej. Hafn. et Gaertn. V, ad 3, 10, 6. Verum Put. vulgatum servanti consentiunt Flor. Cant. aliique optimi. Nihil igitur hic mutandum.

§. 8. *Et in vico Istrico*] Put. Pet. Men. Voss. *Et in vico Insteio.* J. FR. GRON. Quum in Cantabr. legissem *vico Insteio*, haud trepide suspicabar, scripsisse auctorem *vico Tusco*, cujus memineram ex nostri 2, 14, 9. et 27, 37, 15. ex Horatio, ex Martiale, ex Festo in v. *Sepultum morte meroque.* Nunc video, recenti sepia a patre etiam summae orae adscriptum, *An vico Tusco?* Notum tamen in Romanis familiis vocabulum *Insteius* fuit. JAC. GRON. *vico Istrio* Gaertn. et edd. Rom. princeps, Rom. anni 1472. ac Parm. *vico Instrio* Hearnii L. 1. *vico Instero* Lovel. 4. *vico Instego* Hearnii N. *vico Instegio* Hav. et Ber. a m. 1. *vico Stego* a m. 2. *vico Nisteio* Lovel. 5. *vico Insteio*

Digitized by Google

co erant, provoluta velut inpetus torrentis tulerit: tacta

Florent. Lovel. 1. 2. 3. et Harlej. Gronoviorum conjecturam *vico Tusco* ut temerariam traducit Jasith. in Apologem. p. 29. quia non omnium vicorum nomina nota sunt, et subinde vici antea ignoti ex marmoribus eruuntur. Doujatius conjicit *vico Ustrino*, qui apud Sex. Rufum in regione Esquilina memoratur. Vel etiam existimat in aliquo Istriae vico prodigium hoc accidisse. Ipse tamen recte Istriam remotiorem judicat, quam ut hic intelligi queat.

Fontem sub terra tanta in aquam fluxisse] Opinor legendum *tanta vi aquarum*. VALLA. Hanc emendationem receperunt omnes, quas vidi, edd. Nescio itaque, qua ed. usus sit Lud. Dorleans; in qua quum invenisset *tantum aquarum fluxisse*, id in *tanta vi aquarum* mutandum monet ad Tacit. 1. Ann. p. 61.

Ut serias doliaque] *Seriam* vasis genus quoddam fuisse, omnibus receptum est: sed quae illius forma, materia, magnitudo et usus fuerit, non ita manifestum. Donatus, [immo Calphurnius] enarrans illud Terent. in Heaut. [3, 1, 5.] *Relevi dolia omnia, omnes serias*, inquit: *Seria, vas fictile de limo, oblongum*. Budaeus de Asse l. 5. [p. 565.] *Seriam oblonga forma fuisse puto, et in summo cervicatam*. Recentiores juristae nonnulli et ipsi vas oblongum fuisse tradunt. Sed hi omnes nulla auctoritate sententiam suam comprobant, ita ut mere imaginaria eorum dicta sint censenda. Magnum vas seriam fuisse non dubitamus, siquidem miraculo caret portentum a Livio scriptum, si seriae, sicuti et dolia, quasi a torrente, a fonte provolutae, magnae non fuissent. Ad haec Colum. l. 12, [28.] docet, ex seriis in minora vasa vinum diffundi ad vetustatem servandam, nempe in cados et amphoras. Praeterea idem auctor meminit seriarum, quarum singulae sint amphorarum septenûm. Alciatus loco infra dicendo ait, seriam vas fuisse majus et capacitatis majoris, quam culeum, quod vicenas amphoras continebat. Addamus a seria, vase magno, diminutivum seriolam derivari. Pers. sat. 4.

Seriolae veterem metuens de trahere limum.

Ita ut et fictile vas fuisse seriam, ex Persio et Donato affirmare possimus. Nec non et ex Lampridio, scribente in Heliogabalo [c. 6.] *Quumque seriam quasi veram rapuisset, quamvis virgo maximu falsam monstraverat, atque in ea nihil reperisset, explosam fregit*. Alciatus in com. in tit. de Verb. sign. l. 206. figulini operis fuisse seriam testatur. Sed et alterius quoque materiei confectam constat. Primum ex codemmet Persio ibidem scribente,

— — — — et o,
Sub rastro nihil crepet argenti seria.

Seriam sparteam, hoc est ex sparto confectam, et pice circumlinitam colligere possumus ex Pacuvio vetere poëta scribente, [apud Fest. v. *Serilla*.]

Nec ulla subscus cohibet compagem alvi
Sed suta lino et spartis serilibus.

Digitized by Google

tacta de coelo atrium publicum in Capitolio, aedem in campo Vulcani, nucem in Sabinis publi- 9

Ubi *sparta serilia* vocat, hoc est, ad serias conficiendas apta. Unde et ex aere, ligno excavato, aliave consimili materia parari potuisse serias, non dubitandum. Praecipuum vero seriae usum fuisse in vino condendo crediderim. Nam Ulpianus l. 15. §. 6. ff. de Usufr. vinarium vas fuisse testatur. Et Colum. 12, 18. scribit: *Dolia quoque ante quadragesimum vindemiae diem picanda sunt.* Frumentarium vas alii juristae recentiores seriam fuisse, contendunt ex Paullo ex eadem l. 206. de Verb. sign. Sed et alium usum praestitisse seriam colligimus ex Colum. 12, [53.] ubi de salsura suillae carnis verba faciens ait: *Sed quum ad fauces seriae perventum est, sale reliqua pars repletur, et, impositis ponderibus, in vas comprimitur, eaque caro semper conservatur, quae tamquam salsamentum in muria sua permanet.* Varro vero 3. de Re rust. 2. seriarum oleariarum meminit, id est, ad oleum seu olivas conditas servandas, destinatum vas. Illud postremo annotare libet, Turnebum, quem semper honoris gratia nomino, 30. Advers. 6. Terentianum illud in Heaut. act. 3, 1. *relinire serias* interpretatum, serias aperire. Cujus sententiam etsi redarguere non libet, tamen nec praetereundum ducimus, forsan *relinire eo* in loco interpretandum, iterum linire pice, quum scilicet pix vetus a vase decidisset, ita ut haud bene contenta adservarentur. MARC. DONAT.

Velut impetus torrentis] Nec male, opinor, foret, *impetu.* J. FR. GRON. Ita se in Oxon. L. 1. invenisse, testatur Hearnius.

§. 9. *Aedem in campo Vulcani*] Corrupta haec omnia in libris, e quibus tantum Pal. sec. enoto scripturam. *Tactum de coelo atrium publicum in Capitolio. Aedem* (pr. *eadem.* tert. *eandem*) *in campo Vulcani, vocem in Sabinis publicamque viam, murum ac portam gravissimaeque alia vulgata miracula erant.* tert. *muram ac portam Gavisiam. Alia vulgata* etc. Prisca ed. *arcem in Sabinis publicamque viam, murum ac portam Gavisiam. Alia vulgata.* GEBH. *eadem in campo,* trajectis literis, etiam Florent. et Lovel. 3. ac 4. Paullo ante *Tactum de coelo* Lov. 2. Ber. Gaertner. et ed. Aldina vetustiores.

Vocem in Sabinis] Vos mutatis *vocem* in *arcem,* ego in *nucem.* VALLA. Non adsequor, cur hoc inter prodigia publica nunciatum fuerit. Nam quum saepissime aliquo loco arbor de coelo tangatur, quum tonat, non possum mihi persuadere, si arbor aliqua in Romano vel vicino agro de coelo tacta fuerat, id pro prodigio, quod ad rempublicam pertineret, quod hic indicari videtur, habitum, ac magis de nuce, quam de aliis arboribus, creditum fuisse. Semel hoc a Livio inter prodigia publica memorari invenio, sed de insigni ac nota arbore, quae non longe ab Urbe, ac templo propinqua esset. 27, 11, 2. *In Albano monte tacta de coelo erant signum Jovis arborque templo propinqua.* Et de arboribus in notis urbis Romae locis in Fragm. actor. diurn. anno Urb. DCCCXXV. apud Pighium: *Fulgeravit, tonuit, et quercus tacta in summa Velia.* Et in a-

Digitized by Google

10 camque viam, murum ac portam Gabiis. Jam alia vulgata miracula erant: haftam Martis Praeneste sua sponte promotam: bovem in Sicilia locutum: infantem in utero matris in Marrucinis, *Io triumphe!* clamaſſe: ex muliere Spoleti virum factum: Hadriae aram in coelo, speciesque hominum circum

lio Fragment. actor. anno Urb. ıɔcxcıı. apud Dodwell. in Praelect. Acad. p. 690. *Tonuit sub meridiem, fulguravit, et quercus tacta in summo Argileto.* De hujusmodi insigni nuce in Sabinis nihil constat. DUK. *vocem* Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Harlej. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. *arcem* edd. Rom. anni 1472. et Parm.

Portam Gabiis. Jam alia vulgata] *portam Gavisiam. Alia* Florent. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. Ber. Hafn. Hav. Hearnii N. et primae edd. *portam. Gravissima alia* Lovel. 5. *portam gravissimamque. Alia* Gaertn. Quae nunc vulgo exſtat lectio, primum mihi obvia fuit in ed. Froben. anni 1531.

§. 10. *Hastam Martis Praeneste sua sponte promotam*] *moveri* et *commoveri* usitatiora sunt de hac re. Liv. 21, 62, 4. *Lanuvii hastam se commovisse.* 40, 19, 2. *Pontifices hastas motas nunciavere.* In senatusconsulto apud Gell. 4, 6. *Hastas Martias movisse.* Et sic saepe Obsequens, qui plerumque ex Livio descripsit. Servius ad Virg. 8. Aen. 3. *Is, qui belli suseeperat curam, sacrarium Martis ingressus primo ancilia commovebat, post hastam simulacri ipsius, dicens, Mars vigila.* Erat ergo prodigii loco, si sua sponte moveretur hasta Martis, quo grave bellum denunciari videbatur. Eoque pertinet, quod est 22, 1, 11. *Mavors telum suum concutit.* De haſtis Martis et aliorum Deorum agunt viri docti ad Obseq. c. 60. DUKER.

Ex muliere Spoleti virum factum] *Spoletii* scribendum, contendit Cluver. 2. Ital. ant. 7. p. 633. V. ad Epit. Liv. 20. ad 22, 9, 1.

Hadriae aram] Vet. et Graeci libri *Adriae.* SIG. Immo potius servanda est adspiratio, quae fere in omnibus hic libris superest. V. ad 5, 33, 8. 10, 2, 4. 27, 10, 7. Epit. Liv. 11. et quae notantur ad Silii 1, 54. et 8, 439.

§. 11. *In ipsa urbe secundum apum examen in foro visum. quod mirabile est, quia rarum adfirmantes quidam legiones*] Si quis alius, foedatus locus. Primum quid est *secundum apum examen?* an prosperum, an secundo visum? Logi. ego arbitror abesse loci nomen, et stellam ponendam, donec juvent libri, sic, *in ipsa urbe secundum* * *apum examen.* Scripsit enim *secundum curiam, Rostra*, aut quid tale. nisi tamen fuit in archetypo *in ipsa urbe II. apum examen.* ex quo perperam *secundum* ifti, ego fecerim *bis.* Jam quam apte illa juncta videntur, *quod mirabile est quia rarum affirmantes?* At tu crede meae fidei, quinque illa verba purum putum glossema esse: et cum Livius inter prodigia recensuisset examen apum in fo-

Digitized by Google

eam, cum candida veste, visas esse. Quin Romae 11
quoque in ipsa urbe, secundum apum examen in foro visum, adfirmantes quidam, legiones se armatas in Janiculo videre, concitaverunt civitatem ad arma: qui tum in Janiculo essent, negarunt, 12
quemquam ibi, praeter adsuetos collis ejus cultores,

ro, nescio quis Siculus Momar ad oram adnotavit, *Quod mirabile est, quia rarum*. Lege igitur, *in foro visum. Affirmantes quidam* etc. LIPS. 4. Ep. Quaest. 7. Haec ipsis monstris ac prodigiis sunt monstrosiora in vett. lib. Quippe Pall. tres et prisca ed. *apum examen in foro visum, quod mirabile est; quia rarum affirmantes*. cui foedatissimo loco mederi conatus est Cl. Lipsius. GEBH. Defectum putat Lipsius; sed distinguendum modo et explicandum me monuit Alb. Rubenius: *Quin Romae quoque in ipsa urbe, secundum apum examen in foro visum, affirmantes quidam* etc. *Tò secundum* est *post*, ut saepe Livio. postquam apum examen in foro visum esset. J. FR. GRON. Lud. Dorleans ad Taciti 12. Ann. p. 653. legendum putat *foecundum apum examen*. deinde vero *affirmantesque quidam*. Voces *foecundum* et *secundum* ob literarum *s* et *f* similitudinem facillime commutari possunt. V. ad 22, 28, 10. Hic tamen *foecundo examini* cur locus dandus sit, non video. *Examen* enim *visum* erat prodigium; non vero, utrum id foecundum an infoecundum foret. Voces *quod mirabile est, quia rarum*, quae Lipsius ejecit, etiam Gronov. futilissimi hominis, haud quaquam Livii, esse, sine ulla tamen varietate in omnibus scriptis, et ipso etiam Put. servari, recte testatur 4. Obs. 2. p. 29. unde, ut cetera menda, ita additamenta pleraque, satis annosa esse, patere docet. Sane verba illa etiam supersunt in tantum non omnibus meis, et Hearnii codd. Recte Rubenius, illis ejectis, nova interpunctione loco subcurrit, quam recepi. Male *tò secundum* aberat in Ber. a m. 1. Id autem pro *post* Livio admodum frequens est. 8, 10, 9. *Castra secundum proelium capta*. ubi quaedam vide. 24, 18, 5. *Secundum eos citati nimis callidi exsolvendi jurisjurandi interpretes*. c. 21, 2. *Secundum Hieronymi caedem primo tumultuatum*. c. 31, 7. *Secundum salutem, ut adsolet, scriptum erat*. 26, 35, 4. *Secundum Siculos plebem Romanam perdendam sumsisse*. 27, 26, 14. *Secundum trunca et turpia exta nimis laeta adparuissent*. 31, 14, 1. et c. 30 bis. 33, 24, 1. et 34, 1. 36, 17, 15. 37, 1, 1. 39, 41, 5. 40, 59, 4. 41, 10, 7. 42, 38, 8. et 51, 11. 44, 14, 3. 45, 25, 1. et alibi. V. Hadr. Card. de Serm. Lat. p. 353. et Cort. ad Sall. Jug. 14, 3.

§. 12. *Qui quum in Janiculum ivissent*] Haec etiam corrupta sunt, ex fide mei libri scribenda, *qui tum in Janiculo essent*. LIPS. 4. Ep. Quaest. 7. Ut monuit Lipsius, optimi quique libri *qui tum in Janiculo essent*. J. FR. GRON. Lud. Dorleans ad Tac. 12. Ann. p. 653 haec verba laudans, quasi editum esset *qui cum Janiculum inissent*, legendum

Digitized by Google

13 adparuiſſe. Haec prodigia hoſtiis majoribus procurata sunt ex aruspicum responso: et supplicatio omnibus Deis, quorum pulvinaria Romae eſſent, indicta eſt.

1 XI. Perpetratis, quae ad pacem Deûm pertinebant, de republica belloque gerendo, et quantum copiarum, et ubi quaeque eſſent, consules ad se-
2 natum retulerunt. Duodeviginti legionibus bellum geri placuit: binas consules sibi sumere: binis Galliam, Siciliamque, ac Sardiniam obtineri: duabusque Q. Fabium praetorem Apuliae, duabus volonum
3 Ti. Gracchum circa Luceriam praeeſſe: singulas C.

conjicit *qui tum*. Sed *qui cum Janiculo essent* legunt Gaertn. et Hav. *qui cum in Janiculo essent* Voſſ. et Lovel. 2. ac 4. *qui in Janiculo essent* Lovel. 3. *qui tum in Janiculo essent* reliqui mei, omnesque Hearnii. Mox *negaverunt* Flor. Lov. 5. et Ber.

§. 13. *Quorum pulvinaria Romae sint*] Put. et Pet. *Romae exsint*. alii *Romae ea sint*. Scribe: *Romae essent*. J. FR. GRON. *Romae sint* Lovel. 3. Harl. et Hearnii L. 1. ac N. *Romae sunt* Ber. Hav. et Hearnii N. *Romae ea sint* Voſſ. Lovel. 1. 2. 4. 5. et Gaertn. *Romae exsint* Flor. pro quo recte Gronov. *essent*. Mox *injunctae*, pro *indictae*, Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. *invincta* Lovel. 4. et Hafn.

§. 1. *Perpetratis, quae ad pacem Deûm pertinebant*] Pal. 3. *continebant*. sicut et vet. ed. *Praeparatis, quae ad pacem*. Perperam uterque. Nescio tamen, an eodem pollice damnare debeam, quod exhibet mox sec. *consules ad senatum protulerunt*. GEBH. Hoc, itidem ac superiora, ex aberratione librarii ortum puto.

§. 2. *Binas consules sibi sumere*] Quod repetitur in omnibus libris *sibi sumere placuit*, ultimum verbum jugulo. GEBH. Id verbum *placuit* perperam etiam praeferunt Voſſ. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt.

Binis Galliam, Siciliamque, ac Sardiniam obtineri] Pal. sec. *atque Sardiniam*. tert. *Galliam, Siciliam, Sardiniamque*. GEBHARD. Male. V. ad 2, 31, 1.

Duabusque Q. Fabium praetorem Apuliae] *duasque pabulum pr. Apuliae* Lovel. 3. Harl. et Flor. a m. 1. *duabusque pabulum praetorem Aquiliae* Cant. *duabus pabulum Apuliae* Lov. 4. *duasque Paullum praetorem Apuliae* Lovel. 1. Ber. Hav. et Flor. a m. 2. *duas Paullum praetorem Apuliae* Lovel. 2. *duabusque Fabium* Voſſ. praenomine

Digitized by Google

Terentio proconsuli ad Picenum, et M. Valerio ad classem circa Brundisium relinqui, et duas urbi praesidio esse. Hic ut numerus legionum expleretur, 4 sex novae legiones erant scribendae. eas primo quoque tempore consules scribere jussi, et classem parare: ut cum eis navibus, quae pro Calabriae lito- 5 ribus in statione essent, centum quinquaginta longarum navium classis eo anno expleretur. Delectu 6 habito, et centum navibus novis deductis, Q. Fabius comitia censoribus creandis habuit. creati M. Atilius Regulus et P. Furius Philus. Quum increbresceret rumor, bellum in Sicilia esse, T. Otaci-

Fabii a praecedenti *que* intercepto. Tale exemplum habuimus ad Epit. Liv. 22. Similia v. ad 8, 29, 9. *duabus Q. Fabium* Hearnii D. Ubi contra praenomen *Q.* elidit praecedentem voculam *que.* V. ad 39, 33, 1. 40, 41, 4. et aliis locis.

§. 3. *Ad classem circa Brundusium, et duas urbi praesidium relinqui*] Put. *Brundisium relinquidbas urbi praesidium relinquidbas urbi praesidio esse.* Scribe, superfluis et una litera mutata, *ad classem circa Brundisium relinqui, duas urbi praesidio esse.* Pet. et Voss. *Brundisium et duas urbi praesidium relinqui duas. Hic.* J. FR. GRON. Pet. et Voss. concinunt Flor. et Harl. Reliqui cum Hearnii D. et N. vulgatum servant; neque aliter ejus L. 1. nisi quod praeferat *in praesidium.* De orthographia τοῦ *Brundisium* v. ad 42, 17, 2. De locutione *alicui praesidio esse* v. ad 9, 25, 3.

§. 6. *Et navibus novis deductis*] *et G navibus* Flor. a m. 1. *et centum navibus* a m. 2. quod se etiam in Put. invenisse testatur Crevier. Id probavi, et in contextum recepi. Per naves enim, *quae pro Calabriae litoribus in statione erant*, intelligitur classis quinquaginta navium, cui anno praecedenti legati munere praefuerat P. Valerius Flaccus. V. 23, 38. quaeque cura deinceps translata videtur in M. Valerium Laevinum praetorem ibid. c. 48. Ea classis hic dicitur ad centum quinquaginta naves longas expleta esse: unde centum novae addi debuerunt.

Creati M. Atilius Regulus et P. Furius Philus] Pro Atilii praenomine *M.* male *inde* est in Hearnii D. V. ad 4, 52, 4. Tum *P. Turius* Flor. Voss. Harl. et Hearnii N. *P. Curius* Lovel. 2. 3. 4. 5. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et editi ante Aldum. Sed nihil mutandum. V. Pighii Ann. ad ann. ıɔxxxix. p. 170.

§. 7. *Millibus aeris quinquaginta*] De hoc loco videndi sunt Perison. de Aere gravi §. 19. et

Digitized by Google

7 lius eo cum classe proficisci jussus est. Quum deessent nautae, consules ex senatusconsulto edixerunt, *ut, qui, L. Aemilio, C. Flaminio censoribus, millibus aeris quinquaginta ipse aut pater ejus census fuisset, usque ad centum millia, aut cui postea res tanta esset facta, nautam unum cum sex mensium sti-*
8 *pendio daret: qui supra centum millia, usque ad trecenta millia, tres nautas cum stipendio annuo: qui supra trecenta millia, usque ad decies aeris, quinque nautas: qui supra decies, septem: senato-*
9 *res octo nautas cum annuo stipendio darent.* Ex hoc edicto dati nautae, armati instructique ab dominis, cum triginta dierum coctis cibariis naves conscenderunt. Tum primum est factum, ut classis Romana sociis navalibus privata inpensa paratis compleretur.

1 XII. Hic major solito adparatus praecipue conterruit Campanos, ne ab obsidione Capuae bellum

Gronov. de Pec. vet. 2, 5. p. 80. et ad Tac. 13. Ann. 31. DUKER.

Aut cui postea res tanta esset facta] Libri omnes nostri vitiose, *aut cui potestas tanta esset facta.* GEBH. Idem vitium etiam obsidet codd. nostros, nisi quod Flor. et edd. antt. legant *postea tanta esset*, Cant. *postea ea tanta esset.*

§. 8. *Usque ad trecenta millia*] Ultimam vocem ignorant Flor. Harl. et Hearnii D. Mox etiam *qui supra trecenta*, omissa voce sequenti, idem Flor. Voss. Lovel. 2. 3. et Harlej. Sed universa illa periodus *qui supra trecenta* etc. *stipendio darent* secordia scribarum omittitur in Hearnii D.

§. 1. *Praecipue conterruit Campanos*] *terruit* Voss. reliquis recte vulgatum tuentibus. Supra 10, 21, 3. *His nunciis senatus conterritus.* 3, 11, 9. *Atrox ingenium accenderat eo facto magis, quam conterruerat.* ubi vide. 45, 11, 2. *Conterritum obsidionis metu minorem fratrem haberet.*

§. 2. *Ut Capuam exercitum admoveret*] Pal. 1. *amoveret.* sicut c. 13, 2. *Ut exercitum prope Tarentum amoveat.* GEBH. Ita et Harlej. sed sine dubio errore librarii.

Digitized by Google

ejus anni Romani inciperent. itaque legatos ad Han- 2
nibalem oratum miserunt, ut Capuam exercitum ad-
moveret. *ad eam obpugnandam novos exercitus scri-
bi Romae; nec ullius urbis defectioni magis infensos
eorum animos esse.* Id quia tam trepidi nunciabant, 3
maturandum Hannibal ratus, ne praevenirent Ro-
mani, profectus Arpis, ad Tifata in veteribus ca-
stris super Capuam consedit. inde, Numidis Hispa- 4
nisque ad praesidium simul castrorum simul Capuae
relictis, cum cetero exercitu ad lacum Averni per
speciem sacrificandi, re ipsa ut tentaret Puteolos,
quodque ibi praesidii erat, descendit. Maximus, 5
postquam Hannibalem Arpis profectum, et regredi
in Campaniam, adlatum est, nec die nec nocte inter-
misso itinere, ad exercitum redit: et Ti. Gracchum 6
ab Luceria Beneventum copias admovere, Q. Fa-
bium praetorem (is filius consulis erat) Luceriam
Graccho succedere jubet. In Siciliam eodem tem- 7

§. 3. *Id quia tam trepidi nunciabant*] Pal. 1. *tam trepide.* GEBH. *tam trepida* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. et Harl. *tam trepide* Ber. et Hav. Perperam. V. ad 22, 12, 7. Mox voces *profectus Arpis* exsulant a Lovel. 4. Deinde *supra Tifata* Ber. Sed utrumque *supra* et *super* ferri potest. V. ad 23, 36, 6. Nihil itaque muto.

§. 4. *Ut tentaret Puteolos, quique ibi praesidio erant*] Pal. 1. *re ipsa temptaret Puteolos quoque ibi praesidii erat.* GEBH. Elegantius Put. *quodque ibi praesidii erat.* Sic voluit enim; nam revera *praesidi* est. Eodem alludunt alii, in quibus *quoque ibi praesidio erat.* J. FR. GRON. *quique ibi praesidio erat* Harl. *quoque ibi praesidio erat* Flor. et Voss. uterque a m. 1. qui *praesidium* habent a m. 2.

§. 5. *Arpis profectum, et regredi in Campaniam*] Si codd. addicerent, mallem *profectum regredi.* Iis tamen invitis nihil muto. Mox *rediit* Lovel. 5. et Ber. V. ad 36, 35, 2.

§. 7. *In Siciliam eodem tempore duo praetores profecti*] Pal. 1. *eodem tum tempore duo praetores praefecti.* GEBH. Vox ultima ex margine irrepsit. Scripsit enim Livius: *In Siciliam eodem tempore duo praetores,*

Digitized by Google

pore duo praetores profecti, P. Cornelius ad exercitum, Otacilius, qui maritimae orae reique navali
8 praeesset; et ceteri in suas quisque provincias profecti. et, quibus prorogatum imperium erat, easdem, quas priore anno, regiones obtinuerunt.

1 XIII. Ad Hannibalem, quum ad lacum Averni esset, quinque nobiles juvenes ab Tarento venerunt, partim ad Trasimenum lacum, partim ad Cannas capti, dimissique domos cum eadem comitate, qua usus adversus omnes Romanorum socios Poenus
2 fuerat. Ii, *memores beneficiorum ejus perpulisse magnam partem se juventutis Tarentinae*, referunt, *ut Hannibalis amicitiam ac societatem, quam populi Romani, mallent; legatosque ab suis missos rogare Hannibalem, ut exercitum propius Tarentum admo-*
3 *veat. Si signa ejus, si castra conspecta a Tarento*

P. Cornelius ad exercitum, Otacilius. qui maritimae orae reique navali praeesset, et caeteri in suas quisque provincias profecti. J. FR. GRON. *eodem tum*, vel *tunc*, *tempore* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Mox §. seq. *priori anno*, pro *priore*, Flor. Voss. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Hav.

§. 2. *Ii, memores beneficiorum ejus perpulisse magnam* etc.] Pal. 2 *Ei memores beneficiorum cum pertulisse magnam partem se Tarentinae juventutis ferunt.* tert. *magnam partem et Tarentinae juventutis.* GEBH. *Ei memores* Voss Lovel. 1. 4. 5. Harl Gaertn. et Hav. *Et memores* Lovel 2. et Ber. Tum *propulisse* Ber. V. ad 9, 24, 4. *pertulisse* Flor. V. ad 5, 51, 2. *prodidisse* Gaertn. at tota vox deest in Voss. et Lovel. 1. Mox *ut Hannibalis amicitiam, quam societatem Romanam, mallent* Ber.

Legatosque ab suis missos] Legendum *legatos se ab suis missos* etc. certum arbitror. T. FABER. Nihil minus, quam certum est. Obvia est ubique ellipsis pronominis *se*, quod hic praeterea facile repeti potest ex praecedentibus. DUK. Clar. quoque Ant. Perizon. monuit, non opus esse emendatione Fabri, eadem addita ratione, quia *se* verbis proximis praecessit, unde facile repeti potest. V. de hac ellipsi ejus pronominis ad 1, 23, 5. In verbis sequentibus *amoveat* in Pal. 1. esse, monuit Gebh. ad cap. praec. §. 2.

§. 3. *Si castra conspecta a Tarento sint*] *a Tarentinis con-*

Digitized by Google

sint, haud ullam intercessuram moram, quin urbs dedatur. In potestate juniorum plebem, in manu plebis rem Tarentinam esse. Hannibal conlaudatos 4
eos, oneratosque ingentibus promissis, domum ad coepta maturanda redire jubet: se in tempore adfuturum esse. Hac cum spe dimissi Tarentini. Ipsum 5
ingens cupido incesserat Tarenti potiundi. Urbem esse videbat, quum opulentam nobilemque, tum maritimam, et in Macedoniam opportune versam: regemque Philippum hunc portum, si transiret in Italiam, quum Brundisium Romani haberent, petiturum. Sacro inde perpetrato, ad quod venerat, et, 6
dum ibi moratur, pervastato agro Cumano usque ad Miseni promontorium, Puteolos repente agmen convertit, ad obprimendum praesidium Romanum. Sex 7
millia hominum erant, et locus munimento quoque,

specta sint Lovel. 4. et 5. *si castra a Tarentinis sunt visa* Ber. ultima tamen voce tantum in margine residente. Mox *moram* et *dedatur* exsulant a Flor. ultima earum vocum etiam a Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 4. et Harl. *quin urbe potiatur* legunt Ber. Hafn. et Hav.

§. 4. *Conlaudatos eos, oneratosque ingentibus promissis*] Pal. 1. *honoratosque*. Sed malo vulgatum. 25, 8, 6. *Collaudati oneratique promissis*. ut praeferunt Pall. duo, et prisca ed. Male contra tert. *honoratique*. 29, 32, 1. *Praemiorum ingentium spe oneratus*. 32, 11, 9. *Ducem promissis ingentibus oneratum tribuno tradit*. 35, 11, 6. *Collaudatum eum consul spe praemiorum onerat*. GEBH. *honeratosque* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *honoratosque* similiter Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii Oxon. *atque honoratos* Ber. Sed recte Gebh. vulgatum tuitus est. V. ad 4, 13, 13. Mox vocem *domum* omittunt Voss. et Lovel. 1.

§. 5. *Quum opulentam nobilemque, tum maritimam*] *tum opulentam* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. Aldina vetustiores. V. ad 6, 23, 3. Mox *optime versam*, pro *opportune*, Lovel. 4. V. ad 37, 7, 10. *peropportune versam* Ber. a m. 1. V. ad 29, 34, 9. Deinde *Brundisium* Flor. Voss. et Lov. 1. V. ad 42, 17, 2.

§. 6. *Ad obprimendum praesidium Romanum*] *oppugnandum* Ber. et Hav. *obtinendum* Hearnii N. in margine.

Digitized by Google

non natura modo, tutus. Triduum ibi moratus Poenus, ab omni parte tentato praesidio, deinde, ut nihil procedebat, ad populandum agrum Neapolitanum, magis ira quam potiundae urbis spe, processit.
8 Adventu ejus in propinquum agrum Nolana mota est plebs, jam diu aversa ab Romanis et infesta senatui suo. itaque legati ad arcessendum Hannibalem, cum haud dubio promisso tradendae urbis, venerunt.
9 Praevenit inceptum eorum Marcellus consul, a primoribus adcitus. Die uno Suessulam a Calibus, quum Vulturnus amnis trajicientem moratus esset,
10 contenderat. inde proxima nocte sex millia peditum, equitesque trecentos, qui praesidio senatui essent,
11 Nolam intromisit: et, uti a consule omnia inpigre facta sunt ad praeoccupandam Nolam, ita Hannibal tempus terebat; bis jam ante nequidquam tentata re, segnior ad credendum Nolanis factus.

§. 7. *Deinde, ut nihil procedebat, ad populandum agrum*] Prima vox deest in Ber. reliqua vero ita legit: *ubi nihil procedebat, ad depopulandum.* sed *ubi* etiam Hav. Solent τὰ *ut* et *ubi* commutari. V. infra hoc lib. c. 15, 1. Etiam *populari* et *depopulari*. V. ad 10, 12, 7. Mox τὸ *spe* deest in Lovel. 2. Sed, dictionibus transpositis, *spe potiundae urbis* legit Ber.

§. 8. *Nolana mota est plebs, jam diu aversa ab Romanis*] *mota Nolana est plebs* Flor. *Nolana mota plebs est* Ber. et Hav. Tum *adversa ab Romanis* Harl. *adversa Romanis* Lov. 5. Ber. et Hav.

§. 10. *Sex millia peditum, equitesque trecentos, qui praesidio senatui essent*] *equitesque CCCC, qui praesidio* Hearnii D. *equitumque tricentos, qui praesidio* Gaertn. *equitesque qui praesidio* Lovel. 2. *equitesque praesidio* Voss. Lovel. 3. 4. et Hav. *equites praesidio* Flor. Harl. et Hearnii N. *tum equites praesidio* ejusdem L. 1. *equitesque trecentos, praesidio qui senatui* Lovel. 5. Mox *et ubi a consule*, pro *uti*, Flor. Voss. Lovel. 2. 5. Harl. Ber. Hafn. et Hav. V. ad 8, 13, 9. *et nisi a consule* Gaertn. Praeterea τὸ *ita* deficit in Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. et Hav.

§. 1. *Magna peditum equitumque manu*] *magna peditumque manu* Lovel. 2. et 3. *magna equitum peditumque manu* Hav. et Hearnii N. Sed v. ad 34, 26, 2.

Digitized by Google

XIV. Iisdem diebus et Q. Fabius consul ad Casilinum tentandum, quod praesidio Punico tenebatur, venit; et ad Beneventum, velut ex composito, parte altera Hanno ex Bruttiis cum magna peditum equitumque manu, altera Ti. Gracchus ab Luceria accessit: qui primo oppidum intravit. Deinde, ut Hannonem tria millia ferme ab urbe ad Calorem fluvium castra posuisse, et inde agrum populari audivit, et ipse, egressus moenibus, mille ferme passus ab hoste castra locat, ibique concionem militum habuit. Legiones magna ex parte volonum habebat; qui jam alterum annum libertatem tacite mereri, quam postulare palam, maluerant. Senserat tamen hibernis egrediens murmur in agmine esse quaerentium, *en umquam liberi militaturi essent?* scripseratque senatui, non tam quid desiderarent, quam quid meruissent: *bona fortique opera eorum se ad eam diem*

§. 2. *Ad Calorem fluvium castra posuisse*] *ad Calonem* Lovel. 4. *ad Chalonem* Hearnii L. 1. Perperam. V. Cluverii Ital. ant. 4, 8. p. 1199. Mox *ibi concionem* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Nec aliter principes edd. usque ad Ascens. qui anno 1513. *ibique* subposuit.

§. 3. *Quaerentium, numquamne liberi militaturi essent*] Put. *enunquam liberi.* Scribe *quaerentium, en unquam liberi.* Scitissimum loquendi genus, de quo vise ad 30, 21, 8. J. FR. GRON. De τοῦ *en umquam* agunt Rivius ad Ter. Phorm. 2, 2, 15. Mercerus ad Nonium p. 156. Guilielm. Quaest. Misc. ad Plaut. c. 5. et Sciopp. 4. Suspect. lect. 1. DUK. *quod numquam* Lovel. 2. *quid numquam* Hafn. *numquam liberi* Flor. Voss. Lovel. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. ac D. Eadem locutio nunc obvia est apud Plaut. in Cistell. 1, 1, 88. *Sed tu en umquam cum quisquam viro consuevisti?* ubi antea etiam *umquamne* editum fuisse viri docti monent. Ita Virg. Ecl. 8, 7.

— — *En erit umquam*
Ille dies, mihi quum liceat
tua dicere facta.

Silius 16, 91.

— — *En umquam lucebit in orbe*
Ille dies, quo te armorum, Karthago, meorum
Adspiciam sonitus admotaque bella trementem.

Digitized by Google

usum: neque ad exemplum justi militis quidquam
5 *eis, praeter libertatem, deesse.* De eo permissum
ipsi erat, faceret, quod e republica duceret esse.
Itaque prius, quam cum hoste manum consereret,
pronunciat; *tempus venisse eis libertatis, quam diu*
6 *sperassent, potiundae. postero die signis conlatis di-*
micaturum puro ac patenti campo, ubi sine ullo in-
7 *sidiarum metu vera virtute geri res posset. Qui ca-*
put hostis retulisset, eum se extemplo liberum jussu-
rum esse: qui loco cessisset, in eum servili supplicio
8 *animadversurum. Suam cuique fortunam in manu*

Festus *En umquam, eequando* exponit. Plura v. apud Erythr. in Ind. Virgil. v. *Unquam.* Paraeum in Lexico crit. et in Mantiss. p. 86. N. Heins. ad Virg. Ecl. 1, 68. et Cel. Burm. ad Quinctil. 12. Instit. Orat. 2. p. 1059. Ceterum *quaerentium* primus edidit Gronov. anno 1665. idque filius ejus, Cleric. et Crevier. servarunt: antea vulgabatur *querentium.*

§. 5. *Tempus venisse ejus libertatis, quam diu sperassent, potiundae*] Ita primus Curio dedit. Priores excusi vel *venisse eis libertatis*, vel *venisse libertatis eis.* Neque aliter Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii N. quod revocandum duxi. De locutione *venit mihi* v. ad 32, 6, 4. Praeterea paullo ante *manus consereret* Lovel. 5. Sed v. ad 6, 42, 5.

§. 7. *In eum servili supplicio animadversurum*] *et in eum* habet Pal. 3. 29, 18, 14. *Dein verberatos, servilibusque omnibus suppliciis cruciatos occidit.* 32, 38, 8. *Quos oculere aliquid aut retrahere suspicio fuit, in servilem modum lacerati atque extorti.* GEBH. *et in eum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Harl. Gaertn. et Hav. Neque aliter Flor. a m. 1. sed postea subjectis signis τὸ *et* delendum esse indicatur. Et sane perperam repetitum est ex vocis praecedentis literis ultimis. V. ad 39, 18, 8. Paullo ante *visurum*, pro *jussurum*, Lovel. 1. et 3. V. ad 9, 24, 4. *missurum* Gaertn. V. ad 3, 4, 11. et 9, 43, 2.

§. 8. *Sed consulem M. Marcellum, sed universos Patres*] Ita Gronov. legendum censuit ad Livii 3, 11, 2. et ad Taciti 1. Ann. 10. pluribusque exemplis locutionem inlustravit. V. etiam, quae ad locum Livii notavi. Antea edebatur *et universos Patres*, quod omnes mei et Hearnii Oxon. servant.

Qui consulti ab se etc. *sibi permisissent*] Put. Pet. Men. Voss. *quos consultos* etc. *sibi permisisse.* J. FR. GRON. Quem etiam v. 2. Obs. 14. Et ita non tantum Hearnii Oxonn. sed et, praeter Gaertn. omnes mei, nisi quod in uno vel altero sit *permisisset.*

Digitized by Google

esse; libertatis auctorem eis non se fore solum, sed consulem M. Marcellum, sed universos Patres; quos, consultos ab se de libertate eorum, sibi permisisse. Literas inde consulis ac senatusconsultum 9
recitavit. Ad quae clamor cum ingenti adsensu est sublatus. pugnam poscebant, signumque ut daret extemplo, ferociter instabant. Gracchus, proelio in 10
posterum diem pronunciato, concionem dimisit. Milites laeti, praecipue quibus merces navatae in unum diem operae libertas futura erat, armis expediendis quod reliquum consumunt.

§. 9. *Literas inde consulis ac senatusconsultum recitavit*] *deinde* Ber. V. ad 36, 24, 10. *inde* hic est deinde. V. ad 42, 55, 6. Tum *consulis ac senatusconsulti recitavit* Ber. et Hav. *consulis ac senatus recitavit* Lov. 1. 2. et Voss. Male. V. ad 22, 26, 7. et 40, 41, 10. Mox *fortiter instabant*, pro *ferociter*, Lovel. 2. V. ad 28, 42, 4.

§. 10. *Quibus merces navatae in unum diem operae libertas futura erat*] Pall. tres *libertatis*. neque dissentit prisca ed. Perperam omnes. Vulgatam tuetur lectionem ipse Livius cap. seq. *Capita hostium pretia libertatis facta*. GEBH. Scripti magno consensu *libertatis*. Lege *quibus merces navata in unum diem opera libertatis futura esset*. Hoc est, quibus opera in unum diem navata esset futura merces vel pro mercede libertatis. J. FR. GRON. Fateor, me haec non capere. *Merces* est lucrum, emolumentum, quod pro opera vel re praestita capitur, et ad aliquem venit. Hoc in nota significatione et usu hujus vocabuli multis ostendi non necesse arbitror. Itaque opera haec illis non futura erat merces libertatis, sed libertas merces operae in unum diem navatae. DUK. Verum est, *libertatis* apud me superest in Lov. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. et edd. Ascensiana anni 1513. prioribus. praeterea *libertatis futurae* in Lovel. 1. immo plane, ut Gronovius emendat, *quibus merces navata in unum diem opera libertatis futura erat* in Hafn. et Hav. Sed contra vulgatum servant codd. integriores Flor. Cant. Voss. Harl. aliique. Idem de optimo Put. alioque item non spernendo testatur Cl. Crevier. Denique Hearnius, notam Gronov. recensens, de Oxonn. suis silet, ut et hi receptam scripturam retinere videantur. Eam etiam praeferendam existimo, quum Gronovii emendatio sensum summopere inpediat, qui ceteroqui est apertissimus. De voce *merces* hoc sensu v. Cel. Burm. de Vectig. c. 2.

Armis expediendis, quod reliquum diei fuit, consumserunt] Put. Petav. Men. Voss. *que relicum* (vel *reliquum*) *communi postero*. Scribe: *armis expedi-*

Digitized by Google

1 XV. Postero die, ubi signa coeperunt canere, primi omnium parati instructique ad praetorium conveniunt. Sole orto, Gracchus in aciem copias
2 educit. nec hostes moram dimicandi fecerunt. Decem et septem millia peditum erant, maxima ex parte Bruttii ac Lucani. equites mille ducenti; inter quos pauci admodum Italici, ceteri Numidae fere
3 omnes Maurique. Pugnatum est et acriter, et diu.

endis diei reliquum consumunt. Postero. J. FR. GRON. *quod reliquum diei fuit*, voce sequenti omissa, Lovel. 5. et Gaertn. *quod reliquum diei esset, consumtum est* Ber. et Hav. *quod reliquum diei, accommodant* Lov. 2. *diei reliquum communi* Lov. 1. *quod reliquum, communi* Flor. Cant. Voss. (certe secundum excerpta mea) Lov. 3. 4. et Harl. Videtur itaque legendum, *armis expediendis quod reliquum consumunt.* Ad voces autem *quod reliquum* subintelligam *diei*, quae vox bis praecessit, et mox etiam sequitur.

§. 1. *Postero die, ubi signa coeperunt canere*] Pal. 2. *Postero die ut signa canere.* Neque ego dubito, hanc genuinam esse lectionem. Saepissime enim hac loquendi forma infinita utuntur historici, quod alibi quoque adnoto. Infra 34, 19, 2. *Cum Turdetanis extemplo levia proelia incursantes in stationes eorum facere: semperque victores, ex quamvis temere coepto certamine abire.* ubi perperam alii codd. *faciebant* et *abibant.* GEBH. Infinita forma enunciatas locutiones historicis familiarissimas esse, verum est. V. ad 1, 50, 5. Hic tamen Livium ea non usum esse credo, praesertim, ne alia memorem, quia nullus codex Gebhardi Pal. 2. adstipulatur. *ut* tamen, pro *ubi*, est etiam in Voss. a m. 1. et Ber. Passim librarii has voculas commutarunt. V. ad 1, 59, 6. 2, 12, 13. c. 41, 10. 3, 9, 6. c. 20, 6. 4, 42, 5. 5, 37, 1. 7, 9, 5. c. 35, 2. c. 36, 7. 8, 13, 9. c. 38, 8. 10, 27, 9. 22, 51, 5. 24, 13, 7. Adde N. Heins. ad Nason. 2. Met. 86. et 4. Met. 71. ac viros doctos ad Front. 1, 2, 8. Mox *primum omnium* Lov. 4. 5. et Ber. Tum *convenerunt* Rec.

Gracchus in aciem copias eduxit] Pal. 2. *deducit.* tert. *educit.* GEBH. Meliores *educit.* J. FR. GRON. Ita Flor. quoque, Lovel. 3. 4. 5. Ber. et Hav. Suos itidem consentire, testis est Hearnius. Mox *nec hostes moram dimicandi ferunt*, pro *fecerunt*, Lovel. 1.

§. 2. *Decem et septem millia peditum erant*] Meliores *decem septem millia peditum*, recisa copulativa. J. FR. GRON. Duae priores voces desunt in Hearnii L. 1. *viginti octo millia* legit Hav. *XXVIII millia* Ber. *XVII millia* Lovel. 2. 4. 5. *decem septem millia* Flor. V. ad 10, 21, 6. et 29, 37, 6.

§. 3. *Capita hostium pretia libertati facta*] *libertatis facta* scribendum, conjicit Inl. N. Heinsius ad Ovid. 6. Her. 146. Et posset videri litera finalis vocis *li-*

Digitized by Google

quatuor horis neutro inclinata est pugna: nec alia magis Romanum inpediebat res, quam capita hostium pretia libertati facta. Nam ut quisque hostem 4
inpigre occiderat, primum capite aegre inter turbam tumultumque abscidendo tempus terebat: deinde, occupata dextra tenendo caput, fortissimus quisque pugnator esse desierat: segnibus ac timidis tradita pugna erat. Quod ubi tribuni militum Graccho nun- 5

bertatis elisa esse ab initiali vocis sequentis ob similitudinem. V. ad 4, 33, 11. Omnes tamen codd. quibus utor, vulgatum uno ore defendunt, nisi quod solus Lovel. 1. legat perperam *pretia liberata facta.* Potius itaque puto, *pretia libertati* eodem modo dictum esse, quo *locus seditioni, munimentum libertati,* et similia, de quibus v. ad 3, 46, 2.

§. 4. *Ut quisque hostem inpigre occiderat, primum capita* etc. *abscindendo*] Optimus quisque: *ut quique hostem impigre occiderat, primum capite aegre inter turbam tumultumque abscidendo.* non *capita abscindendo.* Sensu eodem, sed genere loquendi exquisitiore, de quo et supra. Cic. Bruto [39.] *Antonius conjectura movenda, aut sedanda suspicione, aut excitanda, incredibilem vim habebat.* Pro Milone [13.] *Gloria quae quotidie augebatur frangendis furoribus Clodianis.* Livius 31, [26, 9.] *Quum priorem populationem sepulchris circa urbem diruendis exercuisset.* Sed et *eo quique* antiquum. Cicero: *si qui familiam meam de fundo dejecerit: si qui mihi praesto fuerit cum armatis.* J. FR. GRON. *ut quique* etc. *occiderant* edd. antt. nisi quod *et quique* praeferant Rom. anni 1472. et Parm. *ut quique hostem* etc. *occiderat* Flor. Lovel. 3. 5. et Harl. V. ad 1, 7, 9. Hinc *caput abscidendo* Ber. et Hav. *capiti abscidendo* Voss. pro varia lectione, et Lovel. 1. *capite abscidendo* Flor. V. ad 1, 53, 3. *abscidendo* etiam Lovel. 2. 3. 4. idque se in omnibus suis invenisse testatur Crevier. quod etiam hic magis proprium judicat. V. Gronov. ad 44, 5, 5. et quae infra dicam ad 31, 34, 2. Mox *tempus trahebat* Hearnii D. et N. scribarum errore. De locutione *terere tempus* v. ad 3, 7, 3. *terebat tempus,* trajectis vocibus, Flor. Voss. Lovel. quinque, et Harl. *tempus terebant* edd. antt.

Deinde, occupata dextra tenendo caput] Neque hoc facile intellectu est, nec verum credo. Quisque enim, ut puto, dextra gladium potius, caput autem hostis sinistra tenere volet. Id quanquam indignum annotatione videatur, omittere tamen noluimus, cum Gellius multo curiosius de sursum acto jaculo aut deorsum disputet l. 9, 1. GLAR. Immo capita hostium laeva tenere non potuerunt, quia manus illa scuto tenendo inpedita erat. Scutum autem sine manifesto periculo omittere non poterant.

Desierat] Adde haec verba ex vet. lib. fide, incuria librariorum omissa: *segnibus ac timi-*

Digitized by Google

ciaverunt, *neminem stantem jam vulnerari hostem, carnificari jacentes, et in dextris militum pro gladiis humana capita esse:* signum dari propere jussit, *pro-*
6 *jicerent capita, invaderentque hostem. Claram satis et insignem virtutem esse: nec dubiam libertatem futuram strenuis viris.* Tum redintegrata pugna est,
7 et eques etiam in hostem emissus. Quibus quum inpigre Numidae concurrissent, nec segnior equitum, quam peditum, pugna esset, iterum in dubium adducta res. Quum utrimque duces, Romanus Bruttium Luca-

dis tradita pugna erat. SIG. Verba, a Sigonio ex Mstis addita, apud me et apud Hearnium in omnibus codd. supersunt.

§. 5. *Signum dare propere jussit*] In aliis est *dari*, quod etiam ex uno scripto adnotat Hearnius, et usitatius est. Nec tamen rara sunt alterius exempla. 3, 22, 6. *Ipse erat medius cum legionibus Romanis: inde signum observare jussit.* 10, 9, 1. *Vocare tribus extemplo populus jubebat.* 25, 10, 6. *Annibal Tarentinos sine armis convocare jubet,* 29, 7, 6. et 34, 39, 13. *Receptui canere jussit.* 34, 37, 3. *Interrogavit, quid se respondere ad ea, aut quid facere vellent. Prope una voce omnes, nihil respondere, bellum geri jusserunt.* 35, 34, 8. *Pro se quisque revocare jubebant.* Cic. 2. Agrar. 11. *Jubet ferre de his legem curiatam.* Et, *quid attinet tertio capite legem curiatam ferre jubere.* Et sic saepe Caesar, et alii. V. Doct. Oudend. ad Caes. 5. B. Gall. 33. et 1. B. Civ. 61. In his interdum est, ubi non incommode suppleri possit accusativus, ut hoc loco Livii *tribunos:* interdum vix invenitur. Video, viros doctos in quibusdam eorum magis probare passivum; quos, dissentientibus libris scriptis, semper sequi malo. DUK. *dari* Flor. Lovel. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertner. Hav. Hearnii II. omnesque edd. usque ad ultimam Gruteri; a qua ejectam lectionem revocavi. V. ad 42, 24, 5. Paullo ante *Graccho nunciarunt* Ber. et Hav. Hinc copulam *et* ignorant Lovel. 1. 5. et Voss.

§. 6. *Pugna est, et eques etiam in hostem emissus*] Voculam *et* Hav. voculam *etiam* Lov. 4. omiserunt. Priorem intercepit vox praecedens. Alia exempla habuimus ad Epit. Liv. 6. 10, 1, 5. 22, 52, 5. (37, 2, 11.) aliisque locis. Tum *in hostes emissus* Flor. Lov. 1. 2. et Harl. *in hostem est emissus* Ber.

§. 7. *Quibus quum inpigre Numidae concurrissent*] Omnes libri *occurrissent.* GEBH. *concurrere* cum tertio casu parum usitatam loquendi formam, et poëta, quam historico, dignioremjudicat Doujatius. An igitur legendum *occurrissent,* ut non me-

Digitized by Google

Lucanumque, toties a majoribus suis victos subactosque; Poenus mancipia Romana et ex ergastulo militem, verbis obtereret; postremo pronunciat 8
Gracchus, *esse nihil, quod de libertate sperarent, nisi eo die fusi fugatique hostes essent.*

XVI. Ea demum vox ita animos accendit, atque, 1
renovato clamore, velut alii repente facti, tanta vi se in hostem intulerunt, ut sustineri ultra non possent. Primo antesignani Poenorum, deinde signa 2
perturbata, postremo tota inpulsa acies; inde haud dubie terga data, ruuntque fugientes in castra, adeo

do se in omnibus suis invenisse Gebhardus testatur, verum etiam praeferunt Gaertner. omnesque edd. ante Aldinam? Saepius has voces in Mstis commutari, videbimus ad 36, 24, 4. Et haec lectio Cl. Crevier. magis placuit. Posses etiam *quibuscum cum inpigre Numidae concurrissent;* ut alterum *cum* alterum eliserit. V. ad 33, 27, 4. Mox voces *utrimque duces* desunt in Gaertn.

Militem verbis obtereret] *militem suis ostenderet* Ber. et Hafn. *militem militibus suis ostenderet* Hav. Male. Verbum *obtererе* inlustravit Gebhard. ad Livii 23, 43, 10.

§. 1. *Ita animos accendit. atque renovato* etc. *intulerunt*] Veteres libri *ita animos accendit, ut, renovato clamore, velut alii repente facti, tanta vi se in hostem intulerint.* SIGON. Residet haec lectio in vet. ed. At Pall. 1, et 3. destituuntur τῷ *atque*, referuntque pro *intulerunt* τὸ *intulere.* Sec. *ita animum accendit. et renovato* etc. GEBH. Sigonius e suis: *accendit, ut renovato* etc. *intulerint.* Nostri meliores neque *atque* neque *ut* agnoscunt: quidam *et renovato:* omnes autem *intulerunt* vel *intulere.* Scribe: *Ea demum vox ira animos accendit Renovato clamore, velut alii repente facti, tanta vi se in hostem intulerunt, ut sustineri ultra non possent.* J. FR. GRON. *Tò atque* abest ab Hearnii D. et N. omnibusque meis, nisi quod unus Lov. 1. ejus loco praeferat *ut*, idemque suprascriptum sit in Voss. Praeterea *intulerunt* omnes et Hearnii et mei, nisi quod *intulerint* sit in Gaertn. Gronovii conjectura *ira*, pro *ita*, non displicet. Ubique enim hae voces commutantur. V. ad 2, 22, 4. c. 40, 7. c. 42, 10. c. 56, 13. 4, 50, 7. 5, 49, 5. 6, 14, 10. c. 33, 4. 8, 36. 8. 9, 10, 6. c. 34, 9. 10, 35, 1. 36, 32, 5. 37, 51, 6. et alibi. Praeterea *renovato clamore, ac velut alii* Ber. et Hav. Posses etiam, *Ea demum vox ira animos accendit. Itaque renovato clamore* Sed potius Gronovii sententiam probo.

§. 2. *Primo antesignani Poenorum. deinde signa perturbata*] *ante signa* Flor. Lovel. quin-

Digitized by Google

pavidi trepidique, ut ne in portis quidem aut vallo quisquam restiterit, ac prope continenti agmine Romani insecuti, novum de integro proelium inclusi
3 hostium vallo ediderint. Ibi sicut pugna inpeditior in angustiis, ita caedes atrocior fuit: et adjuvere captivi, qui, rapto inter tumultum ferro, conglobati et ab tergo ceciderunt Poenos, et fugam inpedie-
4 runt. Itaque minus duo millia hominum ex tanto exercitu, et ea major pars equitum, cum ipso duce effugerunt: alii omnes caesi aut capti. capta et si-
5 gna duodequadraginta. Ex victoribus duo millia ferme cecidere. praeda omnis (praeterquam homi-

que, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. quomodo passim librarii peccarunt. Tum *dein signa* Flor. V. ad 3, 3, 6.

§. 3. *Sicut pugna inpeditior in angustiis*] Put. Petav. Men. Voss. duo Pall. *inexpeditior*. J. FR. GRON. Ita et Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Id etiam plurimos suos habere, Cl. Crevier. testatur, ac judicat, tametsi vocabulum hoc sequiori magis aetati, quam aureae, notum fuerit, non abire tamen ab analogia sermonis Latini. Verum quum in Hafn. *expeditior* invenerim, non dubitavi, quin *inexpeditior* a librariis esset, qui ita duplicem lectionem *inpeditior* et *expeditior* simul reddere conati sint. Quum vero in optimis aliisque codd. supersit, vitium illud satis antiquum fuisse patet. Praeterea praepositio *in* deest in Flor. a m. 2. et Hav.

§. 4. *Et ea major pars equitum*] Utrum *equites*? An ut 23, 35, 6. *ea maxima pars volonum*? J. FR. GRON. Sensus Livii vix esse potest, equites maximam illorum duorum millium partem effecisse. Ea enim ratione nullus ferme equitum, aut certe quam paucissimi, in acie cecidissent; in qua tantum mille et ducenti fuisse dicuntur cap. praec. Indicat ergo Livius, majorem partem equitum effugisse. *et eo major pars* legit Gaertn. Mox *aut caesi*, *aut capti* Ber. Tum *capta signa duodequadraginta* Flor. a m. 2. *capta et signa duo quadraginta* Hearnii D.

§. 5. *Praeterquam hominum captorum*] *captivorum* Flor. a m. 2. Sed frustra. V. ad 6, 22, 4.

§. 7. *Per tribunum militum inde deducti*] *per tribunos* Flor. Cant. Lovel. 1. 4. Harl. Gaertn. Hav. et antt. edd. Postea Froben. anno 1535. et alii *per tr. mil.* vel *per trib. mil.* ediderunt, pro quo Paris. 1625. *per tribus militum*, in ultima deinde Grut. *per tribunum militum* vulgatum est. Quare *per tribunos militum*, ut interim etiam Sigonius edidit, revocavi: nam et reliqui codd. si non omnes, certe plerique,

Digitized by Google

num captorum) militi concessa est: et pecus exceptum est, quod intra dies triginta domini cognovissent. Quum praeda onusti in castra redissent, quatuor millia ferme volonum militum, qui pugnaverant segnius, nec in castra inruperant simul, metu poenae collem haud procul castris ceperunt. postero die per tribunos militum inde deducti, concione militum advocata a Graccho, superveniunt. Ubi quum proconsul veteres milites primum, prout cujusque virtus atque opera in ea pugna fuerat, militaribus donis donasset, tunc quod ad volones adtineret, *omnes*, ait, *malle laudatos a se, dignos indignos-*

per compendium *per tr. mil.* exhibebant. V. quae notantur ad 10, 10, 2. Vox *militum* deest in Lovel. 4.

Concione militum advocata a Graccho] Posterius *militum* abundare videtur, nec agnoscunt scripti quidam. J. FR. GRON. Eamdem vocem omittunt Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Hav. Hearnii L. 1. et aliquot Crevier. qui propterea ex contextu ejecit. Quum tamen inter eos, qui vocem hanc ejiciunt, neque Pet. neque Flor. neque alios integerrimos reperiam, nondum ejus exemplum imitari ausus sum.

§. 8. *Prout cujusque virtus atque opera in ea pugna fuerat*] *ut pro cujusque* Flor. Lovel. 2. 3. 5. et Harl. *ut cujusque* Lovel. 4. Ber. et Harl. *ut protinus qui* Gaertn. *ut prout cujusque* edd. antt. Tum *cujusque virtusque operaque* Lovel. 5. *cujusque virtus operaque* Lovel. 4. Tandem *τὰ in ea pugna* desunt in Harl.

§. 9. *Omnes, ait, malle laudatos a se, dignos indignosque, quam quemquam*] Longe festivius haec profert Cantabrig. per asyndeton *dignos indignos, quam.* 27, 13, 9. *Ut postero die omnes, pedites, equites, armati adessent.* 10, 36. 12. *Omnes undique annisi, duces, milites, peditum equitumque vis* Vides, antecedente voce *omnes*, ita placere Livio per singula ire sine copula. JAC. GRON. *digni, indigni; digna, indigna*, etiam non antecedente *omnis*, eleganter per asyndeton dicuntur pro *omnibus.* Plaut. Asin. 1, 3, 95. *Dignos, indignos adire, atque experiri certum est mihi.* Virg. 12. Aen. 811. *Digna, indigna pati.* ubi Servius: *id est omnia, et proverbialiter dictum est.* DUKER. Vera sunt, quae de asyndetis τῷ *omnis* subjunctis notat Gronov. Ita 2, 38, 3. *Vos omnibus, civibus, peregrinis, tot finitimis populis, spectaculo abeuntes fuisse.* 7, 32, 9 *Qui omnia circa se, Sabinos, Etruriam, Latinos, Hernicos, Aequos, Volscos, Auruncos domita armis habeat.* 37, 53, 9. *Omnibus interfuit bellis, quae in Graecia ges-*

Digitized by Google

18 epularentur omnes. Ante suas quibusque fores prolata omnia. pileati, aut lana alba velatis capitibus volones epulati sunt; alii adcubantes, alii ſtantes,
19 qui simul miniſtrabant vescebanturque. Digna res visa, ut simulacrum celebrati ejus diei Gracchus, poſtquam Romam rediit, pingi juberet in aede Libertatis, quam pater ejus in Aventino ex multaticia pecunia faciendam curavit dedicavitque.

1 XVII. Dum haec ad Beneventum geruntur, Han-

et Hearnii Oxon. *ad* loco *τοῦ per* eſt in Lovel. 2. et Ber. *ab epulis celebri festoque die actis* legit Flor. a m. 2.

§. 17. *Gracchus ita permisit, in publico epularentur omnes*] Malim legi, *si in publico epularentur omnes.* ut repetenda sit ultima syllaba vocis praecedentis *permisit.* quamquam eodem genere hoc libro usus eſt [c. 14, 6.] *permissum ipsi erat, faceret, quod e republica duceret esse.* SIG. Pall. 2. et 3. *ut in publico.* GEBH. Poſſes etiam *ita permisit, ut in publico*, quemadmodum legunt duo Pall. Gebhardi, ut particula *ut* in reliquis intercepta sit ab ultimis literis vocis praecedentis; cujus erroris exempla v. ad 1, 51, 2. 6, 33, 4. 9, 87, 5. 31, 50, 9. (* 39, 37, 19.) et alibi. Praeſtat tamen, nihil mutari. Saepe enim *τὸ ut* poſt verba permittendi omitti, videbimus ad 33, 45, 3.

§. 18. *Ante suas quibusque fores prolata omnia*] *Ante suas quisque fores protulerunt* Ber. *Ante suas quisque fores protulere* Hafn. *Ante suas quisque fores prolata* Flor. Voſſ. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et editiones Moguntina priores. An *quisque* accipiendum pro *queisque*, ut modo §. 13. an vero legendum *cuique?* Mox *volones* deeſt in Flor. Deinde *accubantes alii, aliique stantes* typis descripti ante Aldum, vulgatae lectionis auctorem. Tum *ministrabant, vescebantur*, omiſſo *τοῦ que*, Flor. et Lovel. 3. 4. *ministrabant aut vescebantur* Lovel. 2.

§. 19. *Digna res visa, ut simulacrum celebrati ejus diei*] Reperitur in vet. ed. et Pal. 3. *Digna ea res visu ad simulacrum celebrati ejus diei.* quamquam deſit *celebrati* quoque in tert. At primus habet *res visu aut simulacrum.* sec. *Digna res visu; ut ad simulacrum celebrati.* GEBH. Similes fere varietates plerique codd. et edd. antt. habent. Sed vulgatum verum eſt, ideoque iis referendis non inmoramur. Mox *Romam redit* Flor. Lovel. 3. 4. et Harl. *Τὸ Romam* deeſt in Cant.

§. 2. *Pomponio propraetore cum eo exercitu, qui super Suessulam* etc.] Ab initio hujus anni Pomponius in agro Gallico erat, nec interea ejus ulla mentio. Oportet ergo hic intelligere Romam accitum, ac deinde cum consule Marcello in Campaniam conceſſiſſe, cujus tamen rei ne verbo quidem meminit Livius. For-

Digitized by Google

nibal, depopulatus agrum Neapolitanum, ad Nolam castra movet. quem ubi adventare consul sensit, 2 Pomponio propraetore cum eo exercitu, qui super Suessulam in castris erat, adcito, ire obviam hosti parat, nec moram dimicandi facere. C. Claudium 3 Neronem cum robore equitum silentio noctis per aversam maxime ab hoste portam emittit: circumvectumque occulte subsequi sensim agmen hostium jubet, et, quum coortum proelium videret, ab tergo

tassis autem et nomen corruptum. GLAR. M. Pomponium pro praetore in agro Gallico manere jussum, paulo ante tradidit [c. 10, 3.] SIG. Pighius in Annal. ad ann. DCXXXIX. p. 173. credit, Pomponium ideo in castris super Suessulam fuisse, ut legiones inde in agrum Gallicanum deduceret. Ei adversari videtur locus supra c. 10. ubi prorogatum fuisse imperium omnibus, qui ad exercitus erant, jussosque in provincia manere refert, nulla facta mentione mutati exercitus. Adsignatio itaque provinciarum, in initio anni facta, mutata, ac praefectura castrorum super Suessulam Pomponio data esse videtur; id vero expresse referre Livium neglexisse, ejusque nunc tantum, data occasione, meminisse, ut saepe alibi fecit. Ceterum *Pomponio praetore* Ber. a m. 1. et Hearnii D. Tum *supra Suessulam* idem Ber. V. ad 23, 32, 2. Praeterea in principio cap. *Cum haec ad Beneventum*, pro *Dum* Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et edd. antt. V. ad 1, 40, 7.

Hosti parat, ne moram dimicandi faceret] Put. et aliquot boni *parat, nec moram dimicandi facere*. Ita refinge. J. FR. GRONOV. Eodem adludunt Flor. a m. 1. Voss. et Lovel. 1. qui praeferunt *nec moram dimicandi faceret*.

§. 3. *Claudium Neronem*] Praenomen ex fide Cl. Crevier. addidi, qui ita Put. legere auctor est. Id autem in reliquis interceptum a prima litera vocis sequentis. V. etiam infra 25, 2, 5. 26, 21, 1. 29, 37, 6. Ita litera *M*, nota praenominis *Marci*, et litera *L*, nota praenominis *Lucii*, interciderunt, quod voces sequentes ab eadem litera incipiant. V. ad 40, 34, 1.

Circumvectumque occulte subsequi sensim agmen hostium jubet] *sensim* delicuit in omnibus libris, quos ego inspexi. GEBH. *circumventumque* Harl. V. ad 10, 2, 4. Tum *sensim* abest a Lovel. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hearnii N. L. 1. et omnibus edd. Aldina prioribus. Hinc *jussit* Harl.

Et quum coortum proelium videret] Vet. lib. *cum coeptum proelium videret*. SIG. Libri omnes ingerunt *et* (prisca ed. *ut*) *cum coortum proelium videret*. GEBH. *certum proelium* Lov. 5. *coeptum*, vel *ceptum proelium* Voss. Lovel. 1. 3. 5. Rec. Gaertn. omnesque ante Aldum edd. *et coortum proelium* Flor. a m. 1. *et cum ortum proelium* a m. 2.

Digitized by Google

4 se objicere. Id errore viarum, an exiguitate temporis, Nero exsequi non potuerit, incertum est.
5 Absente eo quum proelium commissum esset, superior quidem haud dubie Romanus erat: sed, quia equites non adfuere in tempore, ratio compositae rei turbata est. non ausus insequi cedentes Marcellus, vin-
6 centibus suis signum receptui dedit. Plus tamen duo millia hostium eo die caesa traduntur: Romani
7 minus quadringentis. Solis fere obcasu Nero, diem noctemque nequidquam fatigatis equis hominibusque, ne viso quidem hoste rediens, adeo graviter est ab consule increpitus, ut per eum stetisse diceret,

§. 5. *Ratio compositae rei turbata est*] *perturbata est* Harl. et Ber.

§. 6. *Plus tamen duo millia hostium eo die caesa traduntur*] Pall. 2. et 3. *Plus tamen duobus militibus hostium.* GEBH. Ex meis nulla scripturae varietas notatur. Et solet ita, ut vulgo editur, passim loqui Livius. V. ad 41, 12, 8. Per notas forte scriptum fuerat *Plus tamen II. M. hostium*; id autem perperam deinde literis redditum est. Praeterea *caesa dicuntur* Ber. quod est ex glossa interpretis.

Romanorum minus quadringentis] Put. Pet. Men. *Romanis.* Significant, ut videre facile, *Romani minus quadringentis.* J. FR. GRON. *Romanis* etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et, quas vidi, edd. vett. usque ad Ascens. qui jam anno 1510. *Romanorum* subposuit, et anno 1513. ac 1516. in margine ostentat *Romani.* Deinde *minus CCC* Gaertn. et Hearnii Oxon.

§. 7. *Ab consule increpatus*] Vet. lib. *increpitus.* SIG. Propugnant hanc lectionem [*increpatus*] libri MSS. tres Pall. cum ant. ed. confunduntque Sigonii *increpitus.* Justinus 11, 3. *Quibus auditis et graviter increpatis, Alexander bellum remisit.* GEBH. Optimus et alii *increpitus*, ut Sigonius. J. FR. GRON. *increpatus* Flor. Cant. Voss. Lovel. 2. 3. 4. Ber. Hafn. Rec. et Gaertn. Reliqui *increpitus*, quod praefero, quia Livius ita alibi loquitur. Infra 32, 7, 7. *Praetorem multis probris increpitum provincia decedere jussit.* et 42, 21, 3. *Consules, quod non exirent in provinciam, in senatu increpiti* Quibus locis nulli vel codd. vel edd. ulla parte variant. Alibi quidem variant, quae loca enumeravi ad 4, 53, 12. meliores tamen codd. potius *increpitus*, quam *increpatus*, praeferunt. Similiter apud Val. Max. 3, 7. ext. 8. *Increpitus a quodam, quod in aciem claudus descenderet.* Ita *increpuit* potius, quam *increpavit* Livium dixisse, supra vidimus ad 4, 32, 1. V. etiam Val. Max. 5,

Digitized by Google

quo minus accepta ad Cannas redderetur hosti clades. Postero die Romanus in aciem descendit: 8
Poenus, tacita etiam confessione victus, castris se tenuit. Tertio die silentio noctis, omissa spe Nolae potiundae, rei numquam prospere tentatae, Tarentum ad certiorem spem proditionis proficiscitur.

XVIII. Nec minore animo res Romana domi, 1
quam militiae, gerebatur. Censores, vacui ab ope- 2
rum locandorum cura, propter inopiam aerarii, ad mores hominum regendos animum adverterunt, castigandaque vitia; quae, velut diutinis morbis aegra corpora ex se gignunt, nata bello erant. Pri- 3

8, 5. et Auct. Declam. in Sallust. c. 3. Mox *diceretur*, pro *diceret*, Flor. Cant. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. V. ad 39, 22, 8.

§. 1. *Res Romanae domi, quam militiae, gerebantur*] Put. *Romana* et *gerebatur*. J. FR. GRON. Ita quoque Flor. a m. 1.

§. 2. *Quae, velut diutinis morbis aegra corpora ex se gignunt, nata bello erant*] Put. *signunt, acanata bello erant*. An forte *tunc enata*? J. FR. GRON. Relinquenda haec suo auctori. Si indicio Puteanei codicis sua constat fides, de qua dubitare nefas, scripsit Livius *acervata bello erant*. Sensus per se clarus, et ipsa vox huic nostro amata. 3, 34, 6. *In hoc immenso aliarum super alias acervatarum legum cumulo*. 5, 48, 3. *Promiscue acervatos cumulos hominum urebant*. 22, 7, 5. *Segregata ex hostium coacervatorum cumulis corpora suorum*. JAC. GRON. Auctor, cui haec relinquenda censet, recte videbat, *nata* vel *enata* melius respondere τοῖς *gignunt*, quam *acervata*. DUK. Claudicare hic quodammodo orationem, putat Cl. Crevier. quod vocula *quae*, quum regatur a verbo *gignunt*, jungatur quoque in recto casu cum verbo *erant*. Sed distinguendum puto, *quae, velut diutinis*. Hoc modo *quae*, scilicet vitia, *nata bello erant, quasi corpora diutinis morbis aegra ex se gignunt*, scilicet vitia. Jam vero, vocem ex priori membro orationis in sequenti repetendam esse, passim obcurrit; neque interest, utrum eodem, quo praecessit, casu ac numero, an vero diverso, repetatur. V. ad 2, 30, 4. c. 40, 10. 7, 6, 2. aliisque locis. Praeterea *diuturnis morbis* Ber. a m. 2. V. ad 28, 24, 6. Hinc *aegrota corpora* Hav. Tum *ex sese* Flor. Lovel. 1. 2. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. omnes usque ad Gronov. qui anno 1665. edidit *ex se*.

§. 3. *Rempublicam deseruisse, Italiamque excessisse velle dicebantur*] Restat haec lectio in Pal. 3. et prisca ed. Quinque ve-

Digitized by Google

mum eos citaverunt, qui post Cannensem pugnam rempublicam deseruisse, Italiaque excessisse velle dicebantur. princeps eorum L. Caecilius Metellus
4 quaestor tum forte erat. Jusso deinde eo ceterisque ejusdem noxae reis caussam dicere, quum purgari nequissent, pronunciarunt, verba orationemque eos adversus rempublicam habuisse, quo conjuratio de-

ro vocabula priora plane destituunt Pal. pr. In sec. tamen conspicitur *qui post Cannensem pugnam fugae consilium habuisse dicebantur*. GEBH. Quinque illa vocabula desunt etiam in Lov. 4. Eadem, sed simul cum praecedenti voce *pugnam*, desunt quoque in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Harl. Ex quibus tamen Lovel. 5. eorum loco praefert *qui post Cannensem cladem agitasse de Italia deserenda dicebantur*. Contra *qui post Cannensem pugnam Italiam deserere voluisse dicebantur* est in Hafn. Ber. et Hav.

Princeps eorum L. Caecilius Metellus, qui quaestor tum forte erat] Relativa particula in Cantabrig. non apparet. Etiam Salmas. id de Puteaneo testatur. Cur igitur malumus orationem tantopere intercisam, an non potius? *princeps eorum L. Caecilius Metellus quaestor tum forte erat*. JAC. GRON. Eadem vox etiam deest in Flor. Horum igitur trium codd. consensu vocem illam delevi. Praeterea *eorum* deest in Voss. et Lovel. 2. Deinde *M. Caecilius* legunt Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Aldum. Sed male. Idem error etiam infra committitur 27, 11, 12. quum supra constanter *L. Caecilius Metellus* dicatur.

§. 4. *Quum purgari nequissent, pronunciarunt, verba orationemque*] Pal. 2. *nequissent, censores pronunciarunt*. GEBH. Ita et Hearnii D. nisi quod alio ordine *pronunciarunt censores* praeferat. Consideratione digna est lectio Exc. Pithoei *pronunciarunt, videri orationemque*, licet ea in nullo alio cod. obcurrerit. Videndum, inquam, an ex vestigiis ejus scripturae legendum sit, *pronunciarunt, videri verba orationemque* etc. Judices enim, sententiam pronunciantes, non *aliquid esse*, sed plerumque *aliquid esse videri* dicebant. V. Brisson. de Form. l. 5. p. 482. Similiter in senatusconsultis sollemnia erant verba *senatui videri*. V. ibidem l. 2. p. 195.

§. 6. *Illis equi ademti*] *demti* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. Ber. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 5, 13, 8. Sed *adimere* sollemne in hac re verbum est. Exempla obcurrunt infra h. lib. c. 53, 3. 27, 11, 14. 39, 42, 6. 44, 1. 43, 16, 1. et aliis locis pluribus.

Tribuque moti aerarii omnes facti] Quid esset *aerarium facere*, seu *aerarium relinquere*, vel *in aerarios referre*, quorum frequens apud scriptores fit mentio, a nullo hactenus plene et ad amussim declaratum inveni. Budaeus in Annot. in Pandect. ex l. ult. de Senator. scriptum reliquit: *Aerarii verbum, frequens apud antiquos, a paucis satis in-*

Digitized by Google

serendae Italiae caussa fieret. Secundum eos citati 5
nimis callidi exsolvendi jurisjurandi interpretes: qui
captivorum, ex itinere regressi clam in castra Hanni-
balis, solutum, quod juraverant redituros, rebantur.
His superioribusque illis equi ademti, qui publicum 6
equum habebant: tribuque moti, aerarii omnes fa-
cti. Neque senatu modo aut equestri ordine regen- 7

telligitur. Verum sicuti id jure optimo retulit, ita nec ipse rem plene aperit. Nic. Gruchius 1. de Comit. Rom. [3.] rem hanc veluti per transennam tantum tetigit, minime tamen explanavit. Car. Sigon. 2. de Antiq. jur. civ. Rom. 16. *aerarios* interpretatur, qui a militaribus stipendiis essent repulsi, idque probare contendit auctoritate Livii, scribentis l. 7, [2, 12.] Attellanos histriones censoria nota vacuos fuisse, quia neque a militaribus stipendiis essent repulsi. At, pace doctissimi viri sit dictum, interpretatio minime genuina est: aliud enim est, a stipendiis repelli; aliud, aerarium fieri. Qui enim stipendiis privabantur, non *aerarii* dicebantur, sed *aere diruti* appellabantur. Ita Festus scribit: *Aere dirutum militem dicebant, cui stipendium ignominiae caussa non est datum, quod aes diruebatur in fiscum, non in militis sacculum*. Cic. in Verr. act. 7, [13.] *Aleatoris Placentini castra commemorabuntur, in quibus quum frequens fuisset, tamen aere dirutus est*. Praeterea sensus verborum Livii a Sigonio adductorum est, quod, quamvis histriones et scenam exercentes tamquam infames a militia arcerentur, nihilominus Attellani histriones peculiari privilegio ab hac nota excipiebantur, et stipendia facere poterant. Coelius Rhodiginus 29. lect. ant. 6. scribit, aerarios in Romana historia nuncupatos, qui, plebeji ordinis, delicti nomine in Caeritum tabulas a censoribus rejecti, nec in centuriae albo scripti amplius, pro capite duntaxat tributi causa aes conferebant. Sed haec Rhodigini sententia in duobus potissimum peccat: nam aliud erat in Caeritum tabulas referre, aliud aerarium facere: praeterea non plebeji duntaxat, sed et patricii, et equestris ordinis homines aerarii fiebant, quod ex mox dicendis, et etiam dictis clarissime patet. Petrus Gregorius Juris universi syntagmatis par. 3. l. 47, 7. n. 10. ait: *Referebant in aerarios, hoc est, inter eos, qui aerario pendere debebant poenae nomine, eum, qui irreverenter locutus esset*, etc. Sed haec expositio valde diminuta est, nec rem totam aperit: quin imo, quum pecuniaria poena quis afficiebatur, quantitas aeris persolvendi explicite addebatur; secus in his, qui aerarii fiebant; quod superius in l. 4. dilucidationibus demonstravimus. His itaque sic se habentibus, nostram in re ista satis difficili et obscura opinionem in medium afferre libet, eamque doctioribus discutiendam proponere. Dionys. Halic. in fine l. 11. ita scriptum reliquit: *Censum necessarium legitimum, ex quo numerus militari aetate hominum cognoscebatur divitiarumque magnitudo, pro modo*

Digitized by Google

do cura se censorum tenuit. nomina omnium ex ju-

quarum oportebat unumquemque ad bella tributum pendere, nullo intra decem et septem annos censu condito, a L. Cornelii et Q. Fabii consulatu: ita ut boniquidem viri et utiles in censibus militiisque essent, flagitiosissimi vero et pravissimi sine casu relinquerentur, locumque alium perciperent, in quo liceret eis, ut vellent, vivere. Ex quibus elicimus, censum agi solitum non modo bonorum, sed et personarum. Sic sumitur *census* apud Pomponium l. 2. §. 17. D. de Orig. jur. quod etiam clarius docuere idem Halicar. l. 4. [p. 221.] et Livius l. 1, 42. Sic *censum agere*, peculiare verbum historicis, est recensere capita et patrimonia, seu substantias suas profiteri, quod late annotavit Zasius ad d. l. 2. Qui autem pro censis bonis solvebant, non pro capite; sicuti et e contra qui pro capite, quum pauperes essent, non pro bonis pendebant. licet enim et divitum personarum census haberetur, id fiebat, non ut pro capite solverent, sed ut militarent, si aetas legitima esset, vel aliud impedimentum non obstaret, sicuti censi capite militiae non admittebantur, nisi per urgentissimas necessitates. Quod vero pro bonis divites in publicum aerarium conferrent, ex jam dictis patere potest: sed clarius etiam ex Livio l. 39, [44.] de Catonis tristi et aspera censura; *Ornamenta, et vestem muliebrem, et vehicula, quae pluris, quam quindecim millium aeris, essent, in censum referre viatores jussit. Item mancipia minora annis viginti, quae post proximum lustrum decem millibus aeris, aut pluris eo, venissent, uti et quoque pluris, quam quanti essent, aestimarentur, et his rebus omnibus terni in millia aeris attribuerentur.* Quod vero et capite censi pro capite solverent, docet Ascon. Paed. in Divin. Cic. [c. 3.] in hace verba: *Censores cives sic notabant, ut, qui plebejus esset, in Caeritum tabulas referretur, et aerarius fieret, ac per hoc non esset in albo centuriae suae, sed ad hoc esset civis tantummodo, ut pro capite suo tributi nomine aera penderet.* Idem potest intelligi ex sacris paginis in Evangelio Matthaei c. 22. ubi a Pharisaeis Jesus dominus et salvator noster percontatur, liceatne censum dare Caesari, an non? et ille respondet, ostendite mihi numisma census: at illi obtulerunt ei denarium. Hunc autem pro capitis cujusque censu persolvi solitum credendum: nam pro substantiis plus denario, pro earum valore et aestimatione, persolvi solitum non ambigendum. Idem quoque colligimus ex Dione in Vespasiano, et apertius ex Polyhistoris Chronico. Ita Hesychius inquit: *Κένσος εἶδος νομίσματος ἐπικεφάλαιον.* id est, *Census est genus nummi, quod viritim imponitur, sive Capitatio.* Quod autem capite censi ignobilissimi haberentur, docet Gellius 16, 10. Id etiam ex Festo l. 14. Val. Max. 2, 1. Nonio Marc. Paulo Oros. 4, 1. et D. Augustino Civ. Dei l. 3. colligere licet. Hinc illud Tertull. in Apolog. [13.] *Si agri tributo onusti viliores, hominum capita stipendio censu ignobiliora.* id est, capita, qui censum persolvebant, in stipendia militaria eroganda: namque ex pecuniis ex censu collectis stipendium militi persolvi solitum clare testatur Livius 23, [31, 1.] *Senatus, quo die primum est in Capitolio consultus, decrevit, ut eo anno duplex tributum imperaretur; simplex confestim ex-*

Digitized by Google

niorum tabulis excerpserunt, qui quadriennio non

igeretur, ex quo stipendium praesens omnibus militibus daretur. Qui vero pro substantiarum aestimatione persolvebat, quantum solvendum esset, in singulo quoque censu agendo in censorum tabulis describebatur, prout aestimatio excrescebat, vel imminuebatur, at capite censi omnes semper eandem qualitatem pecuniae pro capitis censu quotannis pendebant, uti in aerarii tabulis adnotatum erat. Quod munus ad Quaestores aerarii spectabat, ut scilicet mulctas reciperent, ex Tacito l. 13, [28.] ubi de Pisone designato consule: inter mulctas enim connumerabatur aes illud, quod pro suo capite aerarii facti pendere tenebantur. Nec obstat, quòd ab Halicarn. scribitur l. 4. [p. 222.] quod, qui pauperrimi erant et minimi census, in sexta classe immunes erant ab omni militiae et tributi onere: nam etsi capite censi in sexta classe erant, dicta Dionys. intelligenda, quod essent immunes ab omni onere tributi, id est, quoad bona, non quoad capita. nam ideo capite censi dicebantur, quod pro capite censum aerario persolverent. His itaque omnibus praemissis, dico, *aerarium facere*, vel *relinquere*, vel *referre in aerarios*, nihil aliud fuisse, quam redigere eum vel eos in numerum capite censorum, ut scilicet pro capite, ut capite censi, statutam pecuniam penderent, nec militiae adscribi possent, quod ignominiosum fuisse constat. Idem potissimum confirmare possumus ex hisce Livii dictis l. 4, [24, 7.] *Censores aegre passi, Mamercum, quod magistratum populi Romani minuisset, tribu moverunt, octoplicatoque censu aerarium fecerunt.* hoc est, damnaverunt, ut pro sui capite octo plus aerario solveret, quam capite censi pendere tenebantur. Hoc pariter comprobat Paedian. loco cit. per ea verba: *Et aerarius fieret, ac per hoc non esset in albo centuriae suae, sed ad hoc, ut esset civis tantummodo, utque pro capite suo tributi nomine aera pendat.* Sic Livii dicta in calce l. 29, [37.] interpretanda, dum ait: *inter nomina eorum, quos aerarios relinquebat, dedit collegae nomen.* Et *quatuor et triginta tribus aerarias reliquit.* Reliquum est, ut declaremus, quid esset *tribu movere.* Censores, quos nota afficiebant, triplici poena plectere solebant: nempe vel aerarios faciebant, vel tribu movebant, vel in Caeritum tabulas referebant. Gravior erat nota, si Asconio credimus loco add. *aerarium fieri*; nam et idem suffragio privabatur, quum ex albo centuriae suae obliteraretur, et per consequens in Caerites tabulas relatus esset. Minor nota erat referri in tabulas Caerites, nam nulla alia poena hi afficiebantur, quam quod suffragandi munere privabantur, quod testatum reliquit Gellius 16, 13. in haec verba: *Primos autem municipes sine suffragii jure Caerites esse factos accepimus, concessumque illis, ut civitatis Romanae honorem quidem caperent, pro sacris bello Gallico receptis custoditisque.* Hinc tabulae Caerites appellatae versa vice, in quas censores referri jubebant, quos notae causa suffragiis privabant. Tertia adhuc minor nota erat, tribu movere. Movebantur autem tribu, qui ex honestiori in minus honestam migrare jubebantur ob ignominiam, et reatus alicujus poenam, quod clare docet Livius l. 45, [15.] Id autem praesertim fiebat, quum

Digitized by Google

militassent, quibus neque vacatio justa militiae, ne-
8 que morbus caussa fuisset. Et ea supra duo millia

ex rustica tribu in urbanam tribum motus pertransire cogebatur. Nobiliores enim rusticae urbanis, et praestantiores habitae; quod docuit Plinius 18, 3. ita scribens: *Rusticae tribus laudatissimae eorum, qui rura habebant: urbanae vero in quas transferri ignominiae esset, desidiae probro.* Ex his colligimus, tribus rusticas nobiliores habitas urbanis, quia agricultura priscis illis Romanis maximo in honore haberetur, vitaque rustica caeteris commendatior esset, quod pariter Varro testatus est 2. de Re rust. [in princ.] *Viri magni majores nostri non sine causa praeponebant Romanos urbanis. Ut ruri enim, qui in villa vivunt, ignaviores, quam qui in agris versantur in aliquo opere faciundo, sic qui in oppido sederent, quam qui rura colerent, desidiosiores putabantur.* Quum itaque tantum honoris tribubus rusticis accessisset, commutata veteri ratione factum est, ut nobiles urbanique jure in rusticas transferri voluerint. Sic Ap. Claudius in rusticam tribum, quae postea ab ipso Claudia appellata fuit, commigravit, teste Dionysio; sic Augustus, quamvis a gente Julia et Octavia ortum duceret, ex urbanis in rusticas Fabiam et Scaptiam traductus, in illam utique tanquam gentis Juliae, in hanc vero uti gentis Octaviae. Nam Scaptienses et Fabianos Augusti tribules dixit Sueton. in illo c. 40. Hinc factum, ut temporum successione nonnullae tribus a familiis nobilissimis, quae in illas se conjecere, denominationem susceperint, ut Papiria, Cornelia, Aemilia, Fabia, Horatia, Menenia, Sergia et Valeria. Ego autem et aliam causam, quod rusticae scilicet tribus urbanis nobiliores sint, dari posse existimo. Nempe quod plures longe numero evaserint, pluribus externis populis in civitatem adscitis, qui ex se ipsis novas tribus in dies confecerunt, reliquis priscis urbanis quatuor tantum remanentibus: ad haec hisce omni hominum genere, humillimis etiam, coïnquinatis. Appius enim Caecus censor, teste Diodoro, potestatem dedit civibus quibuscunque Romanis, ut, in quam tribum vellent, distribuerentur. Unde Q. Fabius censor ignobilissimos, qui per omnes tribus dispersi erant, excretos in quatuor urbanas conjecit, teste Livio in calce l. 9. Cum itaque tribus rusticae et numero et qualitate suffragantium urbanis quam maxime excellerent, accidit, ut in magistratibus dandis et adimendis, et legibus antiquandis vel ferendis, plurimum valerent rusticae tribus, ob idque ingenuiores et nobiliores in illis inseri curaverint, sique poena plectendus quis esset, ex rustica tribu in urbanam conjiceretur, vel ex rustica honestiori in minus honestiorem rusticam. nam moveri tribu nihil aliud erat, quam mutare tribum aliquam jubere censores, quod conceptis verbis docuit Livius l. 45, [15.] Illud sane mirandum, historicos nullibi meminisse prioris poenae, hoc est, referendi in tabulas Caerites, sed solum id haberi ex Gellio loco citato. Hoc autem evenisse conjicio, quod historiae scriptores sub nomine *aerarii facti* et relationem in Caeritum tabulas comprehenderint, quum tam hi, quam illi, aeque privarentur suffragandi jure. MARC. DONAT. Quidquid dicat Donatus, numquam persuadebit, eos, qui a

Digitized by Google

nominum in aerarios relata, tribuque omnes moti.
Additumque inerti censoriae notae triste senatus- 9

censoribus inter aerarios relati erant, redactos fuisse in numerum capite censorum, atque milites legi non potuisse. Senatores enim et equites ratione patrimonii majus tributum contulisse, quam capite censos pro capite, nemo, credo, negabit. Ordinis itaque vel senatoris vel equestris cives, si aerarii relicti essent, magna tributi parte levati fuissent; idque ipsis poenae loco foret. Ipsa etiam militandi necessitas quin inter reipublicae onera fuerit, dubium non est, quum id quasi privilegium capite censis ac proletariis datum sit, ut ita assidue rei familiari adtenderent, ejusque angustiis opere quotidiano subcurrerent; cujus iterum oneris inmunes fierent senatores et equites aerarii facti. Praeterea M. Livius censor, praeter Maeciam tribum, populum Romanum omnem, quatuor et triginta tribus, aerarios reliquit, teste Liv. 29, 37. Jam vero, ex sententia Donati, eo tempore nullus miles, nisi ex tribu Maecia, legi potuisset, et soli etiam ejus tribules ratione patrimonii tributum solvissent, reliqui cives a militia liberi tantum pro capite pecuniam pependissent, et ita potius Maecia tribus, maxima parte onerum reipublicae in eam derivata, quam reliquae tribus, punita fuisset. Immo omnes a censoribus notati, teste Livio, hic jubentur pedibus mereri; quum illi certe, quibus equus publicus ademtus erat, id equis suis facere potuissent, quia censum equestrem habebant. Adde, duo millia juniorum, quia quadriennio non militassent, hic in aerarios a censoribus referri, id est, secundum Donatum, quia non militassent, publica auctoritate militandi onere liberari: quod nullus adfirmabit. Insuper si *aerarium relinquere* sit referre inter capite censos, hac certe nota capite censi notari non potuissent; quum tamen Ascon. auctor sit, solis his notis, ut in Caeritum tabulas referrentur, et aerarii fierent, notatos plebejos, quorum haud minima pars erant capite censi. Potius itaque existimo *inter aerarios referri* eos dici, quorum census poenae nomine multiplicabatur; et quidem interdum expressisse scriptores, qua portione multiplicaretur, vel enim octuplicatum, vel decuplicatum fuisse; plerumque tamen id omisisse, ac simpliciter memoriae mandasse, eos aerarios factos esse. Exempla in Livio obvia sunt. Quod enim Donatus quantitatem aeris semper explicite addi putet, si quis pecuniaria poena adficiatur, in hac censorum nota fallit. Quem enim Aemilium *octuplicato censu aerarium factum* Livius scribit 4, 24, 7. eumdem simpliciter *aerarium factum* dicit 9, 34, 9. De loco Ascon. Ped. cui sententia Donati inniti videtur, ac pluribus aliis, quae in longissima hac adnotatione Donatus commisit, ut per partes agamus, ratio notarum non permittit. Explicationem loci Liviani 4, 24, 7. a Donato datam, jam rejecit Gronovius ad d. l. ubi de aerariis relictis et tribu motis viri docti plura notarunt.

§. 8. *Et ea supra duo millia nominum*] *hominum* Vass. Lov. 2. Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. Variant hoc modo etiam codd. supra 4, 13, 8. V. etiam Corte ad Plinii 2. Ep. 10, 1. Passim autem literas *H* et *N* a librariis confundi in Mstis, infra videbimus ad 32, 20, 7.

Digitized by Google

consultum: ut ii omnes, quos censores notassent, pedibus mererent, mitterenturque in Siciliam ad Cannensis exercitus reliquias, cui militum generi non prius, quam pulsus Italia hostis esset, finitum
10 stipendiorum tempus erat. Quum censores, ob inopiam aerarii, se jam locationibus abstinerent aedium sacrarum tuendarum, curuliumque equorum prae-

§. 9. *Additumque inerti censoriae notae*] Put. *Additumque tamerici censoriae.* Omnes alii meliores eam vocem corruptam habent. Pet. Mon. Voss. Aldina *mèri.* Andreas *mercique.* Forte, *Additumque tam amarae censoriae notae.* vel *acerbae.* 4, [24, 8.] *Exemplo acerbitatis censoriae offensos.* 27, [11, 14.] *Addiderunt acerbitati etiam tempus, ne praeterita stipendia procederent.* Loquitur de censoribus. Justino [16, 1.] Antipater *amarus minister regni.* Des. Heraldus: *Additumque inertiae notae.* Rubenius: *tam tetricae,* vel *atroci.* J. FR. GRON. Potuerunt summi viri et ad Livii phrasin, et ad scripturam unici codicis conjectando propius accedere, quae facit omnino: *Additumque tam truci.* Sic *trux cantus* 5, 37, 8. *ingenium* 3, 54, 3. *saevusque insectator* 3, 33, 7. *tribunus* 3, 15. *sententia* 29, 19, 5. *vox* 45, 10, 8. JAC. GRON. *Additum merci censoriae notae* Lov. 1. et Harl. cum edd. Rom. anni 1472. Parm. et Tarvis. *Additumque merci censoriae notae* Lovel. 4. *Additumque Marti censoriae notae* Lovel. 5. et Gaertn. *Additumque mulctae censoriae notae* Hav. et Berol. a m. 1. quum a m. 2. *Additaeque mulctae censoriae notae* substituatur, quod etiam superest in Hafn. Doujatius nihil opus esse putat correctione; etenim *inertem* dici per hypallagen, quae non ipsa quidem iners erat, sed aliorum inertiam notabat. Cujus locutionis aliud vellem laudasset exemplum. Quod enim inlustrare conetur exemplis Horatii, qui *inertem glaciem,* et Senecae, qui *dolorem inertem* vocant, quod inertes et inutiles reddant, quae ambo loca inprovide ex Calepino suo descripsit, huc nihil faciunt, nisi etiam *iners nota* sit, quae reddat homines inertes. Neque notam, qua iners notatur, *inertem* dici posse putabo, nisi notam, qua Fabricius Cornelium Rufinum, quod decem pondo vasa argentea comparasset, perinde ac malo exemplo luxuriosum, notasset, similiter *luxuriosam;* vel illam, qua hi censores callidos exsolvendi jurisjurandi interpretes puniverunt, *perfidam* dici posse probabitur. Locum mendosum esse, clamant codd. varietates. *Additumque tam meritae censoriae notae,* quod in priori notar. ed. Gronovio in mentem venit, recte postea ipse deseruit. Nihil propius ad codicum lectionem accedit, quam quod Jac. Gronov. conjecit. Id etiam Crevierio recipi posse visum est.

Quam pulsus Italia hostis esset Pall tres *quam pulsus Italia omnis hostis esset.* vel ed *quam impulsus Italia omnis hostis es-*

Digitized by Google

praebendorum, ac similium his rerum; convenere ad 11
eos frequentes, qui haftae hujus generis adsueverant: hortatique censores, ut omnia perinde agerent, locarent, ac si pecunia in aerario effet. Neminem, nisi bello confecto, pecuniam ab aerario petiturum effe. Convenere deinde domini eorum, quos Ti. 12
Sempronius ad Beneventum manu emiserat: arcessitosque se ab triumviris mensariis effe dixerunt, ut

set. Forte pro *omnis* legendum *omnino.* GEBH. Tres Pall. Voss. et Andreas: *Italia omnis hostis.* Clamant scilicet, *quam pulsus Italia omni hostis esset.* Non tamen in Gallicis notavi. J. FR. GRON. *Italia pulsus hostis omnis esset* Lovel. 4. et 5. *pulsus Italia omnis hostis esset* Lovel. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et omnes edd. ante Aldum. Ita et Voss. a m. 1. Sed ultimam literam τοῦ *omnis* adposita nota delendam esse librarius indicavit. *Italia omni* etiam in uno e suis fuisse, monuit Crevier. Optimi tamen vulgatum servant. Neque ullam ex Oxon. lectionis varietatem Hearnius notavit.

§. 10. *Curuliumque equorum praebendorum*] Hoc ad circenses votivos videtur pertinere: nec tamen admodum crebram ejus rei mentionem in scriptis vetustiorum auctorum fieri credo. In utroque cod. et inferioris aetatis scriptoribus saepe memorantur *equi curules*, qui et *circenses* dicuntur. V. Cujac. ad l. 4. Cod. Just. de Muner. patrim. Jac. Gothofr. ad l. 1. C. Theod. de Equis curul. et Jurot. ad Symm. 9. ep. 23. De quadrigis publicis est locus Ascon. de Or. Cic. in Toga cand. in fine: *Antonius redemtas habebat ab aerario vectigales quadrigas, quam redemptionem senatori habere licet per legem.* Hunc quidem eodem referendum suspicor; nec tamen scio, quae sint quadrigae illae vectigales, nec usquam alibi invenio, qua lege senatoribus permissum fuerit, eas ab aerario redimere. Qui ad fragmenta Cic. et ad Ascon. scripserunt, nihil quemquam ad haec intelligenda juvant: nam omnes velut ex compacto tacent. DUK. Certiora de hac re adferre nequeo; interim tamen Doujatium a vero aberrasse puto, qui ex hoc loco colligit, equos curulibus magistratibus vehendis publico sumtu praebitos fuisse. Doujatio tamen adsentitur Crevier. Similiter fere obfendit Dacier. qui *Curules equos*, a Festo memoratos, interpretatur equos, qui currum, ubi sella curulis erat, trahebant, quum tamen Fest. reddat *equos quadrigales.*

§. 11. *Qui hastae hujus generis adsueverant*] Nihil ad hunc locum faciunt auctiones, hasta posita fieri solitae, quas frustra huc advocavit Clericus. Potius monendum erat, locationes aedium sacrarum tuendarum, curulium equorum praebendorum, et similium his rerum ad haftam in foro positam a censoribus factas fuisse.

Agerent locarentque] Put. Pet. Voss. asyndeto: *omnia perinde agerent, locarent, ac si.* J. FR.

Digitized by Google

pretia servorum acciperent. ceterum non ante, quam
13 bello confecto, accepturos esse. Quum haec in-
clinatio animorum plebis ad sustinendam inopiam
aerarii fieret; pecuniae quoque pupillares primo,
14 deinde viduarum, coeptae conferri: nusquam eas
tutius sanctiusque deponere credentibus, qui defere-
bant, quam in publica fide. inde, si quid emtum pa-
ratumque pupillis ac viduis foret, a quaestore per-
15 scribebatur. Manavit ea privatorum benignitas ex
urbe etiam in castra, ut non eques, non centurio sti-

GRON. Ita quoque Flor. Lovel. 1. 2. 3. 4. aliique. Mox §. seq. *manumiserat* Ber. et Hav. quod ex alterius interpretatione natum est. Certe *emittere manu*, pro *manumittere*, apud Plaut. frequens est. Tum pronomen *se* exsulat a Lovel. 3.

§. 14. *Inde, si quid emtum paratumque* etc. *a quaestore perscribebatur*] *Perscribere argentum* dici debitorem, qui per argentarium et scripturam mensae creditori solvit, dudum docuerunt viri doctissimi, Turneb. 4. Adv. 13. Salmas. de Usur. p. 513. et de Foen. Trapez. p. 30. Graevius ad Cic. 16. ad Att. 2. et alibi, apud Burm. ad Suet. Caes. 42. Hac significatione si Livius hic usus est eo verbo *a quaestore perscribebatur*, est quaestor creditoribus pupillorum ac viduarum, quod ab his debebatur, per scripturam mensae ab argentario solvebat, qui deinde pecuniam illam a quaestore et aerario repeteret. Sed dubito non nihil, an haec sit sententia verborum Livii. Nam quo ambages illas in hac re? et cur quaestor ipse non malebat creditoribus pupillorum ac viduarum satisfacere, quam eos ad argentarium, deinde ab aerario, quod his solverat, repetiturum, mittere? Ob hanc causam videndum censeo, an hoc ita accipi possit, quaestorem, tamquam debitorem, a tutoribus pupillorum ac viduarum per scripturam (nam ita delegationem fieri posse, est in l. 17. D. de Novation.) delegatum fuisse creditoribus, a quibus pupillis viduisque aliquid emtum paratumque erat, ut hi pretia illarum rerum a quaestore ex pecuniis pupillaribus ac viduarum apud aerarium depositis reciperent. Hoc sensu *a Quaestore* erit a quaestore solvendum, ut in illo Horatii 2. serm. 3, 69. *Scribe decem a Nerio.* ubi recte puto suppleri posse *danda* vel *solvenda*. Etsi autem non scio *ab alio perscribere* usquam alibi dici, pro per scripturam vice sua alium quemcumque reum dare, quemadmodum *ab alio solvere* recte dicitur, qui creditori suo alium quemcumque delegat, qui pro delegante solvat; tamen vix credo, *perscribere* tantum de scriptura mensae dici. Ut ita sentiam, adducor loco Suet. Caes. 42. *De pecuniis mutuis* etc. *decrevit tandem, ut debitores creditoribus satisfacerent per aestimationem possessionum, quanti*

Digitized by Google

pendium acciperent, mercenariumque increpantes vocarent, qui accepisset.

XIX. Q. Fabius consul ad Casilinum castra habebat, quod duûm millium Campanorum, et septingentorum militum Hannibalis tenebatur praesidio. 1 Praeerat Statius Metius, missus ab Cn. Magio Atellano: qui eo anno Medixtuticus erat, servitiaque et plebem promiscue armabat, ut castra Romana invaderet, intento consule ad Casilinum obpugnandum. 2 Nihil eorum Fabium fefellit. Itaque Nolam ad col- 3

quasque ante civile bellum comparassent, deducto summae aeris alieni, si quid usurae nomine numeratum aut perscriptum fuisset. Nam hic *perscriptum* non minus de scriptura debitorum, alium quemcumque creditoribus delegantium, quam de scriptura mensae intelligi posse arbitror: eo, quod incredibile videtur, in infinito illo numero debentium nullos fuisse, qui debitores, vel amicos habuerint, a quibus per privatam scripturam creditoribus usuras solvere potuerint. DUKER.

§. 1. *Et septingentorum militum Hannibalis] et CC militum* Voss. et Ber. in quibus codd. librarii numeri quingenarii notam *D*, ut incognitam, omiserunt. V. ad 37, 40, 11. *et VII. Hannibalis*, omissa numeri centenarii nota, Hearnii D. *quingentorum militum Hannibalis* Hav.

§. 2. *Praeerat Statius Metius*] Vet. lib. *Statius Minius*. probo, ne duo praenomina coëant: *Minii* autem gens Campana est, ut supra ostendi. Hic autem Campanus fuit. SIG. *Praeerat Statius Metis* Voss. *Praeerat Statius Mitius* Gaertn. *Praeerat S. Methius* Hearnii L. 1. Nullus meorum consentit Sigonio, cum quo certe hoc praetextu *Minius* reponi nolim, ne duo praenomina coëant. V. ad 1, 23, 4.

Qui eo anno Mediastuticus erat] Non dubitandum ultra censeo, quin summi apud Campanos magistratus nomen ubique *Medixtutichus* scribendum; primum ex fide libri mei veteris, qui hoc Livii loco sine litura praefert *Medixtutichus*. Deinde auctoritate Ennii apud Festum:

Summus ibi capitur Medix, occiditur alter.

Interpretatur Festus, apud Oscos nomen magistratus. Vellem et hoc addidisset, truncatam eam vocem ab Ennio, ut solet. Quod aït apud Oscos, non movebit: quum Oscorum gens in Campaniae parte fuerit, et, quamvis gens ipsa perierit, lingua tamen manserit. LIPS. 1. Ep. Quaest. 19. *Mediestucus* Ber. *Medistuticus* Gaertn. *Maedixtutius* Lov. 3. *Medixtitieus* Hav. *Maedixtuticus* Flor. et Lov. 5. *Medixtuticus* reliqui codd. neque aliter edd. ante Mogunt. Ita etiam in Pal. 1. et vet. ed. esse, auctor fuit Gebh. supra ad 23, 35, 13. ubi v. plura. Mox *armat*, pro *armabat*, Flor. Cant.

Digitized by Google

legam mittit, *altero exercitu, dum Casilinum obpu-*
4 *gnatur, opus esse, qui Campanis obponatur. Vel*
ipse, relicto Nolae praesidio modico, veniret: vel, si
eum Nola teneret, et necdum securae res ab Hanni-
bale essent, se Ti. Gracchum proconsulem a Beneven-
5 *to adciturum.* Hoc nuncio Marcellus, duobus mili-
tum millibus Nolae in praesidio relictis, cum cete-
ro exercitu Casilinum venit, adventuque ejus Cam-
6 pani, jam moventes sese, quieverunt. Ita a duobus

Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *armarat* Lovel. 2. Deinde *intento Romano consule* Voss. Lov. 1. 2. Ber. Gaertn. et edd. Aldo priores, voce media, quae modo praecessit, perperam repetita.

§. 4. *Se Ti. Gracchum proconsulem a Benevento adciturum*] Voces *se* et *proconsulem* ignorant Voss. et Lov. 2. Pronomen vero insuper abest a Flor. Cant. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et omnibus edd. ante Gronov. qui anno demum 1665. addidit: si ex cod. Put. nihil intercedo. Sin, a Mstis recedere nihil adtinet.

§. 5. *Duobus militum millibus Nolae in praesidio relictis*] Vox *militum* deest in Lovel. 4. *duobus millibus militum* legunt Lovel. 5. Ber. et Hav. Tum *Nolae praesidio relictis* Lov. 4. et 5. Mox *sese* exsulat a Lov. 4.

§. 6. *Casilinum obpugnari coeptum*] *coeptum est* Ber. *coepit* Flor. Cant. Voss. Lov. 3. 4. Harl. et Hav. V. ad 2, 1, 4.

Neque satis inceptis succederet] Pal. 1. *neque satis inceptu succederet.* GEBH. Sic et 40, [11, 10.] *Si facinori eorum successerit, mortem meam idem tu persequi non poteris.* 45, [36, 4.] *Militiamque, si talibus succedat ducibus, horridiorem asperioremque bellantibus futuram.* Tamen in Put. et Pet. est *inceptu.* Delibera, malisne hoc accipere pro *inceptui*, (nam in praefatione totius operis *foedum inceptu*) an scribere *inceptum.* J. FR. GRON. Sed ex hoc loco non magis licet facere substantivum *inceptus*, quam quia dicitur *turpe dictu, jucundum lectu*, substantiva *dictus* et *lectus.* Magis huc facit, quod *coeptus* et *inceptus* etiam substantiva esse ostendit Zinzerl. in Promuls. Crit. c. 93. Adde Barth. ad Stat. 12. Theb. 643. Livius verbo *succedere* saepe dativum jungit. DUK. *inceptus succederet* Flor. et Harl. *inceptum succederet* Lovel. 2. 4. 5. Hafn. et Ber. *inceptu succederet* Voss. et Lov. 3. quam posteriorem lectionem praeferendam puto, ita ut *inceptu* accipiatur pro *inceptui.* quomodo *usu menstruo superesse* ex plurium optimorumque codd. et vett. edd. auctoritate edidi 4, 12, 10. *Fescennino versu similem* Livius dixit 7, 2, 7. *tempus statutum exercitu mittendo* 9, 5. 6. ubi v. Duker. *delectu dat operam* 22, 2, 1. V. Voss. 4. Gramm. 18. Vorst. ad Val. Max. 3, 6, 1. Burm. ad Grat. Cyn. 60. Broekh. ad Prop. 1, 11, 12. et Cort. ad Sall. Jug. 6, 1. Hac for-

Digitized by Google

consulibus Casilinum obpugnari coeptum. ubi quum multa, succedentes temere moenibus, Romani milites acciperent vulnera, neque satis inceptis succederet, Fabius, omittendam rem parvam ac juxta magnis difficilem, abscedendumque inde censebat, quum res majores instarent. Marcellus, multa magnis ducibus sicut non adgredienda, ita semel adgressis non dimittenda esse, dicendo, quia magna famae momenta in utramque partem fierent, tenuit, 7

ma plurimis locis similium nominum dativus in Mstis obcurrit. V. ad 2, 40, 13. 4, 6, 4. c. 37, 4. c. 48, 11. 6, 25, 2. 8, 33, 15. 9, 43, 11. c. 41, 5. et 7. 36, 4, 4. 39, 20, 4. verum illis locis a vulgato recedere vix tutum videtur. Et quidem *inceptus* pro *inceptum* etiam praefert Voss. infra 31, 24, 15. *In temerario inceptu tutum tamen receptum habuit.* Similiter *postulatu*, pro *postulato*, 4, 9, 6. Alia v. ad 5, 13, 5. *Inceptu* igitur, quam *inceptum*, malo, quia Livius solet saepius *succedere* inpersonaliter construere. Quaedam exempla Gronov. non tantum hoc loco laudavit, verum supra etiam ad 8, 25, 12. eodem modo, ut hic loquitur secundum vulgatam lectionem, ex Mto optimo emendavit *si successisset inceptis.* Similiter infra hoc lib. c. 38, 3. *Cui quoniam parum succedit, aperte ac propalam claves portarum reposcunt.* 25, 37, 19. *Si successisset coeptis.* 33, 5, 3. *Nihil conceptae temere spei succedebat.* 38, 25, 8. *Et successisset fraudi, ni pro jure gentium stetisset fortuna.* ubi frustra codd. *successisset fraus.* Ceterum hinc colligi potest, quanopere hospes in Livio fuerit Doujatius, quum eum in usum Delphini Franciae ederet, cui adfirmare non dubitavit, *inceptis succederet* raram alibi loquendi formam esse.

Omittendam rem parvam ac juxta magnis difficilem, abscedendumque inde] Pall. 2. et 3. *rem parvam ac justo magis difficilem.* Tum *ascedendumque* Pal. 1. *abstinendumque* sec. GEBHARD. *rem parvam ac justa magnis difficilem* Lov. 4. sollemni scribarum errore. V. ad 6, 6, 18. *rem parvam ac justo magis difficilem* Lovel. 5. *rem parvam ac victo magis difficilem* Gaertn. De constructione *juxta magnis* v. Perizon. ad Sanctii Minerv. 1, 16, 1. p. 146.

§. 7. *Tenuit, ne incepto abiretur*] Pall. 1. et 3. *tenuit, ne in momento incepto abiretur.* sec. *ne irrito incepto abiretur.* GEBH. Put. et Petav. *ne immerito incepto.* duo Pall. et Voss. *ne in momento incepto.* Tert. evidenter *ne irrito incepto abiretur.* Hoc verum. Fuerat in primaevis *inrito:* inde ista mostella. Silius Ital. [7, 131.] *Irritus incepti.* Nostr 31, [45, 15.] *Cum multis vulneribus repulsi, irrito incepto regressi.* 26, [7, 2.] *Abscedere irrito incepto, et movere a Capua statuit castra.* 29, [35, 12.] *Quum nequidquam omnia experiens obsedisset Uticam, absce-*

Digitized by Google

8 ne irrito incepto abiretur. Vineae inde omniaque alia operum machinationumque genera quum admoverentur, Campanique Fabium orarent, ut abire Ca-
9 puam tuto liceret; paucis egressis, Marcellus portam, qua egrediebantur, occupavit, caedesque promiscue omnium circa portam primo, deinde, inru-
10 ptione facta, etiam in urbe fieri coepta est. Quinquaginta fere primo egressi Campanorum, quum ad Fabium confugissent, praesidio ejus Capuam pervenerunt. Casilinum, inter colloquia cunctationemque petentium fidem, per occasionem captum est.
11 captivi, quique Campanorum, quique Hannibalis militum erant, Romam missi, atque ibi in carcere in-

deret inde irrito incepto. J. FR. GRON. *ne īmonito incepto* Hearnii N. *ne momento incepto* ejusdem L. 1. *ne in momento incepto* Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Rec. et Gaertn. *ne merito incepto* Flor. et Hav. *ne irrito incepto* legisse videntur Lovel. 1. Cant. et Hafn. unde nihil notatum video in excerptis. Id recte probat Gronov. Infra 32, 23, 13. *Irrito incepto, dimissis Achaeis, reditum ad naves est.* 36, 35, 1. *Si irrito incepto abscederent obsidione.*

§. 9. *Caedesque promiscue omnium circa portam* etc. *fieri coepta est*] Rejiciunt Pall. 2. et 3. cum principe ed. *τὸ omnium.* Prim. perperam legit *omnia.* GEBH. *omnium* exsulat etiam a Gaertn. et edd. Aldo antiquioribus. sed *omnia* praeferunt Flor. Lov. 3. et Harl. *in omnia* Lov. 4. Tum *coepta est fieri* Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et, quas vidi edd. Aldo priores.

§. 11. *Captivi, quique Campanorum, quique Hannibalis militum erant*] *captivique Campanorum, quive* Voss. Lovel. 3. Ber. Rec. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *captivique* etiam Lov. 1. 2. 4. Tum *Hannibalis milites erant* Lovel. 4. et 5. Mox *in carcere conclusi sunt* Hav. *in carcerem conclusi* Ber. Ita alibi Livium locutum esse, infra videbimus ad 38, 59, 10. Hic tamen uni codici obtemperare praeceps videtur.

§. 1. *A Casilino re bene gesta recessum est, eis Gracchus*] Praepositionem rejiciunt Voss. et Lovel. 1. sed vocem *eis* Lov. 2. et Ber. am. 1. *est, T. Gracchus* legunt Lov. 4. et 5. *est, Ti. Gracchus* Hearnii L. 1. Mox *in agro hostium praedatum misit*, pro *in agros*, in Put. et Pet. meliore esse, supra monuit Gronov. ad 22, 3, 6. Similiter est in Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. Harl. et Hearnii N. Jungendum itaque *praedatum in agro.*

§. 2. *Quam a Benevento acceperat*] Vet. lib. *ad Beneventum.*

Digitized by Google

clusi sunt: oppidanorum turba per finitimos populos in custodiam divisa.

XX. Quibus diebus a Casilino, re bene gesta, 1
recessum est, eis Gracchus in Lucanis aliquot cohortes, in ea regione conscriptas, cum praefecto sociorum in agros hostium praedatum misit. eos effuso 2
palatos Hanno adortus, haud multo minorem, quam ad Beneventum acceperat, reddidit hosti cladem, atque in Bruttios raptim, ne Gracchus adsequeretur, concessit. Consules, Marcellus retro, unde venerat, 3
Nolam redit; Fabius in Samnium ad populandos agros recipiendasque armis, quae defecerant, urbes processit. Caudinus Samnis gravius devastatus; per- 4

SIG. Pal. 3. *ad Beneventum.* Liv. hujus lib. c. 17, 7. *Per eum stetisse diceret, quo minus accepta ad Cannas redderetur hosti clades.* Ita loquuntur Graeci. Dio [l. 49. p. 405.] de Ventidio: *καὶ τὴν συμφορὰν τὴν ἐπὶ τοῦ Κράσσου σφίσι γενομένην ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἑκατέρου τοῦ ἔτους ἀνταποδεδωκότι τοῖς Πάρθοις.* GEBH. Put. Petav. *ab Beneventum.* Scribe cum Sigonio *ad Beneventum.* J. FR. GRON. *ad Beneventum* etiam Voss. a m. 2. et Lovel. 5. Paullo ante *palantes* edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et quaedam aliae ante Aldum; quum recte Rom. anni 1472. et Parm. cum omnibus scriptis legant *palatos.* V. ad 1, 11, 1. In verbis sequentibus *insequeretur*, pro *adsequeretur*, Rec.

§. 3. *Consul Marcellus retro*] Fac ex melioribus, mutata simul distinctione, *Consules, Marcellus retro, unde venerat, Nolam rediit; Fabius in Samnium.* J. FR. GRON. Omnes codd. vel *Cons.* per compendium, vel *Consules* praeferunt. Id posterius etiam superest in vett. edd. Primus Frobenius anno 1535. subposuit *Coss. Marcellus.* Curio *Cos. Marcellus.* Paris. anno 1573. *Consul Marcellus*; quum interim Sigonius *Consulum Marcellus* vulgari curasset. Patet igitur, compendium scribendi fraudi fuisse. V. ad 10, 10, 2. De ipso autem loquendi genere, quod Gronov. hic restituit, infra v. ad 29, 2, 5. Mox *in Samnites*, pro *in Samnium*, Flor. et Cant. Deinde *rediit* etiam Ber. et Hearnii D. V. ad 36, 35, 2. Forte ita dederunt librarii, ut conveniret sequenti *concessit.* Sed v. ad 3, 46, 9.

§. 4. *Claudinus Samnis gravius devastatus; perusti populatique late agri*] Posset et *Caudinus* a Caudio oppido satis apte legi. Verum quia et *Claudium* in Samnio reperio, nihil mutare sum ausus. SABELL. Deest Put. Pet. Voss. Men. et Pall. *populatique.* J. FR. GRON. Quamvis

Digitized by Google

usti late agri, praedae pecudum hominumque actae.
5 oppida vi capta, Compulteria, Telesia, Compsa, Melae, Fulfulae et Orbitanium: ex Lucanis Blandae:
6 Apulorum Aecae obpugnatae. Millia hostium in his urbibus viginti quinque capta, aut occisa: et recepti perfugae trecenti septuaginta; quos quum Romam misisset consul, virgis in comitio caesi omnes,

dubitet Sabellicus, tamen jam ejus tempore editores *Caudinus Samnis* receperunt. Et ita non tantum maxima codicum pars, verum et Livius supra 23, 41, 13. *Excursiones in agrum Hirpinum et Samnites Caudinos fecit.* Deinde *perustique late agri* Lovel. 4 et Ber. *perusti lateque agri* Voss. et Lovel. 1. ac 2. *perusti populatique agri* Gaertn. Reliqui Mssi *τὸ populatique* rejiciunt.

§. 5. *Oppida vi capta, Compulteria, Telesia, Cossa*] *Compulteriae* ac *Telesiae* etiam superioribus libris mentio. *Cossae* in Hirpinis meminit ab initio hujus libri, ubi tamen *Compsam* libentius legerim. Sequentia nomina quam bene habeant, nihil definio. GLAR. Vet. lib. *Compsa.* Ita vero nominari Irpinorum urbem, quam nunc significat, ante etiam docui. SIG. *Compulteriam*, sive, ut male vocabatur, *Combulteriam*, Romani supra quidem receperunt 23, 39, 6. Verum ex hoc loco conligendum est, interim denuo ad Karthaginienses defecisse, licet Livius ejus non meminerit: quod et aliis locis supra factum esse, antea notatum est. Ceterum *Comprensa*, pro *Cossa*, est in Lovel. 4. *Compraesa* in Lovel. 5. *Complesia* in Hearnii L. 1. *Compsa* in reliquis omnibus.

Melae, Fulfulae et Orbitanium] *inde*, pro *Melae*, Flor. Cant. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Tum *Filulae* Hav. *Fugifulae* Flor. *Fuifulae* Voss. Lovel. 1. 2. Harl. et Gaertn. *Furfulae* Ber. *Fursulae* Lovel. 4. 5. et Hearnii L. 1. *Fiusulae* Lovel. 3. et Hearnii D. *Fuisulae* edd. usque ad Gruter. qui prius *Fulsulae*, in postrema autem ed. *Fulfulae* vulgari curavit. Denique *Orbitantum* Gaertn. *Orbitanum* Ber. Hav. et Hearnii L. 1. Conjicit Doujatius, in hujus nominis scriptura errorem intervenisse, et *Obbitatium* aut quid simile fuisse. Verum omnia sunt incerta, quia neque hujus, neque Fulfulae alibi mentio obcurrit.

Ex Lucanis Blandae: Apulorum Ancae obpugnatae] Frustra Geographi *Ancas* in Apulia quaerunt. Male Ortelius cum *Callipoli* confundit, nec melius Cluverius [4. Ital. ant. 14. p. 1279.] cum *Anxia* Lucanorum, corrigitque, *Ex Lucanis Blanda atque Ancae.* MSS. *Ece.* Put. et Petav. *Aecae.* Hoc germanum oppidi nomen, *Aecae.* Tabula Peutingeri: *Foro novo X. Equo Tutico XII. Aecas XVIII.* Hinc Plinio [3, 11.] *Aecani.* et Frontinus de Coloniis *Ager Aecanensis.* Videtur etiam *occupatae*, vel *expugnatae*, legendum. Id oppidum post cladem Cannensem ceperat Hannibal, ut initio l. 23. narravit Livius, ei-

Digitized by Google

ac de saxo dejecti. Haec a Q. Fabio intra paucos 7
dies gesta. Marcellum ab gerundis rebus valetudo
adversa Nolae tenuit. Et a praetore Q. Fabio, cui 8
circa Luceriam provincia erat, Accua oppidum per
eos dies vi captum: stativaque ad Ardoneas commu-
nita. Dum haec aliis locis ab Romanis geruntur, 9
jam Tarentum pervenerat Hannibal, cum maxima

que praesidium imposuerat: ideo nunc vi recuperandum fuit. Caeterum hoc de loco sic restituendo etiam me monuit Alb. Rubenius. J.FR.GRON. *Blanda* Hearnii L. 1. quomodo Plinio et Melae vocari, docet Cluver. 4. Ital. ant. 14. p. 1263. Deinde *Apulorum arte* Lovel. 4. et Hearnii L. 1. *Apulorum Acte* Gaertn. *Apulorum aeque* Hafn. *Apulorum equae* Hav. *Apulorum Accae* Lovel 5. *Apulorum Ete* Lovel 2. *Apulorum Ethe* Ber. *Apulorum Aetae* Flor. *Apulorum Ere*, supra scripta voce *Arice*, Harl. *Apulorum Aece* Lov. 3. De *Aecis* v. ad 23, 1, 1.

§. 6. *Viginti quinque capta, aut occisa*] *XXVI capta* Gaertn. et Hearnii N. ac D. *capta aut caesa* Ber. In verbis sequentibus *perfugae quadringenti octoginta* Hav. *perfugae CCCLXXX* Hearnii D. Mox §. 7. *gerundis*, pro *gerendis*, edidit Gron. quod ex meis firmat Flor.

§. 8. *Provincia erat, Accua oppidum per eos dies vi captum*] *Accuca* Voss. Lovel. 1. 2. 3. Harl. et Hearnii N. *Accuta* Lovel. 4. et Hav. *Acuta* Ber. *Acunea* Gaertn. *Aceva* Lovel. 5. *Achutra* Hearnii L. 1. *provincia rata cuca oppidum* Flor. Vix alibi hujus oppidi nomen obcurrit. Tum vox *vi* non adparet in Ber. a m. 1. et Hav. Paullo ante *a PR. R. Q. Fabio* Lovel. 3. *a Pr̃. Q. Fabio* Hearnii N. id est, *a propraetore*. Verum Fabius consulis filius hoc anno praetor fuit. V. supra hoc lib. c. 9, 4.

Stativaque ad Ardoneas communita] Videndum, num *apud Herdoneam* legendum, ut saepe postea. *Ardonearum* nemo, quod equidem sciam, meminit. GLAR. Ptolemaeus *Erdoneae* in Apulia meminit [3, 1.] *Ardonearum* nemo. Strabo l. 6. [p. 282.] *Κερδονίαν* appellat. ut puto, mendose. SIG. Pal. 2. *stativaque Androneas*. GEBH. Transpositis literis *Ardaneos* est in Lovel. 4. et 5. *Ardeanos* in Hearnii L. 1. Sed *Herdonias* legit Ber. *Herdoneas* Hav. Verum *Ardonam* inter urbes Apuliae meminit Front. de Colon. p. 126. *Herdonienses* Plinius 3. Hist. Nat. 11. Et tamen uterque Front. et Plin. eo loco ordinem literarum alphabeti observarunt, ut de mendo suspicio esse nequeat. *Herdoneam* legendum Sigonius infra existimat 25, 21, 1. Verum *Herdoniam*, et *Ardonam* diversas urbes statuit Holsten. ad Cluv. Ital. ant. p. 272. *Ardoneas* autem et *Herdoneam* eamdem urbem esse, ibid. p. 281.

§. 9. *Dum haec aliis locis ab Romanis geruntur*] Vereor, ne quid exciderit, et Livius scripserit *aliis atque aliis locis*. 27, 25, 7. *Marcellum aliae atque aliae*

Digitized by Google

10 omnium, quacumque ierat, clade. In Tarentino demum agro pacatum incedere agmen coepit. nihil ibi violatum, neque usquam via exceſſum eſt: adparebatque, non id modeſtia militum aut ducis, nisi 11 ad conciliandos Tarentinorum animos, fieri. Ceterum quum propemodo muris acceſſiſſet, nullo ad

objectae animo religiones tenebant. 28, 35, 1. *Inchoata res aliis atque aliis de caussis dilata erat.* 30, 28, 8. *Quum assuessent per aliquot annos bellum aliis atque aliis in Italiae partibus gerere.* Adde 6, 12, 4. Itaque, si hallucinor, succurret pudori meo genius ſtyli Liviani. JAC. GRON. Ita Liv. 2, 11, 2. *Ut praedatum milites transflumen per occasiones aliis atque aliis locis trajiceret.* 7, 39, 7. *Quos consul aliis atque aliis caussis mittebat.* 25, 23, 6. *Et idem saepius eodem modo alii atque alii: postremo ad octoginta facti.* 31, 29, 9. *Quotannis alium atque alium dominum sortiuntur.* 35, 24, 1. *Quum alii atque alii nuncii bellum instare adferrent.* 38, 16, 6. *Alios atque alios dies noctesque transvehendo.* 44, 6, 2. *Per alia atque alia pavida consilia et imperia trepidans.* c. 16, 6. *Subtrahere sese per alias atque alias caussas.* Codd. tamen nihil mutant, nisi quod *aliis in locis a Romanis geruntur* legat Ber. *aliis locis in Italia geruntur* Hearnii L. 1.

§. 10. *Neque usquam via excessum est*] Pal. 1. *usque jam vim excessum.* tert. *usquam viam excessum.* GEBH. Put. Pet. Men. Voſſ. *usque jam vim excessum.* Videntur voluiſſe *neque usquam viam excessum est.* Ut superius 23, 1, 3. *Urbem excessissent.* 2, 37, 8. *Factoque senatusconsulto, ut urbem excederent Volsci.* 25, [9, 4.] *Ne diverti quemquam aut excedere ordinem agminis paterentur.* J. FR. GRON. *neque usque quo inde excessum* Hafn. *neque usq; q̃m inde excessum* Hav. *neque usque quoque inde excessim* Ber. *neque usque jam ut excessum* Lovel. 3. *neque usquam jam vi excessum* Lovel. 2. *neque usquam jam vim excessum* Lovel. 1. 4. et Voſſ. *neque usque jam vim excessum* Flor. a m. 1. *vi* a m. 2. *neque usquam vim excessum* Cantabr. *viam excessum*, quod Gronov. conjicit, Gebh. in Pal. 3. invenit. *vim* et *viam* saepe commutarunt scribae. V. ad 32, 9, 8. *Excedere* autem cum casu quarto conſtrui, supra v. ad 2, 37, 8.

Nisi ad conciliandos Tarentinorum animos] Vet. lib. *sed ad conciliandos.* Quod genus dicendi planius eſt. SIG. Pal. 2. *sed ad conciliandos.* falso. GEBH. Put. *usi.* Illi codices, ex quibus *sed ad* probat Sigonius, haud dubie vitiati. nam ea notione particula *nisi* apud Plautum, Terentium, Ciceronem, noſtrum frequens. J. FR. GRON. *sed ad* unus meorum Ber. *usi ad* Flor. vocula autem vel *nisi* vel *sed* non adparet in Hav. reliqui omnes conſtanter *nisi ad.* quod recte Gronov. tuetur. *nisi* pro *sed* barbaro linguae Latinae aevo frequenter usurpatum fuiſſe, docuit Du Cange Gloſſ. med. Latin. ea voce; non tamen sine veterum scriptorum exemplo, ut non tan-

Digitized by Google

conspectum primi agminis, ut rebatur, motu facto, castra ab urbe ferme passus mille locat. Tarenti, 12
triduo ante, quam Hannibal ad moenia accederet, a M. Valerio propraetore, qui classi ad Brundisium praeerat, missus M. Livius, primore juventute con- 13
scripta, dispositisque ad omnes portas, circaque mu-

tum constat ex illis, quae Gronov. ad hunc loc. verum etiam ad Plauti Prol. Menaechm. v. 59. notavit. Neque tantum hoc sensu apud comicos obcurrit, ut indicare videtur nuperus Ter. commentator Westerhov. ad Andr. 4, 1, 40. verum etiam apud alios scriptores, ex quibus exempla laudarunt Paul. Manut. ad Cic. 13. ad fam. 1. et Ald. Manut. ad Sall. Jug. 24. etiam Malasp. ad Cic. 11. ad Att. 6. Et ita Caesar. 5. Gall. 13. *Nihil de eo percunctationibus reperiebamus, nisi* etc. *videbamus.* Illud *sed* igitur ex glossa interpretis natum est. Flor. a m. 2. inepte hoc modo interpolatus est: *aut ducis jussu, sed ad conciliandos.*

§. 11. *Ceterum quum prope jam moenibus accessisset*] Pal. 2. *cum prope muros accessisset.* Pal. 1. et 3. *cum propemodo quis accessisset.* GEBH. Put. Pet. Men. duo Pall. Voss. *quum propemodo quis accessisset.* Si nihil aliud, arcent τὸ *jam.* Pal. 3. *prope muros.* Nisi malis *quum propemodo muris successisset.* Nam *propemodo* et Plauti est, ut ad eum notamus [in Trin. 3, 3, 50.] J. FR. GRON. Priscam scripturam *prope jam noenibus* servat Lovel. 1. *prope noenibus,* omisso τῷ *jam,* Voss. in margine. *prope muros accessisset* Ber. Hafn. et Hav. *prope muros quis* Lovel. 5. *propemodo quis* Flor. Cant. Lovel. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hearnii Oxon. Gronov. in priori ed. not. maluerat *quum propemodum muris successisset,* pro quo propius lectionem Mstorum in iterata ed. subposuit *propemodo*, quod etiam Plinio restituit l. 34, 14. Eadem autem ejus ratio est, ac τοῦ *postmodo*; de quo v. ad 25, 38, 12. Mox *ad conspectum primum agminis* Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Rec. Gaertn. et Hav.

§. 12. *A M. Valerio propraetore, qui classi ad Brundusium praeerat, missus. Is primore*] Ex hac lectione plane datur intelligi, deesse nomen ejus, qui missus sit, nec postea a Livio ponitur. Sed Livium, Salinatoris fratrem, intelligi volo, ut Livius alio loco demonstrat, quamquam Cicero aliter sentiat: quo praesidium tenente, Tarentum est Annibali proditum. SABELL. Locus notatus erat in plerisque libris asterisco. Desideratur nomen Romani praefecti, qui Tarentum tenuerit, a M. Valerio missus. Sane libro priore [c. 38.] L. Apustius Tarento praeerat. Quidam *T. Valerium* substituere, sed *P. Valerium* maluissem. Ipse Livius *M. Livium* praefuisse dicit, ac Tarentum sub eo captum ab Hannibale praeter arcem, quam quinquennio defendit, donec Q. Fabius Tarentum rursus ceperit. Nec tamen eum Salinatorem fuisse puto, quod nec Livius uspiam perhibet, sed Macatum. Utriusque sane mentio est l. 27, [34.] ubi Claudius Nero cum Salinatore sit consul.

Digitized by Google

ros, qua res postulabat, stationibus, die ac nocte plurimum intentus, neque hostibus, neque dubiis
14 sociis loci quidquam praebuit ad tentandum. Quare diebus aliquot frustra ibi absumtis, Hannibal, quum eorum nemo, qui ad lacum Averni adissent, aut ipsi venirent, aut nuncium literasve mitterent,

Certe Salinatoris descriptio, quam eo in loco exhibet author, nequaquam Tarenti praefecto convenit, etiamsi Cic. in Catone [c. 4.] ubi de Q. Fabii laudibus differit, Salinatorem fuisse dicat: sed fieri potest, ut aut hoc adjectum sit Ciceroni, aut nominum variationem erroris caussam dedisse, ut hoc variatum sit in Romana historia; quemadmodum in aliis plerisque accidisse, satis certo constat. GLAR. *P. Valerium Flaccum*, quem supra *Q. Fulvium Flaccum* bis [23, 34. et 38.] per mendum vocavit, significat. Hoc autem loco vulgo *T. Valerius* legebatur: in vet. lib. hoc nomen omissum est. Suspicor autem, ne *M. Livius* potius reponendum sit, praesertim quod eo praefecto Tarentum amissum sit, Polybio, Livio, et Plutarcho auctoribus, quanquam apud hunc [in Fab. p. 187.] mendose est Μάρκιος Λεύκιος, pro Μάρκος Λίβιος. † „Haec ex Glareani „commentariis habet, omisso e„jus nomine." †. SIG. Hic primum Put. Pet. Voss. Men. *Tarenti:* dein ablegant illa, *T. Valerius legatus*, quae et absunt omnibus editis ante Curionem et Gryphium, non modo libro Sigonii recte suspicantis, si quid judico, *M. Livium* potius nominari debuisse: porro omnes *priore*, non *primorum:* et ita quidem Put. *praeerat missus ibi sin priore conscribta juventute.* Repone igitur: *Tarenti triduo antequam Hannibal ad moenia accederet, a M. Valerio propraetore, qui classi ad Brundusium praeerat, missus M. Livius, primore conscripta juventute, dispositisque ad omnes* etc. Patet ergo, locum non habere, quod conjiciebat vir doctus: *Is Tarentinorum.* J. FR. GRON. *Tarenti*, pro *Tarentum*, omnes mei. Neque aliter edidit Aldus, asterisco tamen post hanc vocem in contextu inserto, ut locum mendosum indicaret. Editorum primus Sobius Coloniae anno 1525. vulgari curavit *praeerat*, *T. Valerius legatus missus*, quum tres mediae voces abessent ab omnibus antiquioribus, ut et a libris scriptis. Unus Ber. ejus, qui missus erat, nomen ita retrahere conatur, *accederet*, *M. Valerius, propraetor, qui* etc. *praeerat missus.* Verum ita deest nomen mittentis. Hav. autem *accederet*, *a M. Valerio propraetor*, *qui* etc. *praeerat*, *missus.* Verum ipse M. Valerius propraetor erat. *praeerat, missus. Is in priore* Flor. *praeerat missus. Is inde priore* Lovel. 4. et ita etiam Lovel. 5. nisi quod *prior*, pro *priore*, praeferat. *praeerat missus. Is priore* Voss. Lovel. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Verum, aut certe vero proximum, videtur, quod Gronov. recepit. *priores* et *primores* in Mssis saepe confunduntur. V. ad 37, 43, 10. Vir doctus autem, qui *Is Tarentinorum juventute* in Livio legebat, est Freinsh. in Indice Curtii v. *Juniores.*

Digitized by Google

vana promissa se temere secutum cernens, castra inde movit. Tum quoque, intacto agro Tarentino, 15
(quamquam simulata lenitas nihildum profuerat, tamen spe labefactandae fidei haud absistens) Salapiam ut venit, frumentum ex agris Metapontino atque Heracliensi (jam media aestas exacta erat, et

§. 13. *Die ac nocte plurimum intentus*] *puuia*, pro *plurimum*, Put. superscripta *l* litera, ut sit *pluuia*, quod etiam superest in Flor. Voss. Lovel. 2. a m. 1. Lovel. 3. Harl. a m. 2. et Gaertn. *proelio* Ber. et Hav. *plurima* Lovel. 2. a m. 2. Lov. 5. et Harl. a m. 1. Ex vestigiis autem primigeniae in Put. scripturae Cl. Crevier. scribendum conjicit *die ac nocte juxta intentus*, idque exponit die pariter ac nocte. *Tò juxta* eo sensu inlustravi ad 1, 54, 9.

Praebuit ad tentandum. Sicque diebus aliquot] Put. *adtentandumque diebus*, deleta particula media. Scribe *ad tentandum. Quare diebus aliquot.* J. FR. GRON. Eadem lectio superest in Flor. et Lovel. 2. ac 3. *ad tentandum quae diebus* in Cant. et Lovel. 4. *ad tentandum. Itaque diebus* in Lovel. 1. *ad tentandum. diebus* Ber. et Hav. Mox *se* deficit in Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. et Gaertn. V. ad 1, 23, 5. Sed nihil muto.

§. 15. *Simulata lenitas nondum profuerat*] Optimi *simulata lenitas nihildum profuerat.* J. FR. GRON. Duplici lectione juncta *nihil nondum profuerat* Hav. *nil nondum profuerat* Ber. Sed recte *lenitas nihildum profuerat* Flor. Infra 35, 20, 1. *Nihildum ad id bellum praeter animos parabant.* Similiter *nullusdum* 29, 11, 1. ubi plura vide.

Spe labefactandae fidei haud absistens) Salapiam tendit, eoque frumentum] Vet. lib. *haud assistens*, hoc sensu: Annibal, ubi se a proditoribus Tarenti non excipi vidit, haud diu ad Tarentum assistens Salapiam tendit, quod celeritate discessus speraret, se fidem hominum esse labefacturum, se, Tarenti capiendi causa cum venisset, elusum esse. Si legas *haud absistens spe*, id erit aeque ac si dicas, haud spe destitutus. SIG. Non aliter libri omnes; quare ridicule *assistens* comminiscitur Sigonius. GEBH. Put. *Salapiam viventi frumentum.* Pet. *Salapiam ut venti frum.* Men. Voss. *Salapiam ut vendi frum.* deest autem omnibus *tò eoque.* Scribe, *Salapiam ut venit, frumentum.* Nec vero optimus *jam media aestas*, sed *jameni aestas.* Totum ergo locum sic reconcinna: *Tum quoque intacto agro Tarentino, quamquam simulata lenitas nihildum profuerat, tamen spe labefactandae fidei haud absistens, Salapiam ut venit, frumentum ex agris Metapontino atque Heracliensi (jam enim aestas exacta erat, et hibernis placebat locus) comportat.* Nam *haud assistens*, quod ingerit Sigonius, nec in scriptis est, et sensus refutat. J. FR. GRON. *haud assistens* est in edd. Rom. anni 1472. ac Parm. sed recte *haud absistens* viri docti contra Sigonium defenderunt; eam enim lectionem constanter om-

Digitized by Google

16 hibernis placebat locus) comportat. Praedatum inde Numidae Maurique per Sallentinum agrum proximosque Apuliae saltus dimissi. unde ceterae praedae haud multum, equorum greges maxime abacti: e quibus ad quatuor millia domanda equitibus divisa.

1 XXI. Romani, quum bellum nequaquam contemnendum in Sicilia oriretur, morsque tyranni duces magis inpigros dedisset Syracusanis, quam caussam aut animos mutasset, M. Marcello alteri consu-
2 lum eam provinciam decernunt. Secundum Hieronymi caedem primo tumultuatum in Leontinis apud

nes codd. servant: quam etiam tuetur Gron. in priori ed. not. ad 37, 17, 7. *Absistere re*, quam facimus, vel *loco*, in quo versamur, recte dici, Cel. Burm. monuit ad Phaedri 3, 2, 18. Ita *absistere obpugnatione*. V. ad 9, 15, 3. *absistere bello*. V. ad 21, 6, 8. *absistere incepto*. V. ad 31, 26, 5. *absistere sequendo* 29, 33, 8. *absistere pugna* 31, 17, 10. *absistere conatu* 33, 5, 3. *absistere armis* 37, 60, 4. *absistere imperio* 38, 16, 14. Videnda etiam, quae notavi ad Silii 2, 325. et 15, 190. Verum hic etiam de adfectione animi, quam patimur, dicitur, cujus locutionis aliud exemplum nondum notavi. Praeterea *eoque* deest in omnibus meis. *Salapiam tendit, frumentum* legit Lovel. 1. *Salapiam ut vendi, frumentum* Lovel. 2. 3. 4. et Harl. *Salapiam ut inde vendi, frumentum* Lovel. 5. et Gaertn. *Salapiam vendendi frumentum* Hearnii L. 1. *Salapiam frumentum* Cantabr. *Salapiam ut venit, frumentum*, ut Gronov. emendat, Flor. Ber. Hav. aliique. Posses locum etiam hoc modo distinguere: *castra inde movit, tum quoque intacto agro Tarentino; quamquam simulata lenitas nihildum profuerat, tamen spe labefactandae fidei haud absistens. Salapiam ut venit*, etc.

Metapontino atque Heracliensi] Ita omnes edd. At *Heraclensi* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. *Eradensi* Lov. 5. Graece dicta est Ἡρακλεία. quod Latine vel *Heraclea* vel *Heraclia* efferri potest, similiterque *Heracleensis* vel *Heracliensis* inde formari debet. V. ad 38, 1, 7. Alibi tamen nomen hujus urbis in optimis membranis *Heraclea* scribitur. V. 1, 18, 2. et 8, 24, 4. Potius itaque legam hoc loco *Heracleensi*. Mox *comportabat* Lovel. 1. et Gaertn.

§. 16. *Per Salentinum agrum*] *per Sallentinum* Flor. Lovel. 3. Gaertn. et alii. Idem et in Oxon. N. superesse, Hearnius notavit. V. ad 9, 42, 4.

§. 1. *Duces magis inpigros dedisset Syracusanis*] Pall. tres,

Digitized by Google

milites fuerat, vociferatumque ferociter, parentandum regi sanguine conjuratorum esse. Deinde liber- 3
tatis restitutae dulce auditu nomen crebro usurpatum, spes facta ex pecunia regia largitionis, militiaeque fungendae potioris ducibus, et relata tyranni foeda scelera foedioresque libidines, adeo mutavere animos, ut insepultum jacere corpus paullo ante desiderati regis paterentur. Quum ceteri ex 4
conjuratis ad exercitum obtinendum remansissent, Theodotus et Sosis regiis equis, quanto maximo cursu poterant, ut ignaros omnium regios obprimerent, Syracusas contendunt. ceterum praevenerat 5

et vet. ed. *Syracusanos*. sed tamen vitiose. GEBH. Eadem menda commissa etiam est in Flor. Voss. a m. 1. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Mox *antequam caussa aut animus mutasset* perperam etiam Flor. a m. 2. Tum *alteri consuli* Ber. et Hafn. Male. V. ad 9, 32, 2.

§. 2. *Dulce auditum nomen*] Ab conjectura nostra est *auditu*. J. FR. GRON. Conjecturam hanc probat, et in margine Victor. cod. exstare testatur Cl. Crevier.

Spe facta etc. *militi, atque fungendi potioribus ducibus*] MSS. optimi, *spes facta ex pec. regia largitionis militi atque fungendae potioribus ducibus*. Unde exstruxi: *Deinde libertatis restitutae dulce auditu nomen crebro usurpatum, spes facta ex pecunia regia largitionis, militiaeque fungendae potioris ducibus*. Vulgatum sensu caret. Livius 26, [21, 16.] *Quod in oppidis hibernare vetiti erant, segni fungebantur militia*. Tacitus 2. Ann. [36.] *Legionum legati, qui ante praeturam ea militia fungebantur*. Idem 1. Hist. [87.] *Facta et spes honoratioris in posterum militiae*. 4, [17.] *Manentibus honorata militia, digredientibus spolia Romanorum offerebantur*. Ammianus 18, [3.] *Post ejus excessum nobilioris militiae fastu elatus*. J. FR. GRON. *spe facta* errore operarum obsedit primo ultimam Gruteri ed. idque Dan. Heins. in Elzev. servavit. *militi atque fungendae potioribus ducibus* etiam Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. aliique. Gronov. in priori ed. not. locum paullo aliter emendabat, hoc modo: *spes facta ex pecunia regia largitionis militi, militiaeque potioris ducibus*. quasi praecedens vox *militi* caussa fuisset, ut primae literae vocis *militiaeque* excidissent, et *aeque*, quod supererat, in *atque* deinde mutaretur. quod non displiceret, si codicum auctoritas accederet. Conjecturam Gronovii, repetitis curis propositam, probat Crevier. nisi quod *potioribus* servet, et exponat militiae sub potioribus ducibus. Contra

Digitized by Google

non fama solum, (qua nihil in talibus rebus est ce-
6 lerius) sed nuncius etiam ex regiis servis. Itaque
Andranodorus et Insulam, et arcem, et alia, quae
poterat, quaeque opportuna erant, praesidiis fir-
7 marat. Hexapylo Theodotus ac Sosis post solis
obca-

Doujatius vulgatum adversus Gronovium defendit, et *fungendi potioribus ducibus* exponit fungendi munere ac militia sub potioribus ducibus; cujus locutionis alia exempla adlata oportuisset. Quae enim ex scholis jurisconsultorum laudat, huic loco non conveniunt.

§. 4. *Theodotus et Sosis*] Ita optimi praeferunt codd. V. ad c. 5, 10.

§. 5. *Nuncius etiam ex regiis servis*] *ex regis servis* Flor. Harl. Ber. Hav. et plures ex edd. *ex servis regis* Voss. Lovel. 1. 2. et Gaertn. V. ad 32, 6, 6. In praecedentibus vocem *rebus* abjiciunt Lovel. 2. et Ber.

§. 6. *Et Insulam, et arcem*] *Insulam*, Syracusarum quartam partem intelligit, non totam Siciliam, ut post dicam. SIGON. Duas arces habuerunt Syracusae, Euryelum in Epipolis, et aliam in Insula, teste Cluv. 1. Sicil. ant. 12. p. 154. arcem autem fuisse potiorem Insulae partem, docet ibid. p. 156.

§. 7. *Hexaphoro Theodorus ac Sosis*] *Hexapylo* recte emendarunt alii. At nomina partium urbis Syracusarum apud Livium et hoc et sequente libro non usque adeo cum Thucydidis descriptione, quam is habet libris 6. ac 7. conveniunt. Et hoc loco *Tincham* quidam habebant codices, cum libro sequente *Thicam*, in Thucydide *Sycae* nomen est: quam Athenienses muro celerius Syracusanorum opinione circumsepserant. Fieri tamen potest, ut Hieronis tempore multa adjecta mutataque fuerint, quae ex his duobus authoribus, facta comparatione, aliqua ex parte satis apparent. GLAR. Rursus scripti *Theodotus*. J. FR. GRON. V. modo ad §. 4. Ceterum Aldus est, qui, quum antea *Hexaphoro* edebatur, recte *Hexapylo* restituit. *Hexapylum* autem fuisse portam istius partis Syracusarum, quae Tyche dicebatur, docet Cluver. 1. Sicil. ant. 12. p. 151.

Transvecti per Thicam] Vet. lib. *Ticam*. Legendum est autem *Tycham*, vel *Tychen*. pars una et haec Syracusarum fuit, quod ibi templum Fortunae esset, ita appellata: auctor Cicero in Verrem [l. 4, 53.] SIG. Pal. 2. et 3. *Tincham*. Vet. ed. *per Thincam*. GEBH. Iidem etiam optimi *travecti per Tycham*. J. FR. GRONOV. De Tyche, parte Syracusarum, v. Cluv. d. l. ubi apud Thucyd. 6, 98. pro Συκῆν, cujus Glarean. ad verba praec. meminit, Τύκην legendum docet. Praeterea *travecti* quoque Flor. Lov. 3. et Gaertn. cum edd. antt. Similiter scribunt codd. 21, 47, 5. 32, 16, 2. 39, 7, 1. (*38, 16, 6.) Ita et *travehere* et *travectio* scribit cod. Memm. in Suet. Aug. 38. Ita et *tranare*. V. ad 21, 27, 5. *tramittere* 28, 5, 18. *trajecti* est in Hafn. et Hav. V. ad 31, 45, 8.

Digitized by Google

obcasum jam obscura luce invecti, quum cruentam regiam vestem atque insigne capitis ostentarent, travecti per Tycham, simul ad libertatem, simul ad arma vocantes, in Achradinam convenire jubent. Multitudo pars procurrit in vias, pars in vestibulis 8
stat, pars ex tectis fenestrisque prospectant, et,

In Acradinam convenire jubent] Vet. lib. *Achradinam*. Sic Steph. Ἀχραδίνη νῆσος ἔχουσα πόλιν, ἣν ἐπολιόρκησε Μάρκελλος, καὶ Ἀχραδίνη μοῖρα Συρακουσῶν. Hanc partem etiam Syracusarum fuisse, scribit eodem in loco Cicero. SIG. Libri omnes *in Achradiam*. GEBH. Adspirationem in nomine Latino potius abjiciendam, censet Cluv. 1. Sicil. ant. 12. p. 152. V. etiam Dausq. Orthogr. parte 2. ea voce.

§. 8. *Pars procurrit in vias, pars in aedium vestibulis stat*] Taceri non debet, in cod. Put. hoc est, uno instar omnium, et cujus auctoritas praegravat sola, item Voss. Gud. ac Cantabrig. abesse τὸ *aedium*. Quid igitur? Nempe adjungit Livius 5, 41, 8. *Intuebantur in aedium vestibulis sedentes viros*. 33, 48, 9. *Concursus ad vestibulum aedium est factus*. Addit item quinti libri epitome. Ergo ἀπρὶξ retinenda ea vox. At omittit ipse item Livius 2, 54, 9. *Qui obversati vestibulo tribuni fuerant*. Et quum animadvertam, hunc ipsum Livium, qui 24, 16, 17. dixerat: *Apparata convivia omnibus in propatulo aedium fuerant*. 26, 23, 18. *Magno rogo in propatulo aedium accenso*. maluisse absque τῷ *aedium* scribere 25, 12, 15. *Vulgo apertis januis in propatulis epulati sunt*; quae caussa me differre jubet, ut non ocius in ea vocula verso stylo utar? JAC. GRON. Non est causa, cur hic praestantissimis MSS. obsequi non velimus. Sed admodum leve est argumentum, quia Livius semel scripsit *in propatulo*, vel *in propatulis*, non addito *aedium*, ideo aliis locis, in quibus legitur *in propatulo aedium*, vox *aedium* supposita et exterminanda est. Nam potius contra concludendum fuerat, ex eo, quod hoc plus semel apud eum invenitur, intelligi, illud ellipticum esse. Non dubium est, quum Livius dicit *in propatulo*, supplendum esse *loco*, vel *locis*. Nam ita Cic. 4. Verr. 49. *Ante aedem Cereris in aperto ac propatulo loco signa duo sunt*. Jam quia multa sunt loca propatula, utique, quum locus patens et apertus aedium significatur, recte dicitur *in propatulo aedium*, nec magis in Livio delendum est *aedium*, quam *domi* in his Corn. Nep. Annib. 9. *Easque statuas in propatulo domi abjicit*. An etiam apud Livium 5, 41. 33, 48. et in Epit. l. 5. verso stilo in hac voce utendum consuerit vir doctissimus, mihi non satis liquet; sed si ita sensit, me sibi adsentientem non habebit. DUK. Vocem *aedium* abjiciunt Flor. Lovel. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. atque N. Eorum auctoritate etiam expunxi. Ceterum *procurrit in portas* est in Ber. At voces *in vias* omittit Cant. Mox *cogitant*, pro *rogitant*, Voss. et Lovel. 1. 2. ac 4. Ita errant etiam scribae supra 4, 13, 12. 7, 25, 1. et aliis locis.

Digitized by Google

9 quid rei sit, rogitant. Omnia luminibus conlucent, strepituque vario complentur. armati locis patentibus congregantur. inermes ex Olympii Jovis templo spolia Gallorum Illyriorumque, dono data Hieroni
10 a populo Romano, fixaque ab eo, detrahunt, precantes Jovem, ut volens propitius praebeat sacra arma, pro patria, pro Deum delubris, pro liber-
11 tate sese armantibus. Haec quoque multitudo, stationibus per principes regionum urbis dispositis, adjungitur. In Insula inter cetera Andranodorus
12 praesidiis firmat horrea publica. Locus, saxo quadrato septus, atque arcis in modum emunitus, capitur ab juventute, quae praesidio ejus loci adtributa erat, mittuntque nuncios in Achradinam, horrea frumentumque in senatus potestate esse.

§. 9. *Ex Olympii Jovis templo spolia Gallorum*] V. Periz. Anim. Hist. c. 7. p. 242. DUK. *Olympi Jovis templo* Voss. Lov. 2. 3. Ber. et Hav. *Olympo Jovis templo* Harl. *Olympio Jovis templo* Gaertn. Infra c. 33, 3. *Ad Olympium* (*Jovis id templum est*) *castra posuit.* Verum optimi stant pro vulgato. Ita autem, non *Olympicum Jovem*, vocandum esse, docuerunt Casaubon. ad Suet. Calig. 22. et Cel. Burm. ad Suet. Aug. 60. Mox *donata*, pro *dono data*, Lov. 4. et 5. *dona data* Lovel. 3. Harl. Gaertn. et Hav. cum edd. antt. quam locutionem inlustrat Gronov. 4. Obs. 14. p. 230. unde etiam constat, librarios alibi locutiones *dona dare* et *donare* commutasse. Hic tamen vulgatum malo, cui integerrimi codd. adhaerent. V. ad 4, 20, 4.

§. 11. *Praesidiis firmat horrea publica*] Cl. Crevier. series narrationis poscere videtur, ut legamus *firmarat.*

§. 1. *Ex principibus unus, nomine Polyneus*] Scribe *Polyaenus.* Πολύαινος. Etenim hoc cap. *ex qua pridie Polyneus:* Put. clare *Poltaenus.* J. FR. GRON. In tantum juvat Flor. ut, adscita diphthongo, legat *Polynaeus.* Etiam aliis literis transpositis, *Philonaeus* est in Cant. Praeterea *principum unus* Rec. *Τὸ ex* deerat etiam in Flor. et Lov. 2. ac 3.

§. 2. *Servitudinis indignitatisque homines expertos*] Suspecta in Livio vox *servitudinis.* quamquam Festus notet: *Eritudo*, *et servitudo.* Sic enim legendum. Vetus lectio *servitutidius*[5]. divinabam *servitii tidium indignitatesque*, sive *taedium.* LIPS. 5. Ep. Quaest. 23. Prima vox suspecta Cl. Lipsio est, quam tamen custodit Pal. 1. cum prisca re-

Digitized by Google

XXII. Luce prima populus omnis armatus inermisque in Achradinam ad curiam convenit. ibi pro Concordiae ara, quae in eo sita loco erat, ex principibus unus nomine Polyaenus concionem et liberam et moderatam habuit: *Servitudinis indignitatisque homines expertos, adversus notum malum irritatos esse. Discordia civilis quas inportet clades, audisse magis a patribus Syracusanos, quam ipsos vidisse. Arma quod inpigre ceperint, laudare: magis laudaturum, si non utantur, nisi ultima necessitate coacti. In praesentia legatos ad Andranodorum mitti placere, qui denuncient, ut in potestate senatus ac populi sit: portae Insulae pateant; recedat praesidium. Si tutelam alieni regni suum regnum velit facere, eumdem se censere, multo acrius*

censione. Ex scriptura cod. Lipsiani posset et non incommode elici *servitii diutius indign.* nisi quod Pall. 2. et 3. *servitutis indign.* GEBH. Sic MSS. ut et vulgati. Lipsius conjicit *servitii taedium.* Possis et, ut credo, propius *servitii poenas indignitatesque.* Vox tamen est apud Festum. *Eritudo, servitudo.* J. FR. GRON. *expertus* cum genitivo ex Virg. et Tacit. etiam lexica habent. Et sic MSS. nonnulli in Suet. Vesp. 4. *Ipse potissimum delectus est, et ut industriae expertus, nec metuendus ullo modo.* Hoc ibi Torrent. ac Casaub. et Perizon. ad Sanct. Minerv. 2, 3, 6. placet. Sed probo judicium Burmanni, vulgatum *expertae* retinentis. Nec sine caussa *servitudinis expertos* hic suspectum est Gronovio et Lipsio. Torrentius quidem ad Sueton. l. d. ex Livii l. 10. citat *expertos certaminum*, sed in eo credo errorem esse, et pro *X* scribendum *XL.* Nam ibi c. 8, 4. in quibusdam scriptis et edd. est. *expertos inter fratres certaminum.* Sed haud dubie rectius alii *expertes.* DUK. Nihil hic mutant codd nisi quod *servitutis*, pro *servitudinis*, inter versus adscribatur in Flor. eamque vocem in contextu ipso praeferant Cant. Rec. et Gaertn. *servitutidinis* vero legat Lov. 1. Vox *servitudo* etiam obvia est in Philoxeni glossis Graeco-lat. *Δουλεία, Servitus. Servitium, Servitudo.* Eamdem etiam unus cod. Livio obtrudit 39, 37, 5. *Vestrae enim illae deformes veluti cicatrices servitudinis erant.* ubi vulgo *servitutis* editur, et reliqui codd. servant. An tamen ea voce Livius hic usus sit, et non potius vel Lipsii vel Gronovii emendatio praeferri debeat, judicent viri docti.

§. 3. *Arma quod inpigre ce-*

Digitized by Google

ab Andranodoro, quam ab Hieronymo, repeti liber-
6 *tatem.* Ab hac concione legati missi sunt. Senatus inde haberi coeptus est. quod sicut, regnante Hierone, manserat publicum consilium, ita post mortem ejus, ante eam diem, nulla de re neque convo-
7 cati, neque consulti fuerant. Ut ventum ad Andranodorum est, ipsum quidem movebat et civium consensus, et quum aliae occupatae urbis partes, tum pars Insulae, velut munitissima, prodita atque

perint] Pal. 1. *Arma quoque quod impigre cepissent.* Ultimum quoque verbum reliqui libri omnes recognoscunt. GEBH. *cepissent* agnoscunt similiter Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum.

§. 4. *Portae Insulae pateant; reddat praesidium*] Liber optimus *portas Insulae apeat*, quasi significet *aperiat.* Satis tamen placet vulgatum, dummodo scribas deinceps, *recedat praesidium.* J. FR. GRON. *portas Insulae patefaciat* Rec. *portas Insulae pateant* Flor. in contextu, Cant. Lov. 3. 5. Harl. et Gaertn. *portis Insulae pateant* Lovel. 2. *portus Insulae pateant* Lovel. 4. et Florent. inter versus. Cl. Crevier. *portas Insulae aperiat* probabat, sequens autem *reddat praesidium* contra Gronov. defendit, ac *praesidium* exponit locum militibus praesidiariis firmatum, significationem hanc probans locutione *praesidium relinquere.* Adde viros doctos ad Caes. 6. Gall. 33. et 3. Civ. 45. ubi etiam ex Livio loca laudantur. Huc etiam referri debet locutio *praesidio decedere*, quae apud Romanos scriptores frequens est. Ceterum *reddat* constanter in omnibus meis superest. Mox §. seq. *repeti ad libertatem*, inserta praepositione, Flor.

§. 6. *Manserat publicum concilium*] Retinent omnes libri *consilium.* GEBH. *consilium* etiam ex optimis membranis legendum monuit Gronov. ad 44, 2, 5. Et ita non tantum praeferunt omnes codd. sed et edd. praeter Modianam, Gruteri postumam, et Heinsii Elzevir. Mox *eandem diem* Lovel. 3. et Harl. V. ad 10, 10, 6. Tum *nulla de re convocati*, omissa voce *neque*, Lovel. 4. 5. Malc. V. ad 4, 7, 5. et c. 58, 5.

§. 7. *Tum pars insulae, velut munitissima, prodita atque alienata*] Deletis duabus literis scribe *vel munitissima.* Cicero pro Rosc. [Am. 2.] *L. Cornelius Chrysogonus, vel potentissimus hoc tempore civitatis.* 2. de Orat. [4.] *Ego, me Hercule, ex omnibus Latinis verbis hujus verbi vim vel maximam semper putavi.* J. FR. GRON. Constanter omnes codd. mei τὸ *velut* retinent, nisi quod tota vox abjiciatur a Lovel. 1. Nihilominus placet, quod Gronov. in mentem venit, *vel munitissima*, id est, etiam munitissima. Ita 2, 44, 3. *Unum vel adversus omnes satis esse.* 5, 6, 3. *Belli necessitatibus eam patientiam non adhibebimus, quam vel lusus ac voluptas eli-*

Digitized by Google

alienata. Sed evocatum eum ab legatis Damarata 8
uxor, filia Hieronis, inflata adhuc regiis animis ac muliebri spiritu, admonet saepe usurpatae Dionysii tyranni vocis: qua, *pedibus tractum, non insiden-* 9
tem equo, relinquere tyrannidem, dixerit, *debere. Facile esse momento, quo quis velit, cedere possessione magnae fortunae: facere et parare eam, difficile atque arduum esse. Paullum sumeret spatii ad* 10
consultandum ab legatis. eo uteretur ad arcessendos

cere solet. 9, 24, 7. *Hoc adscensu vel tres armati quamlibet multitudinem arcuerint.* 21, 13, 9. *Sed vel haec patienda censeo potius, quam trucidari corpora vestra.* Ita ex cod. Flor. restitui. 38, 49, 4. *Quid periculi vel iniquo loco subeundum fuit.* 44, 6, 11. *Quam* viam *vel decem armatis tueri facile est.* c. 38, 10. *Quis ita comparatus vel iners atque inbellis fortissimum virum non vicerit.* V. Manut. ad Cic. 9. ad fam. 8. Et quidem, ut hoc loco, inprimis eo sensu jungitur superlativo. Infra 36, 41, 2. *Cujus eo tempore vel maxima apud regem auctoritas erat.* ubi etiam vide. Ceterum *alienata a se* Lovel. 4. et Hafn. Neque aliter legunt Voss. Cantabr. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. usque ad Aldum: verum ab his vicissim omittitur vox sequens *sed.*

§. 8. *Demarata uxor, filia Hieronis, inflata adhuc regiis animis ac muliebri spiritu*] *Damarata* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et quaedam ex antt. edd. quod eodem jure in contextum recepi, quo *Nasus* infra 25, 24, 8. et alibi. Quod enim Graeci Δημάρατος et Νῆσος, id Dores, quorum dialecto Syracusani utebantur, dixerunt Δαμάρατος et Νᾶσος. Similiter supra *Damaratus* 1, 34, 2. ubi plura vide. Insuper *inflata adhuc regii animi* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. et Harl. Malc.

Saepe usurpatae Dionysii tyranni vocis] An *Dionysio tyranno?* In vulgato haec sententia est, alios deinde saepe usurpasse hanc vocem, a Dionysio primum profectam. Sed puto potius intelligendum de Dionysio ipso, ut eum hoc saepe in ore habuisse dicat Livius. 2, 40, 11. de Coriolano: *Hanc saepe eum exacta aetate usurpasse vocem.* DUKER.

§. 9. *Qua pedibus tractum, non insidentem equo, rel. tyr.*] Sententia est tyrannica, cujus sensus utcunque percipitur. at illud, *pedibus tractum*, subobscurius est. Obscurum item illud, quod ad finem orationis Andronodori, *ne efferatur res.* GLAREAN.

§. 10. *Paullulum sumeret spatii ad consultandum ab legatis*] Put. Pet. optimusque Flor. *Paullum*, dein omittunt τὸ *spatii*, ut et Men. Vossianusque: quod inseruerunt, qui sensum, non scripturam veterem, considerabant. Alioquin pronum fuisset: *Paullum sumeret morae ad consultandum.* Nempe τὸ *morae* hau-

Digitized by Google

ex Leontinis milites: quibus si pecuniam regiam pol-
11 *licitus esset, omnia in potestate ejus futura.* Haec muliebria consilia Andranodorus neque tota adspernatus est, neque extemplo accepit: tutiorem ad opes adfectandas ratus esse viam, si in praesentia tempo-
12 ri cessisset. Itaque legatos renunciare jussit, futurum se in senatus ac populi potestate. Postero die luce prima, patefactis Insulae portis, in forum A-
13 chradinae venit. ibi in aram Concordiae, ex qua pridie Polyaenus concionatus erat, escendit: orationemque eam orsus est, qua primum cunctationis
14 suae veniam petivit. *Se enim clausas habuisse portas, non separantem suas res a publicis, sed strictis semel gladiis timentem, qui finis caedibus esset futurus: utrum, quod satis libertati foret, contenti nece*

sit vox praecedens. J. FR. GRON. An potius in τῷ *Paullum* latet vox *spatium*? ut fuerit, *spatium sumeret ad consultandum.* JAC. GRON. Vox *spatii* exsulat quoque a Lovel. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hearnii N. ac L. 1. Insuper non adparet in Ber. et Hav. verum hi legunt *Paullulum sumeret ad consultandum ab legatis tempus.* Cl. Crevier. Jac. Gronovii conjecturam praecipue probabat, eamque hinc confirmabat, quod in Put. legatur *esses. paullum*, adeoque primam vocis *spatium* literam verbo praecedenti *esse* adhaesisse. Eadem plane scriptura a m. 1. superat in Flor. pro quo deinceps interpolatum est *esse si paulum.*

§. 11. *Neque tota adspernatus est, neque extemplo accepit*] *non tota adspernatus est, non extemplo* Lovel. 5. Mox *in praesentiam tempori cessisset* idem Lovel. 5. *in praesentia temporis cessisset* Harl. et Hafn. Male. V. ad 3, 60, 7. et virum doctum in Miscell. observ. tom. 3. p. 260.

§. 13. *In aram Concordiae* etc. *escendit*] Ita ex optimo Put. emendavit Gronov. ad 2, 28, 6. Antea editum fuerat *ascendit.*

§. 14. *Sed strictis semel gladiis timentem*] *simul* Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. sollemni scribarum aberratione. Alia ejus exempla v. ad 7, 25, 4. c. 26, 5. 8, 34, 7. 9, 20, 7. 25, 6. 16. 29, 37, 14. 37, 42, 4. Adde Casaub. ad Pers. sat. 1, 24. N. Heins. ad Ovid. 5. Met. 155. Bentl. ad Horat. Carm. Sec. v. 26. ad 2. sat. 8, 24. 1. ep. 7, 96. Burm. ad Ovid. 4. Met. 450. ad Quinctil. 2. Inst. Orat. 15. p. 185. et Corte ad Plin. 4, 3. Mox *quis finis cladibus*, pro *qui*, Ber. et edd. antt. Sed ultima litera τῷ *quis* adcre-

Digitized by Google

tyranni essent, an, quicumque aut propinquitate, aut adfinitate, aut aliquibus ministeriis regiam contigissent, alienae culpae rei trucidarentur. Postquam 15 *animadvertit, eos, qui liberassent patriam, servare etiam liberatam velle, atque undique consuli in medium; non dubitasse, quin et corpus suum, et cetera omnia, quae suae fidei tutelaeque essent, quoniam eum, qui mandasset, suus furor absumsisset, patriae restitueret.* Conversus deinde ad interfecto- 16 res tyranni, ac nomine adpellans Theodotum ac Sosim: *Facinus*, inquit, *memorabile fecistis. Sed,* 17 *mihi credite, inchoata vestra gloria, nondum perfecta, est; periculumque ingens manet, nisi paci et concordiae consulitis, ne libera efferatur respublica.*

vit ex similitudine initialis in voce sequente. V. ad 4, 33, 10. Idem error commissus est in verbis seqq.

Quod satis libertatis foret] Vet. lib. *libertati*, id est, quod ad libertatem recipiendam satis valeret. SIG. Adsentior Sigonio. Attamen *libertatis* servant Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. V. caussam erroris ad verba praec.

§. 15. *Postquam animadvertit, eos*] Scribe *animadverterit*. J. FR. GRON. V. ad 40, 14, 11.

Undique consuli in medium] Primam vocem omittunt Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. vett. usque ad Ascens. qui eam anno 1513. recepit. Deinde *consuli in mediis* Flor. Voss. Lov. quinque, Hafn. et Gaertn. cum edd. antt. Infra 26, 12, 7. *Nihil salutare in medium consulebatur*. Et ita omnes scriptores loquuntur. Mox *quando eum* edd. antt. pro quo Gron. *quoniam* substituit, nihil quidem monito lectore, ex fide tamen, ut videtur, codd. Certe mei omnes ita praeferunt.

§. 16. *Theodorum ac Sosim*] Rursus scripti *Theodotum*. J. FR. GRON. V. supra ad c. 5, 10. Paullo ante *inde ad interfectores*, pro *deinde*, Gaertn. V. ad 36, 24, 10.

§. 17. *Periculumque ingens manet, nisi faciem concordiae consulitis, ne libera efferatur res*] Vos sic emendatis: *nisi facie concordiae consulitis*. Ego sic, *nisi civium*, vel *publicae*, vel *communi concordiae*, vel *nisi paci et concordiae consulitis*. VALLA. Nihil est obscurius his verbis, *ne libera efferatur res*. Qua de re nos etiam admonuit Glareanus [ad §. 9.] Dicam,

Digitized by Google

XXIII. Post hanc orationem claves portarum pecuniaeque regiae ante pedes eorum posuit. atque illo quidem die dimissi ex concione laeti, circa om-

ipse quid sentiam: puto legendum esse, *ne libera efferatur resp.* Fecit enim litera prima sequentis vocis *post*, ut librarius literam *p* inconsulto praeteriret. Verba autem sunt ad tyrannicidas, quorum hic est sensus: Quae egistis, magna sunt; sed inchoata vestra gloria, nondum perfecta est. Nam nisi civitatis concordiae consulitis, timendum est, ne respublica liberata intereat. Quasi dicat: non est satis civitatem tyrannide liberare, nisi intestina seditione liberetur; alioquin fiet, ut quodammodo liberata serviat. Quod autem dixit *efferatur*, verbo usus est translato. *Efferri* enim dicuntur cadavera. Sic 28, [28, 12.] *Meo unius funere elata populi Romani esset respublica.* SIG. Pal. 1. ostendit *nisi facie concordiae consulitis.* sec. *nisi factae concordiae consulitis*, *ne libera efferatur res.* Prisca vero ed. Palatino 3. consonans *nisi faciem concordiae consulitis.* Caeterum omnes *res*, non *respublica.* In qua tamen re assentior Sigonio, *p* elementum occasione sequentis *post* oscitantia librarii evanuisse. Sic loquitur infra 28, 28, 12. GEBH. *communi concordiae consulitis* a Valla est, cujus ex pluribus conjecturis alienissimam ab antiquis apicibus editores sunt secuti. Verum est igitur, quod idem Valla conjecerat, *nisi paci et concordiae consulitis.* Sic 37, [35, 7.] *Vinci suam temperantiam Romana cupiditate pacis et concordiae caussa regem passurum.* Quod sequitur, *ne libera efferatur respublica*, et servant omnes libri, (nisi quod plerique *res*) et probare tamen non possum, etsi norim allegare Sigonium e l. 28, [28, 12.] *Meo unius funere elata populi Romani esset respublica.* Alius hoc generis est. Sensu alio verbum hoc tuebatur Rubenius ex Seneca de Tranquill. *Desciscat oportet a solito, et efferatur, et mordeat frenos, et rectorem rapiat suum.* Nondum acquiesco. Vellem *ne luxuriet effera res.* Vel *ne libertas sit effrenis reipublicae.* Sed nimis audemus. J. FR. GRON. Post has in conjectando varietates publicatas videtur ὁ μακαρίτης, quod ex atramenti aetate apparet, incidisse in hanc lectionem, margini appositam, *ne libertate evertatur respublica.* Deinde acquievisse vulgato, non eo sensu, quo volebat Sigonius, et quo usus est Livius quoque 31, 29, 11. *Capua sepulcrum ac monumentum Campani populi, elato et extorri ejecto ipso populo.* Sed quo Cicero 4. Tusc. 17. ubi eum beatum esse inquit, *cui nihil nimis laetabile ad efferendum videri potest.* Rursus: *An ratio parum praecipit, nec bonum illud esse, quod aut cupias ardenter, aut adeptus efferas te insolenter.* Et hoc praeferendum. JAC. GRON. Ita mihi quoque videtur. Nam multitudo se libertate, maxime nova et insolita, insolentius efferre, eamque, dum sine modo exercet, in licentiam convertere consuevit. Sed non displicet conjectura J. Fr. Gronovii *libertate.* Infra c. 25, 8. *Haec natura multitudinis est, aut servit humiliter, aut superbe dominatur: libertatem, quae media est, nec spernere modice, nec habere sciunt.* Et 34, 49, 8. *Libertate modice utantur. temperatam eam se-*

Digitized by Google

nia fana Deum supplicaverunt cum conjugibus ac liberis: postero die comitia praetoribus creandis habita. Creatus in primis Andranodorus; ceteri ma-

lubrem et singulis, et civitatibus esse: nimiam et aliis gravem, et ipsis, qui habent, effrenatam et praecipitem esse. DUK. *nisi factae concordiae* Lovel. 5. Harl. Gaertn. et ed. Rom. Aieriensis princeps. *nisi faciendae concordiae* Hafn. *nisi faciem concordiae* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. et Hav. cum ed. Rom. anni 1472. *nisi faciem communi concordiae* ed. Parm. *nisi communi concordiae* plures aliae. *nisi faciet concordiae* Flor. et Cant. quod recte *nisi paci et concordiae* emendarunt viri docti. Supra 4, 10, 8. *Concordiae pacisque domesticam curam jura infimis summisque moderando tenuit.* 9, 19, 17. *Modo sit perpetuus hujus, qua vivimus, pacis amor et civilis cura concordiae.* Adsentior deinde viris doctis legentibus *efferatur respublica*, licet etiam omnes mei praeferant *efferatur res.* Solent enim *res* et *resp.* sive *respublica*, in Mstis commutari. V. ad 8, 31, 2. Id autem eo facilius hic admitti potuit, quia vox sequens a litera *p* incipiens ultimam literam *τοῦ resp.* hausit. V. ad 8, 8, 2. 33, 45, 4. et alibi. Cl. Crevier. in exponendo sensu verbi *efferatur* adhaeret Sigonio. At Doujatius *efferatur* reddit, supra modum extollatur, eodem sensu, quo etiam patrem accepisse Jac. Gronov. notavit. Verum ita cum Cl. Dukero malim *ne libertate efferatur respublica*, id est ne libertas caussa sit, ut respublica insolentius se efferat. J. Fr. Gronov. in pr. ed. not. conjecit *ne libera evertatur respublica.*

§. 1. *Postero die comitia praetoribus creandis habita*] Put. Pet. Voss. *praetorum.* Unde non absurde suspicatur Salmasius *comitia praetorum creandi.* Quale apud Comicum Captivis [4, 2, 72.]

Nominandi ubi istorum erit magis, quam edundi, copia.

Nosque restituimus apud Servium ad principium l. 9. Aen. *Pilumnus et Picumnus fratres fuerunt Dii. Horum Picumnus usum stercorandi adinvenit agrorum, unde et Sterculinus dictus.* Ita membranae apud Andes, non *stercorandorum.* J. FR. GRON. *praetorum* etiam Flor. a m. 1. Cant. Harl. et Hearnii N. unde Gronov. *comitia praetorum creandi*, quomodo in uno cod. supra erat 8, 13, 18. *Ut omnium rerum consulendi potestas esset.* et Cl. Crevier. infra 25, 40, 2. ex conjectura emendare conatur: *Inde primum initium mirandi Graecarum artium.* De similibus locutionibus v. Vossium 7. Gramm. 53. et Sanct. 3. Minerv. 8. p. 454. ubi ex Livii 21, 41, 1. adfert *Vestri adhortandi caussa magnifice loqui.* Quum tamen locus ille etiam alio modo accipi possit, ut etiam Perizon. docuit ad Sanctii 3. Min. 8. p. 455. neque alia exempla obcurrant, quae Livio similes locutiones placuisse evincant, lectionem illam probare nequeo; sed potius *praetorum* inde ortum puto, quod, quum per compendium *comitia pr. creandis* scriptum foret, in efferendo compendio librarii errarint. Talia exempla infra sunt hoc lib. c. 32, 8. 30, 41, 1. 32, 8, 5. Alia similium errorum exempla v. ad 10, 10, 2. Posses etiam existimare, duplicem olim lectionem in codd. existitis-

Digitized by Google

non fama solum, (qua nihil in talibus rebus est ce-
6 lerius) sed nuncius etiam ex regiis servis. Itaque
Andranodorus et Insulam, et arcem, et alia, quae
poterat, quaeque opportuna erant, praesidiis fir-
7 marat. Hexapylo Theodotus ac Sosis post solis
obca-

Doujatius vulgatum adversus Gronovium defendit, et *fungendi potioribus ducibus* exponit fungendi munere ac militia sub potioribus ducibus; cujus locutionis alia exempla adlata oportuisset. Quae enim ex scholis jurisconsultorum laudat, huic loco non conveniunt.

§. 4. *Theodotus et Sosis*] Ita optimi praeferunt codd. V. ad c. 5, 10.

§. 5. *Nuncius etiam ex regiis servis*] *ex regis servis* Flor. Harl. Ber. Hav. et plures ex edd. *ex servis regis* Voss. Lovel. 1. 2. et Gaertn. V. ad 32, 6, 6. In praecedentibus vocem *rebus* abjiciunt Lovel. 2. et Ber.

§. 6. *Et Insulam, et arcem*] *Insulam*, Syracusarum quartam partem intelligit, non totam Siciliam, ut post dicam. SIGON. Duas arces habuerunt Syracusae, Euryelum in Epipolis, et aliam in Insula, teste Cluv. 1. Sicil. ant. 12. p. 154. arcem autem fuisse potiorem Insulae partem, docet ibid. p. 156.

§. 7. *Hexaphoro Theodorus ac Sosis*] *Hexapylo* recte emendarunt alii. At nomina partium urbis Syracusarum apud Livium et hoc et sequente libro non usque adeo cum Thucydidis descriptione, quam is habet libris 6. ac 7. conveniunt. Et hoc loco *Tincham* quidam habebant codices, cum libro sequente *Thicam*, in Thucydide *Sycae* nomen est: quam Athenienses muro celerius Syracusanorum opinione circumsepserant. Fieri tamen potest, ut Hieronis tempore multa adjecta mutataque fuerint, quae ex his duobus authoribus, facta comparatione, aliqua ex parte satis apparent. GLAR. Rursus scripti *Theodotus*. J. FR. GRON. V. modo ad §. 4. Ceterum Aldus est, qui, quum antea *Hexaphoro* edebatur, recte *Hexapylo* restituit. *Hexapylum* autem fuisse portam istius partis Syracusarum, quae Tyche dicebatur, docet Cluver. 1. Sicil. ant. 12. p. 151.

Transvecti per Thicam] Vet. lib. *Ticam*. Legendum est autem *Tycham*, vel *Tychen*. pars una et haec Syracusarum fuit, quod ibi templum Fortunae esset, ita appellata: auctor Cicero in Verrem [l. 4, 53.] SIG. Pal. 2. et 3. *Tincham*. Vet. ed. *per Thincam*. GEBH. Iidem etiam optimi *travecti per Tycham*. J. FR. GRONOV. De Tyche, parte Syracusarum, v. Cluv. d. l. ubi apud Thucyd. 6, 98. pro Συκῆν, cujus Glarean. ad verba praec. meminit, Τύχην legendum docet. Praeterea *travecti* quoque Flor. Lov. 3. et Gaertn. cum edd. antt. Similiter scribunt codd. 21, 47, 5. 32, 16, 2. 39, 7, 1. (* 38, 16, 6.) Ita et *travehere* et *travectio* scribit cod. Memm. in Suet. Aug. 38. Ita et *tranare*. V. ad 21, 27, 5. *tramittere* 28, 5, 18. *trajecti* est in Hafn. et Hav. V. ad 31, 45, 8.

Digitized by Google

obcasum jam obscura luce invecti, quum cruentam regiam vestem atque insigne capitis ostentarent, travecti per Tycham, simul ad libertatem, simul ad arma vocantes, in Achradinam convenire jubent. Multitudo pars procurrit in vias, pars in vestibulis 8 stat, pars ex tectis fenestrisque prospectant, et,

In Acradinam convenire jubent] Vet. lib. *Achradinam*. Sic Steph. Ἀχραδίνη νῆσος ἔχουσα πόλιν, ἣν ἐπολιόρκησε Μάρκελλος, καὶ Ἀχραδίνη μοῖρα Συρακουσῶν. Hanc partem etiam Syracusarum fuisse, scribit eodem in loco Cicero. SIG. Libri omnes *in Achradiam*. GEBH. Adspirationem in nomine Latino potius abjiciendam, censet Cluv. 1. Sicil. ant. 12. p. 152. V. etiam Dausq. Orthogr. parte 2. ea voce.

§. 8. *Pars procurrit in vias, pars in aedium vestibulis stat*] Taceri non debet, in cod. Put. hoc est, uno instar omnium, et cujus auctoritas praegravat sola, item Voss. Gud. ac Cantabrig. abesse τὸ *aedium*. Quid igitur? Nempe adjungit Livius 5, 41, 8. *Intuebantur in aedium vestibulis sedentes viros*. 33, 48, 9. *Concursus ad vestibulum aedium est factus*. Addit item quinti libri epitome. Ergo ἀπρὶξ retinenda ea vox. At omittit ipse item Livius 2, 54, 9. *Qui obversati vestibulo tribuni fuerant*. Et quum animadvertam, hunc ipsum Livium, qui 24, 16, 17. dixerat: *Apparata convivia omnibus in propatulo aedium fuerant*. 26, 13, 18. *Magno rogo in propatulo aedium accenso*. maluisse absque τῷ *aedium* scribere 25, 12, 15. *Vulgo apertis januis in propatulis epulati sunt*; quae caussa me differre jubet, ut non ocius in ea vocula verso stylo utar? JAC. GRON. Non est causa, cur hic praestantissimis MSS. obsequi non velimus. Sed admodum leve est argumentum, quia Livius semel scripsit *in propatulo*, vel *in propatulis*, non addito *aedium*, ideo aliis locis, in quibus legitur *in propatulo aedium*, vox *aedium* supposita et exterminanda est. Nam potius contra concludendum fuerat, ex eo, quod hoc plus semel apud eum invenitur, intelligi, illud ellipticum esse. Non dubium est, quum Livius dicit *in propatulo*, supplendum esse *loco*, vel *locis*. Nam ita Cic. 4. Verr. 49. *Ante aedem Cereris in aperto ac propatulo loco signa duo sunt*. Jam quia multa sunt loca propatula, utique, quum locus patens et apertus aedium significatur, recte dicitur *in propatulo aedium*, nec magis in Livio delendum est *aedium*, quam *domi* in his Corn. Nep. Annib. 9. *Easque statuas in propatulo domi abjicit*. An etiam apud Livium 5, 41. 33, 48. et in Epit. l. 5. verso stilo in hac voce utendum consuerit vir doctissimus, mihi non satis liquet; sed si ita sensit, me sibi adsentientem non habebit. DUK. Vocem *aedium* abjiciunt Flor. Lovel. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. atque N. Eorum auctoritate etiam expunxi. Ceterum *procurrit in portas* est in Ber. At voces *in vias* omittit Cant. Mox *cogitant*, pro *rogitant*, Voss. et Lovel. 1. 2. ac 4. Ita errant etiam scribae supra 4, 13, 12. 7, 25, 1. et aliis locis.

Digitized by Google

9 quid rei sit, rogitant. Omnia luminibus conlucent, strepituque vario complentur. armati locis patentibus congregantur. inermes ex Olympii Jovis templo spolia Gallorum Illyriorumque, dono data Hieroni
10 a populo Romano, fixaque ab eo, detrahunt, precantes Jovem, ut volens propitius praebeat sacra arma, pro patria, pro Deum delubris, pro liber-
11 tate sese armantibus. Haec quoque multitudo, stationibus per principes regionum urbis dispositis, adjungitur. In Insula inter cetera Andranodorus
12 praesidiis firmat horrea publica. Locus, saxo quadrato septus, atque arcis in modum emunitus, capitur ab juventute, quae praesidio ejus loci adtributa erat, mittuntque nuncios in Achradinam, horrea frumentumque in senatus potestate esse.

§. 9. *Ex Olympii Jovis templo spolia Gallorum*] V. Periz. Anim. Hist. c. 7. p. 242. DUK. *Olympi Jovis templo* Voss. Lov. 2. 3. Ber. et Hav. *Olympo Jovis templo* Harl. *Olympio Jovis templo* Gaertn. Infra c. 33, 3. *Ad Olympium* (*Jovis id templum est*) *castra posuit.* Verum optimi stant pro vulgato. Ita autem, non *Olympicum Jovem*, vocandum esse, docuerunt Casaubon. ad Suet. Calig. 22. et Cel. Burm. ad Suet. Aug. 60. Mox *donata*, pro *dono data*, Lov. 4. et 5. *dona data* Lovel. 3. Harl. Gaertn. et Hav. cum edd. antt. quam locutionem inlustrat Gronov. 4. Obs. 14. p. 230. unde etiam constat, librarios alibi locutiones *dona dare* et *donare* commutasse. Hic tamen vulgatum malo, cui integerrimi codd. adhaerent. V. ad 4, 20, 4.

§. 11. *Praesidiis firmat horrea publica*] Cl. Crevier. series narrationis poscere videtur, ut legamus *firmarat.*

§. 1. *Ex principibus unus, nomine Polyneus*] Scribe *Polyaenus. Πολύαινος.* Etenim hoc cap. *ex qua pridie Polyneus:* Put. clare *Poltaenus.* J. FR. GRON. In tantum juvat Flor. ut, adscita diphthongo, legat *Polynaeus.* Etiam aliis literis transpositis, *Philonaeus* est in Cant. Praeterea *principum unus* Rec. *Τὸ ex* decrat etiam in Flor. et Lov. 2. ac 3.

§. 2. *Servitudinis indignitatisque homines expertos*] Suspecta in Livio vox *servitudinis.* quamquam Festus notet: *Eritudo, ut servitudo.* Sic enim legendum. Vetus lectio *servitutidius*[5]. divinabam *servitii tidium indignitatesque*, sive *taedium.* LIPS. 5. Ep. Quaest. 23. Prima vox suspecta Cl. Lipsio est, quam tamen custodit Pal. 1. cum prisca re-

Digitized by Google

XXII. Luce prima populus omnis armatus inermisque in Achradinam ad curiam convenit. ibi pro Concordiae ara, quae in eo sita loco erat, ex principibus unus nomine Polyaenus concionem et liberam et moderatam habuit: *Servitudinis indignitatisque homines expertos, adversus notum malum irritatos esse. Discordia civilis quas inportet clades, audisse magis a patribus Syracusanos, quam ipsos vidisse. Arma quod inpigre ceperint, laudare: magis laudaturum, si non utantur, nisi ultima necessitate coacti. In praesentia legatos ad Andranodorum mitti placere, qui denuncient, ut in potestate senatus ac populi sit: portae Insulae pateant; recedat praesidium. Si tutelam alieni regni suum regnum velit facere, eumdem se censere, multo acrius*

censione. Ex scriptura cod. Lipsiani posset et non incommode elici *servitii diutius indign.* nisi quod Pall. 2. et 3. *servitutis indign.* GEBH. Sic MSS. ut et vulgati. Lipsius conjicit *servitii taedium.* Possis et, ut credo, propius *servitii poenas indignitatesque.* Vox tamen est apud Festum. *Eritudo, servitudo.* J. FR. GRON. *expertus* cum genitivo ex Virg. et Tacit. etiam lexica habent. Et sic MSS. nonnulli in Suet. Vesp. 4. *Ipse potissimum delectus est, et ut industriae expertus, nec metuendus ullo modo.* Hoc ibi Torrent. ac Casaub. et Perizon. ad Sanct. Minerv. 2, 3, 6. placet. Sed probo judicium Burmanni, vulgatum *expertae* retinentis. Nec sine caussa *servitudinis expertos* hic suspectum est Gronovio et Lipsio. Torrentius quidem ad Sueton. l. d. ex Livii l. 10. citat *expertas certaminum*, sed in eo credo errorem esse, et pro *X* scribendum *XL.* Nam ibi c. 8, 4. in quibusdam scriptis et edd. est. *expertos inter fratres certaminum.* Sed haud dubie rectius alii *expertes.* DUK. Nihil hic mutant codd nisi quod *servitutis*, pro *servitudinis*, inter versus adscribatur in Flor. eamque vocem in contextu ipso praeferant Cant. Rec. et Gaertn. *servitutidinis* vero legat Lov. 1. Vox *servitudo* etiam obvia est in Philoxeni glossis Graeco-lat. *Δουλεία*, *Servitus. Servitium, Servitudo.* Eamdem etiam unus cod. Livio obtrudit 39, 37, 5. *Vestrae enim illae deformes veluti cicatrices servitudinis erant.* ubi vulgo *servitutis* editur, et reliqui codd. servant. An tamen ea voce Livius hic usus sit, et non potius vel Lipsii vel Gronovii emendatio praeferri debeat, judicent viri docti.

§. 3. *Arma quod inpigre ce-*

Digitized by Google

ab Andranodoro, quam ab Hieronymo, repeti liber-
6 *tatem.* Ab hac concione legati missi sunt. Senatus inde haberi coeptus est. quod sicut, regnante Hierone, manserat publicum consilium, ita post mortem ejus, ante eam diem, nulla de re neque convo-
7 cati, neque consulti fuerant. Ut ventum ad Andranodorum est, ipsum quidem movebat et civium consensus, et quum aliae occupatae urbis partes, tum pars Insulae, velut munitissima, prodita atque

perint] Pal. 1. *Arma quoque quod impigre cepissent.* Ultimum quoque verbum reliqui libri omnes recognoscunt. GEBH. *cepissent* agnoscunt similiter Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum.

§. 4. *Portae Insulae pateant; reddat praesidium*] Liber optimus *portas Insulae apeat*, quasi significet *aperiat.* Satis tamen placet vulgatum, dummodo scribas deinceps, *recedat praesidium.* J. FR. GRON. *portas Insulae patefaciat* Rec. *portas Insulae pateant* Flor. in contextu, Cant. Lov. 3. 5. Harl. et Gaertn. *portis Insulae pateant* Lovel. 2. *portus Insulae pateant* Lovel. 4. et Florent. inter versus. Cl. Crevier. *portas Insulae aperiat* probabat, sequens autem *reddat praesidium* contra Gronov. defendit, ac *praesidium* exponit locum militibus praesidiariis firmatum, significationem hanc probans locutione *praesidium relinquere.* Adde viros doctos ad Caes. 6. Gall. 33. et 3. Civ. 45. ubi etiam ex Livio loca laudantur. Huc etiam referri debet locutio *praesidio decedere*, quae apud Romanos scriptores frequens est. Ceterum *reddat* constanter in omnibus meis superest. Mox §. seq. *repeti ad libertatem*, inserta praepositione, Flor.

§. 6. *Manserat publicum concilium*] Retinent omnes libri *consilium.* GEBH. *consilium* etiam ex optimis membranis legendum monuit Gronov. ad 44, 2, 5. Et ita non tantum praeferunt omnes codd. sed et edd. praeter Modianam, Gruteri postumam, et Heinsii Elzevir. Mox *eandem diem* Lovel. 3. et Harl. V. ad 10, 10, 6. Tum *nulla de re convocati*, omissa voce *neque*, Lovel. 4. 5. Malc. V. ad 4, 7, 5. et c. 58, 5.

§. 7. *Tum pars insulae, velut munitissima, prodita atque alienata*] Deletis duabus literis scribe *vel munitissima.* Cicero pro Rosc. [Am. 2.] *L. Cornelius Chrysogonus, vel potentissimus hoc tempore civitatis.* 2. de Orat. [4.] *Ego, me Hercule, ex omnibus Latinis verbis hujus verbi vim vel maximam semper putavi.* J. FR. GRON. Constanter omnes codd. mei *τὸ velut* retinent, nisi quod tota vox abjiciatur a Lovel. 1. Nihilominus placet, quod Gronov. in mentem venit, *vel munitissima*, id est, etiam munitissima. Ita 2, 44, 3. *Unum vel adversus omnes satis esse.* 5, 6, 3. *Belli necessitatibus eam patientiam non adhibebimus, quam vel lusus ac voluptas eli-*

Digitized by Google

alienata. Sed evocatum eum ab legatis Damarata 8
uxor, filia Hieronis, inflata adhuc regiis animis ac
muliebri spiritu, admonet saepe usurpatae Dionysii
tyranni vocis: qua, *pedibus tractum, non insiden-* 9
tem equo, relinquere tyrannidem, dixerit, *debere.*
Facile esse momento, quo quis velit, cedere posses-
sione magnae fortunae: facere et parare eam, diffi-
cile atque arduum esse. Paullum sumeret spatii ad 10
consultandum ab legatis. eo uteretur ad arcessendos

cere solet. 9, 24, 7. *Hoc adscen-su vel tres armati quamlibet multitudinem arcuerint.* 21, 13, 9. *Sed vel haec patienda censeo potius, quam trucidari corpora vestra.* Ita ex cod. Flor. restitui. 38, 49, 4. *Quid periculi vel iniquo loco subeundum fuit.* 44, 6, 11. *Quam* viam *vel decem armatis tueri facile est.* c. 38, 10. *Quis ita comparatus vel iners atque inbellis fortissimum virum non vicerit.* V. Manut. ad Cic. 9. ad fam. 8. Et quidem, ut hoc loco, inprimis eo sensu jungitur superlativo. Infra 36, 41, 2. *Cujus eo tempore vel maxima apud regem auctoritas erat.* ubi etiam vide. Ceterum *alienata a se* Lovel. 4. et Hafn. Neque aliter legunt Voss. Cantabr. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. usque ad Aldum: verum ab his vicissim omittitur vox sequens *sed.*

§. 8. *Demarata uxor, filia Hieronis, inflata adhuc regiis animis ac muliebri spiritu*] *Damarata* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et quaedam ex antt. edd. quod eodem jure in contextum recepi, quo *Nasus* infra 25, 24, 8. et alibi. Quod enim Graeci Δημάρατος et Νῆσος, id Dores, quorum dialecto Syracusani utebantur, dixerunt Δαμάρατος et Νᾶσος. Similiter supra *Damaratus* 1, 34, 2. ubi plura vide. Insuper *inflata adhuc regii animi* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. et Harl. Malc.

Saepe usurpatae Dionysii tyranni vocis] An *Dionysio tyranno?* In vulgato haec sententia est, alios deinde saepe usurpasse hanc vocem, a Dionysio primum profectam. Sed puto potius intelligendum de Dionysio ipso, ut eum hoc saepe in ore habuisse dicat Livius. 2, 40, 11. de Coriolano: *Hanc saepe eum exacta aetate usurpasse vocem.* DUKER.

§. 9. *Qua pedibus tractum, non insidentem equo, rel. tyr.*] Sententia est tyrannica, cujus sensus utcunque percipitur. at illud, *pedibus tractum*, subobscurius est. Obscurum item illud, quod ad finem orationis Andronodori, *ne efferatur res.* GLAREAN.

§. 10. *Paullulum sumeret spatii ad consultandum ab legatis*] Put. Pet. optimusque Flor. *Paullum.* dein omittunt τὸ *spatii*, ut et Men. Vossianusque: quod inseruerunt, qui sensum, non scripturam veterem, considerabant. Alioquin pronum fuisset: *Paullum sumeret morae ad consultandum.* Nempe τὸ *morae* han-

Digitized by Google

ex Leontinis milites: quibus si pecuniam regiam pol-
11 *licitus esset, omnia in potestate ejus futura.* Haec muliebria consilia Andranodorus neque tota adspernatus est, neque extemplo accepit: tutiorem ad opes adfectandas ratus esse viam, si in praesentia tempo-
12 ri cessisset. Itaque legatos renunciare jussit, futurum se in senatus ac populi potestate. Postero die luce prima, patefactis Insulae portis, in forum A-
13 chradinae venit. ibi in aram Concordiae, ex qua pridie Polyaenus concionatus erat, escendit: orationemque eam orsus est, qua primum cunctationis
14 suae veniam petivit. *Se enim clausas habuisse portas, non separantem suas res a publicis, sed strictis semel gladiis timentem, qui finis caedibus esset futurus: utrum, quod satis libertati foret, contenti nece*

sit vox praecedens. J. FR. GRON. An potius in τῷ *Paullum* latet vox *spatium*? ut fuerit, *spatium sumeret ad consultandum.* JAC. GRON. Vox *spatii* exsulat quoque a Lovel. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hearnii N. ac L. 1. Insuper non adparet in Ber. et Hav. verum hi legunt *Paullulum sumeret ad consultandum ab legatis tempus.* Cl. Crevier. Jac. Gronovii conjecturam praecipue probabat, eamque hinc confirmabat, quod in Put. legatur *esses. paullum*, adeoque primam vocis *spatium* literam verbo praecedenti *esse* adhaesisse. Eadem plane scriptura a m. 1. superat in Flor. pro quo deinceps interpolatum est *esse si paulum.*

§. 11. *Neque tota adspernatus est, neque extemplo accepit*] *non tota adspernatus est, non extemplo* Lovel. 5. Mox *in praesentiam tempori cessisset* idem Lovel. 5. *in praesentia temporis cessisset* Harl. et Hafn. Male. V. ad 3, 60, 7. et virum doctum in Miscell. observ. tom. 3. p. 260.

§. 13. *In aram Concordiae* etc. *escendit*] Ita ex optimo Put. emendavit Gronov. ad 2, 28, 6. Antea editum fuerat *ascendit.*

§. 14. *Sed strictis semel gladiis timentem*] *simul* Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. sollemni scribarum aberratione. Alia ejus exempla v. ad 7, 25, 4. c. 26, 5. 8, 34, 7. 9, 20, 7. 25, 6, 16. 29, 37, 14. 37, 42, 4. Adde Casaub. ad Pers. sat. 1, 24. N. Heins. ad Ovid. 5. Met. 155. Bentl. ad Horat. Carm. Sec. v. 26. ad 2. sat. 8, 24. 1. ep. 7, 96. Burm. ad Ovid. 4. Met. 450. ad Quinctil. 2. Inst. Orat. 15. p. 185. et Corte ad Plin. 4, 3. Mox *quis finis cladibus*, pro *qui*, Ber. et edd. antt. Sed ultima litera τῷ *quis* adere-

Digitized by Google

tyranni essent, an, quicumque aut propinquitate, aut adfinitate, aut aliquibus ministeriis regiam contigissent, alienae culpae rei trucidarentur. Postquam 15 *animadvertit, eos, qui liberassent patriam, servare etiam liberatam velle, atque undique consuli in medium; non dubitasse, quin et corpus suum, et cetera omnia, quae suae fidei tutelaeque essent, quoniam eum, qui mandasset, suus furor absumsisset, patriae restitueret.* Conversus deinde ad interfecto- 16 res tyranni, ac nomine adpellans Theodotum ac Sosim: *Facinus*, inquit, *memorabile fecistis. Sed,* 17 *mihi credite, inchoata vestra gloria, nondum perfecta, est; periculumque ingens manet, nisi paci et concordiae consulitis, ne libera efferatur respublica.*

vit ex similitudine initialis in voce sequente. V. ad 4, 33, 10. Idem error commissus est in verbis seqq.

Quod satis libertatis foret] Vet. lib. *libertati*, id est, quod ad libertatem recipiendam satis valeret. SIG. Adsentior Sigonio. Attamen *libertatis* servant Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. V. caussam erroris ad verba praec.

§. 15. *Postquam animadvertit, eos*] Scribe *animadverterit*. J. FR. GRON. V. ad 40, 14, 11.

Undique consuli in medium] Primam vocem omittunt Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. vett. usque ad Ascens. qui eam anno 1513. recepit. Deinde *consuli in mediis* Flor. Voss. Lov. quinque, Hafn. et Gaertn. cum edd. antt. Infra 26, 12, 7. *Nihil salutare in medium consulebatur*. Et ita omnes scriptores loquuntur. Mox *quando eum* edd. antt. pro quo Gron. *quoniam* substituit, nihil quidem monito lectore, ex fide tamen, ut videtur, codd. Certe mei omnes ita praeferunt.

§. 16. *Theodorum ac Sosim*] Rursus scripti *Theodotum*. J. FR. GRON. V. supra ad c. 5, 10. Paullo ante *inde ad interfectores*, pro *deinde*, Gaertn. V. ad 36, 24, 10.

§. 17. *Periculumque ingens manet, nisi faciem concordiae consulitis, ne libera efferatur res*] Vos sic emendatis: *nisi facie concordiae consulitis*. Ego sic, *nisi civium*, vel *publicae*, vel *communi concordiae*, vel *nisi paci et concordiae consulitis*. VALLA. Nihil est obscurius his verbis, *ne libera efferatur res*. Qua de re nos etiam admonuit Glareanus [ad §. 9.] Dicam,

Digitized by Google

XXIII. Post hanc orationem claves portarum pecuniaeque regiae ante pedes eorum posuit. atque illo quidem die dimissi ex concione laeti, circa om-

ipse quid sentiam: puto legendum esse, *ne libera efferatur resp.* Fecit enim litera prima sequentis vocis *post*, ut librarius literam *p* inconsulto praeteriret. Verba autem sunt ad tyrannicidas, quorum hic est sensus: Quae egistis, magna sunt; sed inchoata vestra gloria, nondum perfecta est. Nam nisi civitatis concordiae consulitis, timendum est, ne respublica liberata intereat. Quasi dicat: non est satis civitatem tyrannide liberare, nisi intestina seditione liberetur; alioquin fiet, ut quodammodo liberata serviat. Quod autem dixit *efferatur*, verbo usus est translato. *Efferri* enim dicuntur cadavera. Sic 28, [28, 12.] *Meo unius funere elata populi Romani esset respublica.* SIG. Pal. 1. ostendit *nisi facie concordiae consulitis.* sec. *nisi factae concordiae consulitis*, *ne libera afferatur res.* Prisca vero ed. Palatino 3. consonans *nisi faciem concordiae consulitis.* Caeterum omnes *res*, non *respublica.* In qua tamen re assentior Sigonio, *p* elementum occasione sequentis *post* oscitantia librarii evanuisse. Sic loquitur infra 28, 28, 12. GEBH. *communi concordiae consulitis* a Valla est, cujus ex pluribus conjecturis alienissimam ab antiquis apicibus editores sunt secuti. Verum est igitur, quod idem Valla conjecerat, *nisi paci et concordiae consulitis.* Sic 37, [35, 7.] *Vinci suam temperantiam Romana cupiditate pacis et concordiae caussa regem passurum.* Quod sequitur, *ne libera efferatur respublica*, et servant omnes libri, (nisi quod plerique *res*) et probare tamen non possum, etsi norim allegare Sigonium e l. 28, [28, 12.] *Meo unius funere elata populi Romani esset respublica.* Alius hoc generis est. Sensu alio verbum hoc tuebatur Rubenius ex Seneca de Tranquill. *Desciscat oportet a solito, et efferatur, et mordeat frenos, et rectorem rapiat suum.* Nondum acquiesco. Vellem *ne luxuriet effera res.* Vel *ne libertas sit effrenis reipublicae.* Sed nimis audemus. J. FR. GRON. Post has in conjectando varietates publicatas videtur ὁ μακαρίτης, quod ex atramenti aetate apparet, incidisse in hanc lectionem, margini appositam, *ne libertate evertatur respublica.* Deinde acquievisse vulgato, non eo sensu, quo volebat Sigonius, et quo usus est Livius quoque 31, 29, 11. *Capua sepulcrum ac monumentum Campani populi, elato et extorri ejecto ipso populo.* Sed quo Cicero 4. Tusc. 17. ubi eum beatum esse inquit, *cui nihil nimis laetabile ad efferendum videri potest.* Rursus: *An ratio parum praecipit, nec bonum illud esse, quod aut cupias ardenter, aut adeptus efferas te insolenter.* Et hoc praeferendum. JAC. GRON. Ita mihi quoque videtur. Nam multitudo se libertate, maxime nova et insolita, insolentius efferre, eamque, dum sine modo exercet, in licentiam convertere consuevit. Sed non displicet conjectura J. Fr. Gronovii *libertate.* Infra c. 25, 8. *Haec natura multitudinis est, aut servit humiliter, aut superbe dominatur: libertatem, quae media est, nec spernere modice, nec habere sciunt.* Et 34, 49, 8. *Libertate modice utantur. temperatam eam sa-*

Digitized by Google

nia fana Deum supplicaverunt cum conjugibus ac liberis: postero die comitia praetoribus creandis habita. Creatus in primis Andranodorus; ceteri ma-

lubrem et singulis, et civitatibus esse: nimiam et aliis gravem, et ipsis, qui habent, effrenatam et praecipitem esse. DUK. *nisi factae concordiae* Lovel. 5. Harl. Gaertn. et ed. Rom. Aieriensis princeps. *nisi faciendae concordiae* Hafn. *nisi faciem concordiae* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. et Hav. cum ed. Rom. anni 1472. *nisi faciem communi concordiae* ed. Parm. *nisi communi concordiae* plures aliae. *nisi faciet concordiae* Flor. et Cant. quod recte *nisi paci et concordiae* emendarunt viri docti. Supra 4, 10, 8. *Concordiae pacisque domesticam curam jura infimis summisque moderando tenuit.* 9, 19, 17. *Modo sit perpetuus hujus, qua vivimus, pacis amor et civilis cura concordiae.* Adsentior deinde viris doctis legentibus *efferatur respublica*, licet etiam omnes mei praeferant *efferatur res.* Solent enim *res* et *resp.* sive *respublica*, in Mstis commutari. V. ad 8, 31, 2. Id autem eo facilius hic admitti potuit, quia vox sequens a litera *p* incipiens ultimam literam *τοῦ resp.* hausit. V. ad 8, 8, 2. 33, 45, 4. et alibi. Cl. Crevier. in exponendo sensu verbi *efferatur* adhaeret Sigonio. At Doujatius *efferatur* reddit, supra modum extollatur, eodem sensu, quo etiam patrem accepisse Jac. Gronov. notavit. Verum ita cum Cl. Dukero malim *ne libertate efferatur respublica*, id est ne libertas caussa sit, ut respublica insolentius se efferat. J. Fr. Gronov. in pr. ed. not. conjecit *ne libera evertatur respublica.*

§. 1. *Postero die comitia praetoribus creandis habita*] Put. Pet. Voss. *praetorum.* Unde non absurde suspicatur Salmasius *comitia praetorum creandi.* Quale apud Comicum Captivis (4, 2, 72.)

Nominandi ubi istorum erit magis, quam edundi, copia.

Nosque restituimus apud Servium ad principium l. 9. Aen. *Pilumnus et Picumnus fratres fuerunt Dii. Horum Picumnus usum stercorandi adinvenit agrorum, unde et Sterculinus dictus.* Ita membranae apud Andes, non *stercorandorum.* J. FR. GRON. *praetorum* etiam Flor. a m. 1. Cant. Harl. et Hearnii N. unde Gronov. *comitia praetorum creandi*, quomodo in uno cod. supra erat 8, 13, 18. *Ut omnium rerum consulendi potestas esset.* et Cl. Crevier. infra 25, 40, 2. ex conjectura emendare conatur: *Inde primum initium mirandi Graecarum artium.* De similibus locutionibus v. Vossium 7. Gramm. 53. et Sanct. 3. Minerv. 8. p. 454. ubi ex Livii 21, 41, 1. adfert *Vestri adhortandi caussa magnifice loqui.* Quum tamen locus ille etiam alio modo accipi possit, ut etiam Perizon. docuit ad Sanctii 3. Min. 8. p. 455. neque alia exempla obcurrant, quae Livio similes locutiones placuisse evincant, lectionem illam probare nequeo; sed potius *praetorum* inde ortum puto, quod, quum per compendium *comitia pr. creandis* scriptum foret, in efferendo compendio librarii errarint. Talia exempla infra sunt hoc lib. c. 32, 8. 30, 41, 1. 32, 8, 5. Alia similium errorum exempla v. ad 10, 10, 2. Posses etiam existimare, duplicem olim lectionem in codd. exstitis-

Digitized by Google

gna ex parte interfectores tyranni. duos etiam ab-
3 sentes, Sopatrum ac Dinomenem, fecerunt. Qui, auditis, quae Syracusis acta erant, pecuniam regiam, quae in Leontinis erat, Syracusas devectam,
4 quaeſtoribus ad id ipsum creatis tradiderunt: et ea, quae in Insula erat et Achradina, tradita eſt; murique ea pars, quae ab cetera urbe nimis firmo munimento intersepiebat Insulam, consensu omnium dejecta eſt. secutae et ceterae res hanc inclinatio-
5 nem animorum ad libertatem. Hippocrates atque Epicydes, audita morte tyranni, quam Hippocrates, etiam nuncio interfecto, celare voluerat, deserti a militibus, quia id tutiſſimum ex praesentibus videba-
6 tur, Syracusas rediere. ubi ne suspecti obversarentur, tamquam novandi res aliquam occasionem quae-

se, *comitia praetoribus creandis habita*, et *comitia praetorum habita*; librarios autem utramque hoc modo conjunxiſſe. certe *comitia praetorum* sunt, creandis praetoribus convocata. Supra c. 9, 5. *Comitiis praetorum perfectis*. Ita *comitia tribunorum militum* 4, 57, 9. 5, 26, 1. et saepe alibi. Praeterea *circa fana Deûm* paullo ante Voſſ. Lovel. 1. 2. 3. 4. et Harl. *circa fana omnia Deûm* Flor. Deinde *rogaverunt*, pro *supplicaverunt*, edd. Rom. anni 1472. et Parm. ex alterius interpretatione.

§. 2. *Sopatrum ac Deomenem*] Vet. lib. *Dionem*. SIG. Pal. 1. *Sopearum ac Dyonemen*. sec. *Dioneonem*. tert. *Dionem*. GEBHARD. *Deomenem* servat Lov. 3. *Dionemem* Voſſ. Lovel. 1. 2. et Hav. *Dioneum* Lovel. 4. et 5. *Dinomem* Harl. *Diomenem* Ber. *Dionemen* Flor. a m. 1. *Dinomenen* a m. 2. Proxime verum. Recte enim Gronov. edidit *Dinomenem*. V. ad c. 7, 4.

§. 3. *Auditis iis, quae Syracusis acta erant*] Non habent *iis* optimi. J. FR. GRON. Abeſſe poteſt. V. ad 23, 15, 4. Omnes tamen pronomen illud, vel ejus loco *his*, servant; quin et auctor eſt Cl. Crevier. abeſſe quidem a Put. a m. 1. adscriptum tamen fuiſſe a m. 2. Mox *ad ipsum creatis*, pro *ad id ipsum*, Flor. Lov. 2. Ber. a m. 1. et Hav. V. ad 5, 43, 4.

§. 4. *Quae in Insula erat et Achradina, tradita est*] Gud. *erat Achradyna, tradita*. Voſſ. *erat achrādinā tradita est*. et a m. 2. superscriptum *trāslata*. Et alterutrum videtur Livii. J. FR. GRON. Copula *et* exsulat quoque a Lovel. quinque, Harl. Ber. Haſn. Gaertn. Hav. et edd. ante Mogunt. Deinde *Achradinam tradita* Lovel. 2. 3. et Ber. a m.

Digitized by Google

rentes, praetores primum, dein per eos senatum adeunt. *Ab Hannibale se missos* praedicant *ad Hieronymum, tamquam amicum ac socium. paruisse imperio ejus, cujus imperator suus voluerit. velle ad Hannibalem redire. ceterum, quum iter tutum non sit, vagantibus passim per totam Siciliam Romanis armis, petere, ut praesidii dent aliquid, quo Locros in Italiam perducantur. gratiam magnam eos parva opera apud Hannibalem inituros.* Facile res impetrata: abire enim duces regios, quum peritos militiae, tum egentes eosdem atque audaces, cupiebant: sed, quod volebant, non, quam maturato opus erat, naviter expediebant. Interim juvenes militares et adsueti militibus, nunc apud eos ipsos, nunc apud transfugas, quorum maxima pars ex navalibus sociis

2. *Achradinam traducta* Hafn. *Achradinam translata* Lovel. 1. Similes lectiones ex suis etiam laudat Cl. Crevier. qui probat *et ea, quae in Insula erat, Achradinam translata est.* Mox *deleta est*, pro *dejecta est*, Lovel. 4. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. antt. V. ad 31, 29, 11. *deplecta est* Voss. et Harl. *depleta est* Lovel. 1. 2. 3. postremi autem margini additur haec glossa *in planum dejecta est.*

§. 6. *Ubi ne suspecti observarentur*] Immo *obversarentur*, id est, ne illic obversando et oculis hominum se ingerendo suspecti fierent. Sequenti cap. *Dum regiis stipendiis pastus obversaretur miles.* 31, [11, 7.] *Magnam partem eorum palam Carthagini obversari.* 35, [15, 6.] *Legatusque Romanus, ne alieno tempore incommodus obversaretur, Pergamum concessit.* J. FR. GRON. Gronovii conjecturam recte Cl. Crevier. in contextum recepit, siquidem testetur, duos e suis, atque inter eos Putean. hanc lectionem praeferre. Alibi saepe literarum trajectione voces *obversare* et *observare* in Mstis permutari, monui ad 6, 17, 4. ubi etiam v. de verbo *obversari.* Mox *deinde* primus recepit Grut. in ed. ult. quum antea ederetur *dein*, quod servant Flor. Voss. Lovel. 3. 4. 5. aliique. Quare illud recepi. V. ad 3, 3, 6. Doujatius hoc argumento vulgatum tuetur, quia non incommodum sensum habet.

§. 7. *Ab Hannibale se missos praedicant ad Hieronymum*] *se missos* Flor. Tum *praedicant* abjiciunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. a m. 1. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Posset etiam omitti, si optimi codd. consentirent. V. ad 23, 45, 6.

Paruisse imperio ejus, cujus

Digitized by Google

Romanorum erat, nunc etiam apud infimae plebis homines, crimina serebant in senatum optimatesque:
11 *id moliri clam eos atque struere, ut Syracusae per speciem reconciliatae societatis in ditione Romanorum sint; dein factio et pauci auctores foederis renovati dominentur.*

1 XXIV. His audiendis credendisque opportuna multitudo, major in dies, Syracusas confluebat: nec

imperator suus voluerit] Aut τὸ *ejus* deleverim, aut scripserim *cui*. J. FR. GRON. In utraque conjectura aliquid deest ad explendum sensum. Si, deleto *ejus*, legas *imperio cujus*, integra oratio erit, *imperio ejus, cujus imperio se parere imperator suus voluerit*. Si *imperio ejus, cui*, deerit *se parere*. Non videtur ergo caussa esse mutandi scripturam receptam, in qua ex praecedentibus suppleri potest *imperio se parere*. Saepe ex praecedentibus vel sequentibus aliquid supplendum esse, non uno loco docet ὁ πάνυ. DUK. Doujatius etiam vulgatum praefert.

§. 11. *Moliri clam eos atque struere*] Vet. ed. et Pal. 3. *et moliri clam eos*. GEBH. Put. Pet. Voss. *ut moliri*. tres Pall. *et moliri*. Scribe *id moliri clam eos atque struere*. Deinde cum duobus primis, *ut Syracusae per speciem reconciliatae societatis in ditione Romanorum sint*. non *reconciliandae* et *deditione*, ut vulgo. J. FR. GRON. *ut moliri* Flor. a m. 1. Lovel. 3. 4. Voss. a m. 1. et Gaertn. *et moliri* Voss. a m. 2. Lovel. 1. 2. et edd. vett. Deinde *reconciliatae societatis* Flor. Voss. Lovel. 3. Harl. Ber. Hav. aliique. *ditione* autem non tantum omnes, praeter Lovel. 3. qui *deditione* praefert, codices, verum etiam edd. usque ad Paris. anni 1573. Librarios haec vocabula confundere solitos esse, videbimus ad 26, 21, 17.

Et pauci auctores foederis] Vet. lib. *ac perpauci*. SIG. *ac perpauci* etiam Ber. et Hav. De voce *perpaucus* v. ad 37, 11, 3. Verum in vulgatum conspirant optimi. Vox *renovati* exsulat ab edd. antt.

§. 1. *Nec Hippocrati et Epycidi solum*] Pal. 1. *neque Epicidi solum*. sec. ac prisca ed. *nec Epicidi solum*. GEBH. Verba *Hippocrati et* nec ab optimo Puteano, nec Voss. nec Gud. nec Cantabrig. agnoscuntur. Cur igitur vulgo pro Livianis habentur? Sane opiner, ab ignaro correctore addita, cui non satisfaciebat alteruter nominatus: id quod tamen faciunt auctores, quum tamen de utroque omnia velint intelligi. Tale utique est illud Livii ipsius 21, 52, 6. ubi quum consules Sempronius et P. Cornelius juncta haberent castra, et Galli a Poenis vastati ad eos mitterent oratum auxilia, tamen scribit: *legatisque ad consulem missis*, ac nihilominus statim post ambo consules inter se deliberant: sic ut omnino in unius appellatione uterque comprehendatur. Infra hoc lib. c. 35, 4. *Postquam ab Hippocrate occupatae Syracusae erant*. quum palam sit, ab Epicyde et Hippocrate simul id fa-

Digitized by Google

Epicydi solum spem novandarum rerum, sed Andranodoro etiam, praebebat. Qui, fessus tandem a uxoris vocibus, monentis, *Nunc illud esse tempus occupandi res, dum turbata omnia nova atque incondita libertate essent, dum regiis stipendiis pastus obversaretur miles, dum ab Hannibale missi duces adsueti militibus juvare possent incepta,* cum Themisto, cui Gelonis filia nupta, rem consociatam pau-

ctum. Idem quoque fecerat Livius hoc lib. c. 31, 4. Eadem numeri enallage est, quae 25, 18, 12. Quintium Crispinum ait provocatum consuluisse *imperatores*, Claudium scil. Fulviumque; libro autem 26, 4, 16. referens Q. Navium auctorem exstitisse peditum equiti immiscendorum, addit honori id ei apud *imperatorem* fuisse; ubi tamen iidem Claudius Fulviusque praeerant. Ita 26, 2, 5. placuit Livio narrare tantum de eo, quem cum imperio mitti placeret in Hispaniam ad eum exercitum, *cui Cn. Scipio Imperator praefuisset;* tanquam Publius nullus fuisset. JAC. GRON. NOV. Voces *Hippocrates et* desunt etiam in Flor. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. D. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Easdem neque Cl. Crevier. in codd. suis invenit, et hinc ex contextu ejecit. Cur tamen ipsam orationis structuram illas respuere addat, nondum intelligo.

§. 2. *Qui, fessus tandem uxoris vocibus*] Pal. 2. *Qui, fessus etiam tandem.* tert. *Qui sexus etiam tandem.* admodum vitiose. GEBH. *Quod non fecisset tandem* Voss. et Lovel. 1.

Dum turbata omnia nova atque incognita libertate essent] Pal. 1. et 3. *incognita libertati.* sec. *incondita libertate.* GEBH. Egregie Put. Pet. *atque incondita.* Sic 25, [13, 10.] *Inconditam inermemque aliam turbam advenisse.* 26, [40, 1.] *Potissimum ratus Syracusanis, nova pace inconditas componere res.* 30, [11, 5.] *Exercitu omni prope novo atque incondito.* Sic *libertas incondita*, incomposita, nondum legibus certoque statu civitatis formata ac firmata. J. FR. GRON. Mallem *quum turbata omnia*, et similiter mox *quum regiis stipendiis*, ac *quum ab Hannibale.* V. ad 1, 40, 7. Deinde *incognita libertati* Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Gaertn. *incondita libertati* Lovel. 3. *incondita libertate* Flor. Lov. 5. Ber. et Hav. quod recte Gronov. recepit. Infra c. 29, 1. *Ad multitudinem inconditam ac tumultuosam exonerandam* 25, 1, 4. *Magna ibi vis hominum, sed inconditae turbae agrestium caesa.* 26, 40, 16. *Inconditam multitudinem secum in Italiam transvexit.* 27, 32, 8. *Inconditam inermemque multitudinem cepit.* 29, 34, 11. *Sparsi et inconditi sine ordine, sine signis.* 30, 28, 3. *Nec Scipioni cum Syphace inconditae barbariae rege rem futuram.* 32, 13, 14. *Incondita inermisque multitudo ab armatis caesa est.* 35, 28, 3. *Posse instructos recta acie, posse inconditum agmen obcurrere.* ubi etiam eodem errore *incognitum* codd. 42, 66, 8. *Vix ab*

Digitized by Google

cos post dies Aristoni cuidam tragico actori, cui et alia arcana committere adsuerat, incaute aperit.
3 Huic et genus et fortuna honesta erant, nec ars, quia nihil tale apud Graecos pudori est, ea deformabat. itaque, fidem potiorem ratus, quam patriae
4 debebat, indicium ad praetores defert. Qui, ubi rem haud vanam esse certis indiciis compererunt, consultis senioribus, et auctoritate eorum praesidio ad fores posito, ingressos curiam Themistum atque
5 Andranodorum interfecerunt: et, quum tumultus ab re in speciem atrociore, caussam aliis ignorantibus, ortus esset, silentio tandem facto, indicem in cu-
6 riam introduxerunt. Qui quum ordine omnia edocuisset, et principium conjurationis factum ab Harmoniae Gelonis filiae nuptiis, quibus Themisto jun-
7 cta esset; Afrorum Hispanorumque auxiliares instru-

incondito agmine captivorum expedierant se. 43, 10, 5. *Inconditа multitudo variis vocibus personabat.* 44, 39, 1. *Aciem inconditam inordinatamque habuissemus.* Mox *regiis stipendiis pressus* Ber. et Hafn. *passus* plerique. Sed perperam. *observaretur* etiam Voss. V. ad cap. praec. §. 6.

Cum Themistio] Vet. lib. *Themisto.* et sic ubique. SIG. Pal. pr. *Themissio.* sec. *dum Themisco.* tert. *cum Themisto.* Prima tamen ed. affligit, expungit notam Sigonii. rectius censeatis *Themisto.* GEBH. In libro optimo semper aut *Themisius*, aut, quod rectum puto, *Themistus* vocatur. J. FR. GRON. *Themisio* Flor. a m. 1. *Themisto* a m. 2. Et ita postea *Themistum*, *Themisto* praefert, cui consentiunt plerique meorum codd. Mox *nupta erat* Lovel. 1. 2. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. Tum *consultatam*, pro *consociatam*, in margine Livii conjecit Cl. Ant. Perizon.

Cui et alia arcana committere adsueverat] Pall. tres, *cui et alta arcana committere assuerat.* GEBH. Meliores *adsuerat.* J. FR. GRON. *alta arcana* etiam Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Ber. et Gaertn. scribarum sollemni errore. V. ad 37, 16, 7. Deinde *adsuerat* Flor. Voss. Lov. 1. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Paris. anni 1573. V. ad 4, 45, 4.

§. 3. *Indicium ad praetores defert*] *judicium* Lovel 4. V. ad 7, 39, 5. Tum *refert* Hearnii L. 1. V. ad 21, 6, 5.

§. 4. *Consultis senioribus*] Pal.

Digitized by Google

ctos, ad caedem praetorum principumque aliorum; bonaque eorum praedae futura interfectoribus pronunciatum; jam mercenariorum manum adsuetam 8 imperiis Andranodori paratam fuisse ad Insulam rursus occupandam; singula deinde, quae per quosque agerentur, totamque viris armisque instructam conjurationem ante oculos posuisset; senatui quidem tam jure caesi, quam Hieronymus, videbantur. Ante cu- 9 riam variae atque incertae rerum multitudinis clamor erat. quam, ferociter minitantem in vestibulo curiae, corpora conjuratorum eo metu compresserunt, ut silentes integram plebem in concionem sequerentur. Sopatro mandatum ab senatu et ab col- 10 legis, ut verba faceret.

XXV. Is, tamquam reos ageret, ab anteacta vi- 1 ta orsus, quaecumque post Hieronis mortem scele-

2. *senatoribus.* Sicut paullo ante *Qui ut rem haud vanam.* GEBH. Omnes mei utroque loco vulgatum tuentur. *seniores* et *senatores* etiam infra commutantur 39, 55, 1. Similiter etiam *ut* et *ubi.* V. supra hoc lib. ad c. 15, 1.

§. 5. *Tumultus ab re in speciem atrociore, caussam aliis ignorantibus, ortus*] Pal. 1. *causam mali ignorantibus. To aliis* omisit vet. ed. GEBH. *atrocior caussam aliis ignorantibus* Voss. Lovel. 4. et Gaertner. *atrocior caussam ignorantibus* Lovel. 1. et edd. vett. *atrocior causa malis ignorantibus* Flor. a m. 1. et Lovel. 3. *atrocior caussam mali ignorantibus* Lovel. 2. et Hav. *atrociter caussam mali ignorantibus* Hafn. *atrociore caussam mali ignorantibus* Ber.

§. 9. *Minitantem, in vestibulo curiae corpora conjuratorum eo metu compresserunt*] Distingue: *quam ferociter minitantem in vestibulo curiae, corpora conjuratorum eo metu compresserunt.* Intellige projecta vel exposita. J. FR. GRON. Idem Gron. in pr. ed. not. vocem excidisse, eaque restituta legendum censebat, *exposita*, vel *projecta*, vel *visa in vestibulo curiae corpora.*

Integram plebem in concionem sequerentur] *in concione* libri omnes. GEBH. Ita et Flor. Lovel. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. et Parm.

§. 1. *Is, tamquam reos agebat*] Video alicubi editum: *Is (tamquam reos agebat) ab anteacta.* Sed Gud. et Mureti *ageret.* Placet igitur: *Is tamquam*

Digitized by Google

ſte atque inpie facta eſſent, Andranodorum ac The-
2 miſtum arguit feciſſe. *Quid enim sua sponte fecisse Hieronymum puerum, ac vixdum pubescentem facere potuisse? Tutores ac magistros ejus sub aliena invidia regnasse. itaque aut ante Hieronymum, aut certe*

reos ageret, ab anteacta vita orsus. J. FR. GRON. Verba interposita parenthesi primus diſtinxerat Aldus; eam autem servant omnes edd. usque ad Gronov. cujus emendationem cum Crevier. probo, licet omnes mei vulgatum servent, nisi quod *reos ajebat* sit in Voſſ. a m. 2. et Lovel. 1. V. ad 8, 33, 23.

Ab anteacta vita orsus] Praepositio *ab* desideratur in omnibus Pall. GEBH. Eamdem abjiciunt Flor. Cant. Voſſ. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. a manu 1. Gaertner. Hav. et priscae edd. At eam hauſiſſe videntur ultimae literae vocis praecedentis.

§. 2. *Quid enim sua sponte fecisse Hieronymum puerum, ac vixdum pubescentem facere potuisse*] Videtur insiticium *fecisse*. J. FR. GRON. Oculatiſſimus Doujatius se non videre teſtatur, cur Gronovius pro insiticio respuat τὸ *fecisse*. eleganter enim dici contendit, Hieronymum nec feciſſe sponte, nec, qua aetate erat, facere quidquam potuiſſe. Sed velim, consideret quis totius orationis proceſſum; puer nihil fecit, vixdum pubescens nihil facere potuit. An igitur Hieronymo puero, quam vixdum pubescenti, liberior poteſtas fuit, ut haec ita dividantur? Si Livius scripsiſſet *fecisse Hieronymum, aut puerum ac vixdum* etc. tolerabilius foret, nunc vero Gronovio, cui etiam adsentitur Crevier. adsentior, licet omnes codd. mei τὸ *fecisse* conſtanter servent.

Tutores ac magistratus ejus sub aliena invidia regnasse] Emendatum eſt in Pal. 1. *ac magistros ejus.* Suet. Galb. [14.] *Regebatur trium arbitrio, quos una et intra Palatium habitantes, nec umquam non adhaerentes paedagogos vulgo vocabant.* GEBH. Qui *magistratus ejus?* an quos ipse crearit, aut quibus munera mandaverit? Non placet. Scribatur *tutores ac magistros ejus.* Revereor sane veteres libros: at illorum scripturam numquam praevertam ei, quam ipsos auctores reliquiſſe credibile eſt. 22, 15, 5. Put. exhibet *ferociter concionantem magistratum equitum.* Quod si quis ab ipso Patavino profectum exiſtimet, is me, jam nunc praedico, sentire secum ne poſtulet. Idem fidiſſimus omnium liber hic *magistratos*. quod mihi quidem certum indicium eſt, Livium scripsiſſe *magistros*, et duas literas vacare. Nam, et *magistratum* pro magiſtro, vel *magistratos* pro magiſtratibus ut diximus noſtrum utique credam, aliis, quam adhuc factum eſt, doceri me oportet. Parum etiam evincit apud me doctiſſimus Gruterus, quod plerisque jam persuasit, auctores attentius loquutos promiscuo *magisterium* et *magistratum* usurpaſſe. *Magistri* sunt, ut aït Feſtus, pagorum, societatum, vicorum, collegiorum, equitum: ludorum prae-

Digitized by Google

certe cum Hieronymo perire eos debuisse. At illos, 3
debitos jam morti destinatosque, alia nova scelera post mortem tyranni molitos: palam primo, cum clausis Andranodorus Insulae portis haereditatem regni creverit, quaeque procurator tenuerat, pro domino possederit; proditus deinde ab eis, qui in Insu- 4

terea et conviviorum; denique doctores artium: eorumdem ergo dignitas *magisterium*, non *magistratus*. Frustra ostentat ex Suet. Calig. [31.] *Magisteria sacerdotii*. etenim sacerdotum collegia sunt, non magistratus. Frustra ex ejusdem Domit. [4.] *Minervae, cui collegium instituerat, ex quo sorte ducti magisterio fungerentur*. Diserte enim id *collegium* vocat, cujus sodales nemo vocaret *magistratus*. Nec juvat ex Symmacho 4. ep. 45. de censura: *Nolo mireris, gravissimum ordinem magisterium respuisse*. Etenim censor dicebatur et *magister morum*: eoque respectu censura *magisterium morum*: etsi in hoc *magistratus* et *magisterium* concurrant, quemadmodum et in magistro equitum. Illius magisterium morum et hujus magisterium equitum facit sane ambos magistratus populi Romani: non tamen illum *magistratum morum*, hunc *magistratum equitum* gessisse dices. At vero ad Plautum Bacchid. [1, 2, 40.] *Jam excessit mihi aetas ex magisterio tuo*: quid opus vel meminisse semibarbarorum corruptorum *ex magistratu*, nisi ut exsibiletur, quum illud constanter habeant libri antiquissimi. Nihilo potior apud me duorum Senecae codicum auctoritas, qui ep. 15. *Accedunt pessimae notae mancipia in magistratum recepta*. Nam duo alii Gruteri cum membranis, quas ipsi inspeximus, et longe pluribus, quas alii consuluerunt, *in magisterium*, ut omnis vulgata. Apulejus sane *aedilis magisterium* dixit 1. Metam. (nam, quae alia ex illo adnotant in hunc usum vocis male seduli, ipso adspectu refutes licet) sed loquitur, ut de municipiorum decurionibus Romani solebant. Suet. Octav. 2. *Avus municipalibus magisteriis contentus*. J. FR GRON. Vir doctus, quem Gronov. prima parte hujus observationis refellit, est Salmas. qui ad Spart. Aelium Verum 5. et ad Pollion. Claud. 14. notavit, *magistratos* pro magistris Livium usurpasse, secundum vetustissimas ejus membranas. Locus vero Gruteri, adversus quem Gronov. in sequentibus disputavit, exstat 1. Susp. 9. V. etiam eumdem Gronov. ad l. l. Plaut. in Bacchid. Ceterum omnes etiam codd. mei *magistratus* hic retinent, quam lectionem Doujat. tuetur. Intelligit autem magistratus majores, nomine et auctoritate Hieronymi a tutoribus ejus constitutos. Contra Crevier conjecturam Gronovii probat, quae mihi quoque verior visa est: alibi enim saepe voces *magistratus* et *magistri* a librariis confusae sunt. V. ad 22, 15, 5.

§. 3. *Haereditatem regni creverit*] Princeps editor, qui excudit *celevarit*, non intellexit hanc loquendi figuram, ut nec exscriptores Pall. 1. et 2. qui *hereditate*, putantes τὸ *creverit* venire a *cresco*. GEBH. In aliis esse

Digitized by Google

la erant, circumsessus ab universa civitate, quae Achradinam tenuerit, nequidquam palam atque aperte petitum regnum, clam et dolo adfectare cona-
5 *tus sit, et ne beneficio quidem atque honore potuerit vinci, quum inter liberatores patriae insidiator ipse*
6 *libertatis creatus esset praetor. Sed animos eis regios conjuges regias fecisse, alteri Hieronis, alteri*
7 *Gelonis, filias nuptas.* Sub hanc vocem ex omnibus partibus concionis clamor oritur, nullam earum vivere debere, nec quemquam superesse tyrannorum
8 stirpis. Haec natura multitudinis est; aut servit hu-

hereditate, adnotat Hearnius. Hoc dudum emendavit Leopardus 2. Emend. 15. DUK. *hereditate* Lovel. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et edd. ante Froben. anni 1535. Tum *tenuerit* Voss. in marg. et Lovel. 1. *cesserit* Ber. a m. 1. *ceperit* a m. 2. et Hafn. Infra 40, 8, 17. *Vivo et spirante me haereditatem meam ambo et spe et cupiditate inproba crevistis.* ubi etiam librarii locutionem non intelligentes mutarunt. Mox *quae procurator*, pro *quaeque*, Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Ber. et Hav. *et quae procurator* Flor.

§. 7. *Nec quemquam superesse tyrannorum stirpis*] Pall. 1. et 3. *nec quicquam superesse.* GEBHARD. Ita et Lovel. 2.

§. 8. *Libertatem, quae media est, nec spernere modice, nec habere sciunt*] Libertatem *spernunt modice*, qui sic sunt obnoxii, ut non verniliter adulentur, neque omnem libertatem amittant: qui aliquid etiam in serviendo libertatis retinent, admittunt, audent, neque se deprimunt in extremum servitutis. *Immodice*, qui serviunt humiliter et abjiciunt se. Hoc eo monui, quia homo doctus apud me fatebatur, se non capere hanc sententiolam, et tentabat *sperare.* J. FR. GRON. Ejusdem sententiae olim fuit librarius Ber. qui legebat *cupere modice.* sed *suscipere modice* est in Hav. *stupere modice* in Cant. et Flor. a m. 1. *studere* a m. 2. Praeterea *nec habere scit* Rec. quod praecedentia *multitudinis, servit, dominatur* requirere forte existimavit Male. V. ad 6, 19, 7.

§. 9. *Avidos atque intemperantes plebejorum animos*] Quidam emendaverant *publicanorum animos.* sed mihi prorsus displicet. GLAR. Pal. 1. et 3. ut et vet. ed. *publicanorum*, quod recte respuit Loritus. Pal. 2. *suppliciorum.* GEBH. Id quoque correctorum erit haud dubie. Voss. *plubiciorum.* Gud. et Cantabr. *publiciorum.* De Puteano nihil notatum invenio, etsi non dubitem, quin par illic sit diversitas. Delibera, fueritne *humiliorum*, an *vulgi civium.* JAC. GRON. Illud *plebejorum* primum obcurrit in ed. Ascens. an-

Digitized by Google

militer, aut superbe dominatur: libertatem, quae media est, nec spernere modice, nec habere sciunt: et non ferme desunt iarum indulgentes ministri, qui 9
avidos atque intemperantes plebejorum animos ad sanguinem et caedes irritent. Sicut tum extemplo 10
praetores rogationem promulgarunt: acceptaque pene prius, quam promulgata, est, ut omnis regia stirps interficeretur. missique a praetoribus Da- 11
maratam Hieronis, et Harmoniam Gelonis filias, conjuges Andranodori et Themisti, interfecerunt.

ni 1513. Idem tamen in nullo apud me cod. supereſt, nisi forte in Ber. et Hafn. unde nihil notatur. *publicanorum* legunt Lovel. 5. Gaertn. Recan. Hearnii D. et edd. vett. *dominorum animos* Lovel. 1. *publiciorum animos* Lovel. 3. 4. Flor. et Hearnii L. 1. neque aliter etiam Put. ut Cl. Sallierius me docuit. *publice horum animos* Hearnii N. *publicorum animorum* Harl. *suppliciorum animos* Lovel. 2. quod in cod. Victor. inventum sanum videri posse Crevier. pronunciat.

§. 10. *Sicut tum extemplo praetores*] Vet. lib. *Sic tum extemplo*. SIG. Pal. 1. 2. et vet. ed. *Sic extemplo tum*. tert. *Sic extemplo cum*. GEBH. *Sic tum extemplo* Hearnii L. 1. et N. *Sic extemplo tum* Gaertn. et edd. usque ad Aldum, qui *Sicut tum extemplo* subposuit, quod servat Flor. *Sicut extemplo tum* Voſſ. Lovel. 2. 4. Ber. et Hav. *Sicut extemplo cum* Lovel. 3. 5. et Harl.

Acceptaque pene prius, quam promulgata, est] Palat. 1. *mulgata est*. vec. *promulgata vulgata est*. tert. *vulgata est*. GEBHARD. *mulgata est* Voſſ. et Lovel. 1. *vulgata est* Lovel. 2. 4. 5. et Rec. *promulgata lex esset* Ber. *promulgata res esset* Hav. Praeterea *pene* exsulat a Lovel. 4. et 5. Insuper Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii conjecit, *accepta quae prius*. V. eum infra ad 28, 12, 13.

Ut omnis regia stirps interficeretur] Vet. lib. *ut omnes regiae stirpis interficerentur*. SIG. Veritas vulgatae lectionis etiam a Pal. 1. ac vet. ed. confirmatur, licet Pall. 2. et 3. *ut omnes regiae stirpis interficerentur*. GEBH. Non moveo. Tamen, ut voluit Sigonius, optimi codices, *ut omnes regiae stirpis interficerentur*. J. FR. GRON. Ita etiam manus interpolatrix in Flor. emendavit, quum antea *ut omnis regia stirpis interficerentur* scriptum fuisset. Vulgatum servant omnes reliqui, nisi quod *stirpis* sit in Voſſ. a m. 1. Harl. et ed. Mediol. anni 1480

§. 11. *Demaratam Hieronis, et Harmoniam Gelonis filiam*] Vet. lib. *Damaratam*, item *filias*. Stirps autem Hieronis regis haec fuit.

Digitized by Google

1 XXVI. Heraclea erat filia Hieronis, uxor Zoïppi; qui, legatus ab Hieronymo ad regem Ptolemae-
2 um missus, voluntarium consciverat exsilium. Ea quum ad se quoque venire praescisset, in sacrarium ad penates confugit, cum duabus filiabus virginibus, resolutis crinibus, miserabilique alio habitu: et ad
3 ea addidit preces, *nunc per memoriam Hieronis patris, Gelonisque fratris, ne se innoxiam invidia Hie-*
4 *ronymi conflagrare sinerent. Nihil se ex regno illius, praeter exsilium viri, habere: neque fortunam suam*

Hiero rex.

Damarata, uxor Andranodori. | Gelo ante patrem mortuus. | ..... uxor Zoïli. | Heraclea ux. Sosippi.

Hieronymus rex annorum xv. post Hieronem. | Harmonia uxor Themisti.

SIG. *Damaratam* scribendum, supra dixi ad c. 22, 8. *filias*, ut supra hoc cap. *Alteri Hieronis, alteri Gelonis filias nuptas*. Omnes tamen mei vulgatum servant.

Stemma autem Hieronis, a Sigonio datum, sed post virorum doctorum, qui in Livio emaculando desudarunt, curas, erroribus obsitum, ita emendo et augeo.

Hierocles, vir nobilis, genus ducens a Gelone, antiquo Siciliae tyranno; cui, teste Justin. 23,4. ex ancilla natus est,

Hiero, primo praetor, mox rex Syracusanus. Uxorem duxit filiam Leptinis. Polyb. 1,9. Pausan. 2. Eliac. 12. Ejus nomen restituendum, ut partim viri docti monuerunt, apud Aelian. 6. Var. 13. et Val. Max. 3, 2, ext. 9.

Gelo ante patrem mortuus, cujus uxor fuit Nereïs, filia Pyrrhi. Polyb. Exc. leg. p. 1089. Pausan. 2. Eliac. 12.

Damarata uxor Andranodori. Liv. 24, 4. 5. 22. 25.

Heraclea uxor Zoïppi. Liv. 24. 4. 5. 25.

Hieronymus Gelonis et Nereïdis filius, Hieronis nepos. Liv. 24, 4. 5.

Harmonia uxor Themisti. Liv. 24, 24. 25. Virgo dicitur apud Val. Max. 3, 2, ext. 9.

Duae filiae virgines. Liv. 24, 26.

§. 1. *Heraclea erat filia Hieronis, uxor Sosippi*] Pal. pr. *Hieracleae f. H. uxor Zosippo.* tert. *Eraclia.* GEBH. Put. *Zoï-*

Digitized by Google

eamdem vivo Hieronymo fuisse, quam sororis; neque interfecto eo caussam eamdem esse. Quid? 5
quod, si Andranodoro consilia processissent, illa cum viro fuerit regnatura; sibi cum ceteris serviendum. Si quis Zoïppo nunciet, interfectum Hierony- 6
mum, ac liberatas Syracusas, cui dubium esse, quin extemplo conscensurus sit navim, atque in patriam rediturus? Quantum spes hominum fallit! In 7
liberata patria conjugem ejus ac liberos de vita dimicare; quid obstantes libertati, aut legibus? Quod ab 8

psi. Ibidemque plane *si quis Zoippo nuntiet.* Hic est ille *Zoïppus*, qui supra [c. 4, 3.] male *Zoïlus* appellatur. Atque hinc confirmatur nostra sententia, ex Polybio hoc nomen corrigendum, et ubique scribendum *Zoïppus*, variato tamen casu. Patetque error Sigonii, facientis in stirpe Hieronis regis, praeter Demaratam et Heracleam, tertiam ei filiam sine nomine, uxorem Zoïli. Nam nec maritus nec uxor in rerum natura fuerunt. J. FR. GRONOV. Eodem facit, in tantum non omnibus codd. una modo litera abundante, scribi *Zosippi*, vel *Zosippo.* Quorum prius etiam Hearnius invenit in N. et D. sed *Cosippi* in L. 1. quemadmodum ego *Gesippi* in Gaertn.

§. 2. *Ea quum ad se quoque venire praescisset*] Lege *veniri.* J. FR. GRON. Ita est in Ber. a m. 2. Praeterea *praesensisset* Lov. 4. quod ex glossa interpretis esse videtur.

§. 3. *Nunc per memoriam Hieronis patris*] Particula *nunc* delenda videtur Crevier. quia ei alia compar et ex adverso obposita nulla est.

§. 5. *Illa cum viro fuerit regnatura*] Pall. 2. ac 3. *cum viro suo.* GEBH. Non aliter etiam Lovel. 2. et Rec. Paullo ante τὸ *Quid* a m. 2. deletur in Flor. sequens autem *quod* exsulat a Lovel. 5. Sed interceptum est a praecedenti *Quid.* Verum *Quid quod si* Brancal. Latinii legit.

§. 6. *Cui dubium esse, quin extemplo*] Pall. 1. ac 2. *quid dubium esse.* tert. *quin dubium esse.* GEBH. *quid dubium* etiam Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Et ita Flor. a m. 2. quum olim exaratum fuisset *qui dubium.* Mox *navem* idem Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 23, 11, 5.

§. 7. *Quantum spes hominum fallit*] Immo *falli*, nam tota oratio obliqua est. J. FR. GRON. Idem et Crevier. placuit. *Quam spes hominum* legit Lov. 5. Alibi librarios ita peccasse, vidimus ad 5, 4, 1. Adde 10, 28, 2. 25, 23, 11. (* 36, 2, 4. 38, 17, 10.)

§. 8. *Quod ab se cuiquam periculum, a sola ac prope vidua et puellis in orbitate degentibus*]

Digitized by Google

se cuiquam periculum, a sola ac prope vidua, et puellis in orbitate degentibus, esse? At enim periculi quidem nihil ab se timeri: invisam tamen regiam
9 *stirpem esse. Ablegarent ergo procul ab Syracusis Siciliaque, et asportari Alexandriam juberent, ad*
10 *virum uxorem, ad patrem filias.* Aversis auribus animisque, casse ne tempus tereretur, ferrum quosdam expedientes cernebat: tum, omissis pro se pre-
11 cibus, *puellis ut saltem parcerent*, orare institit: *a qua aetate etiam hostes iratos abstinere. ne, tyrannos ulciscendo, quae odissent, scelera ipsi imitaren-*

Pall. tres *in orbitatem decedentibus.* GEBH. Deleo praepositionem *a.* J. FR. GRON. Eadem praepositio abest a Ber. a m. 2. Praeterea *in orbitatem decedentibus* Flor. Cant. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. et Gaertn. *in orbitate decedentibus* Voss. Ber. et Lov. 1. *in orbitatem descendentibus* Hav. *in orbitatem degentibus* edd. antt.

Invisam tantum regiam stirpem esse] Scribe ex Put. Pet. Voss. *invisam tamen.* J. FR. GRON. *tamen* etiam Flor. et plerique reliqui codd. V. ad 9, 12, 6. Praeterea *stirpem regiam* Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Hav.

§. 10. *Aversis auribus animisque, casse ne tempus tereretur, (ferrum enim quosdam*] Fastiditur particula *enim* ab omnibus nostris libris. Pal. 2. *ferrum quosdam experientes cern.* An videlicet satis esset acutum. GEBH. Qui hisce sanitatem constare adfirmet, ei nos mentem et judicium in literis constare negabimus. 38, [33, 11.] *Quum aversis auribus pauca locuti essent.* 41, [10, 6.] *Quum, concione advocata, fugam e castris A. Manlii aversis auribus militum jactasset.* Tale quid et hic deesse putes. At ego τὸ *casse* absque vitio esse, non facile concedam: nec facit huc illud ex l. 2, [49, 8.] *incassum missae preces.* Libri juvant hactenus, ut Put. Pet. Voss. tres Pall. immo fere quicquid meliorum, cum Andrea Aldinaque, careant τῷ *enim.* Vide an sit melius. *Aversis auribus animisque (nam ne tempus tereretur, ferrum quosdam expedientes cernebat) tum omissis pro se precibus.* Primam vocem plane ut participium, non tantum ut adjectivum nomen, positam intellige, quasi foret expressum: *Quum omnium aures animique aversi essent.* Rubenius *animisque a se (ne tempus tereretur.* J. FR. GRON. *To enim* deest etiam in Flor. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hearnii Oxon. omnibusque edd. usque ad Ascens. anni 1513. Vett. edd. lectionem exhibui. Cl. Joh. Alex. Roëllius minima mutatione legebat *Aversis auribus animisque, casse ne tempus tereret, ut ferrum quosdam expedientes cernebat, tum, omissis* etc. Fateor, adverbium

Digitized by Google

tur. Inter haec abſtractam a penetralibus jugulant: 12
in virgines deinde, respersas matris cruore, impetum faciunt. quae, alienata mente simul luctu metuque, velut captae furore, eo cursu se ex sacrario proripuerunt, ut, si effugium patuiſſet in publicum, impleturae urbem tumultu fuerint. Tum quoque 13
haud magno aedium spatio, inter medios tot armatos, aliquoties integro corpore evaserunt: tenentibusque, quum tot ac tam validae eluctandae manus essent, sese eripuerunt: tandem, vulneribus confectae, quum omnia repleſſent sanguine, exanimes 14

casse alibi non obcurrere. Verum ita *postulatus*, pro *postulatum*, habemus 4, 9, 6. *servitudo* hoc lib. c. 22, 2. quarum vocum vix alibi exempla obcurrunt. Locum pro deplorato habet Cl. Crevier.

§. 11. *A qua aetate etiam hostes irati abstinerent*] Pall. 1, ac 3. *hostes iratos abstinere.* sec. *hostes irati abstinent.* GEBH. Legendum ex Put. Pet. Men. Pall. Voſſ. *a qua aetate etiam hostes iratos abstinere.* J. FR. GRON. Ita, praeter Gaertn. legunt omnes mei, omnesque Hearnii Oxon. V. etiam Gron. 2. Obs. 14. p. 324. Praeterea *a qua aetate et hostes* Lovel. 1. V. ad 22, 47, 9.

§. 12. *Obcursu se ex sacrario proripuerunt*] Florebellus, ut eſt summo judicio praeditus, legit *eo cursu.* quod laudo. Sic enim 26, [12, 2.] *Ad fretum eo cursu contendit, ut prope repentino adventu incautos oppresserit.* et 42, [16, 1,] *In jugum Parnassi refugerunt eo cursu, ut cum unus* etc. SIG. Pall. 2. excrevit τὸ *occursu.* GEBH. *cursu* Lov. 3. et 5. Et ita vir doctus conjecit ad marginem ed. Curion. Malim tamen *eo cursu*, quod et Crevier. probavit. Paullo ante *in virgines inde*, pro *deinde*, Harl. V. ad 36, 24, 10. et hoc cap. §. 15. Tum *alienatae mente*, pro *alienata*, Lov. 2. Utrumque commodo sensu ferri poſſe, docent, quae supra notavi ad 3, 48, 1. Ratio igitur flagitat, ut et plurium, et meliorum codd. fidem sequamur.

§. 13. *Tenentibusque, quum tot ac tam validae eluctandae manus essent, sese eripuerunt*] Horum omnium nihil prorsus exſtabat in libro Cantabr. Et sane, quid potiſſimum adferant, alius me doceat. JAC. GRON. Immo potius verba haec, quae in reliquis omnibus codd. conſtanter supersunt, in Cant. omiſſa puto librarii neglegentia, cujus oculis minus intentis fraudi fuit similitudo inter voces *evaserunt*, quae proxime haec verba praecedit, et *eripuerunt*, quae eorum ultima eſt, unde factum fuit, ut omnia media omitteret.

§. 14. *Caedemque per se miserabilem*] Libri omnes *de se.* GEB-

Digitized by Google

conruerunt; caedemque per se miserabilem miserabiliorem casus fecit, quod paullo post nuncius venit, mutatis repente ad misericordiam animis, ne inter-
15 ficerentur. Ira deinde ex misericordia orta, quod adeo festinatum ad supplicium, neque locus poeni-
16 tendi, aut regressus ab ira relictus esset. itaque fremere multitudo, et in locum Andranodori ac Themisti (nam ambo praetores fuerant) comitia poscere: quae nequaquam ex sententia praetorum futura essent.

1 XXVII. Statutus est comitiis dies: quo, necopinantibus omnibus, unus ex ultima turba Epicydem nominavit, tum inde alius Hippocratem. crebriores

HARD. In aliis edd. ante *caedemque* melius est distinctio minima. Si hinc nova periodus inchoatur, importuna est copula *que*. DUK. *de se* etiam Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 3. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et, quas vidi, edd. usque ad Ascens. anni 1513. Ceterum ex Dukeri sententia veterem distinctionem revocavi. Paullo ante *complessent* Flor.

§. 15. *Ira deinde ex misericordia orta*] *Ira demum* Gaertn. Hearnii N. et edd. antt. V. ad 40, 22, 1. *Ira inde* Lovel. 1. V. hoc cap. §. 12. Mox *ut neque locus poenitendi, aut regressus*, addita prima vocula, Ber. *neque locus poenitendi. neque regressus* Lovel. 4. *non locus poenitendi, aut regressus* Lovel. 5.

§. 1. *Statutus est comitiis dies*] Pal. 1. *Status et comitiis dies.* Sic supra 23, 35, 3. *Statum sacrificium.* 27, 23, 7. *Ut hi ludi in perpetuum in statam diem voverentur.* 28, 6, 10. *Temporibus statis reciprocat.* 39, 13, 8. *Tres in anno statos dies habuisse, quibus interdiu Bacchis initiarentur.* GEBH. Put. et Pet. *essent.* Forte *Statutus est inde comitiis dies.* J. FR. GRON. *essent* etiam Flor. Verum id ex proximis verbis librarii menti adhuc obversatum videtur. Perperam autem Gebh. probavit *Status.* Nam *statum* dicitur, quod certo ac definito tempore recurrit, *statutum* vero, quod tempore indicto; qualis hic erat dies comitiorum. *Status* igitur adscribi debet errori scribae. Contrario lapsu peccarunt 39, 13, 8. ubi plura vide. Mox *tum alius Hipp.* Lov. 5. *tamen alius Hipp.* Lovel. 4.

§. 2. *Non populari modo, sed militari quoque turba*] Optimus *turbus.* Scribe *turbis.* J. FR. GRON.

§. 3. *Praetores dissimulare primo, et trahendam rem esse*] Put. et Pet. *et trahenda re esse.* Recte, ut puto. Sensus est, in

Digitized by Google

deinde eae voces, et cum haud dubio adsensu multitudinis esse. Et erat confusa concio, non popu- 2
lari modo, sed militari quoque turba, magna ex parte etiam perfugis, qui omnia novare cupiebant, permixtis. Praetores dissimulare primo, et trahenda re 3
esse: postremo victi consensu, et seditionem metuentes, pronunciant eos praetores. Nec illi primo 4
statim creati nudare, quid vellent: quamquam aegre ferebant, et de induciis dierum decem legatos isse ad Ap. Claudium, et, impetratis eis, alios, qui de foedere antiquo renovando agerent, missos. Ad 5
Murgantiam tum classem navium centum Romanus habebat, quonam evaderent motus ex caedibus ty-

eo esse, id agere, ut extraherent rem. 7, [12, 12.] *His consiliis dictator bellum trahebat.* J. FR. GRON. Sententiam loci recte explicari, et vulgatum corruptum esse arbitror; an in scriptura optimorum codd. nihil vitii sit, videant alii. Nam mihi videtur addendum fuisse *in*, ut quum *in aliqua re esse* dicuntur, qui eam agunt, qui ea occupantur. Cicero 4. Verr. 61. *Quum diutius in negotio curaque fueram.* Gellius 3, 1. *Longe in eo ipso quaerendo fui.* Et Cato apud eum 3, 7. *Hostes eorum audaciam admirantur; quorsum ire pergant, in exspectando sunt. Esse invidia, dolore, metu*, et alia id genus, huc non pertinent. DUK. *et trahendam rem esse censere* Hafn. et Ber. a m. 2. quum *censebat* habuisset a m. 1.

Pronunciant eos praetores] *Τὸ eos* abest in omnibus libris. GEBH. Eamdem vocem abjiciunt quoque Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum.

§. 4. *Nec illi primo statim creati nudare*] Omnes libri habent *Nec illi statim creati nudare.* GEBH. Consentiunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldo vetustiores.

Et, impetratis eis, alios, qui de foedere] *et impetrati senilios qui* Flor. Voss. Lovel. 3. et Harl. *et impetrari senilios qui* Lovel. 1. 2. *et impetrati seniolos qui* Lovel. 4. *et impetrari alios qui* Hav. *et impetrasse alios qui* Ber. Hafn. et Brancal. Latinii.

§. 5. *Classem navium centum Romanus habebat*] De Ap. Claudio loquitur, de quo ita Polybius l. 8, [3.] Ἄππιος μὲν ἑκατὸν πεντηρικοῖς σκάφεσι, Μάρκος δὲ Κλαύδιος πεζικὰς ἔχων δυνάμεις ἐφῴδρευε τοῖς κατὰ τὴν Σικελίαν. SIG.

Quo evaderent motus ex caedibus tyrannorum orti] Pal. sec. *quonam evaderent.* tert. *qua evaderent.* GEBH. Put. Pet. Voss. *quoniam evaderent.* Men. *quam*

Digitized by Google

rannorum orti Syracusis, quove eos ageret nova at-
6 que insolita libertas, opperiens. Per eosdem dies
quum ad Marcellum, venientem in Siciliam, legati
Syracusani missi ab Appio essent, auditis conditio-
nibus pacis, Marcellus, posse rem convenire ratus,
et ipse legatos Syracusas, qui coram cum praetori-
7 bus de renovando foedere agerent, misit. Et jam
ibi nequaquam eadem quies et tranquillitas erat.
postquam Punicam classem accessisse Pachynum adla-
tum est, demto timore Hippocrates et Epicydes,

evad. Lege, ut Pal. unus: *quonam evaderent.* J. FR. GRON. *qua evaderent* Lov. 1. 2. et Harl. *quam evaderent* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *quoniam evaderent* Flor. a m. 1. *quonam evaderent* a m. 2.

§. 7. *Prodi Romanis Syracusas criminabantur*] Alii *Romanos.* Optimi *prodi Romano Syracusas.* De quo genere ad priores libros dictum est. Sic et ante: *Ad Murgantiam tum classem navium centum Romanus habebat.* J. FR. GRON. *Romano* etiam Flor. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hav. et Hearnii Oxon. V. ad 4, 10, 6. Paullo ante *quies ac tranquillitas* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 8. *At vero Appius ad ostium portus, quid aliae partis hominibus animi accederet, opperiens*] Vitiose Pal. 2. *quidem aliae partis hominibus animus acc.* GEBH. Put. a m. 1. et Pet. alter: *quo aliae partis hominibus animus accederet, in statione.* Nam in optimo correctrix manus *quid* pro *quo* fecit. *opperiens* nusquam, uti nec in Pet. meliore, nec Men. nec Voss. qui pariter *animus.* Palat. *quidem aliae partis hominibus animus.* Non dubito illud *opperiens* in iisdem non repertum, etsi sileat excerptor. Enimvero, re diligenter expensa, deprehendimus veram lectionem, distinctione et unica praeterea litera mutata: *Ut vero Appius naves ad ostium portus, quo aliae partis hominibus animus accederet, in statione habere coepit; ingens in speciem criminibus vanis accesserat fides.* J. FR. GRON. *opperiens* tantum ex meis Lovel. 5. Rec. et Gaertn. reliqui omnes eam vocem ignorant. Insuper *quid aliae partis hominibus animus accederet* Flor. Cant. et Harl. *qui aliae partis hominibus animus accederet* Lovel. 3. *quidem aliae partis hominibus animus accederet* Lov. 4. *quod aliae partis hominibus animus accederet* Voss. pro varia lect. in marg. Lovel. 2. et Hav. *quo aliae partis hominibus animus accederet* Voss. in contextu, et Brancal. Latinii. Plane, quemadmodum Gronov. emendat, inveni in Ber. a m. 2. neque differt a m. 1. nisi quod praeferat *At vero Appius. Tà at* et *ut* etiam alibi a librariis confunduntur. V. ad 1, 18, 9. 3, 56, 12. et 5, 4, 8.

Digitized by Google

nunc apud mercenarios milites, nunc apud transfugas, prodi Romano Syracusas, criminabantur. Ut 8
vero Appius naves ad oſtium portus, quo aliae partis hominibus animus accederet, in ſtatione habere coepit, ingens in speciem criminibus vanis acceſſerat fides. ac primo etiam tumultuose decurrerat mul- 9
titudo ad prohibendos, si in terram egrederentur.

XXVIII. In hac turbatione rerum in concionem 1
vocari placuit. ubi quum alii alio tenderent, nec procul seditione res eſſet, Apollonides principum

De *τοῖς aliae partis* v. Voſſ. 6. Gramm. 6.

§. 1. *In concionem vocari placuit*] Sic omnes noſtri. Muretus praepositionem delet. Sic dictum eſt, ut *vocare in senatum*, quod alibi Livio aſſeruimus. Juſtinus 16, [1.] *Demetrius, caedem apud exercitum excusaturus, in concionem vocat.* Frontinus Strateg. 3, 1. *Ad concionem vocato exercitu, exposuit, quam id necessarium et facile esset.* Melius forte ex veſtigiis scriptorum *concione vocata, exercitui exposuit,* inquit Petr. Scriverius. Immo pejus. J. FR. GRON. Praepositionem conſtanter etiam omnes mei agnoscunt. V. Gronov. ad 2, 55, 10. 23, 32, 3. et 26, 48, 13. Plene *populum in concionem vocare* dixit Liv. 37, 28, 3. V. Oudend. ad d. l. Front. Paullo ante *In hac perturbatione rerum* Ber. reliquis invitis. *Turbatio* vox rarior eſt, cujus quaedam exempla conlegit Falſter. in Supplem. ling. Lat. Verum hoc Livii antiquius eſt omnibus illis, quae congeſſit.

Ubi quum alii alio tenderent, nec procul a seditione res esset] Quum abeſſet a Pall. 1. et 3. praepositura *a*, conjeci legendum *nec procul seditionem*. Qua lectione in Pal. 3. omnibus elementis expreſſa confirmari meam conjecturam delectatus sum. Sic 9, 32, 5. Livius dixit *procul hostem*. 27, 42, 14. *Haud procul Venusiam hostem assequitur*, ut praefert Pal. pr. 39, 56, 6. *Haud procul Siciliam, insulam novam editam e mari esse.* GEBH. Omnes Gallici et Voſſ. *tenerent*. Iidemque cum tribus Pall. praepositionem *a* cancellant. J. FR. GRON. *tenerent* Flor. Cant. Voſſ. in contextu, Lovel. 2. 3. 4. Harl. et Hearnii L. 1. et N. Solent haec verba a scribis commutari. V. ad 4, 31, 2. c. 35, 8. 5, 41, 7. 9, 37, 10. c. 46, 13. et 27, 17, 17. (*34, 34, 1.) De locutione *procul seditionem* v. ad 21, 61, 8. Verum hanc lectionem nullus meorum firmat. *procul a proditione* Gaertn. *procul seditione* reliqui mei omnes et Hearnii Oxon. Supra 2, 13, 6. *Quum castra Etruscorum forte haud procul ripa Tiberis locata essent.* 3, 22, 4. *Haud procul oppido consedit.* c. 23, 1. *Haud procul moenibus Tusculi considunt.* 4, 21, 8. *Haud procul Collina porta.* 6, 16, 6. *Jamque haud procul seditione res erat.* 7, 5, 9.

Digitized by Google

unus orationem salutarem, ut in tali tempore, ha-
2 buit: *nec spem salutis, nec perniciem propiorem*
3 *umquam civitati ulli fuisse. Si enim uno animo omnes vel ad Romanos, vel ad Karthaginienses inclinent, nullius civitatis statum fortunatiorem beatio-*
4 *remve fore. si alii alio trahant res, non inter Poenos Romanosque bellum atrocius fore, quam inter ipsos Syracusanos; quum intra eosdem muros pars utra-*

Rure et procul coetu hominum. c. 11, 6. *Haud procul porta Collina.* c. 14, 5. *Haud procul justo proelio.* c. 39, 12. *Procul ambitione et foro.* 8, 19, 5. *Haud procul castris ejus consedit.* c. 32, 13. *Nec procul seditione aberant.* 25, 3, 19. *Nec procul dimicatione res erat.* et innumeris aliis locis.

§. 3. *Vel ad Romanos, vel Karthaginenses*] Ita edidit Cl. Jac. Gronov. eumque secutus est Clericus. Priores omnes legunt *vel ad Carthaginienses*; quod etiam in plerisque codd. superest, et recte Hearnius ac Crevier. revocarunt. Id enim Livii esse, patet ex illis, quae notantur ad 6, 28, 6.

Nullius civitatis statum fortunatiorem gratioremve fore] Sive *gratior*, sive *gravior* (nam utrumvis habent vulgatae) status non potest esse ad gustum sapidi palati. Put. *creatiorem*, sine τοῦ *ve*. quod et alii omnes libri ignorant. Scribe cum Salmasio *fortunatiorem ac beatiorem fore.* Suet. Domit. [23.] *Beatiorem post se laetioremque portendi reipublicae statum.* Seneca ep. 81. *Res magna et ex beatissimo animi statu profecta.* J. FR. GRON. *fortunatiorem felicioremque* Ber. *fortunatiorem gratiorem*, sine particula *ve*, Flor. Cant. Voss. Lovel. 2. 3. 4. Harl. et Hearnii N. Gronov. in pr. ed. not. ad 10, 36. ex vestigiis Putean. legebat *fortunatiorem, certioremque*; ad hunc vero locum *fortunatiorem ac beatiorem*, adscripto etiam loco Cic. ex 9. ad fam. 8. *Aliquo, si non bono, at saltem certo statu civitatis.* Rectius tamen hic in repetitis curis Salmasio adsentitur. Cic. 3. Nat. D. 33. *Tyrannus fuit opulentae et beatissimae civitatis.*

§. 4. *Si alia alio trahat res*] Probo magis, *si alius alio trahat res*, ut legit Florebellus. SIG. Quae res trahat, et quid tandem trahat? Eximius ille Put. iterum: *si alialio trahant.* Quod sane est *si alii alio trahant res.* J. FR. GRON. Adde 2, 57, 3. 32, 19, 2. Gronov. 4. Obs. 4. DUK. *alia alio trahant res* Flor. a m. 1. *aliae alio* a m. 2. Sed sequor Gronov. Est enim idem, ac modo dixerat *alii alio tenderent.* Ita *quum alii alio mitterentur* Liv. 7, 39, 2. *Trahere res alio* autem, ut *trahere res ad Poenos*, de quo vide ad 23, 8, 2. et 24, 2, 8.

Pars unaquaeque suos exercitus] Optimus *pars utraque.* J. FR. GRON. Ita et Lovel. 3.

§. 5. *Sit utilior, longe mino-*

Digitized by Google

que suos exercitus, sua arma, suos habitura sit duces. Itaque, ut omnes idem sentiant, summa vi 5
agendum esse: utra societas sit utilior, eam longe minorem ac levioris momenti consultationem esse. sed tamen Hieronis potius, quam Hieronymi, aucto- 6
ritatem sequendam in sociis legendis, vel quinquaginta annis feliciter expertam amicitiam nunc incognitae, quondam infideli, praeferendam. Esse etiam mo- 7

ris adeo rem momenti consultatione esse. tamen Hieronis] Vet. lib. *consultationem*. Hinc ego *ad consultationem* lego. Sic enim paullo post: *Esse etiam momenti aliquid ad consilium*. Et Cic. de Fin. [4, 17.] *Ne minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum*. SIG. Sigonius fallitur. Adnotabo corruptam Pal. 1. scripturam *longe minorem adeo res monenti consultationem esse*. Dispiciant eruditiores de lectione, quam injicit Pal. 2. collatio *eam longe minorem ac levioris momenti consultationem esse*. GEBH. Sigonius *ad consultationem*. Voss. Pet. Men. unusque ex Pall. *longe minorem adeo res momenti consultationem esse, sed tamen*. Put. et Pet. melior. *eam longe minorem adeo res momenti consultationem esseset tamen*. Quis dubitet, veram esse lectionem *utilior*, *eam longe minorem ac levioris momenti consultationem esse: sed tamen Hieronis*. Ubi plane integreque unus e Pall. 9, [2, 5.] *Ea modo, qua inirent, consultatio fuit*. J. FR. GRON. *eam longe minor est adeo res momenti consultationem esse. sed tamen* Hearnii L. 1. *longe minorem adeo res moventi consultationem esse. sed tamen* ejusdem D. *eam longe minoris ad rem momenti consultationem esse. tamen* Rec. *eam longe minorem acleores monenti consultationem esse. sed tamen* Flor. a m. 1. pro quo manus altera *minorem ac levioris momenti* substituit. Hoc sensu *consultatio* supra 8, 13, 18. *Reliqua consultatio est, quonam modo perpetua pace quietos obtineamus*. *Tò sed* demum omiserat Gruter. in postrema ed. Paullo ante *idem omnes* Lovel. 1. 2. 4. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt.

§. 6. *Sed tamen Hieronis potius, quam Hieronymi, auctoritatem sequendam in sociis legendis, vel quinquaginta annis*] Haec verba etsi simpliciter quidem, et (ut ita dicam) absolute intelligi possunt, videntur tamen nescio quod desiderare verbum, ut *ostendere*, vel quid simile: ut sit sensus, Hieronis authoritatem potius, quam Hieronymi, in sociis legendis sequendam esse: id ostendere amicitiam L. annis feliciter expertam. Nam illam disjunctam non admodum intelligo. Sed judicent haec doctiores. GLAREAN. Si recte attendas, nihil huic sententiae deesse reperias; contra quam statuit Glareanus, qui subaudit verbum *ostendere*. „† Glareanus hòc loco nihil statuit; sed academicum agit, ut „solet „†. SIG. Glareano videtur desiderari verbum *ostendere*, ut sit sensus, Hieronis potius au-

Digitized by Google

menti aliquid ad consilium, quod Karthaginiensibus ita pax negari possit, ut non utique in praesentia bellum cum eis geratur: cum Romanis extemplo aut
8 *pacem, aut bellum habendum.* Quo minus cupiditatis ac ſtudii visa eſt oratio habere, eo plus auctoritatis habuit. Adjectum eſt praetoribus ac delectis senatorum militare etiam consilium. juſſi et duces ordinum praefectique auxiliorum simul consulere.
9 Quum saepe acta res eſſet magnis certaminibus, poſtremo, quia belli cum Romanis gerendi ratio nulla adparebat, pacem fieri placuit, mittique cum eis legatos ad rem confirmandam.

etoritatem sequendam; id oſtendere amicitiam L. annis fideliter expertam. Sigonius, si recte attendas, nihil huic sententiae deeſſe, repertum iri: hoc tantum. Sed certe aliquid infuscatum eſt. Scribe *sequendam in sociis legendis, et quinquaginta annis feliciter expertam.* J. FR. GRONOV.

§. 7. *Esse etiam monumenti aliquid ad consilium*] Opinor legendum *momenti.* VALLA. V. ad 5, 52, 1.

Quod Karthaginiensibus ita pax negari posse] Pall. 1. et 3. *possit.* sec. *quod Carth. ita pax creari posset.* prisca vere ed. *ita pernegari possit.* GEBH. *posse* operarum aberratione inrepsit in Modii et priores Gruteri edd. qui id ipse in poſtrema emendavit. *ita pernegari possit* edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 8. *Quo minus cupiditatis*] Recte Cl. Crevier. *cupiditatem* exponit ſtudium partium. Ea de re v. Graev. ad Suet. Caes. 12. Saepe etiam ad Cic. ut 4. in Verr. 56. pro Font. 6. pro Caecin. 3. aliisque locis.

Praefectique auxiliorum simul consulere] Vetus *simul consiliare*, eoque verbo Horat. et Tacit. usi. LIPS. 4. Ep. Quaeſt. 10. Ita etiam Lovel. 1. Sed non placere patebit ex illis, quae infra notabo ad Epit. Liv. 125. Multo minus adhuc placet *consilire*, quod Muretus hic reſtituere conatur in notis ad Tacit. 3. Ann. 46. quem jam erraſſe Gronov. ibidem docuit.

§. 9. *Quum saepe acta res esset mediis certaminibus*] Put. *maenis certaminibus.* Scribe *magnis certaminibus.* J. FR. GRON. Vir doctus ad oram ed. Curion. conjecit *ambiguis certaminibus.* Sed Gronovii *magnis* ob veſtigia Put. praeferendum censeo.

Mittique cum eis legatos ad rem confirmandam] *cum eis* intelligo Romanis legatis, quos Marcellus Syracusas miserat, nisi conjungas *ad rem confirmandam cum eis.* Praeceſſit enim *Romanis.* Sed eſt durum tamen utrum.

Digitized by Google

XXIX. Dies haud ita multi intercesserunt, quum 1
ex Leontinis legati, praesidium finibus suis orantes,
venerunt; quae legatio peropportuna visa ad mul-
titudinem inconditam ac tumultuosam exonerandam,
ducesque ejus ablegandos. Hippocrates praetor du- 2
cere eo transfugas jussus: secuti multi ex mercena-
riis auxiliis, quatuor millia armatorum effecerunt.
Et mittentibus et missis ea laeta expeditio fuit. nam 3
et illis, quod jam diu cupiebant, novandi res oc-
casio data est; et hi, sentinam quamdam urbis rati
exhaustam, laetabantur. ceterum levaverunt modo
in praesentia velut corpus aegrum, quo mox in gra-

que. GLAR. Forte *mittique legatos ad rem cum eis confirmandam*. J. FR. GRON. Non immerito offendit Gronovium *cum eis* hoc loco positum. Conjecturam illius confirmat hoc Caesaris 1. B. Gall. 3. *Cum proximis civitatibus pacem et amicitiam confirmare*. Nam de legatis, quos c. 27. a Marcello Syracusas missos dixit, vix propter tot alia interjecta cogitari potest. Mihi etiam in mentem veniebat *mittique cum mandatis legatos*. Caesar 1. B. Gall. 35. *Ad eum Caesar legatos cum his mandatis mittit*. et 3. Civ. 10. *Quem cum mandatis ad Cn. Pompejum mitteret*. Sallust. Catil. 22. *Legatos ad Marcium Regem mittit cum mandatis hujuscemodi*. DUK. Cl. Joh. Alex. Roëllius transpositis vocibus legebat *placuit cum eis, mittique leg.*

§. 1. *Dies haud ita multi intercesserant*] Nostri et praecipue Put. *intercesserunt*. Addunt et, iam pronomen *Quae legatio peropportuna visa*. Opportune, existimo. J. FR. GRON. Omnes etiam mei cum Hearnii Oxon. et, quas vidi, edd. vetustioribus *intercesserunt*; cui primus Ascens. anno 1513. substituit alterum. Mox pronomen *quae* nullus meorum admittit. Aliquid tamen ante vocem *legatio* excidisse subinnuit Flor. praeferens *venerunt*. *L. legatio*. Forte τὸ *Quae* sola priori litera notatum fuerat, idque librarius non intelligens literam *L.* ei substituit.

Ex Leontinis legati, praesidium finibus suis orantes] A quo infestarentur, dicere omisit Livius, rem magnopere necessariam ad sequentia intelligenda. GLAREAN.

§. 2. *Multi ex auxiliis mercenariis*] Ita primus Froben. edidit anno 1531. Priores alio ordine *ex mercenariis auxiliis* legerunt: quod reduxi auctoribus Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 3. *Nam et illis*] Hoc refertur ad propius, *hi* ad remotius. Multa hujus generis collegerunt viri docti. V. Budaeum in com-

Digitized by Google

4 viorem morbum recideret. Hippocrates enim finitima provinciae Romanae primo furtivis excursionibus vastare coepit: deinde, quum ad tuendos sociorum agros missum ab Appio praesidium esset, omnibus copiis inpetum in obpositam stationem cum
5 caede multorum fecit. Quae quum essent nunciata Marcello, legatos extemplo Syracusas misit, qui pacis fidem ruptam esse dicerent: nec belli defuturam umquam caussam, nisi Hippocrates atque Epicydes non ab Syracusis modo, sed tota procul Si-
6 cilia, ablegarentur. Epicydes, ne aut reus criminis absentis fratris praesens esset, aut deesset pro parte sua concitando bello, profectus et ipse in Leontinos, quia satis eos adversus populum Romanum concitatos cernebat, avertere etiam ab Syracusis

ment. ling. Gr. p. 1038. ed. Steph. Gronov. 3. Obs. 16. et Burmann. ad Ovid. 3. Met. 205. DUK. Ita et infra 30, 30, 19. *Melior tutiorque est certa pax, quam sperata victoria. haec in tua, illa in Deorum manu est.* 39, 53, 3. *Etsi* Demetrius *minore aetate, quam Perseus, esset, hunc tamen justa matrefamilias, illum pellice ortum esse.* Adde, quae notarunt viri docti ad Val. Max. 2, 7, 12. Catan. ad Plin. 2. ep. 14, 2. et Corte ad Plinii 1. ep. 20, 22. Etiam infra ad 28, 19, 7.

Quo mox in graviorem morbum recideret] Pal. 1. *in graviore morbo.* GEBH. Idem lapsus superest in Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. et Ber. Praeterea *decideret* Harl. *incideret* Gaertn.

§. 6. *Avertere eos ab Syracusis coepit*] Pall. 1. ac 2. *vertere* verbum simplex delegerant. GEBH. Ita et Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. et Hav. Deinde *ab Syracusas* Flor. quod quum Crevier. etiam in Put. invenisset, inde *ab Syracusanis* scribendum conjecit.

§. 7. *Nec jam libertate contentos esse*] Pall. tres, nec non prisca ed. *libertatis contentos.* GEBHARD. *libertatis contentos* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hafn. Hav. et edd. antt. *liberatos contentos esse* Flor. *liberatos esse* Ber. a m. 2. Paullo ante voces *cum Romanis* omittuntur in edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Nisi etiam regant ac dominentur] Male junguntur haec verba, quorum alterum est invidiosissimum et eorum, qui nihil pensi habent; alterum, qui cum modo imperant et secundum leges,

Digitized by Google

cusis coepit. *Nam ita eos pacem pepigisse cum Ro-* 7
manis, ut, quicumque populi sub regibus fuissent, et suae ditionis essent; nec jam libertate contentos esse, nisi etiam regnent ac dominentur. Renuncian- 8
dum igitur eis esse, Leontinos quoque aequum censere liberos esse; vel quod in solo urbis suae tyrannus ceciderit, vel quod ibi primum conclamatum ad libertatem, relictisque regiis ducibus Syracusas sit concursum. Itaque aut eximendum id de foe- 9
dere esse, aut legem eam foederis non accipiendam. Facile multitudini persuasum: legatisque Syracusa- 10
norum, et de caede ſtationis Romanae querentibus, et Hippocratem atque Epicydem abire seu Locros, seu quo alio mallent, dummodo Sicilia cederent, jubentibus, ferociter responsum eſt: *Neque man-* 11
dasse sese Syracusanis, ut pacem pro se cum Ro-

quod quidem huc non convenit. Itaque ſtatim arripui, simul in Cantabrig. reperi *regnent ac dominentur*. Nunc idem a Salmasio ex Put. notatum cerno, ut dubitare ultra non liceat. In ipso Livio observes, *τὸ regnare* regibus et *αὐτοκράτορσι*, dynaſtis aut impotentibus imperii magiſtratibus dari, *regere* magiſtratibus non incivilibus, in libertate ac Romanis. 6, 40, 7. *Perpetuos, si Diis placet, tribunos tantum licentiae novem annis, quibus regnant, sumsisse.* JAC. GRON. *regant* primum invexit, qui praefuit ultimae Gruteri ed. Omnes enim priores *regnent*. Et ita quoque Flor. Voſſ. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hafn. Rec. Hav. et Oxon. Hearnii. quam lectionem propterea revocavi; quod etiam fecit Cl. Crevier. Hoc sensu *regnare* 3, 11, 13. *Privatum viribus et audacia regnantem videtis.* c. 19. 4. *Perpetui jam tribuni plebis, non ut in republica populi Romani, sed ut in perdita domo, lingua criminibusque regnarent.*

§. 8. *Quod ibi primum conclamatum ad libertatem*] *Τὸ primum* deeſt in Voſſ. Lovel. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. Hearnii N. et multis edd. antt. Mox *ab Syracusis concursum* Voſſ. Lovel. 2. Hafn. et Harl. *ad Syracusas concursum* Flor. et Hav. *Τὸ sit* exsulat etiam a Cant. Lovel. 4. 5. Ber. a m. 1. et Gaertn.

§. 9. *Itaque aut eximendum id*] Pal. 1. et prisca ed. *Ita aut eximendum id.* GEBH. Ita et Gaertn. ac vetuſtae edd. solito scriptorum errore, de quo v. ad 21, 53, 7.

§. 10. *Dummodo Sicilia cede-*

Digitized by Google

12 *manis facerent: neque teneri alienis foederibus.* Haec ad Romanos Syracusani detulerunt, abnuentes *Leontinos in sua potestate esse. itaque integro secum foedere bellum Romanos cum iis gesturos. neque sese defuturos ei bello; ita ut in potestatem redacti suae rursus ditionis essent, sicut pax convenisset.*

1 XXX. Marcellus cum omni exercitu profectus in Leontinos, Appio quoque adcito, ut altera parte adgrederetur, tanto ardore militum est usus ab ira inter conditiones pacis interfectae stationis, ut pri-
2 mo inpetu urbem expugnarent. Hippocrates atque Epicydes, postquam capi muros refringique portas

rent, jubentibus] decederent Ber. et Hav. Hinc *timentibus* Voss. et Harl. *tumentibus* Flor. Cant. et Lovel. 3. ac 4. Paullo ante *stationis Romanorum* Gaertn. et priscae edd. Tum *Epicydem hinc abire*, inserta media voce, Rec.

§. 1. *Appio atque adcito, ut altera parte adgrederetur*] Pal. 1. *Appioq; accito, altera parte aggr.* GEBH. *quoque* et *que* saepissime commutari, vidimus ad 5, 27, 1.

Ob iram inter conditiones pacis interfectae stationis] Liber Mstus *ab ira.* Optime. Mutatum imperite fuit, quos dictio ea paulo remotior offendebat. At exempla plura in Livio vulgo obvia. LIPS. 3. Ep. Quaest. 16. Pall. 1. et 3. *ab ira*, ut in suo quoque reperit cod. Lipsius, qui sic etiam 26, 1, 3. censet legendum, ubi et Pall. duo meliores *non ab ira tantum.* Forte ita legendum 27, 15, 2. praeeunte Pal. 1. et vet. ed. *Clementerque a consule cum verborum castigatione ab errore praeterito accepti.* 27, 28, 6. *Et ab ira non defectionis modo, sed etiam equitum interfectorum rati occasionem supplicii peti.* 31, 17, 4. *Adeo renunciata haec legatio ab indignatione simul ac desperatione iram accendit.* GEBH. Lectio a Lipsio introducta auctores habet omnes nostros. Vulgo *ob iram.* Malim etiam *conditionem*, dum pax conditur, dum de pace paciscenda agitur. J. FR. GRON. Si forsitan *condere pacem* alicubi invenitur, tamen *conditionem pacis* pro ipso actu condendi pacem dici, testimoniis idoneorum scriptorum confirmandum fuisse videtur. DUK. *ab ira*, exceptoGaertner. omnes mei, omnesque Hearnii Oxon. praeter L. 1. eamque lectionem probat etiam Gifan. Obs. ling. Lat. v. *A vel Ab.* Supra 1, 1, 4. *Ab simili clade domo profugus.* 2, 14, 3. *Inopi tum urbe ab longinqua obsidione.* ubi simili modo in quibusdam Mstis peccatur. c. 49. 12. *Pacis ab insita animi levitate poenituit.* 4, 31, 9. *Exercitu ab re male gesta perculso.* ubi v. Rhen.

Digitized by Google

videre, in arcem sese cum paucis recepere. inde
clam nocte Herbessum perfugiunt. Syracusanis, 3
octo millium armatorum agmine profectis domo,
ad Mylam flumen nuncius obcurrit, captam urbem
esse; cetera falsa mixta veris ferens: caedem pro- 4
miscuam militum atque oppidanorum factam, nec
quemquam puberem arbitrari superesse: direptam
urbem: bona locupletium donata. Ad nuncium tam 5
atrocem constitit agmen: concitatisque omnibus,
duces, (erant autem Sosis ac Dinomenes) quid age-
rent, consultabant. Terroris speciem haud vanam 6
mendacio praebuerant verberati ac securi percussi

et Gebh. 5, 5, 3. *Non a cupiditate solum ulciscendi, sed etiam necessitate, agrum invasuros.* 8, 16, 6. *Hostes ab superioris etiam certaminis memoria pavidos.* 10, 5, 2. *Quum ira ab accepta nuper clade stimulabat, tum concitatior accidens clamor ab increscente certamine.* 10, 31, 6. *Ab ultima dimicantibus spe.* Plura v. ad 26, 1, 3. Si codd. Gronovio *inter conditionem* emendanti consentirent, conjectura ejus non displiceret. Eo sensu enim *conditio* poni videtur 42, 59, 10. *Si contentus bene re gesta quiesset eo die, vel pacis honestae conditionem habiturum.* id est opportunitatem condendi pacem etiam honestam. c. 62, 3. *Ut secunda fortuna in conditione honestae pacis.* id est, ad condendam honestam pacem. Verum omnes mei vulgatum tuentur.

§. 2. *Nocte Herbessum perfugiunt*] Cluver. testatur 2. Sicil. ant. 10. p. 361. plerosque viros doctos censere, nomen hujus urbis sine adspiratione scribendum esse, quia e Graeca voce ἔρεβος deductum videtur; Plinium tamen 3. Hist. Nat. 8. ordinem alphabeticum in recensione Siciliae urbium secutum, inter ea retulisse vocabula, quae ab adspiratione incipiunt. Adspirationem hic omnes codd. servant. Contra plerique codd. et edd. antt. simplici sibilo *Herbesum* scribunt. Neque aliter antiquiores edd. pro quo recte Jac. Gronov. *Herbessum* dedit. Graecis enim similiter Ἑρβησσός dicitur. Tum *profugiunt* Gaertn. V. ad 37, 57, 2. *confugiunt* Ber. Paullo ante *videre* rescripsi, pro *viderunt*, idque auctoritate Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. et Hav.

§. 4. *Nec quemquam puberem arbitrari superesse*] Put. Pet. melior, Mcn. Voss. *quicquam*. Scribe *nec quicquam puberum*. J. FR. GRON. *nec quicquam* etiam Flor. a m. 1. et Hearnii N. Mox *locupletium*, pro *locupletum*, Flor. Lovel. 2. 3. 4. 5. Hav. et priscae edd. Utroque modo genitivum proferri, auctor est Vossius 4. Gramm. 14. quare fidem praesertim Flor. secutus sum.

Digitized by Google

7 transfugae ad duo millia hominum. ceterum Leontinorum militumque aliorum nemo, post captam urbem, violatus fuerat: suaque omnia eis, nisi quae primus tumultus captae urbis absumserat, restitue-
8 bantur. Nec ut Leontinos irent, proditos ad caedem commilitones querentes, perpelli potuere, nec ut eodem loco certiorem nuncium exspectarent.
9 Quum ad defectionem inclinatos animos cernerent praetores, sed eum motum haud diuturnum fore, si duces amentiae sublati essent; exercitum ducunt
10 Megaram. ipsi cum paucis equitibus Herbessum proficiscuntur, spe, territis omnibus, per proditionem

§. 6. *Erroris speciem haud vanam mendacio praebuerant*] Quid est *speciem erroris praebere mendacio*? Si velimus defendere, non potest explicari aliter, quam ut sit extenuare mendacium, et efficere, ut pro errore habeatur. Placet potius: *Terroris speciem haud vanam mendacio praebuerant*, id est, ut hoc mendacium vim terrendi haberet, fecerunt verberati illi. Petav. clare *Terrori*. Mendum contrarium superius sustulimus. Schelius malebat *Rumoris speciem haud vani*. J. FR. GRON. Saepius voces *terror* et *error* conturbantur in Mstis. V. ad Livii 1, 14, 9. 2, 24, 1. 3, 36, 7. 4, 41, 7. 5, 28, 8. 25, 10, 3. c. 38, 1. 27, 14, 7. 30, 6, 1. c. 11, 11. N. Heins. ad Nas. 1. Am. 2, 35. et Burm. ad Quinct. decl. 17, 3. Tanto autem facilius hic error committi potest, si vox praecedens, ut hoc loco, finiatur litera *t*, a qua vocis sequentis litera initialis hauriri, vel ex qua ea repeti potest. V. alia exempla ad 5, 6, 8. 7, 21, 9. c. 25, 5. 10, 14, 20. 21, 35, 4. 23, 17, 6. et aliis locis.

§. 8. *Nec ut Leontinos irent*] Vet. lib. *ut in Leontinos irent*. SIG. Pall. tres, et vet. ed. *Nec ut Leontinos irent*. ubi vides temere a Sigonio inculcatam particulam *in*. GEBH. Put. et alii scripti editique nesciunt praepositionem, quam adlevit Sigonius, immemor *Leontinos* et urbis et populi nomen esse, ut *Oeniadae*, *Parisii*, *Andes*. Cic. 4. Verr. [66.] *Leontinis misera in civitate atque inani, tamen istius in gymnasio statua disjecta est*. 3, [24.] *C. Matrinium Leontinis in foro biduum tenuit*. Statimque: *biduum Leontinis in foro custodiis Apronii retentum*. Noster infra [c. 33, 9.] *Sicut Leontinos terrore ac primo impetu ceperant*. J. FR. GRON. Praepositionem etiam ignorant Hearnii Oxon. Neque alius ex meis, quam Hav. eam agnoscit.

§. 9. *Exercitum ducunt Megaram*] Urbs Siciliae Megara, quae ante Hybla dicebatur, auctore Stephano. Hanc etiam *Megaras* vocat Livius. Et Plutarchus in Marcello [p. 307.] *Μεγαρέας*

Digitized by Google

urbis potiundae. quod ubi fruſtra eis fuit inceptum, 11
vi agendum rati, poſtero die Megaris caſtra movent,
ut Herbeſſum omnibus copiis obpugnarent. Hippo- 12
crates et Epicydes, non tam tutum prima specie,
quam unum, spe undique abscissa consilium, esse
rati, ut se militibus permitterent, et adsuetis ma-
gna ex parte sibi, et tum fama caedis commilito-
num accensis, obviam agmini procedunt. Prima 13
forte signa sexcentorum Cretensium erant, qui apud
Hieronymum meruerant sub eis, et Hannibalis be-
neficium habebant, capti ad Trasimenum inter Ro-
manorum auxilia, dimissique. quos ubi ex signis 14

πόλιν, forte pro *Μέγαρας*. SIG. Nomen singulari numero effert cap. seq. *Megaram referre signa jubent*. et poſtea: *Castra ad Megaram haberent*. Etiam Silius 14, 273.

Nec major Megara Mute concordibus ausis
Juvere.

At numero multitudinis *Megara* dixit Liv. mox hoc cap. *Postero die Megaris castra movent*. et c. 35, 2. *Megara vi capta diruit ac diripuit*. Ita enim legendum docuit Gronov. Quod autem Sigon. numero plurali *Megaras* a Livio dictum moneat, vellem adscripto loco probaſſet; alibi enim nondum obcurrit. Certe etiam Graeciae urbs hujus nominis, a cujus incolis haec Siciliae urbs condita eſt, etiam numero plurali non *Megarae*, sed *Megara* vocatur. V. ad 31, 22, 6. Jam vero *exercitum ducunt Megara* legunt hoc loco Lovel. 5. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. et Parm.

§. 10. *Spe, territis omnibus, per proditionem urbis potiundae*] Vos sic emendatis, *spe fretis omnibus*; quod longe abeſt a vero. Nam ideo proficiscebantur cum paucis equitibus Herbesum, quod erat eis spes urbis potiundae per proditionem, omnibus, qui Herbesi erant, jam territis. Nesciſtis diſtinguere hanc clausulam, ergo nec sensum ejus percipi e. VALLA.

§. 12. *Spe undique abscissa*] *abscisa* se in Put. inveniſſe, teſtatur Crevier. quod ego quoque reperi in Flor. Voſſ. Lovel. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 31, 34, 4. et Gronov. pr. ed. notarum ad 44, 5, 5.

§. 13. *Prima forte signa*] Vobis quidem venit in mentem emendare *Praevia fronte*. VALLA. In multis edd. eſt *Prima fronte*.

Capti ad Trasimenum inter Romana auxilia] C. Terentio ac L. Aemylio ante Cannensem pugnam Hiero mille sagittarios ac funditores Romanis miserat. Itaque ego legerem *capti ad Can-*

Digitized by Google

armorumque habitu cognovere Hippocrates atque Epicydes, ramos oleae ac velamenta alia supplicum porrigentes, orare, *ut reciperent sese, receptosque tutarentur, neu proderent Syracusanis, a quibus mox ipsi trucidandi populo Romano dederentur.*

1 XXXI. *Enimvero*, conclamant, *bonum ut animum haberent: omnem se cum illis fortunam subi-*
2 *turos.* Inter hoc conloquium signa constiterant, tenebaturque agmen: necdum, quae morae caussa foret, pervenerat ad duces. postquam Hippocraten

nas. nisi quis cum Sempronio etiam aliquos missos intelligat, quod tamen Livius nusquam commemorat. Accedit ad haec, quod non ita multo post Hiero mortuus est, ut illos sub Hieronymo, non Hierone, meruisse, recte intelligi queat. GLAR. Restat in Pall. *inter Romanorum auxilia.* GEBHARD. Omnes Gallici, Pall. Voss. *Romanorum.* J. FR. GRON. *Romanos auxiliatores* Ber. *Romanorum auxilia* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. V. ad 1, 26, 4. et Gronov. pr. ed. not. ad 22, 21. Ceterum non opus videtur, ut *capti ad Cannas* cum Glareano legamus. Non enim Livius dicit, Cretenses illos Romanis ab Hierone missos esse: potuerunt enim conducti esse a Romanis, in quorum castris se levium armorum externa auxilia vidisse, Hiero inquit 22, 37, 7. Potuerunt etiam, licet Livius id non expresse tradat, ab Hierone ante proelium ad Trasimenum, quum Sempronius ex Sicilia in Italiam revocaretur, missi esse; capti deinde ad Trasimenum et ab Hannibale dimissi abiisse in Siciliam. Quod autem apud Hieronymum sub Hippocrate et Epicyde militarint, postea accidit; nam mortuo demum Hierone Hannibal Hippocratem et Epicydem legatos ad Hieronymum misit. V. supra c. 6.

§. 14. *Ex signis armatorumque habitu*] Scripti *armatorum habituque.* Lege igitur, *ex signis armorum habituque.* J. FR. GRON. *armorum habitum* dicit Livius 9, 36, 6. 22, 18, 3. et Justin. 20, 3, 8. Durius tamen est, copulam *que* rejici post secundum substantivum, et dici *ex signis, armorum habituque*, pro *ex signis armorumque habitu.* Non enim puto Gronovium jungi voluisse verba *ex signis armorum.* DUK. *ex signis armatorum habituque* Put. Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et multae edd. vett. quarum aliae mox emendarunt *ex signis armorum habituque.* Pro eo deinde Froben. substituit anno 1531. *ex signis armorumque habitu.* Id autem deinceps reliqui editores servarunt usque ad Modium, qui *armatorumque habitu* vulgavit. Lectionem itaque, quae ante eum extiterat, in contextum revocavi. Illam vero Gronovii ab Oxon. L. 1. firmari, Hearnius testatur. Voces autem *armorum* et *armatorum* alibi etiam in Mstis commutari, vidimus ad 22, 37, 7.

Digitized by Google

atque Epicyden adesse pervasit rumor, fremitusque toto agmine erat haud dubie adprobantium adventum eorum; extemplo praetores citatis equis ad prima signa perrexerunt, *Qui mos ille, quae licen-* 3 *tia Cretensium esset*, rogitantes, *conloquia serendi cum hoste, injussuque praetorum miscendi eos agmini suo?* Comprehendi injicique catenas jusserunt 4 Hippocrati. ad quam vocem tantus extemplo primum a Cretibus clamor est ortus, deinde exceptus ab aliis, ut facile, si ultra tenderent, adpareret,

Ramos oleae ac velamenta alia supplicum porrigentes] Consistit haec lectio consensu Pal. 2. et 3. adjuta. Interim pr. ac princeps ed. *velamenta alia supplicia porrigentes.* GEBH. *velamenta alia supplicia* etiam Voss. Lov. quinque, Ber. Hafn. Gaertner. et vett. edd. Primus Ascens. anno 1513. *supplicum* in margine ostentavit, quod deinde Mogunt. receperunt, consentientibus reliquis codd. Mox *receptos tutarentur*, omissa copula, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. et Harl. Deinde *proderentur Syracusanis* Flor.

§. 2. *Postquam Hippocratem atque Epicydem pervaserat rumor*] Hic quoque vos additis *advenire*, quasi non subintelligatur verbum substantivum, sic: *Hippocratem et Epicidem esse.* VALLA. Jam ante bina secula et amplius a doctis viris, ut tunc ferebant tempora, inculcabatur verbum *advenire*, quod et in aemulis suis exagitat Valla, praeferens omne verbum hoc loco abesse; cujus opinionem confirmant libri omnes, in quibus *postquam Hippocratem et Epicidem pervasit rumor.* Et ego exturbassem τὸ *adesse*, nisi sustineret vetus ed. GEBH. Optimus *Hippocraten atque Epicyden.* Deinde nusquam τὸ *adesse.* Recte. intelligitur enim *causas morae esse.* J. FR. GRON. Similiter *Hippocraten et Epicyden* Florent. infra cap. seq. §. 9. 26, 30, 2. *Hippocraten* et *Epicyden*, et *Epicydae* editur 25, 23, 9. et alibi: quum supra *Hippocratem* et *Epicydem* et *Epicydi* editum sit. Deinde, quum vulgo edatur *Epicyden adesse*, Ber. praefert *esse*; reliqui mei, et Hearnii Oxon. verbum omittunt.

§. 4. *Comprehendi vincirique catenis jusserunt Hippocratem*] Pall. 1. et 2. *inicique cathenas jusserunt Hippocratem.* Vetusta vero ed. *inicique catenis in Hippocratem.* GEBH. Omnis scripta bonorum librorum lectio *injicique* (vel *inicique*) *catenas jusserunt Hippocrati.* Nimirum delendum est τὸ *Hippocrati*; neque enim ratio est, cur huic potius, quam et alteri. Imitatur Livius breve imperium, quod fuerat, *comprehendite, injicite catenas.* Et forte fuit: *comprehenderent, injicerentque catenas. Ad quam vocem.* J. FR. GRON. *injicique catenis jusserunt in Hippocratem* ed. Rom. anni 1472. et Parm. *injicique*, vel *inicique*, *catenas*

Digitized by Google

5 eis timendum esse. Solliciti incertique rerum suarum Megaram, unde profecti erant, referri signa jubent, nunciosque de statu praesenti Syracusas
6 mittunt. Fraudem quoque Hippocrates addit, inclinatis ad omnem suspicionem animis: et, Cretensium quibusdam ad itinera insidenda missis, velut interceptas literas, quas ipse composuerat, recitat:
7 *Praetores Syracusani consuli Marcello.* secundum salutem, ut adsolet, scriptum erat: *Recte eum atque ordine fecisse, quod in Leontinis nulli pepercis-*

jusserunt Hippocratem Voss. Lovel. 2. 3. Ber. a m. 1. Hav. et Harl. *injicique in catenas jusserunt Hippocratem* Hafn. *inicique catenas jusserunt Hippocratis* Flor. a m. 1, *Hippocrati* a m. 2. Quod verum est. Liv. 23, 10, 6. *Tum injectae catenae.* 26, 14, 8. *Extemplo his omnibus catenae injectae.* Ceterae Gronovii emendationi, tamquam Mstorum omnium fidei adversanti, adsentiri nequeo. Neque caussam legitimam habuit, cur vocem ultimam abjiciendam crederet. Sub Hippocrate enim hic continetur Epicydes, ut sub Epicyde contra Hippocrates c. 24, 1. ubi v. Jac. Gronov. Praeterea *comprendi* dedit ultima Grut. ἔκδοσις. Verum quum optimi aliique omnes libri *comprehendi* servent, id iterum restitui.

A Cretensibus clamor est ortus] Quia in optimo est *Crentibus*, verisimile est *Cretibus* scripsisse Livium. Cicero 2. Tusc. [14.] *Cretum quidem leges, quas sive Jupiter, sive Minos sanxit, de Jovis quidem sententia.* 1. de Leg. [5.] *Ut ille cum Crete Clinia et cum Lacedaemonio Megillo.* Caesar. 2. Gall. [7.] *Numidas et Cretas sagittarios et funditores Baleares.* J. FR. GRON. V. eumdem Gronov. in pr. ed. notar. ad 1, 18. Plura etiam notantur ad Silium 14, 39. Omnes tamen nostri vulgatum servant, ac Livius semper *Cretenses*, numquam *Cretas*, eos vocavit. Quare de emendatione Gronovii dubito. Mox §. seq. *Megara* Lovel. 5. V. cap. praec. ad §. 9. et ita mox §. 9. idem cod. praefert.

§. 7. *Praetores Syracusanos Marcello suo salutem*] Opinor scribendum *Syracusani:* Est enim principium epistolae *Praetores Syracusani.* Hoc tamen esse principium epistolae, tenesne memoria, Antoni, te non pervidisse, cum legeres? pervidisse regem atque caeteros, qui aderant, quum te emendassem, *secundum* pro *post* accipi? Multaque etiam exempla protulissem, ni vidissem assensos. Ita opinor, memoria tenes; qui nihil aeque memoria tenes atque injurias, quas putas tibi factas, etiamsi nullae sunt. Nam quas ipse facis, earum non minus cito te capit oblivio, quam beneficiorum officiorumque ab aliis acceptorum. VALLA. Duae postremae voces veteres libros nullos habent fundos. et sane quod sequi-

Digitized by Google

set. Sed omnium mercenariorum militum eamdem 8
esse caussam, nec umquam Syracusas quieturas,
donec quidquam externorum auxiliorum, aut in ur-
be, aut in exercitu suo, esset. itaque daret operam, 9
ut eos, qui cum suis praetoribus castra ad Megaram
haberent, in suam potestatem redigeret, ac supplicio
eorum liberaret tandem Syracusas. Haec quum re- 10
citata essent, cum tanto clamore ad arma discursum
est, ut praetores inter tumultum pavidi adequitaverint
Syracusas: et ne fuga quidem eorum seditio com- 11

tur, *secundum salutem*, spuriam arguit alteram. Put. et Pet. *Syracusanos*. Verum est ergo: *Praetores Syracusani cos. Marcello. Secundum salutem*, etc. J. FR. GRON. Eaedem voces etiam omittuntur in omnibus scriptis, quibus utor, ut et edd. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. et Parm. Sed illas jam additas video in ed. Tarvis. anni 1482. Insuper *Praetores Syracusanorum* Ber. et Hav. *Praetores Syracusanos* Flor. ac Lovel. 4. Veram igitur Gronovii emendationem existimo.

Recte eum atque ordine fecisse, quod in Leontinis nulli pepercisset] *perpepercisset* Pal. 1. GEBH. De formula hac *recte atque ordine fecisse* v. Brisf. de Form. 2. p. 197.

§. 10. *Recitata essent, tanto clamore*] Scripti *cum tanto clamore ad arma discursum est.* J. FR. GRON. Adstipulantur omnes mei, nec non Hearnii Oxonienses. Ita 2, 23, 8. *Cum clamore in forum curritur.* 7, 35, 1. *Armati cum silentio ad se venirent.* 9, 31, 8. *Cum clamore ac tumultu incautos invadit.* 25, 9, 15. *Cum silentio in forum ducti.* c. 34, 11. *Cum clamore per totam aciem discurrunt.* 42, 59, 2. *Cum ingenti clamore in dextrum cornu incurrerunt.* Similiter *cum magno gaudio accipere* 1, 25, 13. ubi plura vide. *cum blandis sonis adire* Ovid. 16. Her. 258. *cum minore vexatione redire* Liv. 43, 23, 1. ubi vide. Alibi tamen Liv. praepositionem etiam omisisse, patet ex illis, quae notantur ad 2, 56, 4. et 5, 45, 2. Praeterea *ad arma conclamatum est* Ber.

Inter tumultum pavidi obequitaverint Syracusas] Scripti *adequitaverint Syracusas.* J. FR. GRON. V. eumdem Gronov. in pr. ed. not. ad 1, 14, 7. ubi lectionis hujus auctores laudat Put. fere omnes Gallic. et Pall. Plura eo loco dicta sunt. Ceterum vulgatum servant Lovel. 4. Ber. a m. 1. Hav. ac Brancal. Latinii. *abequitaverint* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. a m. 1. Gaertn. et quaedam editionum principum. *adequitaverint* in suis superesse, innuit Hearnius.

§. 11. *Et ne fuga quidem eorum*] Non damno. sed melius esse credo, *sed ne fuga quidem.* Fortassis scriptum fuerat, ut saepe,

Digitized by Google

pressa est, inpetusque in Syracusanos milites fiebant. nec ab ullo temperatum foret, ni Epicydes atque
12 Hippocrates irae multitudinis obviam issent: non a misericordia aut humano consilio, sed ne spem reditus praeciderent sibi, et quum ipsos simul milites
13 fidos haberent, simul obsides; tum cognatos quoque eorum atque amicos tanto merito primum, dein
14 pignore sibi conciliarent: expertique, quam vana aut levi aura mobile vulgus esset, militem nancti ex eo numero, qui in Leontinis circumsessi erant, subornant, ut Syracusas perferret nuncium convenien-
15 tem eis, quae ad Mylam falso nunciata erant; au-

set, e quo neglecta prima litera, quod eadem erat ultima vocis praecedentis, oriri potuit *et*. Contraria ratione Casaub. in Suet. Caes. 6. pro *sed in amitae quidem laudatione*, legit *et in amitae q. l.* DUKER.

Inpetusque in Syracusanos milites fiebat] Libri omnes *fiebant*. GEBH. Scripti *fiebant*, non *fiebat*, ut alibi monitum. J. FR. GRON. Ita ex Put. fere omnibus Gallic. et Pall. legendum monuit in pr. ed. not. ad 1, 24. neque aliter Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. plures que alii, cum Hearnii Oxon. et edd. antiquis. V. ad 1, 4, 9. Ceterum quum hanc lectionem jam J. Fr. Gronov. receperit, et Clericus se ejus contextum diligenter secuturum promiserit; nescio, cur nunc *fiebat* revocarit. Mox *τὸ multitudinis* exsulat a Voss. et Lovel. 1. Alii transponunt; nam *multitudinis irae obviam* est in Lovel. 2. *irae obviam multitudinis* in Ber.

§. 14. *Quam vana aut levi aura mobile vulgus esset*] Cl. Ant. Perizon. ad oram Livii conjecit *vana et levi aura*. Verum et codd. nihil mutant, et nihil etiam mutandum. Neque rationem videre possum, cur vulgatum displicere debeat. Perizonio tamen favent Lovel. 2. et Ber.

Militem nancti ex eo numero] Ita, pro *nacti*, Gronov. edidit etiam 22, 44, 4. 23, 2. 2. hoc lib. c. 36, 1. 25, 30, 2. 27, 28, 2. 28, 31, 3. aliisque locis; in quo sine dubio praeeuntes optimos codd. secutus est. Certe ita hoc loco legit Flor. et Lovel. 3. V. Cel. Burm. ad Suet. Caes. 10. et 45. Tiber. 42. Calig. 3. Deinde *qui Leontinis* Lovel. 4. V. ad cap. praec. §. 8.

Ad Mylam falso nunciata erant] *ad Mylas* Flor. Lovel. 3. 4. Harl. et Gaertn. Et quidem oppidum Siciliae *Mylae* vel Graece *Μύλαι* vocatur. V. Cluv. 2. Sic. ant. 5. p. 300. Verum hic intelligitur fluvius, ut constat ex cap. praec. Is autem *Mylas* numero singulari vocatur.

§. 1. *In curiam introductus movit*] Pal. pr. *admonuit*. sicut

Digitized by Google

ctoremque se exhibendo, ac velut visa, quae dubia erant, narrando, concitaret iras hominum.

XXXII. Huic non apud vulgum modo fides fuit, 1 sed senatum quoque in curiam introductus movit. haud vani quidam homines palam ferre, *perbene detectam in Leontinis esse avaritiam et crudelitatem Romanorum. eadem, si intrassent Syracusas, aut foediora etiam, quo majus ibi avaritiae praemium esset, facturos fuisse.* Itaque claudendas cuncti 2 portas, et custodiendam urbem censere. sed non ab eisdem omnes timere, nec eosdem odisse. ad militare genus omne partemque magnam plebis in-

mox sec. *quo majus ibi avaritiae praemium foret.* tert. *quo majus sibi.* GEBH. Placet τὸ *movit*, etsi Pet. *monuit.* Pal. Men. *ammonuit.* Put. *monuit haud vani quidam homines palam ferre perbene.* Pet. quoque et Men. *ferre*: ut et Voss. cui *haud* etiam, non *ut.* Possis *movit. Haud vani quidam homines palam ferre, perbene detectam* etc. Quidam etiam prudentium palam ferebant. J. FR. GRON. *admonuit* Lovel. 2. 3. Ber. Hafn. et Hav. *amonuit* Voss. et Lovel. 1. *monuit* Flor. Cant. et Gaertn. Sed recte Gronov. *movit* tuetur, quod cum *monuit* saepissime commutatur. V. ad 35, 35, 5. Praeterea *haud vani quidam homines palam ferre, perbene* Flor. Lovel. 1. 2. 3. Ber. et Hav. quod recte Gronov. in posterioribus edd. recepit, quum in pr. ed. not hoc loco et ad 1, 50. legendum conjecisset, et in contextum recepisset *haud vane quosdam homines palam ferre.* Mox *sibi* etiam Voss. Rec. et Gaertn. V. ad 1, 57, 10.

§. 2. *Itaque claudendas cunoti portas*] Pall. tres, et vet. ed. *Itaque cludendas cunctis portas.* GEBH. *cunctis* Lov. 1. 2. 4. 5. Cant. Harl. Ber. Hafn. Rec. Hav. et edd. antt. *cum cunctis* Hav.

At militares pene omnes partemque magnam] Quidam pro *at* restituerunt *ad.* Ego *apud* malim, et *nomen Romanum* potius, quam *Romanis.* GLAR. Pal. pr. *sed non ab hisdem omnis temere nec eosdem odisset. ad militares senes omnem partemque magnam plebis.* sec. *sed non ab iisdem omnes temere, nec eosdem omnis odisse. ad militares senes omnes partemque magnam plebis.* tert. *sed non ab iisdem omnis temere nec eosdem odisse, sed militares serius omnem partemque magnam plebis invisum esse.* Ex quibus alii aliquid rectius exsculpant. GEBH. Plurimi *ad militares senes omnes.* Quidam *ad militares serius omnem.* Put. *ad militare senus omnem.* Scribendum *ad militare genus omne partemque magnam plebis.* Sic 44, [11, 7.] *Agrianes et Pe-*

Digitized by Google

3 visum esse nomen Romanum. Praetores optimatium-
que pauci, quamquam inflammati vano nuncio erant,
tamen ad propius praesentiusque malum cautiores
4 esse. Et jam ad Hexapylum erant Hippocrates at-
que Epicydes: serebanturque conloquia per propin-
quos popularium, qui in exercitu erant, ut portas
aperirent, sinerentque communem patriam defendi
5 ab inpetu Romanorum. Jam, unis foribus Hexapyli
apertis, coepti erant recipi, quum praetores inter-
venerunt. et primo imperio minisque, deinde aucto-

nestae Illyrii vocantur, bellicosum utrumque genus. Eodem lib. [c. 45, 13.] *Thraces navibus se committere non ausi, domos dilapsi, et aliae militaris generis turbae.* Cic. 4. Fam. 7. *Neque te consilium civilis belli ita gerendi, neque copias Cn. Pompeji, nec genus exercitus probare.* J. FR. GRON. *ad militares senes omnes* Voss. et Lov. 4. ac 5. *ad militares senes omnem* Lovel. 1. Harl. Gaertn. et Hearnii N. *ad militares sententias omnes* ejusdem L. 1. *ad militaris sensus omnes* Hafn. *ad militares sensus omnes* Ber. et Hav. *ad militares senus omnem* Lovel. 3. Quam emendationem Gronov. hoc loco, eamdem etiam proposuit ad 7, 7, 4. ubi etiam *ad* pro *apud* pluribus inlustratur. *militare genus* pro militibus. Ita *agreste genus*, pro hominibus agrestibus, 34, 27, 9. Similiter *levis armatura promtissimum genus ad lacessendum*, pro militibus levis armaturae promtissimis ad lacessendum, 44, 4, 2. *genus* simpliciter, vel *genus humanum*, pro hominibus. V. viros doctos ad Phaedr. Praefat. l. 2, 1. *acre genus leonum*, pro acribus leonibus, apud Lucret. 5, 863.

§. 3. *Praetores optimatumque pauci, quamquam inflati vano nuncio erant*] Hoc verbum [*inflati*] pertinet ad insolescentes fortuna, quae his adfectio procul. Utrum igitur *adflati*, id est, icti? *Fulminis adflavit ventis.* an *inflammati?* ut Cicero pro Flacco [33.] *Habetis caussam inimicitiarum, qua caussa inflammatus Decianus.* Nisi *inflatus*, ut *turgens ira, in fermento.* J. FR. GRON. Vulgatum ferri nequit. Gronovianum *adflati* etiam in contextum recepit Clericus, lectore, contra fidem datam, non admonito. Eamdem lectionem etiam probavit Cl. Crevier. Doujatius malebat *inpleti*, quomodo etiam Cl. Jac. Perizon. in margine Livii conjecit. Alteram Gronovii conjecturam *inflammati* in contextum recepi, quia sic habet Flor. a m. 2. Supra 4, 56, 7. *Ad haec quum inflammarentur animi.* Praeterea *optimatiumque* Flor. Voss. Lovel. 3. 4. 5. Ber. a m. 1. Gaertn. et quaedam ex edd. principibus. V. infra ad Epit. Liv. 79.

§. 5. *Jam unis foribus Hexapyli apertis*] Hexapylum dicitur pars urbis postrema, in qua sex portae sunt, per quas ex urbe

Digitized by Google

ritate, deterrendo, postremo, ut omnia vana erant, obliti majestatis, precibus agebant, ne proderent patriam tyranni ante satellitibus, et tum conruptoribus exercitus. Sed surdae ad haec omnia aures 6
concitatae multitudinis erant, nec minore intus vi, quam foris, portae effringebantur: effractisque omnibus, tuto in Hexapylo agmen receptum est. Prae- 7
tores in Achradinam cum juventute popularium confugiunt. mercenarii milites perfugaeque, et quidquid regiorum militum Syracusis erat, agmen ho-

egressus est. Sic *Dipylon* Athenis fuit, cujus meminit Livius [31, 24, 8.] et Polybius. [Exc. legat. num. 3.] Sic *Tetrapylon* Caesareae in Palaestina, cujus mentio est in expositione totius mundi [p. 13.] H. VALES. De Hexapylo v. Cluv. 1. Sic. antiq. 12. p. 151.

§. 6. *Sed surdae adeo omnium aures concitatae multitudinis erant, quod non minore*] Put. *sed surdae ad hominum aures.* Manus 2. *aec* adposuerat. Non male, ut puto. Scribendum enim: *Sed surdae ad haec omnia aures concitatae multitudinis erant, nec minore intus vi, quam foris, portae effringebantur, effractisque* etc. Nam sic quoque concinnat caetera Put. habetque consentientem meliorem Petavianum. J. FR. GRON. In priori horum verborum parte nihil variant codd. mei, nisi quod *surdae adeo aures concitatae omnis multitudinis* legat Ber. In posteriore vero cum Pet. et Put. sentit Flor.

Tuto in Hexapylo agmen receptum est] Put. *tuto Hexapylo* sine τῷ *in.* J. FR. GRON. *in Hexapylo* defendi potest ex Ovidii 2. Met. 529.

Sideraque in coelo, stupri mercede, recepta.

et ex eodem Epist. Hypsip. 20.

In mihi promissi parte recepta tori.

ubi v. Heinsium. Sed usitatius omittitur praepositio. Verum quum hic a solo Put. absit *in*, et Livius paullo ante dixerit: *Jam unis foribus Hexapyli apertis, coepti erant recipi*, suspicor scriptum fuisse: *effractisque omnibus totum Hexapylo agmen receptum est. Tutus* et *Totus* multis locis permutantur, et pro *m* facile scribi potuit *in.* DUK. *tuto in Hexapylo agmen tutum* Ber. *in Hexapylo tuto agmen* Lovel. 5. *tuto Hexapylo agmen* Flor. *totum Hexapylo agmen* conjicit etiam Crevier. *tutus* et *totus* saepius in Mstis confundi, infra videbimus ad 28, 4, 7.

§. 7. *In Achradinam cum juventute populorum confugiunt*] Ego *popularium* Livium scripsisse crediderim. nam *populorum* hic ratione caret. SABELL.

§. 8. *Praetoresque* etc. *omnes interficiuntur*] Cantabrig. *praetorumque omnes.* Nec ausim re-

Digitized by Google

8 ſtium augent. Ita Achradina quoque primo inpetu capitur, prætorumque (nisi qui inter tumultum effugerunt) omnes interficiuntur. nox caedibus finem 9 fecit. Poſtero die servi ad pileum vocati, et carcere vincti emiſſi: confusaque haec omnis multitudo Hippocratem atque Epicydem creant praetores: Syracusaeque, quum breve tempus libertas adfulsisset, in antiquam servitutem reciderunt.

1 XXXIII. Haec nunciata quum essent Romanis, ex Leontinis mota sunt extemplo caſtra ad Syracu- 2 sas. Et ab Appio legati per portum miſſi forte in quinqueremi erant. praemiſſa quadriremis, quum intrasset fauces portus, capitur: legati aegre effuge- 3 runt. Et jam non modo pacis, sed ne belli quidem jura relicta erant: quum Romanus exercitus ad Olympium (Jovis id templum eſt) mille et quin- 4 gentis paſſibus ab urbe caſtra posuit. Inde quoque

jicere, quum sic rursus Livius 31, [45, 7.] *Macedonum fere omnibus et quibusdam Andriorum.* Nam 10, 31, 5. ad quem is locus citatur, suspecta etiam verba sunt. 29, 29, 10. *Capusa cum multis principum.* JAC. GRON. *praetorumque* etiam Florent. et Harl. Similiter *pauci hostium* supra 3, 18. [?] *pauci tribunorum* 25, 23, 15. *multi exsulum* 3, 18, 10. Codicibus hic dicto audiens fui. Errorem aliorum codd. ex compendio scribendi *Prr* ortum eſſe, patet ex illis, quae dicta sunt hoc lib. c. 23, 1.

§. 9. *Confusaque haec omnis multitudo Hippocratem atque Epicydem creant praetores*] Ita primus edidit Jac. Gronov. quod Cleric. et Crevier. receperunt. Secutus videtur codd. suos. Certe, praeter Voſſ. et Lov. 1. ac 2. ita praeferunt omnes mei; quod idem etiam de Oxon. suis Hearne teſtatur. Antea omittebatur τὸ *haec.* Praeterea *Hippocrates* atque *Epicyden* Flor. \. ad cap. praec. §. 2. Mox *reciderant*, pro *reciderunt*, Flor. \ oſſ. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. Idem Crevier. in Put. et Victor. invenit, et hinc in contextum recepit.

§. 3. *Ad Olympium (Jovis id templum est) mille et quingentis passibus ab urbe*] Ὀλυμπιεῖον eſt apud Thucyd. l. 7. [p. 386. et seqq.] quare *Olympieum* legendum. GLAR. Thucyd. Ὀλυμπιεῖον vocat l. 7. Hujus templi Jovis Olympii Syracusis memi-

Digitized by Google

legatos praemitti placuit: quibus, ne intrarent urbem, extra portam Hippocrates atque Epicydes obviam cum suis proceſſerunt. Romanus orator *non* 5
bellum se Syracusanis, sed opem auxiliumque adferre, aït, *et eis, qui, ex media caede elapsi, perfugerint ad se, et eis, qui, metu obpressi, foediorem, non exsilio solum, sed etiam morte, servitutem patiantur. Nec caedem nefandam sociorum in-* 6
ultam Romanos passuros. Itaque si eis, qui ad se perfugerunt, tutus in patriam reditus pateret, caedis auctores dedantur, et libertas legesque Syracusanis restituantur, nihil armis opus esse: si ea non fiant, quicumque in mora sit, bello persecuturos. Ad ea Epicydes, *Si qua ad se mandata haberent,* 7
responsum eis, aït, *se daturos fuisse: quum in eorum, ad quos venerint, manu res Syracusana esset, tum reverterentur. Si bello lacessant, ipsa re intel-* 8

nit l. 16. [p. 547.] Diodorus ita: *Κατέσησε δὲ καὶ τὴν κατ' ἐνιαυτὸν ἐντιμοτάτην ἀρχήν, ἣν Ἀμφιπολίαν Διὸς Ὀλυμπίου οἱ Συρακούσιοι καλοῦσι.* SIG. Non opus eſt, ut cum Glar. legamus *Olympieum*. Nam et *Ὀλύμπιον* vocari a Diod. Sic. 13, 333. auctor eſt Cluver. 1. Sicil. ant. 13. p. 178. qui tamen et *Ὀλυμπεῖον* vocavit 16, 546. Praeterea *Jovis templum est*, omiſſo pronomine, Lovel. 1. V. ad 40, 57, 3. Deinde *mille et CCtis*, vel *ducentis*, *passibus* Lov. 4. et Hav. *mille et de passibus*, id eſt *DC*, sive *sexcentis*, Lovel. 3. *mille et V passibus* Hearnii D. *mille et V passus* Lovel. 2. *mille et quingentos passus* se in Put. et Victor. invenisse, teſtatur Crevier. quod etiam probavit, quia Livius ita loqui solet. V. ad 4, 9, 13. Paullo ante *jam Romanus exercitus* Ber. *tum Romanus exercitus* Lovel. 1. et 5. *tunc Romanus exercitus* edd. principes.

§. 6. *Reditus pateret, ac caedis auctores dedantur*] Copulativa ignoratur a Voſſ. Gud. J. FR. GRON. Ignoratur insuper a Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Id ansam dedit conjiciendi Crevier. *reditus pateat, caedis auctores dedantur.*

§. 7. *Si quae ad se mandata haberent*] Ita ultima Gruteri ἔκδοσις, quam secuti sunt recentiores editores omnes. Priores typis descripti, omnesque mei calamo exarati, ut et Hearnii

Digitized by Google

lecturos, nequaquam idem esse Syracusas ac Leontinos obpugnare. Ita legatis relictis, portas clausit. Inde terra marique simul coeptae obpugnari Syra-
9 cusae: terra ab Hexapylo, mari ab Achradina, cujus murus fluctu adluitur. et, quia, sicut Leontinos terrore ac primo inpetu ceperant, non diffidebant, vastam disjectamque spatio urbem parte aliqua se invasuros, omnem adparatum obpugnandarum urbium muris admoverunt.

1 XXXIV. Et habuisset tanto inpetu coepta res fortunam, nisi unus homo Syracusis ea tempestate fuisset.

L. 1. et D. *si qua ad se*, quod revocavi.

§. 8. *Si bello lacessant*] *lacessent*, praeter edd. principes, Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Ber. a m. 1. ubi emendat manus 2. *lacesserent*. Mox *Syracusanos et Leontinos* Hafn. cujus lectionis auctor ita dedisse videtur, quia nesciebat, *Leontinos* non tantum cives, sed et urbem ipsam vocari. V. ad c. 30, 8. Praeterea *expugnare* Lovel. 5. V. ad 21, 57, 6.

§. 9. *Cujus murus fluctu adluitur*] *abluitur* Voss. Lovel. 1. 2. 5. Ber. a m. 2. Gaertn. Hav. et edd. Aldina priores. V. ad 26, 44, 10.

§. 2. *Ea tempestate fuisset. Archimedes is erat*] Pal. 2. ita distinguit *fuisset Archimedes. Is erat unicus spectator coeli.* GEBH. Supervacaneum τὸ *is*. Sic enim loquebantur. Cap. 37, 3. *L. Pinarius erat, vir acer.* 7, [26, 2.] *M. erat Valerius tribunus militum.* 25, [34, 2.] *Masinissa erat juvenis, eo tempore socius Carthaginiensium.* Cicero pro Quinctio [3.] *C. Quinctius fuit, P. Quinctii hujus frater.* J. FR. GRON. Infra 25, 16. 4. *Flavius Lucanus fuit, caput partis ejus Lucanorum.* c. 29. 9. *M. Centenius fuit, cognomine Penula.* V. Jac. Gronov. ad 29, 29, 8. Omnes tamen codd. constanter illud *is* tuentur. Similiter et edd. omnes, quarum antiquiores ita distinguunt, ut Gebhard. in Pal. 2. invenit. Sed nihil muto. Supra 5, 34, 2. *Ambigates is fuit, virtute fortunaque praepollens.* Et mox, *Massilienses erant hi, navibus a Phocaea profecti.* 8, 28, 2. *L. Papirius is fuit.* Mox *unicus speculator* Lovel. 4. Sed *speculator* et *spectator* etiam supra commutantur 7, 11, 10. *Spectare* autem in hac re usus est Justin. 1, 1. *Dicitur siderum motus diligentissime spectasse.* altero Cic. qui Physicum vocat *speculatorem venatoremque naturae* 1. de Nat. Deor. 30.

Operumque, quibus ea, quae hostes ingenti mole agerent]

Digitized by Google

set. Archimedes is erat, unicus spectator coeli si- 2
derumque; mirabilior tamen inventor ac machinator bellicorum tormentorum operumque, quibus ea, quae hostes ingenti mole agerent, ipse perlevi momento ludificaretur. Murum per inaequales ductum 3
colles, (pleraque alta et difficilia aditu, submissa quaedam, et quae planis vallibus adiri possent) ut cuique aptum visum est loco, ita omni genere tormentorum instruxit. Achradinae murum, qui, ut 4
ante dictum est, mari adluitur, ex quinqueremibus Marcellus obpugnabat. Ex ceteris navibus sagittarii 5
funditoresque, et velites etiam, quorum telum in-

Vet. ed. *qui ea.* Pall. 1. ac 3. *quibus hostes ingenti mole.* sec. *operumque, quicquid hostes ingenti mole agerent.* GEBH. *quibus hostes*, duabus mediis vocibus omissis, Flor. Cant. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. et Gaertn. *quibus quae hostes* Ber. et Hav. Mox *levi momento*, pro *perlevi*, Ber. Supra 21, 43, 11. *Incliti populi regesque perlevi momento victi sunt.*

§. 3. *Pleraque alta et difficilia aditu, submissa quaedam et quae planis vallibus adiri possent*] Lego *plaeraque altum et difficilem aditu, summissum quaedam et quem planis vallibus adire posses.* KLOCK. Syll. epist. quas edidit Cel. Burm. tom. 1. p. 394. Put. Voss. Gud. *et difficilia aditus.* Lege *pleraque alta et difficilis aditus.* J. FR. GRON. Nemo negabit, Latine dici *loca facilia*, et *difficilia aditu.* Hoc ergo quaerendum relinquitur, utrum probabilius sit, ultimam literam vocis *difficilia* in *s* mutandam, an in libris scriptis, qui habent *aditus*, ultimam ex temere repetita ea, quae in capite sequentis vocis est, ortam esse. Hoc quidem etiam verba dictantis excipienti facile accidere potuit. Deinde magis placet *adiri*, quod in aliis est. DUK. *difficilia aditus* etiam Flor. Lovel. 1. 3. Ber. Gaertn. et Hav. quae lectio ideo displicet, quia Livius alibi *difficilis* vel *facilis* cum casu quarto construere solitus non est. Potius itaque consentio Dukero, existimanti ultimam literam *s* voci *aditus* adcrevisse ex temere repetita prima vocis sequentis, quam Gronovio, *difficilia* insuper mutanti in *difficilis.* V. ad 28, 25, 2. Ceterum *adiri possent* plerique codd. (ex quorum numero tamen eximendi Flor. Lovel. 1. Harl. Ber. et Gaertn.) omnesque edd. usque ad Gruter. cujus ultima dedit *adire.* sed prius jam revocarunt Clericus et Crevier. quod etiam verius puto. Mox §. seq. *abluitur*, pro *adluitur*, Ber. a m. 1. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldinam. V. ad 26, 44, 10.

§. 5. *Telum inhabile ad remittendum inperitis est*] Locus

Digitized by Google

habile ad remittendum inperitis est, vix quemquam
6 sine vulnere consistere in muro patiebantur. Hi,
quia spatio missilibus opus est, procul muro tene-
bant naves. junctae aliae binae ad quinqueremes,
demtis interioribus remis, ut latus lateri adplicare-
7 tur, quum exteriore ordine remorum velut naves
agerentur, turres contabulatas machinamentaque

consideratione duplici eget. Primo quod *velites* nominat veteres illos jaculatores: deinde quod aït *imperitis inhabile*. Atqui et *peritis*, si tale et tam flexile est, quale describitur Polybio [6, 20.] qui et aperte negat remitti. An redundat vox *imperitis*? An mutanda in *impeditis*? ut, nisi quis otiose mucronem refingat et erigat, neget remitti. An ideo etiam *imperitis* inhabile, quia amento emittebatur, et certo motu. LIPS. 3. de Mil. Rom. Dial. 1. Schelius ad Polyb. c. 14. legit *impetitis*, vel potius *petitis*. neutrum male ad conciliandum cum Polybio Livium. De altero, quod hic consideratione dignum videtur Lipsio, quod *velites* nominet Livius, qui tum nondum instituti erant, dictum est ad 21, 55. DUK. *imparatis* conjicit Salmas. de Re milit. Rom. c. 16. p. 1406. eodem sensu, quo *impeditis* Lipsius. Eo modo librarios interdum errasse, constat ex viris doctis ad Suet. Claud. 41. et Plin. 4. epist. 9, 10. Codd. nihil mutant, nisi quod *peritis* sit in Cant. verum ita legendum foret *vel peritis*, id est, etiam peritis. Priores itaque literae *in* videntur interceptae esse ab ultima vocis praecedentis. V. ad 5, 27, 6. Si necesse est, ut Livius ubique Polyb. consentiat, conjecturam Schelii praeferendam puto. Tum *telum ad remittendum inhabile* Flor. Lov. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Neque aliter Lovel. 1. et 4. nisi quod eorum prior pro *inhabile* insuper habeat *in Hannibale*, alter *inutile*. quod posterius est ex interpretis expositione receptum.

§. 6. *Naves junctae aliae binae ad quinqueremes*] Ex hac lectione quid sequi possit, videant illi, si possunt, qui ita scripsere. Ego *aliae ad binas quinqueremes* lego, ut singulae naves duabus essent quinqueremibus praecinctae, ut ab utraque parte unam haberent, sicque onerariae remis agerentur. SABELL. Hoc sit Plut. in Marcello [p. 305.] Ὑπὲρ δὲ μεγάλου ζεύγματος νεῶν ὀκτὼ πρὸς ἀλλήλας συνδεδεμένων μηχανὴν ἄρας ἐπέπλει πρὸς τὸ τεῖχος. Uterque horum a Polybio sumpsit, qui l. 8, [5.] ita scribit: Ἅμα δὲ τούτοις ὀκτὼ πεντήρεσι παραλελειμμέναις τοὺς ταρσοὺς, ταῖς μὲν τοὺς δεξίους, ταῖς δὲ τοὺς εὐωνύμους, καὶ συνεζευγμέναις πρὸς ἀλλήλας σὺν δύο κατὰ τοὺς ἐφιλωμένους τοίχους, προσῆγον πρὸς τὸ τεῖχος διὰ τῆς τῶν ἐκτὸς τοίχων ἐιρεσίας τὰς λεγομένας σάμβυκας. Quas Polyb. σάμβυκας dixit, *turres contabulatas* vertit Livius. Porro autem cum uterque Graecorum horum auctorum octo quinqueremes nominet, quae binae conjunctae fuerint, exemptis remis interioribus, suspicor, ne

Digitized by Google

alia quatiendis muris portabant. Adversus hunc na- 8
valem adparatum Archimedes variae magnitudinis
tormenta in muris disposuit. in eas, quae procul
erant, naves saxa ingenti pondere emittebat: pro-
piores levioribus, eoque magis crebris, petebat te-
lis: postremo, ut sui vulnere intacti tela in hostem 9
ingererent, murum ab imo ad summum crebris cu-

quid vitii sit apud Livium, praesertim vero, cum Polybii locum hunc ad verbum verterit, sitque legendum: *junctae aliae binae ad octo quinqueremes*. SIG. Pall. nihil hic variant. GEBH. Miror, Lipsium, hoc 1. Poliorc. 6. eodem modo emendantem, ignorasse, emendationem a Sigonio occupatam esse. Sed sensum recte explicat, fuisse binas et binas quinqueremes junctas usque ad octo. Nec aspernandum puto, quod paullo post legit, *velut navis agerentur*, nam octo quinqueremes junctae, velut unum corpus et una navis, agebantur. DUK. Nihil etiam nostri mutant. In verbis sequentibus Crevier. in cod. Put. invenit *velut unaves*, unde legendum existimat *velut una navis, agerentur*. Optime.

§. 8. *Quae procul erant naves, saxa ingenti pondere*] Verisimilius erat, in propiores naveis saxa ingenti pondere missa; in eas vero, quae procul stabant, leviora tela: nisi propinquitas effecerit, ut interiores naves tutiores essent ab ictibus. Sed lectoris esto judicium. GLAR. Confer Polyb. 8, 5. unde sua Livius hausit.

§. 9. *Murum ab imo ad summum crebris cubitalibus fere caveis aperuit*] Legendum est *cavis*, cujus nominativus est *cava*, id est foramina. Ut apud Plaut. in Menaechm. [1, 2, 49.]

Etiam nunc concede audacter ab leonino cavo.

Et apud Corn. Celsum in 7. *Deinde totum id cavum, sicut in fistulis dixi, usque ad os excidendum*. Quamquam apud Columell. (si tamen vera scriptura est) reperitur in genere masculino [12, 8.] *Deinde cavum, quem feceris, surculo obturato*. VALLA. Polybius sic [8, 6.] *Γενομένων δ ἀυτῶν ἐντὸς βέλους πρὸς τῇ γῇ, πάλιν ἑτέραν ἡτοιμάκει παρασκευὴν πρὸς τοὺς ἀπομαχομένους ἐκ τῶν πλοίων· ὡς ἀνδράμῃκους ὕψους κατεπύκνωσε τρήμασι τὸ τεῖχος, ὡς παλαιστιαίοις τὸ μέγεθος κατὰ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν. οἷς τοξότας καὶ σκορπίδια παρατήσας ἐντὸς τοῦ τείχους, καὶ βάλλων διὰ τούτων, ἀχρήστους ἐποίει τοὺς ἐπιβάτας*. SIG. Lipsius 3. Poliorc. 4. hic negligentiam aut *παρόραμα* Livii accusat, quod, quae Polybio *παλαιστιαῖα τρήματα palmaria cava* sunt, *cubitalia cava* verterit. Sane Grammatici Graeci *παλαιστὴν* tradunt esse mensuram quatuor digitorum junctorum, quem *palmum* dicunt Latini. V. Philandrum ad Vitruv. 3. de Archit. 1. et 3. Non potest ergo Livius, si *παλαιστὴν cubitum* esse credidit, Lipsii et Grammaticorum censuram effugere. Sed mihi nihil temere pronunciandum

Digitized by Google

bitalibus fere cavis aperuit; per quae cava pars sagittis, pars scorpionibus modicis ex occulto pe-
10 tebant hostem. Quae propius quaedam subibant

videtur. Nam etsi non facile quisquam negabit, Livium, quum haec scribebat, ante oculos habuisse locum Polybii, tamen, quia eum non ad verbum interpretatus est, et, quae de magnitudine cavorum, tam ab interiore, quam exteriore parte muri, his verbis scribit Polyb. ὡς δνδρομήκους ὕψους, et κατὰ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν, praetermisit, non pro certo constare puto, eum τρήματα ὡς παλαιστιαῖα τὸ μέγεθος vertisse *cubitalia fere cava*. Et potuit etiam quaedam ab aliis, non omnia a Polybio, sumere. Nam certe, quod murum *ab imo ad summum* apertum dicit, non est in Polybio. DUK. *caveis* servant Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3 4. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. usque ad Froben. qui anno 1531. Vallae emendationem *cavis* recepit. *Cava* vero sunt foramina, cavernae. Non est autem, ut Valla locum Colum. qui mascule hoc vocabulum effert, suspectum habeat. Similiter enim Horat. 2. Sat. 6, 116.

— — — *me silva cavusque*
Tutus ab insidiis tenui solabitur arvo.

et Phaedr. 4, 5, 1. *artos circum trepidarent cavos*. Quin et feminine *cavam* veteres dixisse, docet Goesius Indice rei agrar. script. ea voce. Haec cava erant *cubitalia*, id est, cubiti magnitudinem habebant: quod moneo, ne quis cum Godelev. et Doujat. capiat de cubitali, id est tegumento vel fulcimento cubiti.

§. 10. *Quae propius quidem subibant naves, quo interiores ictibus tormentorum essent*] Put. Pet. Men. *quaedam*, non *quidem*. Forte *propius moenia*. Nec placet τὸ *quo*. non enim ideo subibant moenia, ut missilia, quibus opus esset spatio, eluderent, sed ut de propinquo ea convellerent. Est igitur haec ratio, cur Archimedes adversus eas alia fuerit arte usus, et scribendum *quod interiores*. J. FR. GRON. Si pro *quae* liceret legi *quum*, retineri posset *quaedam*. nam non necesse est exprimi locum, quo subierint. Sic paullo post: *ad subeundum*. DUK. *Quae propius subibant naves*, voce omissa, Lovel. 2. et Hearnii D. *Quae propius subibant quidem naves* Lovel. 3. *Quae propius quaedam subibant naves* Hearnii L. 1. et N. quam lectionem Gronov. in pr. ed. not. probavit, et exposuit *Quaedam naves, quae propius subibant*. In hac autem vocum transpositione non tralaticiam elegantiam cum pleonasmo agnovit. At vocem *quidem*, quae etiam a cod. Victor. deerat, delendam censet Crevier. In reliqua parte verborum non necessariam puto. Gronovii conjecturam: ex Polyb. enim 8, 6. et Plutarch. in Marc. p. 306. constare videtur, ideo Marcellum, tenebris nocturnis observatis, naves propius moenia admovisse, ne missilia, quibus spatio opus erat, nocere possent. Si tamen omnino illud *quo* displiceat, posses etiam, ut saepe in Msis scribi solet, legere *quom interiores*, id est, quod, quoniam. Ita ultimam literam hauserit prima syllaba vocis proximae. V. ad 37, 29, 5. vel quum scriptum foret *quõ*, lineam transversam neglexerit librarius. Similiter *quo*, pro *quom*, vel *quum*, in multis est Msis infra hoc cap. §. 16. Ceteroquin etiam *quo* et

Digitized by Google

naves, quo interiores ictibus tormentorum essent, in eas tollenone super murum eminente ferrea manus firmae catenae inligata quum injecta prorae

quod saepe commutantur. V. ad 36, 33, 3. De locutione autem *interior ictibus* v. Jac. Gronov. ad Amm. Marc. 14, 2. [*interior periculo vulneris* Liv. 7, 10, 10.]

In eas tollendas desuper murum eminentem, ferrea manus etc.] Pulcherrimus locus ita deformatus est, ut nulla neque sententiae neque Latinitatis adsit integritas. Describit autem machinamenti rationem, quo Archimedes navalem belli apparatum et oppugnationem Syracusarum elusit. Vitium vero est in his vocibus: *in eas tollendas desuper murum eminentem.* Quae quid ad rem pertineant, non satis apparet. Ego autem, vestigia germanae lectionis sequutus, quae sunt in vet. lib. hoc modo: *in eas tollendo desuper murum, eminente ferrea manu*, corrigendum puto: *in eas tollenone super murum eminente ferrea manu.* Est autem *tolleno* machina, quae ferrea manu sibi illigata naves in altum suspendebat. De qua sic Festus: *Tolleno dicitur machinae genus, quo trahitur aqua in alteram partem praegravante pondere.* Et Vitruv. 4, 21. *Tolleno dicitur, quoties una trabs in terram praealte defigitur, cui in summo vertice alia transversa trabs longior dimensa medietate connectitur, eo libramento, ut si unum caput depresseris, aliud erigatur.* Est autem usus hac voce Livius lib. etiam 38, [5, 4.] *In arietes tollenonibus libramenta plumbi aut saxorum stipitesve robustos incutiebant.* Est autem hic horum verborum ordo: Tollenone super murum emisso Archimedes prora navis suspensa e ferrea manu firmae catenae illigata, cum eadem manus injecta prorae esset, et gravi libramento ad solum recelleret, statuebat navim ipsam in puppim. Hoc autem sic Polybius I. 8, [7.] Ἅμα δὲ καὶ καθίει χεῖρα σιδηρᾶν ἐξ ἀλύσεως δεδεμένην, ἣ δραξάμενος τὴν κεροίαν διακίζων ὅθεν ἐπιλάβοιτο τῆς πρώρας, κατῆγε τὴν πτέρναν τῆς μηχανῆς ἐντὸς τοῦ τείχους. ὅτε δὲ κουφίζων τὴν πρώραν ὀρθὸν ποιήσειε τὸ σκάφος ἐπὶ πρύμναν, τὰς μὲν πρώρας τῶν ὀργάνων εἰς ἀκίνητον καθίσα· τὴν δὲ χεῖρα καὶ τὴν ἄλυσιν ἐκ τῆς μηχανῆς ἐξήρπαινε διά τινος σχαστηρίας. οὐ γενομένου τινὰ μὲν τῶν πλοίων πλάγια κατέπιπτε, τινὰ δὲ καὶ κατεστρέφετο· τὰ δὲ πλεῖστα τῆς πρώρας ἀφ' ὕψους βιφθείσης βαπτιζόμενα, πλήρη θαλάττης ἐγίγνετο καὶ ταραχῆς. Et Plutarch. ita in Marcello [p. 306.] Ταῖς δὲ ναυσὶν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἄφνω ὑπεραιωρούμεναι κεραῖαι, τὰς μὲν ὑπὲρ βρίθους ἐπηρίζοντος ἄνωθεν ὠθοῦσαι κατέδυον εἰς βυθόν, τὰς δὲ χερσὶ σιδηραῖς, ἢ σόμασιν εἰκασμένοις γεράνων ἀνασπῶσαι πρώραθεν ὀρθὰς ἐπὶ πρύμναν ἀνεβάπτιζον. Hic sensus atque haec lectio cum et Polybii, unde Livius, et Plutarchi, qui a Livio sumpsit, verbis confirmetur, satis magnam apud quemque, ut reor, habebit auctoritatem. SIG. Faernus ex V. C. in quo est *eas tollendo* etc. elicuit veram lectionem, quae est, *in eas tolleno* etc. Notum est autem, quid sit *Tolleno* ex auctoribus de machinis bellicis, et ipso Livio 38, [5, 4.] URSIN. Hoc modo [*in eas tollendas desuper murum eminentem ferrea manus* etc.] conceptam praestat

Digitized by Google

11 esset, gravi libramento plumbi recellente ad solum, suspensa prora, navim in puppim statuebat: dein, remissa subito, velut ex muro cadentem navim cum

lectionem Vet. ed. Verum Pall. tres paullo aliter: *in eas tollendo esuper murum eminente ferrea manu.* GEBH. Suum cuique. Sigonius (a quo, prope dixerim, jejune laudem eam avertit Fulvius) hic egregiam operam Livio praestitit. Nam Put. *tolenno e super murum eminente.* Super posterum *n* apparet *m.* 2. picta *d.* inde Pet. melior: *tolendo e super:* et inter versus adjecta est altera *l.* Sic Pet. sequior, Men. Voss. tres Pall. *tollendo e super.* Quae eo diligentius notavi, ne quem turbet, quod *ὁ πάνυ* fallente memoria tradit ad Solin. p. 589. [415.] Graeca voce *celones* legisse se scriptum in antiquissimo Livii exemplari. Vides autem, trajiciendam esse literam, alteram addendam veterrimae scripturae ad veram lectionem constituendam: *in eas tollenone super murum eminente ferrea manus.* Est autem *tolleno* machinae genus, ut descripsit Vegetius [4, 21.] quoties trabi in terram praealte defixae in summo vertice alia transversa longior dimensa medietate connectitur eo libramento, ut, si unum caput depresseris, alterum erigatur: idque ad onera levanda, sive sit aqua e puteo, sive quidvis aliud. Plinius 19, 4. *Hortos villae jungendos non est dubium, riguosque maxime habendos; si contingat, profluo amne; si minus e puteo rota organisve pneumaticis, vel tollenonum haustu.* Nam, quod vulgo adjicitur, *rigandos* insiticium puto: etsi Salmasius conjiciat *rigatos. Tellenones, telones, tollones* voces sunt barbarae et nihili. Frustra ex Plauti Rudente citant sive *telones*, sive *tollones.* Est enim error Hermolaï, qui in depravatum codicem inciderat: *si Ptolemaeo gratia est, hanc urnam cape mulier:* et corrigebat infeliciter, *tolloni.* Nunc enim recte legitur:

Heus sis, Ptolemocratia, cape urnam hanc tibi,
Muliercula hanc nescio quae huc ad me detulit.

act. 5, 2. Nec felicius in Columellae loco [l. 10, 25.]

Aut fons illacrimet putei non sede profunda,
Ne gravis hausturis tollentibus ilia vellat.

Ptolemaeus Flavius *tollonibus.* Petrus Pithoeus conjecit: *Ne labor hausturis tendentibus.* vel *latus.* Omnia frustra. Scribe mecum

Ne gravis hausturo tolleno tibi ilia vellat.

Restat autem mendum in illis Livii *gravique libramento plumbi recelleret ad solum.* etsi nihil scripti juvent. Non potest verbum *recelleret* referri, nisi ad nominativum priorem *ferrea manus.* Atqui ea ineptissime dicitur *recellere ad solum.* Levatur namque in altum, postquam proram navis comprehendit, ipsum autem illud libramentum, ut pondere depressum trahat sursum ferream manum una cum praeda prehensa, recellit ad solum. Vides necessario scribendum esse: *quum injecta prorae esset, gravi libramento plumbi recellente ad solum suspensa prora navim in puppem statuebat.* Aut: *graveque libramentum plumbi recelleret.* Corvus ille vel manus

Digitized by Google

ingenti trepidatione nautarum ita undae adfligebat, ut, etiamsi recta reciderat, aliquantum aquae acciperet. ita maritima obpugnatio est elusa, omnisque 12

ferrea tollenone super murum eminente, cui firma catena est alligata, demissa injicitur prorae: quo facto πτέρνα τῆς μηχανῆς seu grave libramentum plumbi, machina vel tormento elevatum, dum manus illa descendit, relinquitur naturali suo motui (qui est deorsum tendere) et recellit ad solum: hoc cadente vicissim adscendit manus ferrea, proramque prehensam attrahit, suspenditque, atque ita navim in puppem statuit. Tum remittitur manus διά τινος σχαστηρίας, ut ait Polybius. Festus *Recellere, reclinare, et excellere, in altum extollere.* J. FR. GRON. De tollenonibus agit Lipsius 1. Poliorc. 6. qui nescio cur et ibi, et lib. ult. Poliorc. qui est de Repugnatione, hunc locum, qui eo omnino pertinet, quemque a Sigonio recte emendatum ignorare non poterat, praeterire voluerit. DUK. Hearnius in genere tantum notat, Oxon. suos emendationi virorum doctorum faverc. Lectionem, quam Sigon. in vet. lib. invenit, servant Ber. Hafn. Hav. et Brancal. Latinii: eam, quae Gronov. in Pet. sequiori, aliisque obvia fuit, Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. et Gaertner. Neque multum inde abeunt reliqui, qui tamen omnes in id conspirant, ut legant *tollendo.* In verbis sequentibus Doujatius praefert posteriorem Gronov. conjecturam, tamquam a scriptis minus recedentem, quum ipse Gronov. priorem in contextum receperit.

§. 11. *Ita undae adfligebant, ut, etiamsi recta recideret* etc.] Legendum puto *affligebat*, ut vox *undae* sit casus dandi, non nominandi, hoc sensu: Archimedes, qui, suspensa prora, navim in puppim statuebat, eadem remissa eandem undae affligebat. Est autem dictum *affligere undae*, ut 41, [18, 4.] *Vasa parietibus affligunt.* Et apud Ciceronem pro Rab. [9.] *Nec tuas umquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titii afflictam navim videres.* Hoc autem dixit Plutarchus [in Marc. p. 306.] *Τοῖς ὑπὸ τὸ τεῖχος ἐν πεφυκόσιν κρημνοῖς καὶ σκοπέλοις προσήρασσον.* SIG. Sigonii conjectura hic minime necessaria, quam evertunt libb. Pall. tres, nec non ed. vet. Palatinus tamen tertius *ita vel affligebant.* GEBH. Scribendum cum libris optimis *ita undae adfligebat, ut, etiamsi recta reciderat, aliquantum aquae acciperet.* Illud enim verbum, ut et Sigonius vidit, pendet a voce *manus*, non ab *undae*, ut putarunt, qui fecerunt *adfligebant.* Implicatior sermo est per crebros ablativos: sic ergo accipe: manus ferrea per libramentum plumbi, quod ad solum recellit, sursum levata quum suspendit proram, navim statuit in puppim: dein remissa eadem manus ferrea navim cadentem ita adfligebat undae etc. Propria notione τοῦ *adfligere;* ut cum dicimus *adfligere terrae, solo.* de qua non sine commodo summi scriptoris nos etiam aliquid 4. Observ. 8. J. FR. GRON. *adfligebat* se etiam in L. 1. reperisse, testatur Hearnius. Mei omnes vulgatum perperam servant. Contra vero Flor. *reciderant*, manifeste nos ducens ad id, quod Gronov. ex optimis placuit, *reciderat.*

§. 12. *Omnisque vis est aver-*

Digitized by Google

vis est eo versa, ut totis viribus terra adgrederen-
13 tur. Sed ea quoque pars eodem omni adparatu tormentorum instructa erat, Hieronis inpensis cura-
14 que per multos annos, Archimedis unica arte. natura etiam juvabat loci, quod saxum, cui inposita muri fundamenta sunt, magna ex parte ita proclive est, ut non solum missa tormento, sed etiam quae pondere suo provoluta essent, graviter in hostem in-
15 ciderent. eadem caussa ad subeundum arduum adi-

sa] Lege *omnisque vis est eo versa*. Hoc significant libri, quamvis omnes vitiati, et ipse Put. qui habet *omnisquae ipse se aversae*. Lib. seq. [c. 14, 3.] *Et exercitum ejus se acciturum, totumque eo versuros bellum*. 26, [4, 1.] *Inter haec vis omnis belli versa in Capuam erat*. J. FR. GRON. *omnis quae isse se adversa* Flor. (in quo *aversa* est a m. 2. consentientibus Lovel. 3. et Harl.) Lovel. 1. et Cant. *omnisque ipse se adversa* Lovel. 4. *omnisque in se adversa* Gaertn. *elusa omnis. ubi cum omnia essent adversa, edictum ut totis* Lovel. 5. Hafn. et Hav. neque aliter dissentit Lovel. 2. quam quod *dictum*, pro *edictum*, habeat. *elusa omnis. ubi cum omnia adversa essent, edictum est a Marcello, ut totis* Ber. Verum, hos codd. librariorum pannis adsutis squalere, satis patet.

§. 13. *Hieronis inpensis curaque* etc. *Archimedis unica arte*] Polyb. [8, 8.] Ὡς Ἱέρωνος μὲν χορηγοῦ γεγονότος, ἀρχιτέκτονος δὲ καὶ δημιουργοῦ τῶν ἐπινοημάτων Ἀρχιμήδους. SIG. *Archimedis unicam artem* Flor. An igitur, mutata distinctione, legendum *per multos annos. Archimedis unicam artem natura etiam juvabat loci?* Ceterum *juvabat* primus edidit Gronov. consentientibus omnibus meis, nisi quod Flor. et Gaertn. servent *adjuvabat*, quemadmodum antea editum fuerat.

§. 14. *Magna ex parte ita proclive est, ut non solum missa tormenta*] Put. *magna parte ita proclive est, ut non solum missa tormento. Τὸ ex* etiam ignorat Pet. Verissime *tormento*. Curtius 4, [3.] *Validis asseribus corvos et ferreas manus cum uncis et falcibus illigaverant, ut, quum tormento asseres promovissent, subito laxatis funibus injicerent*. Auctor l. 8. de Bell. Gall. [14.] *Unde tormento missa tela in hostium cuneos conjici possent*. Noster 44, [35, 22.] *Ubi propius ripam hostium subissent, tormentis missa etiam ad ultimos perveniebant*. Et eodem lib. [c. 10, 6.] *Qui in navibus erant, saxis tormento emicantibus percutiebantur*. Apulej. l. 8. [p. 205. ed. Elm.] *Et velut quodam tormento inquieta quiete excussa*. J. FR. GRON. Non *tormenta ipsa*, sed *tela, hastas, saxa tormentis mitti* dicendum esse, praeter Gronovium h. l. et 2. Obs. 8. putarunt etiam alii ad Caesar. 3. Civ. 51. a quorum sententia ut discedam, me nondum movere potuerunt, quae ibidem

Digitized by Google

tum instabilemque ingressum praebebat. Ita, consilio habito, quum omnis conatus ludibrio esset, absistere obpugnatione, atque obsidendo tantum arcere terra marique commeatibus hostem placuit. 16

XXXV. Interim Marcellus, cum tertia fere parte exercitus ad recipiendas urbes profectus, quae in motu rerum ad Karthaginienses defecerant, Helorum atque Herbessum, dedentibus ipsis, recipit. Megara vi capta diruit ac diripuit ad reliquorum, 1 2

a viris doctis in contrarium disputantur. DUK. *magna parte* etiam Flor. Gaertn. Hearnii N. et edd. antt. ut supra 9, 24, 12. *Portaeque ab semisomnis ac maxima parte inermibus refringuntur.* ubi v. Cl. Dukerum. Attamen, et alterum Livio frequens esse, constat ex notatis ad 2, 48, 1. Deinde, quamvis omnes mei constanter servent *missa tormenta*, sequor tamen Put. scripturam *missa tormento.* Ita *tormentis agi* Sil. 6, 279.

Donec tormentis stridens magnoque fragore
Discussit trabs acta caput.

tormentis excuti Curt. 7, 9, 7. et 8, 2, 26. Et ita tormenta dicuntur *emissiones habere* apud Cic. 2. Tusc. 24. *Tormento telorum eo graviores emissiones habent.* Eamdem lectionem probat obpositio inter *tormento missa, et pandere suo provoluta.* Praeterea *τὸ est* exsulat a Cant.

§. 16. *Ita, consilio habito, quum omnis conatus*] *Itaque, consilio habito* Hav. V. ad 21, 53, 7. Deinde *quo omnis conatus* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Sed, voces illas in Mstis confundi, vidimus ad hujus cap. §. 10. *quod omnis conatus* Lov. 5. V. ad 39, 12, 7.

§. 1. *Pelorum atque Herbessum*] Optimus *Helorum*. Nam et urbs Siciliae Ἕλωρος. Plinius 32, 2. *Sed quae veteres prodidere in stagnis, nos in piscinis admirati in Eloro Siciliae castello non procul Syracusis.* Diodorus l. 13. διὰ τοῦ Ἑλωρίου πεδίου. J. FR. GRON. Ita jam, conjectura ductus, hic legendum monuit Cluver. 1. Sicil. ant. 13. p. 186. probante Boeclero ad Polyb. p. 7. Eadem labe infectum esse Cluver. d. l. censuit Cic. 4. in Verr. 26. ubi, pro *Peloti Archonides*, legit *Elori*, vel *Helori*. V. ibid. Ursin. et Graev. Illa emendatio confirmatur alio loco Cic. 3. in Verr. 56. ubi *Archonidas Elorinus* memoratur. Verum ibi vicissim ex priori loco legendum *Archonides*. Id enim nomen Siculis notum esse, docet Ἀρχονίδης ὁ τῆς Ἐρβίτης ἐπισάτης, qui Alesam urbem condidit, ad differentiam aliarum Siciliae urbium ejusdem nominis Ἀρχονίδιον cognominatam, apud Diodor. 14. p. 403. Ceterum urbem *Helorum* diversam esse a castello *Eloro*, quod apud Plin. loco a Gron. laudato memoratur, Cluver. ibid. existimat.

Dedentibus ipsis recepit] Put.

Digitized by Google

3 ac maxime Syracusanorum, terrorem. Per idem fere tempus et Himilco, qui ad Pachyni promontorium classem diu tenuerat, ad Heracleam, quam vocant Minoam, quinque et viginti millia peditum,
4 tria equitum, duodecim elephantos exposuit: nequaquam cum quantis copiis ante tenuerat ad Pachynum classem. Sed, postquam ab Hippocrate occupatae Syracusae erant, profectus Karthaginem, adjutusque ibi et ab legatis Hippocratis, literisque

uterque Pet. Men. *recipit*. J. FR. GRON. Ita et Flor. Voss. Lovel. 4. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. et N.

§. 2. *Megaram vi captam diruit ac diripuit*] Pal. 2. et 3. *et diripuit*. prisca ed. *atque diripuit*. Mox duo iidem codd. Pall. sine copula *ad reliquorum, maxime Syracusanorum*. GEBH. Put. et Pet. melior. *Megara vi capta diruit*. Atque ita repone. Noster supra [c. 30, 11.] *Megaris castra movent*. J. FR. GRON. Similiter legit Flor. a m. 1. V. ad c. 30, 9. Tum *atque diripuit* Ber. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 3. *Ad Pachyni promontorium*] *ad Pachynum promontorium* Lovel. 5. Sed nihil muto. V. ad 40, 19, 9.

Ad Heracleam, quam vocant Minoam] Urbs Siciliae, de qua Stephan. in utraque voce, et Suidas. SIG. V. Cluver. 1. Sic. ant. 17 p. 216. Mox *ducentum Helefantes* Hearnii L. 1.

§. 4. *Nequaquam cum tantis copiis ante*] Optimi *nequaquam cum quantis copiis ante tenuerat*. J. FR. GRON. *cum quantis copiis* etiam Flor. Saepe hae voces in Mstis commutantur. V. ad 4, 5, 3. 5, 51, 6. 9, 37, 2. 38, 17, 18. et N. Heins. ad Silii 6, 620. Similiter turbant librarii voces *tamquam* et *quamquam*. V. ad Livii 1, 12, 7. *tum* et *quum*. ad 6, 23, 3. *toties* et *quoties*. ad Silii 10, 409.

Aditusque ibi et ab legatis Hippocratis, et literis Hannibalis] Vos mutatis *aditus* in *accitus*. Quasi non sit multo satius, illum fuisse *aditum* a legatis, quam *accitum*. VALLA. Quidam mutant in *accitus*, sed nihilominus obscuro manente sensu. Illud etiam *ibi* quam bene cum *accitus* connectatur, aliorum esto judicium. GLAR. Qui *accitus ibi* scribit, vere portenta scribit. Vet. lib. habent *aditusque ibi*. Quid est *literis Annibalis aditus*? nihil aliud nisi linguae Latinae monstrum. Legendum ergo *alterisque*. ut intelligamus, Imilconem ab legatis Hippocratis et alteris Annibalis Carthagine esse aditum. nam in veteribus libris est *et literisque*. Praeterea, *qui venisse tempus ajebant*, non *ajebat*, ut ad utrumque referatur. SIG. Haec lectio manifeste βαρβαρίζει. Quid enim est *accitus ibi*? Nec Sigonius quidem aut sententiam aut emendationem vidit. Libri vett. *aditus ibi*. praestio verum esse *adjutusque ibi*. et

Digitized by Google

Hannibalis, qui venisse tempus ajebat Siciliae per summum decus repetendae, et ipse haud vanus praesens monitor facile perpulerat, ut, quantae maximae possent, peditum equitumque copiae in Siciliam trajicerentur. Adveniens Heracleam, intra paucos dies inde Agrigentum recipit: aliarumque civitatium, quae partis Karthaginiensium erant, adeo accensae sunt spes ad pellendos Sicilia Romanos, ut postremo etiam, qui obsidebantur Syracusis, ani-

a levi emendatione reddita Livio sua sententia est. Himilco Carthaginem venerat ad augendas copias, duo eum non leviter juverunt, et legati Hippocratis auxilia petentes retinendis Syracusis, et literae Annibalis, qui monebat, incumberent totis viribus ad Siciliam reciperandam. LIPS. 4. Ep. Quaest. 1. *aditusque* fatentur etiam Pall. 1. et 3. ut et princeps ed. Sed emendationi Lipsii calculum ex animo dono. Caeterum *literisque* libb. omnes. Paullo ante *Sed priusquam ab Hippocrate* Pal. 3. contra ordinem rerum. Fallitur autem Sigonius, corrigens *ajebant*, repugnantes habens omnes libros et Livium ipsum, quippe erat argumentum literarum Annibalis. GEBH. Quod conjecerat Lipsius, plane Put. immo et minoris dignitatis libri. Sigonius: *aditusque ibi et ab legatis Hippocratis, et alteris Hannibalis.* frustra. Quod vulgo est, *accitusque ibi*, recte soloecismi appellant Valla, Sigonius et Lipsius; recte etiam Villiomarus [5, 21.] *ubique ire*, Velleji aevo utique, frustra obnitente malae caussae Titianae patrono Alberico Gentile l. 2. de Nuptiis. J. FR. GRON. Palmerius in Spicil. tom. 4. Facis Gruter. p. 878. *aditus* vult dici extrita litera pro *adjutus*, ut *jui*, *juero*, *juerim*. Sed haec diversa sunt: nam in his est geminum *u*, quorum alterum eliditur; hic unum. *ajebant* in aliis esse adnotat Hearnius. Et ita citant Palmerius l. d. et Lipsius 4. Ep. Quaest. 1. ac sine vitio legi potest. DUK. *aditusque* Voss. Lov. 1. 3. 4. et Flor. a m. 2. qui praefert *adictusque* a m. 1. *auditusque* Voss. in margine, Lovel. 5. et Hafn. *auditisque* Lovel. 2. et Ber. *adjutusque* in Harl. fuisse videtur, quia nihil ex eo notatur in excerptis, licet conlatus sit cum ed. *adjutusque* praeferente. Solent autem haec verba commutari. V. ad 7, 22, 9. et 21, 9, 3. (*35, 34, 6.)

§. 5. *Facile perpulerat, ut, quantae maximae possent, peditum equitumque copiae*] Prima vox deest in Lovel. 1. qui etiam *pertulerat* praefert. Ita interdum variant codices. V. supra 3, 30, 5. et 5, 51, 2. *pepulerat* Ber. Similiter turbarunt librarii 1, 59, 11. 2, 31, 5. 25, 28, 5. 32, 14, 2. Hinc *equitum peditumque* idem Ber. V. ad 34, 26, 2.

§. 6. *Intra paucos dies inde Agrigentum recipit*] *Tò inde* exsulat a Flor. sed, transposita voce, *paucos inde dies* legunt

Digitized by Google

7 mos sustulerint; et, parte copiarum satis defendi urbem posse rati, ita inter se munera belli partiti sint, ut Epicydes praeesset custodiae urbis, Hippocrates, Himilconi conjunctus, bellum adversus con-
8 sulem Romanum gereret. Cum decem millibus peditum, quingentis equitibus nocte per intermissa custodiis loca profectus, castra circa Acrillas urbem
9 ponebat. Munientibus supervenit Marcellus, ab Agrigento jam occupato, quum frustra eo praevenire hostem festinans tetendisset, rediens; nihil minus ratus, quam illo tempore ac loco Syracusanum sibi
10 exercitum obviam fore; sed tamen metu Himilconis Poenorumque (ut quibus nequaquam eis copiis,

Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. et Hav. Tum *recepit* Lovel. 2. Harl. et Ber.

§. 8. *Cum decem millibus peditum, quingentis equitibus*] Voss. Gud. *equitum*. J. FR. GRONOV. Ita et Lov. 1. 5. ac Gaertn. *quingentorum equitum* Hafn. *quinque equitum* Voss. Lovel. 2. Hav. et Ber. a m. 1. qui *CCtis equitibus* praefert a m. 2. *quinque* etiam est in Hearnii D. Sed vocem illam neglexit Flor. Nimirum quingenarii numeri notam *I)* sibi incognitam omiserunt librarii. V. ad 37, 40, 11.

Circa Accillas urbem] Vet. lib. *Acrillas*, atque ita puto legendum. Nam Stephan. post *Ἀκραιφίαν* urbem sic ait: *Ἀκρίλλα πόλις Σικελίας ὀν πόῤῥω Συρακουσῶν τὸ ἐθνικὸν Ἀκριλλαῖος*. Idem mendum est apud Plut. in Marc. [308.] *Εἶλε δὲ τὸ Ἱπποκράτους πρὸς Ἀκίλας στρατόπεδον* SIG. Palat. 1. *Acrillas*. sec. *Achrilas*. tert. *Acrilas*. quam lectionem confirmat Sigonius testimonio Stephani. Ceterum Pal. 1. *ponebant*, ut complectatur Himilconem et Hippocratem. Statim exhibet Pal. 3. *Munientibus jam supervenit*. GEBH. *Acrillas* etiam Flor. Voss. Lovel. 1. 3. pluresque alii codd. V. Cluv. 2. Sicil. ant. 10. p. 354. *ponebant* quoque Flor. Voss. Lov. 1. 2. Gaertn. Ber. et Hav. quorum Lovel. 2. etiam legit *profecti*. Sed nihil muto.

§. 9. *Syracusanum sibi exercitum obviam fore*] *obvium fore* Flor. V. ad 1, 26, 2. et 26, 25, 15. Tum *exercitum sibi* Ber. Mox §. seq. *utpote quibus nequaquam* Flor. a m. 2.

§. 1. *Forte ea cura, quae erat adversus Poenos praeparata, adversus Siculos usui fuit*] Pal. 1. *Forte cura, quae er. adv. Poen. praep. adv. Siculos usus fuit*. GEBH. Similiter Lovel. 2. neque differunt Voss. et Lovel. 1. ac 3. nisi quod simul omittant *τὸ erat*. *Τὰ ea* et *erat* desunt

Digitized by Google

quas habebat, par esset) quam poterat maxime intentus, atque agmine ad omnes casus composito ibat.

XXXVI. Forte ea cura, quae erat adversus Poenos praeparata, adversus Siculos usui fuit. Castris ponendis incompositos ac dispersos nanctus eos et plerosque inermes, quod peditum fuit, circumvenit: eques, levi certamine inito, cum Hippocrate Acras perfugit. Ea pugna deficientes ab Romanis 2 quum cohibuisset Siculos, Marcellus Syracusas rediit: et post paucos dies Himilco, adjuncto Hippocrate, ad flumen Anapum, octo ferme inde millia, castra posuit. Sub idem fere tempus et naves lon- 3

etiam in Lov. 4. 5. Harl. et Gaertn. solum praenomen *ea* in Cant. et edd. ante Aldum. *Forte acuraque adversus* Flor. legit a m. 1. *hac cura quae* a m. 2. *Forte cura, quae adversus Poenos praeparata erat, adversus Siculos usus fuit* Ber. et Gaertn. *usus fuit* etiam Hafn. Male. Supra 3, 33, 5. *Ad condenda nova jura usui fore credebant.* 31, 42, 8. *Maximo usui fuit Amynander.* ubi plura vide. Mox *nanctus* edidit Gronov. consentiente Flor. a m. 1. V. ad c. 31, 14. Priores cum reliquis codd. legunt *nactus.*

Acras perfugit] Ἄκρα τῶν Συρακουσίων κτίσμα. Stephanus. SIG. V. Cluv. 2. Sicil. ant. 10. p. 352.

§. 2. *Ea pugna deficientes ab Romanis quum cohibuisset Siculos*] Pal. 1. et princ. ed. *defugientes.* sec. ac tert. *diffugientes*, ea significatione, qua apud Hor. 1. od. 35, 26.

— — *diffugiunt cadis*
Cum faece siccatis amici.

GEBH. *defugientes* Flor. a m. 1. Cant. Voss. Lovel. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et edd. ante Froben. anni 1531. at *deficientes* verum esse existimo.

Ad flumen Anatim, octo ferme inde millia, castra posuit] *Anatis* fluvius est Africae, ut Siciliae *Anapus.* Sic ergo scribe. J. FR. GRON. Ita etiam ante Gronov. emendavit Cluver. 1. Sicil. ant. 13. p. 176. ubi insuper legendum conjicit *duo ferme inde millia*, eo usus argumento, quia longe intra octo millia a castris Marcelli sua posuisse debuit Himilco, ut illis Marcelli adsidens obsidionem Syracusarum spectaret; quemadmodum Livius de eo hoc cap. refert. Verum, auctore Livio, Anapus octo millia non a castris Marcelli, sed ab Syracusis aberat. Paullo ante *redit*, pro *rediit*, Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. Gaertn. et Hav. V. ad 36, 35, 2. *venit* Lovel. 4.

§. 3. *Cum Bomilcare classis praefecto*] Deest in Pall. 1. et 3.

Digitized by Google

gae quinque et quinquaginta Karthaginiensium cum Bomilcare classis praefecto in magnum portum Syra-
4 cusas ex alto decurrere; et Romana item classis, triginta quinqueremes, legionem primam Panormi exposuere; versumque ab Italia bellum, adeo uterque populus in Siciliam intentus, fuisse videri pot-
5 erat. Legionem Romanam, quae exposita Panormi erat, venientem Syracusas, praedae haud dubie sibi
6 futuram Himilco ratus, via decipitur. mediterraneo namque Poenus itinere duxit; legio maritimis locis, classe prosequente, ad Ap. Claudium, Pachynum cum parte copiarum obviam progressum, pervenit.
7 Nec diutius Poeni ad Syracusas morati sunt. et Bo-

τὸ praefecto. in primi margine est *classis magistro.* in sec. *praefecto.* GEBH. Vox *praefecto* deficit quoque in Flor. Voss. Lov. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Tum *Hamilcare* Voss. et Lovel. 1. 2. ac 3. quomodo iidem codd. etiam praeferunt hoc cap. §. 7.

§. 4. *Adeo uterque populus in Siciliam intentus fuisse videri poterat*] Quid si legas *optarat?* Adeo Romanus Poenusque optarunt videri in Siciliam intentos esse, ut ab Italia in Siciliam verterint bellum. SIG. Sigonius ridicule nulla de causa hoc loco suspicatur *optarat.* Quippe *poterat* hic eleganter *παρέλκει*, pro apparebat omnibus, intentos et Romanos et Poenos magnopere in Siciliam esse. GEBH. Clericus locum ita interpungit, *versumque ab Italia bellum, adeo uterque populus in Siciliam intentus, fuisse videri poterat.* Id autem Crevier. recepit. neque male, ut videtur. Antea major erat distinctio post *bellum*, nulla vero post *intentus.*

§. 5. *Venientem Syracusas praedae haud dubie sibi futuram*] *venienti Syracusas* Voss. Lovel. quinque, Ber. Hafn. et Hav. Deinde *praeda haud dubiae* Flor. *praedae haud dubie* a m. 2. *praedae haud dubiae* plures edd. antt. V. ad 34, 43, 5. Mox §. seq. *obvium progressum* edidit Sigon. sed omnes scripti et edd. servant *obviam.* V. ad 4, 58, 1.

§. 7. *Nec diutius Poeni Syracusis morati sunt*] Put. et Pet. *ad Syracusis.* Forte *ad Syracusas.* Ut *ad urbem, ad exercitum esse.* J. FR. GRON. Gronovii conjecturam probat Crevier.

Duplici facile numero classe adventantibus Romanis] Carthaginiensium classis erat navium quinque et quinquaginta, Romana triginta quinqueremium, ut paulo ante dixit author. hic vero dicit Romanam classem fuisse duplicem ad Carthaginensem. Oportebat igitur aliam classem esse, de qua tamen nihil meminit, quod sciam. GLAR. Cur mu-

Digitized by Google

milcar, simul parum fidens navibus suis, duplici facile numero classem habentibus Romanis, simul inutili mora cernens nihil aliud ab suis quam inopia adgravari socios, velis in altum datis, in Africam transmisit. Et Himilco, secutus nequidquam Mar- 8
cellum Syracusas, si qua, priusquam majoribus copiis jungeretur, occasio pugnandi esset, postquam ea nulla contigerat, tutumque ad Syracusas et munimento et viribus hostem cernebat, ne frustra adsi- 9
dendo spectandoque obsidionem sociorum tempus tereret, castra inde movit: ut, quocumque vocasset defectionis ab Romanis spes, admoveret exercitum, ac praesens suas res foventibus adderet animos.

tarunt, quod perspicue codex antiquissimus *classem habentibus?* J. FR. GRON. *classem haudventantibus* Flor. a m. 1. pro quo *classem adventantibus* refinxit manus 2. id autem etiam superest in Cant. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *classe advenientibus* ed. Parm. Ceterum classis Romana centum navium fuisse dicitur supra h. l. c. 27, 5. quare triginta naves modo memoratae pars classis Romanae fuerunt, nisi existimemus novarum navium supplementum fuisse.

Simul inutili mora cernens nihil aliud ab suis, quam inopia adgravari socios] Lege cum optimis, *simul inutilem moram cernens, nihil aliud ab suis quam inopiam aggravari sociorum.* J. FR. GRON. Ita quoque Voss. et Lov. 1. *inutilem moram* etiam Lov. 2. 4. Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. *utilem moram* Lov. 5. et Harl. *utili in mora* Flor. Deinde *inopia aggravari sociorum* Flor. Cant. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. Crevier. partim ex edd. partim ex Mssis legit *inutili mora cernens nihil aliud ab suis quam inopiam aggravari sociorum.*

Velis in altum datis, in Africam transmisit] Infra 25, 25. Bomilcar iterum ex portu Syracusano profectus in Africam rediisse, et, edoctis Karthaginiensibus, in quo discrimine res Syracusana foret, paucos post dies eodem reversus fuisse dicitur. Quum vero interim non tradiderit, quo tempore Syracusas rediierit, id inter neglegentiae Livianae specimina enumerat Cl. Perizon. Animadv. Hist. c. 4. p. 165.

§. 9. *Ne frustra adsidendo spectandoque obsidionem*] Perperam libri omnes *exspectandoque.* GEBH. Ita et Cant. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertner. Hav. et edd. ante Aldum. V. ad 6, 33, 1.

Digitized by Google

10 Murgantiam primum, prodito ab ipsis praesidio Romano, recepit: ubi frumenti magna vis commeatusque omnis generis convecti erant Romanis.

1 XXXVII. Ad hanc defectionem erecti sunt et aliarum civitatium animi: praesidiaque Romana aut pellebantur arcibus, aut prodita per fraudem obpri-
2 mebantur. Henna, excelso loco ac praerupto undique sita, quum loco inexpugnabilis erat, tum praesidium in arce validum, praefectumque praesidii

§. 10. *Murgantiam*] Strabo [6, 270.] *Μοργάντιον* urbem in Sicilia nominat: Stephanus etiam *Μοργαντίαν* dici scribit. SIG. Pal. pr. *Mulgantiam*. tert. *Mulgatiam*. Item omnes tres *recipit*. GEBH. V. Cluv. 2. Sicil. ant. 8. p. 335. Mox *recipit* Flor. Lov. 3. 4. Harl. et Hav.

Ubi frumenti magna vis commeatusque omnis generis convecti erant a Romanis] Pall. 1. et 3. *Romani*. sec. *convectaverant Romani*. Sed tum quoque legendum erat *frumenti magnam vim*. GEBH. Non possum concoquere illud *ubi*. Lego *quo*. T. FABER. Put. ambo Pet. Men. ignorant praepositionem. Voss. et duo Pall. *convecti erant Romani*. tertius *convectaverant Romani*. Quod placet, ut et scribas *frumenti magnam vim*. Virgil. 4. Aen. [404.] *praedamque per herbas convectant Calle angusto*. 7, [749.] et 9, [613.] *Convectare juvat praedas*. *Ubi convectaverant*, ubi deposuerant; ubi erat, quod convectaverant; ubi convectam habebant. J. FR. GRON. Silius, perpetuus Livii imitator, 15, 389.

Convectant silvis ingentia robora.

Verum hoc verbo *convectare* alibi Livium usum esse, nondum observavi. Neque satis caute videtur *ὁ πάνυ* unius cod. auctoritatem secutus esse, quum ipse testetur, optimos nihil mutare, nisi quod ignorent praepositionem. Sane illud *convectaverant* in nullo apud me superest, nisi in Flor. a m. 2. quum antea etiam scriptum fuisset *convecti erant Romanis*. Sed *convecti erant Romani* legunt Cant. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Nihil aliud itaque tentandum, quam ut deleatur praepositio. Verbum enim *convehere* in hac re Livio est sollemne. Infra c. 39, 11. *Frumentoque et commeatibus aliis in castra convectis*. c. 41, 3. *Arx erat munita, et convexerant ante frumentum*. 25, 13, 2. *Ut frumentum ex propinquis locis convehi juberent Capuam*. c. 20, 2. *Casilinum frumentum convectum*. Eodem cap. §. 3. *In ea castella frumentum ab Ostia convectum est*. 27, 8, 19. *Frumentum Romam mitteret, et Catanam conveheret*. 29, 36, 1. *Convectum undique ex populatis circa agris frumentum*. V. etiam ad 2, 14, 3. Et ita etiam legit ediditque Crevier. Praeterea omnes libri

Digitized by Google

dii haud sane opportunum insidiantibus habebat. L. 3
Pinarius erat vir acer, et qui plus in eo, ne posset decipi, quam in fide Siculorum, reponeret. et tum intenderant eum ad cavendi omnia curam tot auditae proditiones defectionesque urbium, et clades praesidiorum. Itaque nocte dieque juxta parata in- 4
structaque omnia custodiis ac vigiliis erant: nec ab armis aut loco suo miles abscedebat. Quod ubi Hen- 5
nensium principes, jam pacti cum Himilcone de proditione praesidii, animadverterunt, nulli occasioni

conspirant in *ubi:* quod etiam excusari, et adversus Fabrum defendi potest, hoc modo, ibi, nempe Murgantiae, fuisse magnam vim frumenti et commeatus omnis generis, qui convecti erant Romanis; sive *τὸ Romanis* intelligere malis in usum Romanorum, sive a Romanis, de quo v. ad 6, 11, 4.

§. 2. *Aenna in excelso loco*] Vet. lib. *Enna*. Item Graeci *Ἔννα*. SIG. In Pall. 1. ac 3. scriptum est *Henna*. in Pal. 2. perpetuo *Ethna*. Verum nomen est *Enna*. Praeterea sec. omittit *in*. GEBH. *Aethna* Lovel. 4. *Ethna* Lovel. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. *Hethna* Ber. *Enna* Harl. *Henna* Put. Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Hav. et Hearnii N. quae vera est hujus nominis orthographia. V. quae notavi ad Silii 1, 93. et Oudendorp. ad Lucani 6, 740. Tum *τὸ in* abjiciunt Flor. Cant. et Harl. Supra 1, 36, 5. *Cotem quoque eodem loco sitam fuisse memorant.* Praeterea *tum loco* Voss. Lovel. 1. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. V. ad 6, 23, 3. Deinde *loco inexpugnabili* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Ber.

Praefectumque praesidii haud sane opportunum insidiantibus habebat] Pal. 3. *haud sane opertum*. Legendum censeo *haud sane apertum insidiantibus*. Ea forma dixit Curtius 4, 10. *Patere vel unius insidiis regem*. Sic hic ipse Livius: *Nulli occasioni fraudis Romanum patere*. GEBH. Nihil erat mutandum, reliquis omnibus codd. receptum tutantibus. Ita *opportunus injuriae* 2, 13, 10. et 28, 19, 8. *opportunus novanti res* 4, 13, 6. *opportunus eruptioni* 6, 24, 3. *opportunus consilio* 8, 25, 9. et passim alibi similia. Ceterum *praefectumque praesidi* Flor. a m. 1. *praesidio* a m. 2. Utroque modo extulit Livius. Ita 34, 25, 5. *Praefectus praesidio Laconum erat Pythagoras*. 38, 37, 10. *Adpropinquantii praefectus praesidii obvius fuit*. Ita *praefectus urbis*. V. ad 3, 29, 4. Vulgatum itaque servo, praesertim quum id permittat ejusdem cod. scriptura prima *praesidi*, quod positum est pro *praesidii*. V. ad 36, 19, 2.

§. 3. *Et tum intenderant eum ad cavendum omni cura*] Pal. 3. *incenderant*. facili errore. GEBHARD. Multo scitius Put. *ad cavendi omnia curam*. J.FR.GRONOV. Consentit Flor. Insuper *incenderant* etiam Hafn. Sed ita

Digitized by Google

fraudis Romanum patere, palam rentur agendum.
6 *Urbem arcemque suae potestatis*, ajunt, *debere esse, si liberi in societatem, non servi in custodiam, traditi essent Romanis. itaque claves portarum reddi*
7 *sibi* aequum censent. *Bonis sociis fidem suam maximum vinculum esse: et ita sibi populum Romanum senatumque gratias habiturum, si volentes, ac non*
8 *coacti, mansissent in amicitia.* Ad ea Romanus,

passim peccant librarii. V. supra ad 7, 28, 7. 21, 49, 7. Corte ad Plinii 5. ep. 13. Adde, quae notavi ad 1, 25, 2.

§. 5. *Nulli occasioni fraudis Romanum patere, placuerat agendum*] Opinor mutandum unum verbum *placuerat* in duo *palam rati*. VALLA. Verba *aperte ac propalam* absunt a meo libro; nec Vallae aetate in libro legebantur, et hercle inculcata sunt explendae sententiae. At scire debebant, mendam in voce *placuerat* haerere, legendumque *Romanum patere, palam erat agendum*. quas duas voces scilicet coaluisse. LIPS. 4. Ep. Quaest. 1. Cum tria ista vocabula *aperte ac propalam* absint a Pall. tribus, ea inculcat nihilominus vet. ed. Lipsius εὐσόχως legendum intendit *palam erat agendum*. GEBH. Put. *patere, patuerat agendum*, recisis tribus vocibus: quae et aliis omnibus, quos consuluimus, absunt. Nihil ergo propius conjectura Lipsii *palam erat agendum*. In margine tamen Vossiani video antiqua manu *palam rentur*. Salmasius *per vim erat agendum*. J. FR. GRON. Olim edebatur *patere, aperte ac propalam placuerat agendum*; sed voces *aperte ac propalam* in nullo etiam meorum codd. exstiterunt, nisi forte in uno Lovel. 4. unde nihil notatum vidi: exsulant etiam ab Hearnii Oxon. Et sane ficta sunt ac petita ex cap. seq. *Cui quoniam parum succedit, aperte ac propalam claves portarum reposcunt*. Plerique igitur codd. iis recisis, simpliciter *placuerat agendum* praeferunt. At *placuit agendum* Gaertner. *placuerat aliter agendum* Hav. *placuit aliter agendum* Hafn. *placuerat vi agendum* Ber. Gronovius Lipsii conjecturam in contextum admisit. ego marginalem Voss. lectionem *palam rentur agendum*. Lectionem enim ex Misto erutam, si sensui convenit, cuicumque conjecturae praeferendam puto. *rentur* autem est verbum Livio amatum, quod, utpote minus cognitum, librarii passim corruperunt. V. ad 40, 5, 13. In praecedentibus *ante pacti*, pro *jam pacti*, Voss. et Lovel. 3.

§. 9. *Praesidium decedere apud Romanos capitale esse, et nec liberum etiam suorum eam parentes sanxisse*] Haec vos emendare non estis ausi; ne Petrarcha quidem. Ego sic opinor emendandum, *praesidium* in *praesidio*, sic: *praesidio decedere apud Romanos capitale esse. et hoc* (sive *quod*) *liberum* (pro *liberorum*) *etiam suorum cruore parens sanxisset*. vel *liberorum etiam sanguine paren-*

Digitized by Google

Se in praesidio inpositum esse, dicere, *ab imperatore suo: clavesque portarum et custodiam arcis ab eo accepisse, quae nec suo nec Hennensium arbitrio haberet, sed ejus, qui commisisset. praesidio decedere* 9
apud Romanos capital esse: et nece liberorum etiam suorum eam legem parentes sanxisse. Consulem Marcellum haud procul esse: ad eum mitterent legatos, cujus juris atque arbitrii esset. Se vero ne- 10

tem sanxisse. Videlicet de Torquato, qui ob hoc filium occiderit, loquitur. VALLA. Moguntinus codex habet, *et hoc liberorum etiam suorum caussa.* Verum ex neutra lectione sensum percipio. Valla aït, eum de T. Manlio Torquato loqui, additque *sanguine.* Inde quidam ita legunt. *et nece liberûm etiam suorum eam legem parentes sanxisse.* Quae lectio mihi placet. GLAR. Vet. lib. *eam sanxisse,* ut videatur legendum, *et nece liberorum etiam suorum eam parentes sanxisse.* ut, cum aït *eam,* legem intelligamus, qua capitale factum erat, praesidio decedere, ita ut ad rem referatur, non ad verbum. placet autem ut de Torquato, qui in filium animadvertit, intelligatur, ut Valla docuit. SIG. Alii aliter. Sed ὀνδὲν ὑγιές. Lego *capital esse, id nece liberûm etiam suorum parentes sanxisse.* vel, *id liberûm etiam cruore parentes sanxisse.* vel, *et nece liberûm etiam suorum eam rem parentes sanxisse.* KLOCK. Syll. epist. a Burm. editar. tom. 1. p. 394. Intelligit Manlium, de quo l. 8, [7.] Caeterum valde probat hanc lectionem Glareanus. Pall. vero 1. et 3. *praesidium decedere apud Romanos capitale esse, et nec liberorum etiam suorum caussa petentes sanxisset.* Quibus in posterioribus etiam succinit Pal. 2. Porro princeps ed. haec ita formavit: *capitale esse, hoc liberorum etiam suorum cruore parentes sanxisse.* Ex qua lectione eadem sententia provenit. GEBH. Put. et Pet. *praesidio decedere apud Romanos capital esse:* idque e nostro imitatus Silius [13, 155.] *Praevetitum namque et capital.* J. FR. GRON. Legebatur vulgo *suorum causa parentes:* quum Sigonius notavit *suorum eam parentes,* idque probavit, ut, cum aït *eam,* legem intelligamus. Sed hoc quia durum erat, recentiores et vocem *legem* addiderunt. Scripti omnes *et nec liberorum etiam suorum eam petentes sanxisse.* Put. *patentes.* Vossiani margo pro *petentes* apponit aliam lectionem *poenam.* Sed fuerit forsan, *et nece liberorum eam suorum legem parentes sanxisse.* Nisi malis: *et nece liberorum etiam suorum id parentes sanxisse.* J. FR. GRON. Vestigiis hujus in Put. scripturae proxime insistes, si scripseris, *id nece liberorum etiam suorum jam parentes sanxisse.* Manlius ad filium 8, 7, 19. *Quum aut morte tua sancienda sint consulum imperia.* JAC. GRON. *praesidium decedere* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Gaertn. quod etiam in suo cod. obvium Valla recte mutavit in *praesidio decedere;* quomodo reliqui Msti et omnes edd. praeferunt. V. ad 4,

Digitized by Google

gare illi missuros: testarique, si verbis nihil agerent,
11 vindictam aliquam libertatis suae quaesituros. Tum Pinarius: *at illi, si ad consulem gravarentur mittere, sibi saltem darent populi concilium: ut sciretur, utrum paucorum ea denunciata, an universae civitatis, essent.* Consensu in posterum diem concio edicitur.

29, 5. Tum *capital esse* etiam Flor. a m. 1. Eadem vox restituenda est Colum. in Praef. l. 6. *Ut tam capital esset bovem necuisse, quam hominem.* Ita enim legit cod. Sangerm. nunc editur *capitale* et *necasse.* Eamdem vocem etiam Suet. restituerunt viri docti in Calig. 24. Vide, quae notantur ad locum Silii laud. In reliqua parte horum verborum, in quibus similes varietates, ac viri docti jam notarunt, obsendi, Cl. Jac. Gronovii emendatio verisimillima videtur.

§. 11. *Tum Pinarius ait illis, si ad consulem*] Put. *Tum Pinarius adillisi ad.* Sic vere antiqua manus: nam secunda *i* et *s* adjecit inter versus, unde ortum vulgatum. Sed Livius scripsit: *Tum Pinarius: at illi, si ad consulem gravarentur mittere, sibi saltem darent populi concilium.* Formula elegans frequensque Livio. 1, [41, 3.] *Si tua re subita consilia torpent, at tu mea sequere.* 3, [17, 3.] *Si vos urbis, Quirites, si vestri nulla cura tangit, at vos veremini Deos patrios.* Eodem [c. 31, 7.] *Si plebejae leges displicerent, at illi communiter legumlatores sinerent creari.* 9, [1, 8.] *Si nihil cum potentiore juris humani relinquitur inopi, at ego ad Deos vindices confugiam.* 10, [26, 3.] *Sin collega quid aliud velit, at sibi L. Volumnium darent adjutorem.* Plautus Capt. [3, 5, 25.]

Si ego hic peribo, atque ille, ut dixit, non redit;
At erit mihi hoc factum mortuo memorabile.

Curtius 3, [8.] *Si id consilium damnaret, at ille divideret saltem copias.* Valet particula *at* idem quod *tum.* Neque aliter 10, 19, 17. *Bellona, si hodie nobis victoriam duis, ast ego templum tibi voveo.* Ubi nescio quid cornicatur Fulvius Ursinus, monens legendum esse *asti.* Virg. 1. Aen. [542.]

Si genus humanum et mortalia temnitis arma,
At sperate Deos memores fandi atque nefandi.

J. FR. GRON. Emendationem Gronovii verissimam puto. *Ta ait, inquit, dicit,* et similia saepe omitti, vidimus ad 23, 45, 6. Recte vero *at* exponit, tum. V. eumdem Gron. 4. Obs. 26. p. 415. ad Livii 1, 28, 9. Plauti Merc. 4, 4, 34. Jac. Gron. ad Livii 3, 56, 12. Torr. ad Val. Max. 3, 2. ext. 1. et quae notavi ad 1, 18, 9. Praeterea *gravamur*, pro *gravarentur*, Flor. Voss. Harl. Ber. et Hav. *gravamini* vel *gravantur* margo Voss. quorum posterius etiam est in Lovel. 3.

Sibi saltem darent populi con-

Digitized by Google

XXXVIII. Postquam ab eo conloquio in arcem 1
sese recepit, convocatis militibus, *Credo ego vos audisse, milites,* inquit, *quemadmodum praesidia Romana ab Siculis circumventa et obpressa sint per hos dies. Eam vos fraudem, Deûm primo benigni-* 2
tate, dein vestra ipsi virtute, dies noctesque perstando ac pervigilando in armis, vitastis. utinam reli-

cilium] Ita Gronov. ad verba praec. emendabat, eamque scripturam contextui reddidit, quum antea ederetur *consilium*. Innuitur autem conventus populi, vel comitia, quae non *consilium*, sed *concilium*, vocantur, ut docuit Gronov. ad 44, 2, 5. ubi etiam veram scripturam huic loco vindicavit. Ei consentiunt omnes mei, uno vel altero tantum excepto. V. etiam ad 3, 14, 5. c. 16, 6. c. 18, 6. aliisque locis.

Utrum paucorum ea denunciata, an universae civitatis essent] Put. et Pet. *denuncia*, deinde *esset*. Videntur flagitare *denuntiatio esset*. Subjungitur *Consensu in posterum diem concio edicitur*. Verbum ultimum optimi non habent. Scribe, *Consensa in posterum diem concio. Postquam* etc. Aut certe, *Consensa in posterum diem concione, postquam ab eo colloquio* etc. nisi malis *Concessa*. J. FR. GRON. *esse* Voss. Lovel. 1. 4. et Ber. a m. 1. *esset* Flor. Lovel. 3. et Ber. a m. 2. Sed hic nihil mutari malim. *denuncia*, pro *denunciata*, ex neglegentia librarii ortum puto. V. ad 10, 37, 2. Deinde *edicitur* deest etiam in Flor. Cant. Voss. Lovel. 2. Harl. et Hearnii D. *statuitur concio* Lovel. 3. *concione dicitur* Lov. 5. Plures etiam habent *consensum*. De locutione *consensa concio* vel *concione* v. Gronov. pr. ed. not. de locutione vero *concessa concione*, quam ad initium cap. seq. praeferre videtur, ad 9, 7, 7.

§. 1. *Convocatis militibus, Credo ego vos audisse, milites*] Pal. 2. destituit particula *ego*. At tert. *Credo ego vos advertisse, milites*. non rejicule. GEBH. Put. Petav. Men. Voss. *convocatio quibus credo ego*. Scribe *Concessa in posterum diem concione, postquam ab eo colloquio in arcem sese recepit, convocatis suis, Credo ego vos audisse, milites, inquit*. J. FR. GRON. MSS. *convocatio quibus*. Sic quoque Cantabrig. Ad hoc vix potest propius accedi, quam si reponas *convocatis omnibus*. Geminam concionem habes 25, 38, 2. in qua aït Marcius, *Praesens omnium nostrum, milites, fortuna*. JAC. GRON. *convocatio quibus credo* etiam Flor. Lov. 4. Harl. et Hearnii N. *convocat omnes credo* Lovel. 3. *convocatis sociis credo* Lovel. 2. *convocati milites quibus credo* Hav. *convocatis militibus omnibus, credo* Hearnii L. quod, si plurium ac certioris fidei codicum testimonio firmaretur, utriusque Gronovii conjecturis praeferrem. Non offendet enim, credo, vocum *militibus* et *milites* repetitio. V. ad 1, 3, 9. Gronov. in priori ed. not. conjecerat *Consensa in posterum diem concione, postquam ab eo*

Digitized by Google

quum tempus nec patiendo infanda, nec faciendo,
3 *traduci possit! Haec occulta in fraude cautio est, qua usi adhuc sumus: cui quoniam parum succedit, aperte ac propalam claves portarum reposcunt; quas simul tradiderimus, Karthaginiensium extemplo Henna erit, foediusque hic trucidabimur, quam Mur-*
4 *gantiae praesidium interfectum est. Noctem unam*

colloquio in arcem se recepit, convocatis ocius, credo ego vos audisse, milites, inquit.

§. 2. *Nec patienda infanda in faciendo traduci potest. Nec occulta fraude cautio est, quam si adhuc sumus. Cui quoniam procedit*] Opinor sic legendum: *nec patiendo infanda, nec faciendo traduci possit. ab occulta fraude cautio est, qua vi,* sive *qua adhuc usi sumus.* Vel, *sed occulta fraude.* VALLA. Vallae libri haec lectio, a vulgatis haud parum diffidens. Est autem hic locus adteger, quem integritati meis verbis praeter propter restituo, et emendo. *Utinam reliquum tempus nec patiendo infanda nec faciendo traduci possit. tamen defendenda injuria est. Aennenses, milites, principes civitatis hujus, quia Himilconem omnem paene iterum a nostra fide Siciliam ad se traduxisse vident, res novas et ipsi volunt. Collocuti cum eo jam de defectione, et ne gratuitum scelus sit, accessionem, mercedem nos et pretium nefariae proditionis invicem pacti sunt. Nec occultam fraudem cautio est, quam enisi adhuc sumus; qua quom non procedit, aperte ac propalam claves portarum reposcunt.* etc. *occultam fraudem cautio est,* pro occulta fraus cavenda est, genus dicendi elegans et frequens comicis. Plautus Truc. [2, 7, 62.] *Quid tibi hanc, inquam, notio est, amicam meam.* Curcul. [5, 2, 27.] *Quid* (vel *Quis*) *istum tibi tactio est?* et alibi. etc. Ter. Eun. [4, 4, 4.] *Quis tibi huc reditio est? quis vestem mutàtio est?* Ubi Donat. *Quis vestem mutatio*] *Sic veteres. Plaut. Trinummo. Quis tibi interpellatio, aut in concilium huc accessio est? Caecil.* ἁρπαζ. *Quis tibi aucupatio est argumentum, aut de meo amore verbificatio est patri?* Ita ibi de eodem oleo et opera Terent. et Donat. emendem. Adelph. quoque [3, 3, 66.] *Pisces ex sententia nanctus sum, hi mihi ne corrumpantur cautio est.* Solet etiam verbi casum dare nomini Salluft. Jug. [108.] *speculator consilia.* Hiftor. 3. *aemulus facta.* Palmerio observatum jam ante. KLOCK. Syll. epift. a Burm. edit. tom. 1. p. 394. Illa vulgata impreffio hunc locum, in omnibus codd. MSS. mire confusum, hoc modo legentium oculis exhibet: *nec faciendo traduci possit. ab occulta fraude cautio est, qua quia adhuc sumus, minus cuiquam successit.* Sed, ut video, ita censuerat ante legendum Valla; qui, hac non contentus conjectura, tres addit alias non meliores. Juvat hic enotare Pall. codicum, unde forte ingeniosiori felix accidere possit divinatio, scripturam: quorum pr. ac tert. mendosissime,

Digitized by Google

aegre ad consultandum sumsi, qua vos certiores periculi instantis facerem. Orta luce concionem habituri sunt, ad criminandum me concitandumque in vos populum. itaque crastino die, aut vestro, aut Hennensium sanguine Henna inundabitur. nec praeoccupati spem ullam, nec occupantes periculi quidquam habebitis. qui prior strinxerit ferrum, ejus victoria

haec occulta fraude cautio est, quam si adhuc sumus, cuiquam parum succedit. sec. *hac occulta fraude cautione, qua usi adhuc sumus, quoniam parum succedit.* GEBH. Put. *Haec occultam fraude cautio est quam si adhuc sumus cui quoniam parum succedit.* Eodem fere modo Petav. et Men. Voss. et tres Pall. Scribe secure, *Haec occulta in fraude cautio est, qua usi adhuc sumus, cui quoniam parum succedit, aperte ac propalam.* Unus ex Pall. clare *qua usi.* V. ad hujus lib. c. 19. quo minus dubites de phrasi Liviana. 10, [34, 6.] *Ne quam occultam in fraudem incautus rueret.* J. FR. GRON. Usque ad Gronov. vulgo edebatur. *Haec occulta fraude cautio est, qua quia adhuc minus cuiquam successit,* nisi quod Modius eumque secuti substituerint *quae,* pro *qua.* Codices plurimum variant. *Sub occulta fraude cautio qua* legit Ber. Reliqui editis consentiunt praeter unum forte Harl. ex quo quia nihil in excerptis notatur, *occulta in fraude,* ut Gronov. emendavit, exhibuisse videtur. In ultima parte verborum, vett. edd. per omnia adsentitur unus Lov. 4. *quaq; si adhuc sumus anquam pax succedit* praefert Gaertn. *qua si adhuc sumus cuiquam parum succedit* Voss. et Lovel. 1. *quam si adhuc sumus cuiquam parum succedit* Lovel. 3. et Harl. *quam si adhuc sumus, cui quoniam parum succedit* Flor. et Cant. *qua usi adhuc sumus, cuiquam parum succedit* Lovel. 5. et Hav. *qua usi adhuc sumus, cui quoniam parum succedit,* quemadmodum Gronov. conjecit, Ber. cui etiam concinit Lovel. 2. nisi quod legat *ad hoc,* pro *adhuc.* neque dissentiunt Lov. 5. et Hav. nisi quod *cuiquam,* pro *cui quoniam,* obferant. Verum ita saepe *quam* et *quoniam* commutantur. V. ad 4, 48, 15. Dubitari itaque nequit, quin Gronov. veram lectionem restituerit. Loco corrumpendo etiam ansam librariis dedisse videtur constructio verbi *successit,* quae, librariis minus cognita, apud Livium tamen frequens est. V. ad c. 19, 6.

§. 3. *Quas simul tradiderimus*] *simul ut tradiderimus* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Rec. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum. Sed v. ad 6, 1, 6. Mox §. seq. *quo vos certiores,* pro *qua,* id est ut vos certiores, Flor.

§. 5. *Nec occupatis peculium, nec occupantes periculi quidquam habetis*] Opinor legendum, *nec praeoccupati spem ullam,* vel *nec occupati praesidii,* sive *subsidii, neque occupantes periculi quicquam habebitis.* VALLA. Ut Valla conjecit, *nec praeoccupati praesidii, nec occupan-*

Digitized by Google

6 *erit. Intenti ergo omnes armatique signum exspectabitis. ego in concione ero: et tempus, quoad omnia instructa sint, loquendo altercandoque traham.*
7 *Quum toga signum dedero, tum mihi undique clamore sublato turbam invadite, ac sternite omnia ferro: et cavete, quisquam supersit, a quibus aut vis,*
8 *aut fraus timeri possit. Vos, Ceres mater ac Proserpina, precor, ceteri superi infernique Dii, qui hanc*

tes periculi quicquam habebitis, ita ascivit princeps ed. Sed et alia ejus conjectura *nec praeoccupati spem ullam* comparet in Pal. 2. At in pr. ac tert. *nec praeoccupatis peculium.* Mox autem Pall. 2. et 3. *strinxerit gladium.* GEBH. Non peculium modo, sed et caput horum periclitabatur. MSS. *praeoccupatis peculium,* ut invenit etiam Valla; qui conjectat *praeoccupati praesidii,* aut *subsidii,* aut denique *spem ullam.* Hoc solum debebat mordicus tenere. Et sic unus Palatinorum et Mureti libri: *nec praeoccupati spem ullam, nec occupantes periculi quicquam habebitis.* J. FR. GRON. *nec praeoccupatis peculium* Flor. Cant. Voss. a m. 1. Lovel. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N *nec praeoccupati peculium* Lovel. 1. 4. 5. *nec praeoccupantes peculium* Hearnii L. 1. Crevier. conjicit *nec praeoccupati perfugii.* Si hoc placet, *perfugium* potius legerem, quia optimi habent *peculium,* et ipsa illa varietas *perfugium, periculi quidquam* est ex genio Livii. Sed cum Gronov. malo *spem ullam,* quod etiam recepi. Mox *strinxerit gladium,* pro *ferrum,* Rec. quod est ex glossa.

§. 7. *Quum toga signum dedero, tum mihi undique*] De signo toga dato consule Cel. Burm. ad Suet. Caes. 9. Praeterea *mihi* deest in Harl. Gaertn. Hearnii N. et editis Aldo prioribus; quod tamen eleganter πλεονάζει. Supra in Praefat. *Ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum.* ubi vide. et 2, 29, 12. *Pulset tum mihi lictorem.*

Et cavete, ne quisquam ex iis supersit] Vet. lib. *cavete, quisquam ex iis supersit.* SIG. Vet. ed. *et cavete, ne quicquam iis supersit.* Pall. 1. et 3. *et cavete, quicquam supersit.* sec. *et cavete ne quisquam supersit.* GEBH. Et hic de suo liberales fuerunt fartores. Scribendum, *et cavete, quisquam supersit, a quibus aut vis, aut fraus timeri possit.* Sic Put. Petav. Men. duoque Pall. nisi quod nonnulli *quicquam.* Subauditur *eorum,* quam ellipsin adeo usitatam Livio concoquere non potuerunt. J. FR. GRON. Primae, quas vidi, edd. praeferunt *cavete, ne quicquam iis supersit, a quibus.* Ascens. deinde anno 1513. in margine ostentavit, *cavete, ne quisquam ex iis supersit, a quibus,* quod Mogunt. tandem, et postea reliqui in contextum receperunt usque ad Gronov. qui recte iterum rejecit. Neutram enim lectionem ullus firmavit codicum, nisi posteriorem solus Lov. 3. *cavete, quicquam supersit, a quibus* legunt Florent. a m. 1. Cant. Voss. a m. 1. Lovel. 5. Harl. et Ber. *ne*

Digitized by Google

urbem, hos sacratos lacus lucosque colitis, ut ita nobis volentes propitii adsitis, si vitandae, non ferendae, fraudis caussa hoc consilii capimus. Pluribus vos, milites, hortarer, si cum armatis dimicatio futura esset. inermes, incautos ad satietatem trucidabitis. Et consulis castra in propinquo sunt, ne quid ab Himilcone et Karthaginiensibus timeri possit. 9

inter versus adscribitur in Flor. a m. 2. *cavete, quiquam supersit, a quibus* Voss. a m. 2. *cavete, ne quiquam supersint, a quibus* Lovel. 4. et Hav. *cavete, ne quisquam supersit, a quibus* Lovel. 1. *cavete, quisquam supersit, a quo* Lovel. 2. Puto veram caussam locum corrumpe di a Gronovio visam fuisse, et librarios ferre non potuisse locutionem *quisquam a quibus*, non intelligentes per ellipsin dici, pro *quisquam eorum, a quibus*. De ellipsi istius pronominis Livio familiarissima v. ad 23, 15, 4.

§. 8. *Ceteri superni infernique Dii!* Pal. 3. *superi inferique.* GEBH. Meliores *superi infernique Dii*, non *superni*. J. FR. GRON. *superi infernique* etiam Flor. et reliqui omnes codd. uno vel altero excepto. Infra 31, 30, 4. *Ut priore populatione cum infernis Diis, secunda cum superis bellum nefarium gesserit.*

Hos sacratos lacus locosque] Multo verius *lucosque* meo judicio, quod alio etiam loco ex vetusti cod. collatione feci. SABELL. V. ad 21, 48, 4. Omnes mei *lucosque*. Verum *lucos lacusque*, transpositis dictionibus, Lovel. 4. et Ber.

Si vitandae, non ferendae, fraudis caussa] Vet. lib. *non inferendae.* SIGON. Pall. 1. 3. et princeps. ed. *non ferendae fraudis caussa.* GEBH. Sic [*inferendae*] Sigonius. Sed scripti meliores, ut vett. edd. *ferendae.* Virgil. 11. Aen. [708.]

Jam nosces, ventosa ferat cui gloria fraudem.

Ubi Servius: *Haec est vera et antiqua lectio, ut fraudem, non laudem legas: ut sit sententia: jam agnosces, cui inanis jactantia afferat poenam. Nam Fraudem veteres poenam vocabant.* Cic. ad Att. 7. ep. ult. *Quod multo rectius videtur, id mihi fraudem tulit.* J. FR. GRONOV. *Fraudem ferre* dicit Liv. 3, 18, 6. *Si doceri se sissent, quae fraus occulta in lege ferretur.* c. 25, 4. *Ut, quum edocuisset populum, quid fraudis occultae ferretur, sinerent deinde suffragium inire.* Sed in iis fortassis haec sententia est; quae fraus occulta esset in lege, quae ferebatur. *Inferre fraudem* 27, 28, 3. *Ibi duo duces sagaciter moti sunt alter ad inferendam, alter ad cavendam fraudem.* Neque tamen id invitis optimis libris hic recipiendum est. DUK. *ferendae fraudis* etiam omnes mei. Ita *ferre perniciem* 23, 9, 5. ubi vide.

Digitized by Google

1 XXXIX. Ab hac adhortatione dimissi corpora curant. Postero die alii aliis locis, ad obsidenda itinera claudendosque oppidanis exitus, pars maxima super theatrum circaque, adsueti et ante spectacu-
2 lis concionum, consistunt. Productus ad populum a magistratibus praefectus Romanus, quum consulis ea de re jus ac potestatem esse, non suam, et ple-
3 raque eadem, quae pridie, dixisset; primo sensim, ac plures, reddere claves, dein jam una voce id omnes juberent, cunctantique ac differenti ferociter

§. 1. *Ab obsidendas itineribus claudendosque obsiti exitus, pars maxima super theatrum circa quae assueti, et ante spectaculum concionem consistunt*] Opinor sic legendum, *ad obsidenda itinera claudendosque oppositi exitus*, vel *claudendos oppidanis exitus*, vel *claudendos obsessis exitus, pars maxima supra theatrum circaque, assuetum spectaculum*, aut *super theatrum ad assuetum ante spectaculum concionem circumsistunt*. VALLA. Non debet perverti haec lectio *claudendosque oppidanis exitus*, confirmata etiam vet. ed. et Pal. 2. consensu. Nihilominus Pal. 1. *ab obsidendis itineribus claudendosque oppositi exitus*. tert. vero *ad obsidendos itineribus claudendosque obsiti exitus*. Deinde Pall. 1. et 3. *ante spectaculum concionem cons. sec. ante spectaculum in concione consistunt*. Vet. ed. *circaque assuetum ante spectaculum concibnem circumsistunt*. GEBH. Alii *claudendosque oppositi exitus*. Virg. 2. Aen. [332.]

Obsedere alii telis angusta viarum
Oppositi.

Nostr 29, [32, 4.] *Faucibus utrimque oppositus inclusit*. Pet. melior *opsiti*. Pal. *obsiti*. Put. *oppinitis*. J. FR. GRON. Livii scriptura fuit *claudendosque opportunos exitus*. 25, 30, 5. *Opportuna loca dividenda praefectis esse*. 27, 28, 7. *Oppidanos per muros urbisque opportuna loca in stationibus disponunt*. 30, 12, 10. *Praesidio circa portas opportunaque moenium dimisso*. Vides gratam certe Livio vocem. JAC. GRON. Illud *oppidanis*, quod edd. verisimiliter ex Vallae emendatione receperunt, in nullo cod. obvium fuit, nisi forte servet Cant. unde in excerptis nihil notatur. *obsidendis itineribus claudendosque opponitis exitus* legit Flor. a m. 1. *ad obsidenda itinera claudendosque oppositis exitus* a m. 2. et Harl. *obsidendis itineribus ad claudendos oppositi exitus* Hafn. *ad obsidendis itineribus claudendoque opstri exitus* Lov. 3. *ab obsidendis itineribusque ad claudendos oppositi exitus* Ber. et Hav. *ab obsidendis itineribus claudendosque oppositi exitus* Lov. 2. et Rec. *ab obsidendis itineribus claudendisque obsiti exitus* Lov. 4. *oppositi* etiam Voss. et Lov. 1. *obsiti* Lov. 5. et Hearnii L. 1. Gronovius in

Digitized by Google

minitarentur, nec viderentur ultra vim ultimam dilaturi; tum praefectus toga signum, ut convenerat, dedit. militesque intenti dudum ac parati, alii su- 4
perne in aversam concionem clamore sublato decurrunt, alii ad exitus theatri conferti obsiftunt. Cae- 5
duntur Hennenses cavea inclusi, coacervanturque, non caede solum, sed etiam fuga; quum alii super aliorum capita ruerent, atque integri sauciis, vivi mortuis incidentes, cumularentur. Inde paffim dis- 6
curritur, et urbis captae modo fugaque et caedes

pr. ed. not. conjecerat *claudendosque oppidi exitus*. Cl. Crevier. *oppositi* satis placere teftatur, quod etiam in contextum recepi, utpote quorumdam codd. fide nixum, quum *oppidanorum* videatur ex conjectura Vallae esse. Quid tamen, si legas *alii aliis locis, obsidendis itineribus claudendoque obpositi exitus, pars maxima* etc. Ipsa illa variatio orationis *obsidendis itineribus* et *claudendoque exitus* Liviana videri poteft. Certe ita loquitur 21, 5, 5. *Large partiendo praedam, stipendio praeterito cum fide exsolvendo cunctis animis in se firmatis, promotum bellum.* 34, 22, 8. *Nunc Karthaginienses hostes eorum juvando, nunc hic sociis nostris obpugnandis.* Plura v. ad 38, 39, 10. In reliquis etiam verbis admodum variant codd. quorum plerique *spectaculum concionem, spectaculum in concionem, spectaculum concionemque*, vel *spectacula concionemque* praeferunt. Sed vulgatum *spectaculis concionum* verum puto.

§. 2. *Pleraque eadem, quae pridie prius dixisset; primo sensim*] Relegant boni libri *τὸ prius*. J. FR. GRON. Fortassis *dixisset, et primo sensim*. Asyndeton hic asperiorem reddit orationem. DUK. Voce transposita, *prius pridie* legunt Voff. Lov. 2. et Hav. Sed vocem *prius* non agnoscunt Flor. Cant. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. et Hearnii N. ac D. Vulgatum ortum videtur ex duplici lectione *pridie dixisset* et *prius dixisset*, de quo v. ad 3, 44, 4. Ceterum Cl. Crevier. etiam *τὸ et* excidiffe, ac legendum effe, *et primo sensim*, conjecit. Illam itaque particulam hauserunt ultimae literae vocis praecedentis. V. ad 35, 41, 7.

§. 4. *Superne in adversam concionem*] Scribimus *in aversam*, ut erat sane a militibus in concionantem praefectum Romanum versa concio. J. FR. GRON. Recte. V. ad 4, 27, 8. Saepiffime has voces commutari, vidimus ad 2, 31, 5.

§. 5. *Atque integri sauciis*] Abeft a Pall. tribus *τὸ atque*. GEBH. Abeft itidem a Flor. Voff. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Et placet.

§. 6. *Fugaque et caedes omnia tenet*] Vet. lib. *tenent*. SIG. Pal. 1. *fuga et caedes* Lovel. 4. Male. V. ad 10, 30, 2. *caedesque*

Digitized by Google

omnia tenet: nihilo remissiore militum ira, quod turbam inermem caedebant, quam si periculum par
7 et ardor certaminis eos irritaret. Ita Henna, aut malo, aut necessario facinore retenta. Marcellus nec factum inprobavit, et praedam Hennensium militibus concessit, ratus, timore deterritos temperatu-
8 ros proditionibus praesidiorum Siculos. Atque ea clades, ut urbis in media Sicilia sitae, claraeque vel ob insignem munimento naturali locum, vel ob sacrata omnia vestigiis raptae quondam Proserpi-
9 nae, prope uno die omnem Siciliam pervasit. Et quia caede infanda rebantur, non hominum tantum,

et fuga Ber. Deinde *tenent* Lov. 4. et 5. V. ad 1, 31, 7. Sed omnes mei tuentur *τὸ tenet*.

Nihilo remissiore militum ira, quod jure turbam inermem caedebant] Vos tollitis *jure*, quod aut non tollendum, aut sic mutandum, *militum ira, quamvis turbam inermem*. VALLA. Legendum necessario arbitror *quod tuto turbam*. T. FABER. Put. *quod jureeam inermem*. Apparet abundare τὸ *jure* in vulgatis. Nam *jureeam* corruptum est ex unica voce *turbam*. J. FR. GRON. Gronovii emendationem recte probat Crevier. Contra Doujatius vulgatum tuetur, indicans ex eo militum iram esse, quod se jure Hennenses caedere putarent. Verum Livius hic non tangit caussam irae militum; sed narrat, quam pertinaciter ac cupide cociderint Hennenses, eosque haud leviori furore agitatos fuisse, quam si manus cum armatis consererent. Et hinc quoque patet, neque necessariam esse Fabri emendationem. Sufficit enim *inermem* obponi *τοῖς periculum par* et *certamini*.

§. 7. *Ita Henna, aut malo, aut necessario facinore retenta*] Florebellus aptius ad sententiam, et venustius ad ornatum legi posse putat: *Ita Enna malo, aut necessario, facinore retenta*. SIG. Suspicabar aliquando, legendum *ut malo, ita necessario*. nunc non pertendo. Dubitat enim Livius, perfidiamne impingere debeat, an vero necessitatem, praefecto. Erat enim malum omnino facinus, si eo abstinere poterat sine sua suorumve salute; si non poterat, erat necessarium. GRUT. Forte *aut nullo, aut*. J. FR. GRON. Vulgatum praefert Crevier. et recte, ut Gruter. docet. Nihil etiam mutant scripti. Mox *timore deterritos proditionibus praesidiorum*, omissa voce *temperaturos*, Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *timore deterritos a proditionibus praesidiorum* Ber. Mihi tamen persuadere nequeo, *temperaturos* esse a manu librariorum. De ea locutione v. ad 1, 29, 6.

Digitized by Google

sed etiam Deorum sedem violatam esse, tum vero, qui etiam ante dubii fuerant, defecere ad Poenos. Hippocrates inde Murgantiam, Himilco Agrigentum 10
sese recepit: quum adciti a proditoribus nequidquam ad Hennam exercitum admovissent. Marcel- 11
lus retro in Leontinos redit: frumentoque et commeatibus aliis in castra convectis, praesidio modico ibi relicto, ad Syracusas obsidendas venit, inde 12
Ap. Claudio Romam ad consulatum petendum misso, T. Quinctium Crispinum in ejus locum classi castrisque praeficit veteribus. ipse hibernacula quinque 13
millia passuum Hexapylo (Leonta vocant locum)

§. 9. *Qui etiam ante dubii fuerant, defecere*] Vox *ante* exsulat ab Harl. et Hearnii N. Mox §. seq. *sese recipit*, pro *recepit*, Lov. 1. contra §. 11. *in Leontinos rediit*, pro *redit*, Ber. Reliqui omnes vulgatum tuentur.

§. 12. *In ejus locum classi castrisque praefecit*] Put. Pet. aliique probi *classi castrisque praeficit veteribus*. J. FR. GRON. *praeficit* etiam Flor. quod recepi. Tria autem priora vocabula omittuntur in Hearnii L. 1. Ceterum monet Cl. Wesseling. 2. Obs. 8. T. Quinctium Crispinum hic loco Ap. Claudii classi castrisque veteribus in Sicilia praefici: infra 25, 18. T. Quinctium Crispinum cum Badio Campano strenue in Campania pugnare: at c. 26. iterum memorari Crispinum, qui castris veteribus ad Syracusas praeerat. quae si de eodem homine dicantur, non bene divisa temporibus existimat. Cui consentio. Quare aut Crispinum, qui Ap. Claudio subfectus est, diversum fuisse puto ab eo, qui singulari certamine cum Badio pugnavit: aut Livium diversos auctores secutum esse, atque non animadvertisse, utrumque simul subsistere non posse. V. ad c. 49, 1.

§. 13. *Ipse hibernacula quinque millia passuum Hexapylo (Leontiam vocant*] Leontiam distare vult, ut puto, ab Hexapylo v. millia passuum. At Thucydides l. 6. [p. 406.] Leonta vocat locum, ut puto, sex septemve stadiis ab Epipolis distantem, quod verisimilius est in obsidione, nisi non sit idem locus. GLAR. Recte sensit Cluverius, vocabulum loci corruptum esse. Put. plane *Leonta vocant locum*. Voluerat autem ille: *mille et quingentis passibus ab Hexapylo (Leonta vocant locum.)* Sicil. ant. 1, 12. p. 121. Sed et scripti refutant τὸ *ab*. J. FR. GRON. Corruptius *Leontinam* Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. Gaertn. Ber. Hav. Hearnii N. L. 1. et edd. ante Ascens. anni 1513. Sed *Leonta* Flor. Praeterea praepositionem etiam abjiciunt Flor. Voss. Lov. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav.

Digitized by Google

communiit, aedificavitque. Haec in Sicilia usque ad principium hiemis gesta.

1 XL. Eadem aestate et cum Philippo rege, quod
2 jam ante suspectum fuerat, motum bellum est. Legati ab Orico ad M. Valerium praetorem venerunt, praesidentem classi Brundisio Calabriaeque circa litoribus, nunciantes, Philippum primum Apolloniam tentasse, lembis biremibus centum viginti flumi-
3 ne adverso subvectum: deinde, ut ea res tardior

Hearnii D. et edd. vett. Primus Froben. eam adscivit anno 1535.

§. 1. *Quod jam ante suspectum fuerat, motum bellum*] Pall. 1. ac 3. et vet. ed. *susceptum fuerat.* perperam. GEBH. Ita et Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. Ber. a m. 1. Gaertn. Hafn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. vett. usque ad Ascens. anni 1513. Ita emendandus Lactant. 2, 2. *Factorem ipsum nemo suspicit aut veretur.* ubi in ed. Gallaei male *suscipit.* V. infra ad 28, 6, 12.

§. 2. *Ad M. Valerium praetorem venerunt, praesidentem classi Brundisio*] *classi*, pro *classe*, ut 28, 7, 1. 30, 9, 7. et apud alios. V. Achill. Statium ad Catull. 65, 211. Livius 36, 5, 5. *Si ipse posset terrestribus navalibusque copiis praesidere Epiro.* DUK. Eodem modo *classi* etiam exponit Cl. Crevier. V. ad 23, 41, 8. Ceterum Perizon. Diss. 1. de Praetor. p. 26. legendum putat *propraetorem*, quomodo Livius eum vocat supra c. 20, 12. *A M. Valerio propraetore, qui classi ad Brundisium praeerat, missus.* Deinde *Brundisio* Flor. et alii. V. ad 42, 17, 2.

Levibus biremibus centum viginti flumine adverso subvectum] Pal. 2. *lembis biremibus.* tert. *lembis diremibus flumine adversus.* GEBH. Scripti omnes Gallici, Italici, duo Pall. *lembis biremibus.* J. FR. GRON. Ita et Flor. Harl. et alii. *lembis biremibusque* Ber. et Hav. V. Gronov. pr. ed. de Sestertiis p. 11. quo nos in priori ed. not. ad Livium remisit. Tum *CXXX* Lov. 3. *centum et viginti* Ber.

§. 3. *Ut ea res tardior spe fuerit*] Pal. 1. et vet. ed. *tardiore spe.* GEBH. Ita et Flor. Voss. Harl. Ber. a m. 1. Gaertn. Hav. et typis excusi usque ad Froben. qui anno 1535. *tardior* substituit. Mox *clam nocte ad Oricum admovisse*, omissa voce *exercitum*, Ber. *ad Oricum nocte clam exercitum admovisse* Gaertner. *To clam* exsulat a Voss. Lovel. 1. 2. et edd. antiquis usque ad Aldum, qui primus adscivit.

Neque moenibus, neque viris, neque armis validam] Illi *neque viris atque armis.* J. FR. GRON. Ita Flor. quoque omnesque alii, quibus utor, codd. praeter unum Ber. Similiter etiam Hearnii Oxon. Negationem autem praemissam saepe ad sequentia revocandam, et tacita vi copulationi includi, docuit Gronov. 2. Obs. 14. prior. ed. quem locum consulendum ipse Gronov. in pr. ed. no-

Digitized by Google

spe fuerit, ad Oricum clam nocte exercitum admovisse: eamque urbem, sitam in plano, neque moenibus, neque viris atque armis validam, primo inpetu obpressam esse. Haec nunciantes orabant, ut opem 4
ferret, hostemque haud dubium Romanis terra aut maritimis viribus arceret; qui ob nullam aliam caussam, nisi quod inminerent Italiae, peterentur. M. 5
Valerius, praesidio loci ejus relicto P. Valerio legato, cum classe instructa parataque, et, quod lon-

tar. lectorem monuerat. Praeterea *neque moeniis* Flor. Voss. Lovel. 1. Harl. et ed. Rom. anni 1472. Eamdem scripturam etiam Crevier. in Put. reperit. Sed referendum hoc ad illos scribarum errores, de quibus v. ad 21, 60, 7.

§. 4. *Hostemque haud dubium Romanis terra aut maritimis viribus arceret*] Sine dubio legendum *maritimis urbibus arceret;* ut est in V. C. URSIN. Comparet in Pal. 3. *ut opem ferrent, hostemque haud dubium terra ac maritimis viribus arc.* ubi tamen quoque Pal. 2. *hostemque haud dubium terra ac maritimis urbibus arcerent.* Nam et *τὸ urbibus*, pro *viribus*, e veteri cod. subjicit Fulv. Ursinus. GEBHARD. Fulvius Ursinus sine dubio legendum ait ex V. C. *maritimis urbibus.* Ut et unus Pal. Put. *Romanis maeactgrra acterra ac maritimis.* Rubenius *Romani mari ac terra, a maritimis urbibus arceret, quae.* Forte: *Romanis Macedonem Epiri maritimis urbibus.* J. FR. GRON. *terra ac maritimis viribus* Flor. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Ber. a m. 1. quae *urbibus* praefert a m. 2. *maritimis urbibus arceret, quae ob nullam* conjicit quoque Latinius. *quae ob nullam* legunt etiam Flor. et Hav. deinde *inmineret Italiae*, scilicet Philippus, Ber. Si *inmineret* malis, verbum eo sensu erit accipiendum, quo supra inlustratur 4, 25, 9. At si *inminerent Italiae*, notabit Italiae vicinae essent, haud longe ab Italia remotae essent, ex adverso Italiae sitae forent. Infra 37, 26, 5. *Oppidum Colophonium mari inminens.* Gronov. pr. ed. not. scribendum conjecerat *hostemque haud dubium Romanis Macedonem terra, maritimis viribus arceret.* Eam vero conjecturam quam hic proposuit, etsi aptissime ad sensum congruere fateatur, longius tamen tum a vulgata lectione, tum a Mssis abire existimat Crevier. quam ut admittere audeat.

§. 5. *M. Valerius, praesidio loci ejus relicto T. Valerio legato, cum classe instructa*] Priore libro admonuimus, pro hoc *Valerio*, non recte *Q. Fulvium* substitutum. Caeterum nunc *Q.* nunc *T.* in quibusdam libris invenitur, in quibusdam *P.* quod equidem malim. GLAR. Vetustissimus cum Pet. ∞ ∞ *praesidioque eis T. Valerio legato cum classe.* Etiam Men. Voss. et Pet. alter *τὰ loci* et *relicto* ignorant, habent autem *M. Valerius praesidioque eis T. Valerio.* For-

Digitized by Google

gae naves militum capere non poterant, in onerarias
6 inpositis, altero die Oricum pervenit: urbemque
eam, levi tenente praesidio, quod recedens inde re-
liquerat Philippus, haud magno certamine recepit.
7 Legati eo ab Apollonia venerunt, nunciantes, in ob-
sidione sese, quod deficere ab Romanis nollent, es-
se:

te scribendum *M. Valerius, duobus millibus, praesidioque eis T. Valerio, relictis, cum classe.* Sic Caesar 5. de B. Gall. [9.] *Ut praesidio navibus Q. Arrium praefecit.* J. FR. GRON. Tamen rarum esse arbitror, ut, qui copiis militaribus praeest, vel praeficitur, illis *praesidio esse*, vel *relinqui* dicatur. DUK. Voces *praesidio loci ejus relicto T. Valerio legato* desunt in Lovel. 1. tres voces *loci ejus relicto* in Gaertn. *praesidio ejus relicto T. Valerio legato praefecto, cum classe* legit Ber. *praesidio ejus T. Valerio legato praefecto cum classe* Hav. *praesidioque ejus T. Valerio legato cum classe* Lov. 4. et Harl. *praesidio eis T. Valerio cum classe* Lovel. 2. *praesidioque eis T. Valerio legato cum classe* Lovel. 3. 5. Voss. et Hearnii L. 1. ac N. *M. Valerius XX praesidioque eis T. Valerio legato cum classe* Cant. *M. Valerius ∞ ∞ praesidioque eis T. Valerio legato cum classe* Flor. Cl. Crevier. haec manca esse, et, licet sensus Livii adpareat, attamen verba ejus restitui non posse fatetur. Certe Gronovii conjectura non per omnia satisfacit. Cur enim vocis *legato*, quam omnes codd. uno tantum vel altero excepto, tuentur, nullam rationem habuit? praesertim quum constet, Valerium hunc M. Valerii Laevini hoc tempore legatum fuisse. V. ad 23, 32, 17. Praeterea cum Glareano legendum videtur *P. Valerio legato.* V. ad 23, 34, 4.

Quot longae naves militum capere non poterant] In aliis *quod l. n. militem capere non poterant.* Si *militum* ex scriptis est, non *quot*, sed *quod* legendum videtur. 28, 2, 12. *Magonem fugientem equitatus ferme omnis, et quod veterum equitum erat, secuti.* et c. 8, 9. *Hominum quod aut in agris, aut in propinquis castellis fuit, in silvas montesque refugit.* V. Perizon. ad Sanct. 4, 4, 77. DUK. Haec lectio demum adparuit in ultima Gruteri ed. qui antea etiam vitiose vulgarat *quod longae naves militem.* Omnes priores legunt *quod longae naves militum.* Cum illis vero consentiunt codd. nisi quod unus et alter *quot*, unus etiam *militem* habeant. Priscam igitur lectionem, altera Gruteri, quam viri docti nimis patienter tulerunt, rejecta, revocavi. *quod militum* pro *quos milites*, ut 2, 15, 6. *Obsidum quod reliquum erat, reddidit.* 43, 6, 2. *Quod navium habuerint militumque.* 45, 2, 11. *Quod militum Corcyrae, Brundisii esset.* Mox *altero die* Jac. Gronov. edidit, consentientibus meis codd. plerisque et optimis. Antea circumferebatur *altera die.* V. ad 37, 29, 2.

§. 6. *Quod recedens inde reliquerat Philippus*] Vocem ulti-

Digitized by Google

se: neque sustinere ultra vim Macedonum posse, nisi praesidium mittatur Romanum. Facturum se, 8
quae vellent, pollicitus, duo millia delectorum militum navibus longis mittit ad ostium fluminis, cum praefecto sociûm, Q. Naevio Crista, viro inpigro et perito militiae. Is, expositis in terram militibus, 9
navibusque Oricum retro, unde venerat, ad ceteram

mam ubique desidero. Forsan excidit vocula *rex*, fuitque *quod recedens inde rex reliquerat*. J. FR. GRON. Exsulat etiam a Flor. Voss. Harl. et aliis pluribus codd. Deest etiam in Hearnii L. 1.

§. 7. *Legati eo ab Apollonia venerunt*] Pall. tres *Legati eo Apollonia ven.* GEBH. Scripti *Legati eo Apollonia*. J.FR.GRONOV. Praepositio etiam non adparet in Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. Verum eam hauftam puto a primis literis vocis sequentis. Certe in excerptis Flor. et Cant. eamdem abesse non notatur. Quin etiam Livius ita praepositionem plerumque, si non semper, addere solet. Modo dixit hoc cap. *Legati ab Orico ad M. Valerium praetorem venerunt*. V. ad 4, 7, 4.

§. 8. *Nisi praesidium mittatur Romanum: facturos sed quae vellent pollicitos. Con. delectorum militum navibus longis mittit*] Ego sic emendo: *Romanus, facturum se, quae vellent, pollicitus, LX electorum militum naves longas mittit.* vel *decem millia electorum militum navibus longis mittit.* VALLA. Voss. et Men. *pollicitos cons. delectorum*. Et similia alii. Put. *pollicitus CIↃ CIↃ delectorum militum*. J. FR. GRON. Vett. edd. *facturos se quae vellent pollicitos consul delectorum militum trecentos navibus* etc. Pro quo Aldus dedit *facturum se, quae vellent, pollicitus mille delectorum militum navibus*. Et ita Flor. neque dissentit Cantabr. nisi quod *X delectorum*, pro ↀ *delectorum*, praeferat; quo eodem errore *XX* pro ↀ ↀ habebat supra §. 5. V. ad 33, 14, 5. *decem millia delectorum militum* Ber. et Hav. Haec omnia potius *mille militum*, quam *duo millia militum*, legendum ostendunt. *millè militum* autem, pro *mille milites*, supra inlustratur ad 21, 61, 1. Ita mox hoc cap. *Prius mille hominum vallum intrasse*.

Cum praefecto sociûm, Naevio Crispo] Pal. 1. *Naevio Crista*. sec. *Q. Naevio Crispo*. tert. *cum praefecto Menocrista*. GEBH. Put. Pet. Pal. *Q. Naevio Crista*. In cognomen fere omnes consentiunt. Video etiam in compluribus abesse *To sociûm*. Qui acceperunt pro praefecto hujus copiae, quocumque gradu militiae in castris fuerit. J. FR. GRON. *cum praefecto sociûm Q. Naevio Crista* optimis consentiens Flor. *cum praefecto sociûm Q. Navio Crista* Hearnii N. Vocem *sociûm* cum praenomine *Q.* rejiciunt Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. qui postremus etiam legit *Nenio Castra*. Sed ed. Rom. princeps *Ne-*

Digitized by Google

classem remissis, milites procul a flumine per viam minime ab regiis obsessam duxit, et nocte, ita ut ne-
10 mo hostium sentiret, urbem est ingressus. Die insequenti quievere, dum praefectus juventutem Apolloniatium, armaque et urbis vires inspiceret. ubi ea visa inspectaque satis animorum fecere, simulque ab exploratoribus comperit, quanta socordia ac ne-
11 glegentia apud hostes esset; silentio noctis ab urbe sine ullo tumultu egressus, castra hostium adeo neglecta atque aperta intravit, ut satis constaret, prius mille hominum vallum intrasse, quam quisquam sentiret: ac, si caede abstinuissent, pervenire ad taber-
12 naculum regium potuisse. Caedes proximorum portae excitavit hostes. inde tantus terror pavorque om-

nio Crispo, proximae *Nemo Crispo*. Soli codicum Lovel. 5. et Gaertn. *Crispo*.

§. 9. *Iis expositis in terram militibus*] *Is* nominativi casus est; refertur enim ad *praefectum*, non ad *naves*, scribendumque una *i*. VALLA. *Eis expositis* Voss. m. 1. Lovel. 2. 3. 4. Harl. et Hav. *Nis expositis* Gaertn. *Qui expositis* Voss. a m. 2. Sed recte Valla τὸ *Is* revocavit, quod servant reliqui.

Unde venerat, ad ceteram classem] Continetur in Pal. 1. *ad Craterram classe*. GEBH. *unde venerant* Lovel. 2. 4. et Ber. Deinde *ad certam classem* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad Livii 34, 36, 4.

Et nocte, ita ut nemo hostium sentiret, urbem ingressus] Potest τὸ *ingressus* accipi, ut sit, *ingressus est*. Malim tamen delere τὸ *et*, quo habeas, *duxit, nocte ita, ut nemo hostium sentiret, urbem ingressus*. J. FR. GRON. Τὸ *et* omnes codd. tuentur. Contra *urbem est ingressus* praeferunt omnes edd. usque ad Gruter. qui τὸ *est* primus omisit. Priorem itaque lectionem revocavi, quam etiam servant Flor. Voss. Harl. ac plerique codd.

§. 10. *Dum praefectus juventutem Apolloniatum armaque et urbis vires inspiceret*] Pal. 1. *Apolloniatium*. Deinde tert. *armaque et virtutem inspiceret*. GEBH. Et optimi et alii *Apolloniatium*. nam et alibi hac forma vocem inclinat. J. FR. GRON. *Apolloniatium*, vel proxime *Apollonatium*, Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. V. ad 26, 25, 2. Paullo ante *Die insequente*, pro *insequenti*, Lovel. quinque, Harl. Ber. a m. 2. Gaertn. et Hav. *Diem insequentem* Flor. quod non displicet.

Digitized by Google

nes occupavit, ut non modo alius quisquam arma caperet, aut castris pellere hostem conaretur; sed 13
etiam ipse rex, sicut somno excitus erat, prope seminudus fugiens, milliti quoque, nedum regi, vix decoro habitu, ad flumen navesque perfugerit. eodem et alia turba effusa est. Paullo minus tria mil- 14
lia militum in castris aut capta, aut occisa. plus tamen hominum aliquanto captum, quam caesum, est. Castris direptis, Apolloniatae catapultas, bal- 15
listas, tormentaque alia, quae obpugnandae urbi comparata erant, ad tuenda moenia, si quando similis fortuna venisset, Apolloniam devexere: cetera omnis praeda castrorum Romanis concessa est. Haec 16
quum Oricum essent nunciata, M. Valerius classem

Quanta socordia ac negligentia apud hostes esset] Pal. 2. ac 3. *secordia*. GEBH. *secordia* etiam Lovel. 3. Gaertn. et quaedam ex edd. principibus. V. ad 1, 22, 5. et 6, 37, 8. Tum *neglegentia* Flor. V. ad 2, 11, 4. Insuper *essent* Voss. a m. 1. Lov. 4. et Harl. V. ad 1, 31, 7.

§. 11. *Prius plus mille hominum vallum intrasse*] Scripti ablegant τὸ *plus*. J. FR. GRON. Eadem vocula abest etiam ab omnibus meis, et Hearnii Oxon. *castra intrasse* insuper habet Ber. qui etiam supra legit *aperta invenit*, pro *intravit*.

Pervenire ad tabernaculum regium potuisse] An hic quoque melius *perveniri?* ut c. 26, 2. ex sententia Gronovii. DUK. *pervenissent ad tabernaculum regium*, ultima etiam voce omissa, Voss. Lovel. 2. 4. 5. Ber. et Hav. Sed male. Pendere enim haec a praecedenti, satis constat.

§. 12. *Arma caperet, aut castris pellere hostem conaretur*] Vocem *castris* abjiciunt Voss. Lovel. 2. 3. 4. Harl. Ber. et Hav. *arma caperet, ut pellere* legunt Lovel. 1. et edd. Tarvisinae. Mox §. seq. vocula *sed* exsulat a Flor. Cant. Lovel. 2. 5. Ber. et Hav.

§. 14. *Plus tamen hostium aliquantum captum*] Iidem *hominum aliquanto captum*. J. FR. GRON. *hominum* Flor. omnesque alii codd. uno vel altero excepto: neque aliter Hearnii Oxon. etiam edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Saepissime hae voces in scriptis commutantur. Exempla v. ad 2, 37, 9. 4, 4, 11. c. 28, 3. 5, 31, 4. 10, 2, 8. c. 17, 10. c. 20, 15. c. 37, 3. c. 45, 14. c. 46, 12. 21, 7, 8. c. 60, 7. 22, 21, 8. c. 25, 15. 23, 17, 12. c. 37, 11. 25, 39, 12. 38, 47, 6. 39, 21, 2. 40, 33, 7. aliisque locis. *aliquanto* autem non tantum servant calamo, sed et typis exarati usque ad postremam

Digitized by Google

extemplo ad oftium fluminis duxit, ne navibus capes-
17 sere fugam rex poffet. Itaque Philippus, neque terreftri, neque navali certamine satis fore parem se fidens, subductis aut incensis navibus, terra Macedoniam petiit, magna ex parte inermi exercitu spoliatoque. Romana claffis cum M. Valerio Orici hibernavit.

1 XLI. Eodem anno in Hispania varie res geftae. nam, priusquam Romani amnem Iberum transirent, ingentes copias Hispanorum Mago et Hasdrubal fu-

Gruteri ed. quae perperam *aliquantum* dedit. Supra 2, 39, 1. *In quo aliquanto plus spei repositum*. 10, 39, 4. *Minus, quam collega, cepit hominum, plus aliquanto occidit*. V. quae ad priorem locum notantur.

§. 17. *Subductis aut incensis navibus, terra Macedoniam petiit*] Ergo pars subducta, pars incensa eft. Sed quo subductae, ut ab hofte tutae effent? Fuerat fortaffis *subductis atque incensis*. *subductis* nempe in terram, atque ibi incensis, ne hofti, qui oftium fluminis claffe obsidebat, praedae effent. DUK. *subductis navibus aut incensis* Flor. Reliqui nihil mutant. Deinde *Macedoniam petit* Flor. Voff. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Tarvisinae. V. ad 37, 45, 2. Paullo ante *neque terrestri, neque navali certamini satis fore parem se fidens*, pro *certamine*, Flor. Lovel. 3. 4. 5. nisi quod Lov. 3. habeat *videns*. V. ad 21, 2, 4. Sed nihil muto. *certamine parem*, scilicet Romanis. Supra 1, 9, 1. *Cuilibet finitimarum civitatium bello par*.

§. 1. *Nam prius cum Romani fluvium Iberum transirent*] Pall. tres et vet. ed. *priusquam Romani*. GEBH. Vitium eft ab operis in edd. Gruteri commiffum; nam et ante et poft eum semper *priusquam* vulgatum eft. Mox *Hanno*, pro *Mago*, Ber.

§. 3. *Ad castrum Altum (locus est insignis caede magni Hamilcaris)*] Pal. 3. scriptum habet *Altoin*. GEBH. *Castri Alti* nemo praeter Livium meminit. Diod. Sic. autem mortem Hamilcaris describens in Eclog. ex l. 25. num. 2. narrat, eum fluvio submersum periiffe. Ex ejus vero narratione patere videtur, eum periiffe prope urbem ab ipso conditam, quae ex situ dicta eft ἄκρα Λευκή. An igitur hoc loco legendum eft *ad castrum Album*? Soleat autem voces *altus* et *albus* in Mftis confundi. V. Pier. ad Virg. 12. Aen. 164. N. Heins. ad Ovid. 4. Met. 48. et Cel. Burm. ad Ov. 8. Met. 33. Nihil tamen definio. Deinde vox *magni* deeft in Lovel. 2.

Arx erat munita, et conversrant ante frumentum] Cum attentione hoc legendum, nam lubricus locus eft. Nescias enim, Romanine an Carthaginenses arcem poffederint. Nam si Cartha-

Digitized by Google

derunt. defecissetque ab Romanis ulterior Hispania, 2
ni P. Cornelius, raptim traducto exercitu Iberum,
dubiis sociorum animis in tempore advenisset. Pri- 3
mo ad castrum Altum (locus est insignis caede magni
Hamilcaris) castra Romani habuere. Arx erat muni- 4
ta, et convexerant ante frumentum. tamen, quia
omnia circa hostium plena erant, agmenque Roma-
num inpune incursatum ab equitibus hostium fuerat,
et ad duo millia, aut moratorum aut palantium per
agros, interfecta, cessere inde Romani propius pa-

ginenses possidebant, quomodo circa omnia plena hostium erant? qui Romanum agmen videlicet incursaverant. Sin Romani habebant, quare relinquebant? praesertim cum munita esset, ac eo multum frumenti convectum. Scio aliis modis responderi posse; sed, ut lectori cordato satisfaciam, nescio. GLAR. Ex vocula sequenti *tamen* conligendum videtur, Romanos arcem possedisse. Cur vero, quamvis munita esset, et frumentum eo convexissent, Romani inde castra moverint, Glareanum quaesivisse miror, quum Livius ipse caussam reddat. Ceterum vox illa *tamen* perperam non adparet in Voss. et Lovel. 2. 4. 5. Sed per compendium *tñ* scripta hausta est ab ultimis literis voeis praecedentis *frumentũ*.

§. 4. *Agmenque Romanum inpune incursatum*] Legendum *vexatum*. Alii vero reposuerunt *versatum*. URSIN. Nescio, qua auctoritate ita Ursinus reponat. Pall. 1. et 2. praestant *inversatum*. Vulgatum vero tert. ac princeps ed. GEBH. Fulvius *importune vexatum*. quod certo scio Livii non esse. Put. *impune inversatum*. neque aliter duo Pet. Voss. duo Pall. et Men. aut vera est vulgata, aut scribendum *impune divexatum*. J. FR. GRON. *inpune inversatum* Flor. Cant. Lovel. 1. 2. 3. Harl. et codd. Crevier. *impune versatum* Hav. *impune ubi vexatum* Lovel. 4. *impune ibi vexatum* Lovel. 5. *impune incursatum* Ber. Gaertn. et alii. *impune vexatum* conjicit etiam Latinius. At, male hunc locum sollicitari, monuit N. Heins. ad Phaedri 2, 7, 7. De hoc verbo v. ad 6, 36, 1. Mox *et ad XX millia* Cant. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hearnii Oxon. et edd. Aldina priores. *ad XX millia* Voss. *a XX millia* Lov. 1. *et ad triginta millia* Hav.

Cessere inde Romani propius pacata loca] Vet. lib. *per prius pacata loca*. SIG. Lectionis, quam e veteri cod. laudat Sigonius, neque vola neque vestigium comparet in nostris libb. omnibus. GEBH. Sigoniani cod. lectio *per prius pacata* est a correctore, qui genus loquendi non intelligebat. Nostri omnes illud servant. J. FR. GRON. Unus meorum Hav. Sigoniano consentit: unus etiam Lovel. 1. *ad pacata*. Sed recte Gronov. vulgatum tuetur, non modo ad hunc loc. sed etiam in pr. ed. not. ad 8, 32. quod tuentur quoque reliqui mei, et omnes

Digitized by Google

cata loca, et ad montem Victoriae castra communi-
5 vere. Eo Cn. Scipio cum omnibus copiis, et Has-
drubal Gisgonis filius, tertius Karthaginiensium dux,
cum exercitu justo advenit: contraque castra Roma-
6 na trans fluvium omnes consedere. P. Scipio, cum
expeditis clam profectus ad loca circa visenda, haud
fefellit hostes: obpressissentque eum in patentibus
campis, ni tumulum in propinquo cepisset. ibi quo-
que circumsessus adventu fratris obsidione eximitur.
7 Castulo, urbs Hispaniae valida ac nobilis, et adeo
conjuncta societate Poenis, ut uxor inde Hannibali
8 esset, ad Romanos defecit. Karthaginienses Illitur-

Hearnii Oxon. De τοῦ *propius* cum casu quarto v. ad 2, 41, 11.

§. 5. *Contraque castra Romana trans fluvium omnes consedere*]. *contraque Romani trans fluvium* Voss. Lovel. 1. 2. et Ber. a m. 2. Male. *contra castra* hic est ex adverso eorum. Supra 3, 26, 8. *Trans Tiberim contra eum ipsum locum, ubi nunc navalia sunt, quatuor jugerum colebat agrum.* 37, 15, 7. *Pacatis contra insulam suam terris.* ubi plura vide. Adde etiam quaedam supra ad 5, 37, 8.

§. 6. *Ad loca circa visenda*] Pal. 3. *circumvisenda.* GEBH. Ita et unus meorum Hav. Male. V. ad 9, 2, 7. *ad loca certa visenda* Gaertn.

§. 8. *Illiturgim obpugnare adorti*] Ita Gronov. edidit, itaque optimos legere infra testatur hoc cap. §. 10. quum tamen in Put. et meliori Pet. invenisset *Illityrgin*, quemadmodum fatetur ad 21, 60, 7. Codd. mei, et Hearnii varie hoc nomen scribunt, sed inter eos convenit, ultimam syllabam fuisse *um*. Ante Gronov. etiam *Illiturgum* edebatur. Quum autem Gronov. infra etiam 28, 19, 4. *Illiturgin* in codd. invenerit, et in contextum receperit, ita etiam hic reposui, et 26, 17, 4. Mox *inopia maxime eum locum* Flor. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav.

§. 9. *Intra bina castra cum magna caede hostium urbem est ingressus*] Lege *inter*, ut etiam scripti quidam. J. FR. GRON. Ita legunt etiam Lov. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. codices Crevier. et omnes, quas vidi, edd. ante Paris. anni 1573: *inerbina castra* proxime verum Flor. Saepius librarii has voces commutarunt. V. ad 5, 27, 2. De differentia autem, quae est in significatione horum vocabulorum, v. Gronov. ad 1, 10, 7. et 35, 11, 10. ubi etiam veram hujus loci scripturam adseruit. Praeterea τὸ *cum* deest in Lovel. 2, *est* in Voss. et Lovel. 1. *urbem ingressus est* legit Lovel. 2. Paullo ante *Cornelius Scipio*, pro *Cn. Sci-*

Digitized by Google

gin obpugnare adorti, quia praesidium ibi Romanum erat: videbanturque inopia eum locum maxime expugnaturi. Cn. Scipio, ut sociis praesidioque ferret 9
opem, cum legione expedita profectus, inter bina castra cum magna caede hostium urbem est ingressus, et postero die eruptione aeque felici pugnavit. Su- 10
pra duodecim millia hominum caesa duobus proeliis: plus mille capti, cum sex et triginta militaribus signis. ita ab Illiturgi recessum est. Bigerra inde urbs 11
(socia et haec Romanorum erat) a Karthaginiensibus obpugnari coepta est. Eam obsidionem sine certamine adveniens Cn. Scipio solvit.

pio, Voss. Lovel. 1. 2. 3. et Rec. *Cn. Cornelius Scipio* Harl. Gaertner. Hearnii N. D. et edd. ante Aldum. V. ad 26, 1, 1. *Eo Cn. Cornelius Scipio* Ber. a m. 2. *Eo Cn. Scipio* Hav. *consul Scipio* Hearnii L. 1.

§. 10. *Plus decem millia capta, cum sex*] Put. et Pet. *plus CIↃ hominum captum*. Voss. *plus X. capta*. Videtur scribendum *plus mille captum*. nam τὸ *hominum* ex superioribus repetitum. J.FR.GRON. Idem Gronov. in pr. ed. not. monuerat, se in Put. et Pet. invenisse *plus decem millibus hominum captum*; et hinc, illud *hominum* ex superioribus repetitum docens, in contextu emendavit *plus decem millibus captum*, idque servavit, licet postea, errore animadverso, aliam ex illis codd. lectionem protulisset. Verum illud *millibus* in nullo omnino cod. inveni. Nam *plus X millia hostium capti* Hearnii D. *plus decem millia hominum capti* Gaertn. et Hearnii N. *plus decem millia capta* Lovel. 2. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. *plus X*, vel *plus decem capta* Lov. 1. et Ber. a m. 1. *plus quam decem capta* Ber. a m. 2. *plus ∞ capti* Flor. a m. 1. *capta* a m. 2. Primigeniam itaque istius cod. lectionem recepi. Nam ita fere 42, 23. *Capti amplius mille et septingenti*. Posses et cum Gronovio *captum*. Nam ita emendandum videtur cap. seq. *Plus octo millia hominum caesa, haud multo minus quam mille captum*. ubi nunc *capta* editur. Paullo ante *hostium*, pro *hominum*, Lovel. 5. et Brancal. Latinii; quod necesse non est. V. ad cap. praec. §. 14. In verbis sequentibus *cum sex et XX* Cant. *cum sex et quadraginta* Hav. *cum sex et tercentis* Hearnii L. 1.

Ita ab Illiturgi recessum est obsidione] Pall. tres semper simplici *l Iliturgi*. Hic pr. et tert. *Ita ab Iliturgi recessum est. Bigerra urbs inde*. sec. *ita ab Iliturgii obsidione recessum est. Bigerra inde urbs*. GEBH. Put. Pet. Voss. duo Pall. ignorant τὸ *obsidione*. Interjectum est ab illis, qui τὸ *Illiturgi*, quod

Digitized by Google

1 XLII. Ad Mundam exinde castra Punica mota:
2 et Romani eo confestim secuti sunt. Ibi signis conlatis pugnatum per quatuor ferme horas: egregieque vincentibus Romanis signum receptui est datum, quod Cn. Scipionis femur tragula confixum erat: pavorque circa eum ceperat milites, ne mortiferum
3 esset vulnus. Ceterum haud dubium fuit, quin, nisi ea mora intervenisset, castra eo die Punica capi potuerint. jam non milites solum, sed elephanti etiam usque ad vallum acti erant, superque ipso no-

est ab *Illiturgis*, accipiebant quasi ab *Illiturgum*. Optimi paullo ante *Illityrgim oppugnare adorti*. J. FR. GRONOV. Vocem *obsidione* in nullo inveni cod. nisi in Harl. Ber. et Gaertn. Reliqui ignorant. Mox §. seq. *Pigerra* Gaertn. *Bigera* Lovel. 2. 4. 5. *Bigeria* Hav.

§. 1. *Romani eo confestim secuti sunt*] *Τὸ eo* deficit in Harl. *eo consecuti sunt* legunt Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *confestim eo consecuti sunt* proximae usque ad Aldum, vulgatae lectionis auctorem. Paullo ante *deinde*, pro *exinde*, Gaertn. Sed v. ad 1, 1, 6.

§. 2. *Quod Cn. Scipionis femur tragula confixum erat*] Pall. 1. ac 2. *Cn. Cornelii Scipionis femur*. GEBH. *quod Corn. Scipionis* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. et Ber. *quod Cornelii Scipionis* Gaertn. Hearnii D. et edd. ante Aldum. *quod Cn. Corn. Scipionis* Hearnii N.

§. 3. *Jam enim non milites solum*] Deficit Pall. tres *τὸ enim*. GEBH. Absolvunt omnes *τὸ enim*. J. FR. GRON. Neque in ullo vel meorum, vel Hearnii Oxon. adparet. Mox *superque ipsas* Flor. et Cant. *superque ipsos* Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Rec. et Gaertn. *superque ipsum* Lov. 2. Ber. Hav. et Brancal Latinii. Male. *super ipso* scilicet vallo.

§. 4. *Prope tria millia capta*] *Τὸ millia* inteliigi voluit Livius ex praecedentibus. Neque apparebat in Put. et Pet. J. FR. GRONOV. Non adparet etiam in Flor.

§. 5. *Ad Auringen inde urbem*] *ad Aurigerem* Lovel. 4. *ad Aurigen* Lovel. 2. *ad Aurigem* Lovel. 5. *ad Auringem* Flor. et Lovel. 3. quod non displicet. *AVRIGITANI* aliquoties in marmoribus memorantur. Si huc referendi, forte apud Livium legendum *ad Aurigem*, ut est in uno.

§. 6. *Gens nata instaurandis reparandisque bellis, Magone ad conquisitionem militum fratre misso*] Confusa huius loci scriptura in Pal. 2. *Magonem ad conquisitionem militum fratresque ipso misso*. et in tert. *Magonem ad conquisitionem militum fratrem isse*. GEBH. Quid hoc? *gens misit fratrem?* Itaque vel delendum *τὸ fratre*, quod

Digitized by Google

vem et triginta elephanti pilis confixi. Hoc quoque 4
proelio ad duodecim millia hominum dicuntur caesa,
prope tria capta, cum signis militaribus septem et
quinquaginta. Ad Auringen inde urbem Poeni reces- 5
sere; et, ut territis inftaret, secutus Romanus. Ibi
iterum Scipio lecticula in aciem inlatus conflixit:
nec dubia victoria fuit; minus tamen dimidio ho-
ftium, quam antea, quia pauciores superfuerant, qui
pugnarent, occisum. Sed gens nata inftaurandis 6
reparandisque bellis, Magone ad conquisitionem mi-

a glossemate est; vel aliquid hinc excidit. T. FABER. Hic subest ulcus. Cujus enim fratre? Aut quis est Mago frater? Hannibalis, ni fallor, appellat alterum fratrem Magonem Livius. Sed cur ille κατ' ἐξοχὴν *frater*? Neque de illo *gens nata* recte enunciatur *animos fecit*, si observaveris, ut alibi Livius ea phrasi utatur. V. ad 22, 26, 1. De vitio certus sum; medicinae admodum incertus. An placet, *Sed* (*gens nata instaurandis reparandisque bellis!*) *Mago ad conquisitionem militum a fratre missus.* Ut 23, [11, 7.] *Mago Hamilcaris ex ipsa acie a fratre missus.* Hic autem frater intelligendus Hasdrubal Hamilcaris. J. FR. GRON. Omnino probabile est, excidisse praepositionem *a*. Ea suppleta, nihil in priore parte hujus periodi est, quod morari legentem possit. Sed vitium supererit in posteriore, si non recte dici potest *gens nata animos fecit*; quod a consuetudine loquendi Livii abhorrere putat summus Gronovius. Vellem paullo pluribus sententiam suam, quam conjectura adsequi non possum, de Livii usu hujus phraseos exposuisset. Nam in iis, quae ad 22, 26, 1. adnotat, nihil videre possum, unde ostendatur, de *gens nata* non recte enunciari *animos fecit:* praesertim si quis putet, ex verbis *replevit exercitum* repeti posse, *repletoque exercitu*, vel *repletusque exercitus animos ad t. d. i. c. fecit.* etsi vel sine hoc nihil vitii in vulgata scriptura animadverto. DUK. Gronovius in priore ed. not. monuit, omnes Gallicanos et duos Pall. legere *Magonem*, optimos deinde *fratrem isse*; quod utrumque etiam Flor. pluresque alii, quidam etiam alterutrum servant. Hinc legendum conjicit: *Sed gens, nata instaurandis reparandisque bellis, Magonem ad conquisitionem militum Hannibalis fratrem misit. brevi replevit exercitum.* Putat autem orationem cohaerere ut 1, 23, 5. *Ea res ab stativis excivit Metium. ducit, qua proxime ad hostem potest.* Vel etiam reponebat, *Sed, ut in gente nata instaurandis reparandisque bellis, Mago, ad conquisitionem militum fratre misso, brevi replevit exercitum.* Verum utraque haec conjectura nimis a scripta lectione recedit, quam ut recipi possit. At minime omnium placet, quod in iterata editione probavit. Talis enim exclamatio, orationi inter-

Digitized by Google

litum fratre misso, brevi replevit exercitum, animos-
7 que ad tentandum de integro certamen fecit. Alii plerique milites, sicut pro parte toties intra paucos dies victa, iisdem animis, quibus prius, eodemque

jecta, magis declamatorio Flori, quam Livii, stilo convenit. Verissimum itaque puto, id quod Cl. Dukero ac Crevier. visum est, mihique etiam in mentem olim venerat, legendum esse *Magone ad conquisitionem militum a fratre misso.* Praeterea si de illo *gens nata* recte enunciari nequeat *animos fecit*, ut Gronovio visum est, licet tamen neque ego ejus rationem intelligam, forte legi poterit *animosque id ad tentandum de integro certamen fecit;* ut vocula *id* exciderit, hausta a sequenti *ad.* vel etiam *animos quod ad tentandum de integro certamen fecit. que* autem et *quod* notis perscripta saepe in Mstis commutantur. V. ad 2, 41, 8. Et quidem corrumpendo Livio occasionem dedit relativum priori voci postpositum, de quo v. ad 28, 12, 13. Ceterum Jac. Gronovius edidit *parandisque bellis;* sed, ut puto, operarum errore. Omnes enim codd. optimi Put. Flor. aliique, si non omnes, certe longe plurimi, *reparandisque* tuentur. Quum autem in syllabo erratorum, quae operarum incuria inrepserunt, hujus erroris non meminerit, eumdem bona fide diligentissimus Clericus secutus est. At recte Crevier. priorem lectionem revocavit. De locutione *reparare bellum* v. ad 4, 45, 3.

§. 7. *Alii plerique milites, si quae pro parte toties intra paucos dies victa iisdem animis, quibus populi Romani orta, eodemque eventu*] Opinor, sic emendandum: *Galli plerique milites, iique pro parte toties intra paucos dies victa, iisdem animis, quibus priores, eodemque eventu pugnaverunt.* Hoc quoque, Antoni, potes dicere, te non reminisci, a me in illo coetu correctum? Etenim si quis dies unquam tibi acerbus illuxit, haud dubie is fuit, quo bis uno in loco fuisti condemnatus: semel in eo, quod jam emendavi, quum mihi pertinacissime obsisteres; iterumque, dum *moenia coepta* pro *moenia capta* exponebas, et nescio quem *Maronem civem* dici volebas. Quumque ego subridens dixissem, esse duo regulorum nomina, *Moeniceptus* et *Civismaro*, ac se delectari mea expositione cum quadam admiratione significasset, etiam magis, quam in superiore fecerat, Tace, Antoni, Egnigus inquit, nihil verius, quam et *Galli plerique milites* scribendum, et haec esse nomina Gallorum regulorum. Non exsequar, quid ille, etsi amicus tuus, tam ingenuae libertatis vir, in laudem mei adjecerit, rege confirmante; tantum dico, non modo bis te peccasse, sed, accedente pertinacia, etiam bis terque reprehensum. Nunc, quod gravissimum est, quarto reprehendi patas, quod in pertinacia perseveras, ne a me doctus videreris. Sed, o demens, non est, ut magnopere doleas tarditatem ingenii tui, nam ne Petrarcha quidem veritatem scripturae deprehendit, sed, ut loco obscuro et inexplorato, suam notam apposuit. Quis tamen tantus te furor tenuit, ut in animum induxeris, codicem regium emendatione fraudare, imo regem ip-

Digitized by Google

eventu pugnavere. plus octo millia hominum caesa: haud multo minus quam mille captum, et signa militaria quinquaginta octo; et spolia plurima Gallica fuere, aurei torques, armillaeque, magnus nume- 8

sum prodere; si modo proditio tua celari poterat? Reminiscetur ille, reminiscetur emendationis meae, quando codicem suum leget. VALLA. Pal. 1. *Alii plerique milites si quae pro parte totiens intra paucos dies victa, iisdem animis, quibus P. R. orta eodemque.* sec. *sique pro parte totiens intra paucos dies victa iisdem animis, quibus orta, ita eodem.* In tert. nihil variatur, nisi quod, interposita particula, *quibus prius ita eodem eventu* pareat. In vet. ed. locus negatur τῷ *sicut.* GLAR. Valla *Galli plerique.* MSS. tamen nihil mutant. Forte *At hi plerique.* Deinde Put. *iisdem animis quibus pr. orta eodemque.* Pet. *prius orta.* Men. Voss. et unus Pal. *quibus P. R. orta.* Alii *quibus orta.* An *iisdem animis, quibus priores, eodemque eventu?* J. FR. GRON. Omnes etiam mei constanter servant *Alii plerique milites.* Vallae id ansam dedit conjiciendi *Galli plerique milites*, quod mox *Gallica spolia* et *duo insignes reguli Gallorum* proelio caesi memorentur. Et sane conjectura ejus vera videtur. Forte olim litera prima omissa fuerat, ut postea minio vel alio colore ornatius pingeretur. Ita vero ex *alli* factum *alii.* Vallae conjecturam probat etiam Crevier. eamque Campanum expressisse docet. Deinde *si quidem pro parte* Hav. *sicut pro parte*, cum omnibus edd. Lovel. 5. Ber. Gaertn. aliique nonnulli. *si quae pro parte* Lovel. 4. *sique pro parte* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. et Harl. quae lectio efficit, ut hic etiam Vallam recte *iique pro parte* conjecisse putem. Deinde *quibus prius, ita eodem eventu* Rec. et Hearnii L. 1. *quibus prius. R. ita eodemque* Lovel. 5. *quibus prius coorti eodemque* Hafn. et Hav. *quibus prius sunt adorti eodemque* Ber. a m. 2. *quibus prior orta eodemque* Lovel. 1. *quibus P. R. orta eodemque* Lovel. 2. 3. 4. et Harl. *quibus pr. orta eodemque* Flor. Et hic probandam puto Vallae conjecturam *quibus priores, eodemque.* Doujatius primo inponit Delphino Franciae, ei persuadens, Gronov. in prima parte horum verborum conjecisse *Capti plerique milites.* Deinde ipse vulgatum defendit, et hunc Livii sensum esse putat; *plerosque milites*, qui conquisiti sunt a Magone, novos fuisse et *alios*, id est, diversos ab iis, qui prius pugnaverant, victique bis fuerant. Verum an milites illi novi *pugnavere iisdem animis, quibus prius?* Non vidit itaque, admisso etiam, quem verbis Livii dedit, sensu, legendum esse *quibus priores.*

§. 8. *Haud multo minus quam mille capta, et spolia*] Cl. Crevier. recte observat, τὸ *capta* non habere, quo referri possit; et hinc ex Put. legit *captum.* V. ad cap. praec. §. 10. Omnes nostri constanter *capta.* Deinde post *captum* in edd. Gronoviorum exciderunt voces *et signa militaria quinquaginta octo.* Quod quum etiam in syllabo errorum non adnotatum fuerit, Doujatius et Clericus similiter peccare non dubitarunt. Verum Crevier. omissum iterum loco restituit.

Gallica fuere, annuli aurei,

Digitized by Google

rus. duo etiam insignes reguli Gallorum (Moenicapto et Civismaro nomina erant) eo proelio cecide-
9 runt. octo elephanti capti, tres occisi. Quum jam res prosperae in Hispania essent, verecundia Romanos tandem cepit, Saguntum oppidum, quae caussa belli esset, octavum jam annum sub hostium pote-
10 state esse. Itaque id oppidum, vi pulso praesidio

torques] Put. *fuere alirci torques armillaeque*. Forte vacat τὸ *annuli*, quod Pet. melior, et Men. ignorant, et fuit *fuere: aurei torques, armillaeque*. J. FR. GRON. Vocem *annuli* delevi, quam etiam ignorant Flor. et Hearnii L. 1. Non enim videntur *annuli aurei* inter praedam Gallicam numerari posse, quemadmodum torques et armillae, quae propria eorum ornamenta erant. Eamdem vocem delevit etiam Crevier. addita eadem caussa.

Moenicapto et Civismaro] Put. *Moentcoepta et Vismaro*. J. FR. GRON. *Moeniacepta* Flor. Voss. Lovel. 1. Harl. Hafn. Hav. et Hearnii D. *Moeniacapta* Lovel. 2. 3. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. *Menicepta* ejusdem N. *Moenicapto* Exc. Pithoei. *Almeniacepta*, omissa praecedenti voce *Gallorum*, Lovel. 4. Deinde *Etius et Maro* Lovel. 4. *Cujusmaro* Harl. *Cujusmajoro* Hearnii L. 1. *Cunismaro* ejusdem N. et Exc. Pithoei. *Civusmaro* Hearnii D. *Civis Maronea*, omissa sequenti voce *nomina*, Gaertn.

§. 9. *Quum jam res prosperae in Hispania essent*] Non tum demum, sed jam aliquot annis ante, immo semper, ex quo ductu Scipionum in Hispania bellatum erat, res prosperae ibi fuerant; unde et Romanos ait Livius verecundiam tandem cepisse videndi Saguntum sub potestate hostium: quod dicere non potuisset, si tum demum fortuna coepisset iis arridere. Lego, *Cum tam res prosperae* etc. Plautus Bacchid. 3, 3, 16. *Qui tam pro corrupto dicis caussam filio*. JAC. PERIZ. *Quum jam probae res* Voss. *Quum jam perprobae res* Lov. 1. *Quum jam properae* Flor. a m. 1. *Quum res jam prosperae* a m. 2. *Quum jam prosperae res* Lovel. 2. 3. 4. 5. et Harl. Nihil mutandum, nisi quod cum Perizon. *Quum tam res prosperae* scribendum putem. *tam* et *jam* saepe in Mstis commutari solent. V. ad 21, 11, 12. Conlocationem verborum *tam res prosperae* inlustrat locus supra 7, 8, 4. *Neque, tam vires pares quae superaverit res, facile dictu est*. ubi male mutat Gronov.

Saguntum oppidum, quod caussa belli esset] Cantabrig. *quae causa*. idque haud dubie est Livii, qui semper relativum maluit cum sequente jungi. Prorsus geminum 33, [8, 7.] *Robore Macedonici exercitus, quam phalangem vocant*. Et passim restituit pater. JAC. GRON. Ita et Flor. quod etiam Crevier. in contextum recepit, professus Put. cum fidissimo e regiis consentire Cantabrigiensi. V. ad 32, 30, 6.

Octavum jam annum sub hostium potestate esse] Hic est an-

Digitized by Google

Punico, receperunt, cultoribusque antiquis, quos vis reliquerat belli, restituerunt: et Turdetanos, qui 11
contraxerant eis cum Karthaginiensibus bellum, in potestatem redactos sub corona vendiderunt, urbemque eorum delevere.

XLIII. Haec in Hispania, Q. Fabio, M. Clau- 1
dio consulibus, gesta. Romae quum tribuni plebis 2

nus quintus hujus belli: quapropter, si Saguntum primo hujus belli anno captum est, ut l. 21. docet Livius, non *octavum*, sed *quintum*, legendum. Sin priore anno captum Saguntum, quam hoc cepit bellum, quod Polybius scribit, *sextum* legendum est. Id erroris in numeris facile accidere poterat; sed mirum, non animadversum, quod tam facile redargui potuit. GLAR. Si primo hujus belli anno captum Saguntum est, hic autem annus ejusdem belli est quintus, ut Livius auctor est, profecto, pro *octavo*, *quintum annum* est reponendum. †. „Haec ex Glareano habet, tacito ejus nomine, ut solet. „†. SIG. Libri omnes *octavum* retentant. GEBHARD.

§. 10. *Quos vis reliquerat belli*] Pal. pr. *quos et vis*. sec. *quos et jus reliquerat belli*. GEBH. Put. et Pet. *quos et suis*. Alii *quos et vis*, vel *jus*. Forte *quos ex iis vis reliquerat belli*. 25, [2, 9.] *Quasdam ex iis damnatas in exsilium egerunt*. Vel *quos ex iis reliquerat bellum*. J. FR. GRON. Reliqui, quibus utor, plerique codd. vel *quos et vis*, vel *quos et jus*. At *quos et ejus vis reliquerat belli* Lov. 5. *quos et is reliquerat belli* Hearnii N. *quos et suis reliquerat bellum* Flor. *quos ex eis vis reliquerat belli* Gronov. jam in pr. ed. not. legendum monuit ad 9, 13, 7. *qui ex iis*, ut 26, 33, 6. *Cujus ex iis, qui ad Capuam fuerant, maxima auctoritas erat*. 29, 15, 8. *Si qui ex iis recusarent*.

§. 11. *Turdetanos, qui contraxerant eis* etc.] Doujatius legendum conjicit *Edetanos*, partim quia intelligi nequit, quam eorum urbem indicet Livius, quum Ptolem. eorum tres et quadraginta urbes memoret, partim quia *Turdetanorum* nomen alibi fere incognitum est Livio. Verum *Turdetaniam* bello adflictam, eorumque, quorum in gratiam Saguntum deleverat Hannibal, urbem deletam et agrum Saguntinis vectigalem adtributum memorat Liv. infra 28, 39, 11. Deinde *Turdetaniae* saepius meminit Liv. et nominatim *Turdetanorum* 34, 17, 2. eosque Hannibali caussam belli Saguntinis inferendi dedisse narrat 21, 6, 1. Unde etiam inter leges pacis Saguntinis oblatae erat, ut redderent res *Turdetanis* 21, 12, 5. Nihil igitur hic mutandum, nisi simul omnibus his pluribusque aliis locis idem vitium obhaesisse credamus: quod non verisimile. Vide etiam infra ad 28, 39, 8.

§. 2. *A L. Metello tribuno plebis*] Praenomen *L.* abest a Flor. *a P. Metello* praeferunt Voss. Lovel. quinque, Ber. et Hearnii Oxon. *Ap. Metello*, omissa praepositione, exhibent Harl. Gaertn. et quaedam ex antt. edd. quarum

Digitized by Google

extemplo ad oſtium fluminis duxit, ne navibus capes-
17 sere fugam rex poſſet. Itaque Philippus, neque terreſtri, neque navali certamine satis fore parem se fidens, subductis aut incensis navibus, terra Macedoniam petiit, magna ex parte inermi exercitu spoliatoque. Romana claſſis cum M. Valerio Orici hibernavit.

1 XLI. Eodem anno in Hispania varie res geſtae. nam, priusquam Romani amnem Iberum transirent, ingentes copias Hispanorum Mago et Hasdrubal fu-

Gruteri ed. quae perperam *aliquantum* dedit. Supra 2, 39, 1. *In quo aliquanto plus spei repositum*. 10, 39, 4. *Minus, quam collega, cepit hominum, plus aliquanto occidit*. V. quae ad priorem locum notantur.

§. 17. *Subductis aut incensis navibus, terra Macedoniam petiit*] Ergo pars subducta, pars incensa eſt. Sed quo subductae, ut ab hoſte tutae eſſent? Fuerat fortaſſis *subductis atque incensis*. *subductis* nempe in terram, atque ibi incensis, ne hoſti, qui oſtium fluminis claſſe obsidebat, praedae eſſent. DUK. *subductis navibus aut incensis* Flor. Reliqui nihil mutant. Deinde *Macedoniam petit* Flor. Voſſ. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Tarvisinae. V. ad 37, 45, 2. Paullo ante *neque terrestri, neque navali certamini satis fore parem se fidens*, pro *certamine*, Flor. Lovel. 3. 4. 5. nisi quod Lov. 3. habeat *videns*. V. ad 21, 2, 4. Sed nihil muto. *certamine parem*, scilicet Romanis. Supra 1, 9, 1. *Cuilibet finitimarum civitatium bello par*.

§. 1. *Nam prius cum Romani fluvium Iberum transirent*] Pall. tres et vet. ed. *priusquam Romani*. GEBH. Vitium eſt ab operis in edd. Gruteri commiſſum; nam et ante et poſt eum semper *priusquam* vulgatum eſt. Mox *Hanno*, pro *Mago*, Ber.

§. 3. *Ad castrum Altum (locus est insignis caede magni Hamilcaris)*] Pal. 3. scriptum habet *Altoin*. GEBH. *Castri Alti* nemo praeter Livium meminit. Diod. Sic. autem mortem Hamilcaris describens in Eclog. ex l. 25. num. 2. narrat, eum fluvio submersum periiſſe. Ex ejus vero narratione patere videtur, eum periiſſe prope urbem ab ipso conditam, quae ex situ dicta eſt ἄκρα Λευκή. An igitur hoc loco legendum eſt *ad castrum Album*? Solent autem voces *altus* et *albus* in Mſtis confundi. V. Pier. ad Virg. 12. Aen. 164. N. Heins. ad Ovid. 4. Met. 48. et Cel. Burm. ad Ov. 8. Met. 33. Nihil tamen definio. Deinde vox *magni* deeſt in Lovel. 2.

Arx erat munita, et convexerant ante frumentum] Cum attentione hoc legendum, nam lubricus locus eſt. Nescias enim, Romanine an Carthaginenses arcem poſſederint. Nam si Cartha-

Digitized by Google

derunt. defecissetque ab Romanis ulterior Hispania, 2
ni P. Cornelius, raptim traducto exercitu Iberum,
dubiis sociorum animis in tempore advenisset. Pri- 3
mo ad castrum Altum (locus est insignis caede magni
Hamilcaris) castra Romani habuere. Arx erat muni- 4
ta, et convexerant ante frumentum. tamen, quia
omnia circa hostium plena erant, agmenque Roma-
num inpune incursatum ab equitibus hostium fuerat,
et ad duo millia, aut moratorum aut palantium per
agros, interfecta, cessere inde Romani propius pa-

ginenses possidebant, quomodo circa omnia plena hostium erant? qui Romanum agmen videlicet incursaverant. Sin Romani habebant, quare relinquebant? praesertim cum munita esset, ac eo multum frumenti convectum. Scio aliis modis responderi posse; sed, ut lectori cordato satisfaciam, nescio. GLAR. Ex vocula sequenti *tamen* conligendum videtur, Romanos arcem possedisse. Cur vero, quamvis munita esset, et frumentum eo convexissent, Romani inde castra moverint, Glareanum quaesivisse miror, quum Livius ipse caussam reddat. Ceterum vox illa *tamen* perperam non adparet in Voss. et Lovel. 2. 4. 5. Sed per compendium *tñ* scripta hausta est ab ultimis literis votis praecedentis *frumentũ*.

§. 4. *Agmenque Romanum inpune incursatum*] Legendum *vexatum*. Alii vero reposuerunt *versatum*. URSIN. Nescio, qua auctoritate ita Ursinus reponat. Pall. 1. et 2. praestant *inversatum*. Vulgatum vero tert. ac princeps ed. GEBH. Fulvius *importune vexatum*. quod certo scio Livii non esse. Put. *impune inversatum*. neque aliter duo Pet. Voss. duo Pall. et Mea. aut vera est vulgata, aut scribendum *impune divexatum*. J. FR. GRON. *inpune inversatum* Flor. Cant. Lovel. 1. 2. 3. Harl. et codd. Crevier. *impune versatum* Hav. *impune ubi vexatum* Lovel. 4. *impune ibi vexatum* Lovel. 5. *impune incursatum* Ber. Gaertn. et alii. *impune vexatum* conjicit etiam Latinius. At, male hunc locum sollicitari, monuit N. Heins. ad Phaedri 2, 7, 7. De hoc verbo v. ad 6, 36, 1. Mox *et ad XX millia* Cant. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hearnii Oxon. et edd. Aldina priores. *ad XX millia* Voss. *a XX millia* Lov. 1. *et ad triginta millia* Hav.

Cessere inde Romani propius pacata loca] Vet. lib. *per prius pacata loca*. SIG. Lectionis, quam e veteri cod. laudat Sigonius, neque vola neque vestigium comparet in nostris libb. omnibus. GEBH. Sigoniani cod. lectio *per prius pacata* est a correctore, qui genus loquendi non intelligebat. Nostri omnes illud servant. J. FR. GRON. Unus meorum Hav. Sigoniano consentit: unus etiam Lovel. 1. *ad pacata*. Sed recte Gronov. vulgatum tuetur, non modo ad hunc loc. sed etiam in pr. ed. not. ad 8, 32. quod tuentur quoque reliqui mei, et omnes

Digitized by Google

cata loca, et ad montem Victoriae castra communi-
5 vere. Eo Cn. Scipio cum omnibus copiis, et Has-
drubal Gisgonis filius, tertius Karthaginiensium dux,
cum exercitu justo advenit: contraque castra Roma-
6 na trans fluvium omnes consedere. P. Scipio, cum
expeditis clam profectus ad loca circa visenda, haud
fefellit hostes: obpressissentque eum in patentibus
campis, ni tumulum in propinquo cepisset. ibi quo-
que circumsessus adventu fratris obsidione eximitur.
7 Castulo, urbs Hispaniae valida ac nobilis, et adeo
conjuncta societate Poenis, ut uxor inde Hannibali
8 esset, ad Romanos defecit. Karthaginienses Illitur-

Hearnii Oxon. De τῷ *propius* cum casu quarto v. ad 2, 41, 11.

§. 5. *Contraque castra Romana trans fluvium omnes consedere*] *contraque Romani trans fluvium* Voss. Lovel. 1. 2. et Ber. a m. 2. Male. *contra castra* hic est ex adverso eorum. Supra 3, 26, 8. *Trans Tiberim contra eum ipsum locum, ubi nunc navalia sunt, quatuor jugerum colebat agrum.* 37, 15, 7. *Pacatis contra insulam suam terris.* ubi plura vide. Adde etiam quaedam supra ad 5, 37, 8.

§. 6. *Ad loca circa visenda*] Pal. 3. *circumvisenda.* GEBH. Ita et unus meorum Hav. Male. V. ad 9, 2, 7. *ad loca certa visenda* Gaertn.

§. 8. *Illiturgim obpugnare adorti*] Ita Gronov. edidit, itaque optimos legere infra testatur hoc cap. §. 10. quum tamen in Put. et meliori Pet. invenisset *Illityrgin*, quemadmodum fatetur ad 21, 60, 7. Codd. mei, et Hearnii varie hoc nomen scribunt, sed inter eos convenit, ultimam syllabam fuisse *um*. Ante Gronov. etiam *Illiturgum* edebatur. Quum autem Gronov. infra etiam 28, 19, 4. *Illiturgin* in codd. invenerit, et in contextum receperit, ita etiam hic reposui, et 26, 17, 4. Mox *inopia maxime eum locum* Flor. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav.

§. 9. *Intra bina castra cum magna caede hostium urbem est ingressus*] Lege *inter*, ut etiam scripti quidam. J. FR. GRON. Ita legunt etiam Lov. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. codices Crevier. et omnes, quas vidi, edd. ante Paris. anni 1573: *inerbina castra* proxime verum Flor. Saepius librarii has voces commutarunt. V. ad 5, 27, 2. De differentia autem, quae est in significatione horum vocabulorum, v. Gronov. ad 1, 10, 7. et 35, 11, 10. ubi etiam veram hujus loci scripturam adseruit. Praeterea τὸ *cum* deest in Lovel. 2, *est* in Voss. et Lovel. 1. *urbem ingressus est* legit Lovel. 2. Paullo ante *Cornelius Scipio*, pro *Cn. Sci-*

Digitized by Google

gin obpugnare adorti, quia praesidium ibi Romanum erat: videbanturque inopia eum locum maxime expugnaturi. Cn. Scipio, ut sociis praesidioque ferret 9
opem, cum legione expedita profectus, inter bina castra cum magna caede hostium urbem est ingressus, et postero die eruptione aeque felici pugnavit. Su- 10
pra duodecim millia hominum caesa duobus proeliis: plus mille capti, cum sex et triginta militaribus signis. ita ab Illiturgi recessum est. Bigerra inde urbs 11
(socia et haec Romanorum erat) a Karthaginiensibus obpugnari coepta est. Eam obsidionem sine certamine adveniens Cn. Scipio solvit.

pio, Voss. Lovel. 1. 2. 3. et Rec. *Cn. Cornelius Scipio* Harl. Gaertner. Hearnii N. D. et edd. ante Aldum. V. ad 26, 1, 1. *Eo Cn. Cornelius Scipio* Ber. a m. 2. *Eo Cn. Scipio* Hav. *consul Scipio* Hearnii L. 1.

§. 10. *Plus decem millia capta, cum sex*] Put. et Pet. *plus CIↃ hominum captum.* Voss. *plus X. capta.* Videtur scribendum *plus mille captum.* nam τὸ *hominum* ex superioribus repetitum. J. FR. GRON. Idem Gronov. in pr. ed. not. monuerat, se in Put. et Pet. invenisse *plus decem millibus hominum captum*; et hinc, illud *hominum* ex superioribus repetitum docens, in contextu emendavit *plus decem millibus captum*, idque servavit, licet postea, errore animadverso, aliam ex illis codd. lectionem protulisset. Verum illud *millibus* in nullo omnino cod. inveni. Nam *plus X millia hostium capti* Hearnii D. *plus decem millia hominum capti* Gaertn. et Hearnii N. *plus decem millia capta* Lovel. 2. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. *plus X*, vel *plus decem capta* Lov. 1. et Ber. a m. 1. *plus quam decem capta* Ber. a m. 2. *plus* ∞ *capti* Flor. a m. 1. *capta* a m. 2. Primigeniam itaque istius cod. lectionem recepi. Nam ita fere 42, 23. *Capti amplius mille et septingenti.* Posses et cum Gronovio *captum.* Nam ita emendandum videtur cap. seq. *Plus octo millia hominum caesa, haud multo minus quam mille captum.* ubi nunc *capta* editur. Paullo ante *hostium*, pro *hominum*, Lovel. 5. et Brancal. Latinii; quod necesse non est. V. ad cap. praec. §. 14. In verbis sequentibus *cum sex et XX* Cant. *cum sex et quadraginta* Hav. *cum sex et tercentis* Hearnii L. 1.

Ita ab Illiturgi recessum est obsidione] Pall. tres semper simplici *l Iliturgi*. Hic pr. et tert. *Ita ab Iliturgi recessum est. Bigerra urbs inde.* sec. *ita ab Iliturgii obsidione recessum est. Bigerra inde urbs.* GEBH. Put. Pet. Voss. duo Pall. ignorant τὸ *obsidione.* Interjectum est ab illis, qui τὰ *Illiturgi*, quod

Digitized by Google

1 XLII. Ad Mundam exinde castra Punica mota:
2 et Romani eo confestim secuti sunt. Ibi signis conlatis pugnatum per quatuor ferme horas: egregieque vincentibus Romanis signum receptui est datum, quod Cn. Scipionis femur tragula confixum erat: pavorque circa eum ceperat milites, ne mortiferum
3 esset vulnus. Ceterum haud dubium fuit, quin, nisi ea mora interveniisset, castra eo die Punica capi potuerint. jam non milites solum, sed elephanti etiam usque ad vallum acti erant, superque ipso no-

est ab *Illiturgis*, accipiebant quasi ab *Illiturgum*. Optimi paullo ante *Illityrgim oppugnare adorti*. J. FR. GRONOV. Vocem *obsidione* in nullo inveni cod. nisi in Harl. Ber. et Gaertn. Reliqui ignorant. Mox §. seq. *Pigerra* Gaertn. *Bigera* Lovel. 2. 4. 5. *Bigeria* Hav.

§. 1. *Romani eo confestim secuti sunt*] *Tò eo* deficit in Harl. *eo consecuti sunt* legunt Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *confestim eo consecuti sunt* proximae usque ad Aldum, vulgatae lectionis auctorem. Paullo ante *deinde*, pro *exinde*, Gaertn. Sed v. ad 1, 1, 6.

§. 2. *Quod Cn. Scipionis femur tragula confixum erat*] Pall. 1. ac 2. *Cn. Cornelii Scipionis femur*. GEBH. *quod Corn. Scipionis* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. et Ber. *quod Cornelii Scipionis* Gaertn. Hearnii D. et edd. ante Aldum. *quod Cn. Corn. Scipionis* Hearnii N.

§. 3. *Jam enim non milites solum*] Deficit Pall. tres *tò enim*. GEBH. Absolvunt omnes *tò enim*. J. FR. GRON. Neque in ullo vel meorum, vel Hearnii Oxon. adparet. Mox *superque ipsas* Flor. et Cant. *superque ipsos* Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Rec. et Gaertn. *superque ipsum* Lov. 2. Ber. Hav. et Brancal Latinii. Male. *super ipso* scilicet vallo.

§. 4. *Prope tria millia capta*] *Tò millia* inteliigi voluit Livius ex praecedentibus. Neque apparebat in Put. et Pet. J. FR. GRONOV. Non adparet etiam in Flor.

§. 5. *Ad Auringen inde urbem*] *ad Aurigerem* Lovel. 4. *ad Aurigen* Lovel. 2. *ad Aurigem* Lovel. 5. *ad Auringem* Flor. et Lovel. 3. quod non displicet. *AVRIGITANI* aliquoties in marmoribus memorantur. Si huc referendi, forte apud Livium legendum *ad Aurigem*, ut est in uno.

§. 6. *Gens nata instaurandis reparandisque bellis, Magone ad conquisitionem militum fratre misso*] Confusa huius loci scriptura in Pal. 2. *Magonem ad conquisitionem militum fratresque ipso misso*. et in tert. *Magonem ad conquisitionem militum fratrem isse*. GEBH. Quid hoc? *gens misit fratrem?* Itaque vel delendum *tò fratre*, quod

Digitized by Google

vem et triginta elephanti pilis confixi. Hoc quoque 4
proelio ad duodecim millia hominum dicuntur caesa, prope tria capta, cum signis militaribus septem et quinquaginta. Ad Auringen inde urbem Poeni reces- 5
sere; et, ut territis instaret, secutus Romanus. Ibi iterum Scipio lecticula in aciem inlatus conflixit: nec dubia victoria fuit; minus tamen dimidio hostium, quam antea, quia pauciores superfuerant, qui pugnarent, occisum. Sed gens nata instaurandis 6
reparandisque bellis, Magone ad conquisitionem mi-

a glossemate est; vel aliquid hinc excidit. T. FABER. Hic subest ulcus. Cujus enim fratre? Aut quis est Mago frater? Hannibalis, ni fallor, appellat alterum fratrem Magonem Livius. Sed cur ille κατ' ἐξοχὴν *frater*? Neque de illo *gens nata* recte enunciatur *animos fecit*, si observaveris, ut alibi Livius ea phrasi utatur. V. ad 22, 26, 1. De vitio certus sum; medicinae admodum incertus. An placet, *Sed* (*gens nata instaurandis reparandisque bellis!*) *Mago ad conquisitionem militum a fratre missus.* Ut 23, [11, 7.] *Mago Hamilcaris ex ipsa acie a fratre missus.* Hic autem frater intelligendus Hasdrubal Hamilcaris. J. FR. GRON. Omnino probabile est, excidisse praepositionem *a*. Ea suppleta, nihil in priore parte hujus periodi est, quod morari legentem possit. Sed vitium supererit in posteriore, si non recte dici potest *gens nata animos fecit*; quod a consuetudine loquendi Livii abhorrere putat summus Gronovius. Vellem paullo pluribus sententiam suam, quam conjectura adsequi non possum, de Livii usu hujus phraseos exposuisset. Nam in iis, quae ad 22, 26, 1. adnotat, nihil videre possum, unde ostendatur, de *gens nata* non recte enunciari *animos fecit*: praesertim si quis putet, ex verbis *replevit exercitum* repeti posse, *repletoque exercitu*, vel *repletusque exercitus animos ad t. d. i. c. fecit.* etsi vel sine hoc nihil vitii in vulgata scriptura animadverto. DUK. Gronovius in priore ed. not. monuit, omnes Gallicanos et duos Pall. legere *Magonem*, optimos deinde *fratrem isse*; quod utrumque etiam Flor. pluresque alii, quidam etiam alterutrum servant. Hinc legendum conjicit: *Sed gens, nata instaurandis reparandisque bellis, Magonem ad conquisitionem militum Hannibalis fratrem misit. brevi replevit exercitum.* Putat autem orationem cohaerere ut 1, 23, 5. *Ea res ab stativis excivit Metium. ducit, qua proxime ad hostem potest.* Vel etiam reponebat, *Sed, ut in gente nata instaurandis reparandisque bellis, Mago, ad conquisitionem militum fratre misso, brevi replevit exercitum.* Verum utraque haec conjectura nimis a scripta lectione recedit, quam ut recipi possit. At minime omnium placet, quod in iterata editione probavit. Talis enim exclamatio, orationi inter-

Digitized by Google

:um fratre misso, brevi replevit exercitum, animos-
ıe ad tentandum de integro certamen fecit. Alii
lerique milites, sicut pro parte toties intra paucos
ies victa, iisdem animis, quibus prius, eodemque

cta, magis declamatorio Flori, ıam Livii, stilo convenit. Ve-ſſimum itaque puto, id quod l. Dukero ac Crevier. visum est, ihique etiam in mentem olim ıerat, legendum esse *Magone l conquisitionem militum a atre misso.* Praeterea si de il-*gens nata* recte enunciari ne-ıeat *animos fecit*, ut Gronovio sum est, licet tamen neque ego us rationem intelligam, forte gi poterit *animosque id ad ten-ındum de integro certamen fe-:t;* ut vocula *id* exciderit, hau-a a sequenti *ad.* vel etiam *ani-ıos quod ad tentandum de in-:gro certamen fecit. que* autem : *quod* notis perscripta saepe in lſtis commutantur. V. ad 2, 41, . Et quidem corrumpendo Livio ccasionem dedit relativum prio-i voci postpositum, de quo v. d 28, 12, 13. Ceterum Jac. Gro-ovius edidit *parandisque bel-:s;* sed, ut puto, operarum er-ore. Omnes enim codd. optimi ut. Flor. aliique, si non omnes, erte longe plurimi, *reparandis-ue* tuentur. Quum autem in syl-ıbo erratorum, quae operarum ıcuria inrepserunt, hujus erro-is non meminerit, eumdem bo-a fide diligentissimus Clericus ecutus est. At recte Crevier. riorem lectionem revocavit. De ocutione *reparare bellum* v. ad , 45, 3.

§. 7. *Alii plerique milites, si uae pro parte toties intra pau-os dies victa iisdem animis, uibus populi Romani orta, eo-lemque eventu*] Opinor, sic e-nendandum: *Galli plerique mi-ites, iique pro parte toties in-tra paucos dies victa, iisdem a-nimis, quibus priores, eodem-que eventu pugnaverunt.* Hoc quoque, Antoni, potes dicere, te non reminisci, a me in illo coetu correctum? Etenim si quis dies unquam tibi acerbus illuxit, haud dubie is fuit, quo bis uno in loco fuisti condemnatus: semel in eo, quod jam emendavi, quum mihi pertinacissime obsisteres; iterumque, dum *moenia coepta* pro *moenia capta* exponebas, et nescio quem *Maronem civem* dici volebas. Quumque ego subridens dixissem, esse duo regulorum nomina, *Moeniceptus* et *Civismaro*, ac se delectari mea expositione cum quadam admiratione significasset, etiam magis, quam in superiore fecerat, Tace, Antoni, Egnigus inquit, nihil verius, quam et *Galli plerique milites* scribendum, et haec esse nomina Gallorum regulorum. Non exsequar, quid ille, etsi amicus tuus, tam ingenuae libertatis vir, in laudem mei adjecerit, rege confirmante; tantum dico, non modo bis te peccasse, sed, accedente pertinacia, etiam bis terque reprehensum. Nunc, quod gravissimum est, quarto reprehendi putas, quod in pertinacia perseveras, ne a me doctus videreris. Sed, o demens, non est, ut magnopere doleas tarditatem ingenii tui, nam ne Petrarcha quidem veritatem scripturae deprehendit, sed, ut loco obscuro et inexplorato, suam notam apposuit. Quis tamen tantus te furor tenuit, ut in animum induxeris, codicem regium emendatione fraudare, imo regem ip-

Digitized by Google

eventu pugnavere. plus octo millia hominum caesa: haud multo minus quam mille captum, et signa militaria quinquaginta octo; et spolia plurima Gallica fuere, aurei torques, armillaeque, magnus nume- 8

sum prodere; si modo proditio tua celari poterat? Reminiscetur ille, reminiscetur emendationis meae, quando codicem suum leget. VALLA. Pal. 1. *Alii plerique milites si quae pro parte totiens intra paucos dies victa, iisdem animis, quibus P. R. orta eodemque.* sec. *sique pro parte totiens intra paucos dies victa iisdem animis, quibus orta, ita eodem.* In tert. nihil variatur, nisi quod, interposita particula, *quibus prius ita eodem eventu* pareat. In vet. ed. locus negatur τῷ *sicut.* GLAR. Valla *Galli plerique.* MSS. tamen nihil mutant. Forte *At hi plerique.* Deinde Put. *iisdem animis quibus pr. orta eodemque.* Pet. *prius orta.* Men. Voss. et unus Pal. *quibus P. R. orta.* Alii *quibus orta.* An *iisdem animis, quibus priores, eodemque eventu?* J. FR. GRON. Omnes etiam mei constanter servant *Alii plerique milites.* Vallae id ansam dedit conjiciendi *Galli plerique milites*, quod mox *Gallica spolia* et *duo insignes reguli Gallorum* proelio caesi memorentur. Et sane conjectura ejus vera videtur. Forte olim litera prima omissa fuerat, ut postea minio vel alio colore ornatius pingeretur. Ita vero ex *alli* factum *alii.* Vallae conjecturam probat etiam Crevier. eamque Campanum expressisse docet. Deinde *si quidem pro parte* Hav. *sicut pro parte*, cum omnibus edd. Lovel. 5. Ber. Gaertn. aliique nonnulli. *si quae pro parte* Lovel. 4. *sique pro parte* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. et Harl. quae lectio efficit, ut hic etiam Vallam recte *iique pro parte* conjecisse putem. Deinde *quibus prius, ita eodem eventu* Rec. et Hearnii L. 1. *quibus prius. R. ita eodemque* Lovel. 5. *quibus prius coorti eodemque* Hafn. et Hav. *quibus prius sunt adorti eodemque* Ber. a m. 2. *quibus prior orta eodemque* Lovel. 1. *quibus P. R. orta eodemque* Lovel. 2. 3. 4. et Harl. *quibus pr. orta eodemque* Flor. Et hic probandam puto Vallae conjecturam *quibus priores, eodemque.* Doujatius primo inponit Delphino Franciae, ei persuadens, Gronov. in prima parte horum verborum conjecisse *Capti plerique milites.* Deinde ipse vulgatum defendit, et hunc Livii sensum esse putat; *plerosque milites*, qui conquisiti sunt a Magone, novos fuisse et *alios*, id est, diversos ab iis, qui prius pugnaverant, victique his fuerant. Verum an milites illi novi *pugnavere iisdem animis, quibus prius?* Non vidit itaque, admisso etiam, quem verbis Livii dedit, sensu, legendum esse *quibus priores.*

§. 8. *Haud multo minus quam mille capta, et spolia*) Cl. Crevier. recte observat, τὸ *capta* non habere, quo referri possit; et hinc ex Put. legit *captum.* V. ad cap. praec. §. 10. Omnes nostri constanter *capta.* Deinde post *captum* in edd. Gronoviorum exciderunt voces *et signa militaria quinquaginta octo.* Quod quum etiam in syllabo errorum non adnotatum fuerit, Doujatius et Clericus similiter peccare non dubitarunt. Verum Crevier. omissum iterum loco restituit.

Gallica fuere, annuli aurei,

Digitized by Google

rus. duo etiam insignes reguli Gallorum (Moenicapto et Civismaro nomina erant) eo proelio cecide-
9 runt. octo elephanti capti, tres occisi. Quum jam res prosperae in Hispania essent, verecundia Romanos tandem cepit, Saguntum oppidum, quae caussa belli esset, octavum jam annum sub hostium pote-
10 state esse. Itaque id oppidum, vi pulso praesidio

torques] Put. *fuere alirci torques armillaeque.* Forte vacat *τὸ annuli*, quod Pet. melior, et Men. ignorant, et fuit *fuere: aurei torques, armillaeque.* J. FR. GRON. Vocem *annuli* delevi, quam etiam ignorant Flor. et Hearnii L. 1. Non enim videntur *annuli aurei* inter praedam Gallicam numerari posse, quemadmodum torques et armillae, quae propria eorum ornamenta erant. Eamdem vocem delevit etiam Crevier. addita eadem caussa.

Moenicapto et Civismaro] Put. *Moenicoepta et Vismaro.* J. FR. GRON. *Moeniacepta* Flor. Voss. Lovel. 1. Harl. Hafn. Hav. et Hearnii D. *Moeniacapta* Lovel. 2. 3. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. *Menicepta* ejusdem N. *Moenicapto* Exc. Pithoei. *Almeniacepta*, omissa praecedenti voce *Gallorum*, Lovel. 4. Deinde *Etius et Maro* Lovel. 4. *Cujusmaro* Harl. *Cujusmajoro* Hearnii L. 1. *Cunismaro* ejusdem N. et Exc. Pithoei. *Civusmaro* Hearnii D. *Civis Maronea*, omissa sequenti voce *nomina*, Gaertn.

§. 9. *Quum jam res prosperae in Hispania essent*] Non tum demum, sed jam aliquot annis ante, immo semper, ex quo ductu Scipionum in Hispania bellatum erat, res prosperae ibi fuerant; unde et Romanos aït Livius verecundiam tandem cepisse videndi Saguntum sub potestate hostium: quod dicere non potuisset, si tum demum fortuna coepisset iis arridere. Lego, *Cum tam res prosperae* etc. Plautus Bacchid. 3, 3, 16. *Qui tam pro corrupto dicis caussam filio.* JAC. PERIZ. *Quum jam probae res* Voss. *Quum jam perprobae res* Lov. 1. *Quum jam properae* Flor. a m. 1. *Quum res jam prosperae* a m. 2. *Quum jam prosperae res* Lovel. 2. 3. 4. 5. et Harl. Nihil mutandum, nisi quod cum Perizon. *Quum tam res prosperae* scribendum putem. *tam* et *jam* saepe in Mstis commutari solent. V. ad 21, 11, 12. Conlocationem verborum *tam res prosperae* inlustrat locus supra 7, 8, 4. *Neque, tam vires pares quae superaverit res, facile dictu est.* ubi male mutat Gronov.

Saguntum oppidum, quod caussa belli esset] Cantabrig. *quae causa.* idque haud dubie est Livii, qui semper relativum maluit cum sequente jungi. Prorsus geminum 33, [8, 7.] *Robore Macedonici exercitus, quam phalangem vocant.* Et passim restituit pater. JAC. GRON. Ita et Flor. quod etiam Crevier. in contextum recepit, professus Put. cum fidissimo e regiis consentire Cantabrigiensi. V. ad 32, 30, 6.

Octavum jam annum sub hostium potestate esse] Hic est an-

Digitized by Google

Punico, receperunt, cultoribusque antiquis, quos vis reliquerat belli, restituerunt: et Turdetanos, qui 11
contraxerant eis cum Karthaginiensibus bellum, in potestatem redactos sub corona vendiderunt, urbemque eorum delevere.

XLIII. Haec in Hispania, Q. Fabio, M. Clau- 1
dio consulibus, gesta. Romae quum tribuni plebis 2

nus quintus hujus belli: quapropter, si Saguntum primo hujus belli anno captum est, ut l. 21. docet Livius, non *octavum*, sed *quintum*, legendum. Sin priore anno captum Saguntum, quam hoc cepit bellum, quod Polybius scribit, *sextum* legendum est. Id erroris in numeris facile accidere poterat; sed mirum, non animadversum, quod tam facile redargui potuit. GLAR. Si primo hujus belli anno captum Saguntum est, hic autem annus ejusdem belli est quintus, ut Livius auctor est, profecto, pro *octavo*, *quintum annum* est reponendum. †. „Haec ex Glareano habet, tacito ejus nomine, ut solet.„ †. SIG. Libri omnes *octavum* retentant. GEBHARD.

§. 10. *Quos vis reliquerat belli*] Pal. pr. *quos et vis*. sec. *quos et jus reliquerat belli*. GEBH. Put. et Pet. *quos et suis*. Alii *quos et vis*, vel *jus*. Forte *quos ex iis vis reliquerat belli*. 25, [2, 9.] *Quasdam ex iis damnatas in exsilium egerunt*. Vel *quos ex iis reliquerat bellum*. J. FR. GRON. Reliqui, quibus utor, plerique codd. vel *quos et vis*, vel *quos et jus*. At *quos et ejus vis reliquerat belli* Lov. 5. *quos et is reliquerat belli* Hearnii N. *quos et suis reliquerat bellum* Flor. *quos ex eis vis reliquerat belli* Gronov. jam in pr. ed. not. legendum monuit ad 9, 13, 7. *qui ex iis*, ut 26, 33, 6. *Cujus ex iis, qui ad Capuam fuerant, maxima auctoritas erat*. 29, 15, 8. *Si qui ex iis recusarent*.

§. 11. *Turdetanos, qui contraxerant eis* etc.] Doujatius legendum conjicit *Edetanos*, partim quia intelligi nequit, quam eorum urbem indicet Livius, quum Ptolem. eorum tres et quadraginta urbes memoret, partim quia *Turdetanorum* nomen alibi fere incognitum est Livio. Verum *Turdetaniam* bello adflictam, eorumque, quorum in gratiam Saguntum deleverat Hannibal, urbem deletam et agrum Saguntinis vectigalem adtributum memorat Liv. infra 28, 39, 11. Deinde *Turdetaniae* saepius meminit Liv. et nominatim *Turdetanorum* 34, 17, 2. eosque Hannibali caussam belli Saguntinis inferendi dedisse narrat 21, 6, 1. Unde etiam inter leges pacis Saguntinis oblatae erat, ut redderent res *Turdetanis* 21, 12, 5. Nihil igitur hic mutandum, nisi simul omnibus his pluribusque aliis locis idem vitium obhaesisse credamus: quod non verisimile. Vide etiam infra ad 28, 39, 8.

§. 2. *A L. Metello tribuno plebis*] Praenomen *L.* abest a Flor. *a P. Metello* praeferunt Voss. Lovel. quinque, Ber. et Hearnii Oxon. *Ap. Metello*, omissa praepositione, exhibent Harl. Gaertn. et quaedam ex antt. edd. quarum

Digitized by Google

novi magiſtratum iniſſent, extemplo censoribus, P. Furio et M. Atilio, a L. Metello tribuno plebis dies
3 dicta ad populum eſt. quaeſtorem eum proximo anno, ademto equo, tribu moverant, atque aerarium fecerant, propter conjurationem deserendae Italiae ad Cannas factam. sed novem tribunorum auxilio vetiti cauſſam in magiſtratu dicere, dimiſſique fue-
4 rant. Ne luſtrum perficerent, mors prohibuit P. Fu-
5 rii. M. Atilius magiſtratu se abdicavit. Consularia comitia habita a Q. Fabio Maximo consule. creati consules ambo absentes, Q. Fabius Maximus consu-
6 lis filius, et Ti. Sempronius Gracchus iterum. Prae-

aliae *Appio Metello*, aliae *a M. Metello* legunt. *Q. Metello* Hav. V. supra ad c. 18, 3.

§. 3. *Propter conjurationem deserendae Italiae ad Cannas factam*] Put. *desereddactus Italiae at cannas*. Pet. *deserte actus Italiae ad Cannas*. Voſſ. *deferte actus Italiae*. Forte scribendum *deserendae metu Italiae Canusii factam*. aut *deserendae terrae Italiae*. V. supra 22, 52. et 53. J. FR. GRON. *desertae actus Italiae ad Cannas* Flor. Lov. 2. 3. 4. Harl. et Hearnii N. *deserendae actus Italiae* Lov. 5. Mox *novorum tribunorum*, pro *novem*, Rec. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Deinde *vetiti*, *caussam i. m. dicerent* Voſſ. Lov. 1. et Gaertn. *vetiti, ne caussam i. m. dicerent* Ber. et edd. Aldo priores. Denique *dimissique fuerunt* scribendum conjicit Cl. Crevier. quod placet.

§. 5. *Consularia comitia habita a Q. Fabio Maximo*] *Consularia consilia habita* Gaertn. *Consilia habita* Harl. *Consilia consularia habita* Flor. Voſſ. (ambo a m. 1. et Lov. 1. *Comitia consularia* Flor. et Voſſ. uterque a m. 2. quod etiam servant Lov. 2. 3. 4. 5. et Hav. Deinde Fabii praenomen exsulat a Voſſ. Lov. 1. 3. 4. Harl. Gaertn. Ber. Hav. Hearnii Oxon. et edd. Aldo vetuſtioribus. Et ita §. praec. Atilii etiam praenomen *M.* neglectum erat in Hearnii D. Mox hoc §. *T. Sempronius* Lov. 2. Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. antt.

§. 6. *Praetores fiunt M. Atilius, et, qui tum aediles curules erant*] Pall. 2. et 3. *Praetores fiunt, qui cum Tito aediles*. pr. *Praetores fiunt cito, qui tum aediles*. GEBH. Pal. primo consentiunt Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. et Harl. *Praetores fiunt Tito qui tum aediles* Lov. 5. *Praetor fuit qui cum Tito aediles* Gaertn. *Praetores fiunt, qui tum aediles* Hav. *Praetores fiunt et qui tum aediles* Hearnii Oxon. Ut tamen quatuor praetorum numerus conſtare videretur, *P. Sempronius*, *T. Tuditanus* legunt Voſſ. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. et

Digitized by Google

tores fiunt M. Atilius, et, qui tum aediles curules erant, P. Sempronius Tuditanus, et Cn. Fulvius Centumalus, et M. Aemilius Lepidus. Ludos scenicos 7 per quatriduum eo anno primum factos ab curulibus aedilibus, memoriae proditur. Aedilis Tuditanus 8 hic erat, qui ad Cannas, pavore aliis in tanta clade torpentibus, per medios hostes evasit. Comitiis 9 perfectis, auctore Q. Fabio consule, designati consules Romam arcessiti magistratum inierunt: senatumque de bello ac provinciis suis praetorumque, et de exercitibus, quibus quique praeessent, consuluerunt.

Gaertn. *P. Sempronius et T. Tuditanus* Hav.

Cn. Fulvius Centimalus] Vet. lib. et lapides Capitol. *Centumalus*. SIG. V. eumdem Sigon. ad 25, 41, 11. 35, 10, 11. et Duker. ad Flori 2, 5, 4.

§. 8. *Pavore aliis in tanta clade torpentibus, per medios hostes erupit. Comitiis*] Oggerit Pal. tert. *aliis pavore in tanta clade torpentibus, per medios hostes auxiliis evasit*. pr. *auxiliis erupit*. quod utrumque fastidio jure prae vulgato. GEBH. Put. Voss. et Pet. *per medios hostes auxiliis comitiis perfectis*. Pal. *hostes auxiliis erupit. Comitiis*. Haec vox *erupit* sine dubio est malorum correctorum. Isto autem mostello *auxiliis* res parva dictu absconditur. quippe Livius scripserat *per medios hostes evasit*. Ea vox corrupta in *evaxit*; dein, omisso primo elemento, *auxit*, post mutato ultimo *auxil*, generavit tandem *auxiliis*. Unus Pal. simul cum hoc portento nescio unde verum hausit: est enim ibi *auxiliis evasit*. J. FR. GRON. Vulgatum *erupit* servant Harl. Ber. Gaertner. et Hearnii D. ac N. ejus loco *auxiliis* legunt Flor. Cant. et Lov. 1. ac 3. *auxiliis erupit* Hafn. *auxiliis evasit* Lov. 4. *evasit*, ut Gronovius conjecit, Lovel. 2. 5. Hav. Voss. in margine, et Hearnii L. 1.

§. 9. *Comitiis perfectis, a Q. Fabio consule designati*] Fastidio jure prae vulgato, quod est in Pall. 1. et 3. *Comitiis perfectis austere Q. Fabio*. sec. *Comitiis perfectis auctore Q. Fabio*. principe ed. *Comitiis perfectis ab augure Q. Fabio*. GEBH. Put. *Comitiis perfectis authere Q. Fabio*. Men. et Voss. *austere*. Pet. et Pall. *auctore*. Atque haec vera scriptura est. Significat consulem principem id consilium dedisse; quod deinde, relatione facta dictisque sententiis, in senatusconsultum transiit. Sic 7, [23, 4.] *Consul Popilius auctor Patribus scribendi alterius exercitus, quod ad incertos belli eventus subsidio esset*. 26, [32, 1.]

Digitized by Google

1 XLIV. Itaque provinciae atque exercitus divisi. Bellum cum Hannibale consulibus mandatum, et exercituum unus, quem ipse Sempronius habuerat; alter, quem Fabius consul. eae binae erant legiones.
2 M. Aemilius praetor, cujus peregrina sors erat, jurisdi-

Magna pars senatus, principe ejus sententiae T. Manlio Torquato, censerent. Epitome l. 48. *Quum locatum a censoribus theatrum exstrueretur, P. Cornelio Nasica auctore, tamquam inutile et nociturum publicis moribus, ex S. C. destructum est.* Cicero fam. 15, 4. *Regem Ariobarzanem, cujus salutem a senatu, te auctore, commendatam habebam.* J. FR. GRON. *austere Q. Fabio* Lov. 2. 3. 5. et Hearnii N. *austere a Q. Fabio* Harl. *auster a Q. Fabio* Hearnii L. 1. *ab augure Q. Fabio* Lov. 1. Ber. Voss. in margine, et edd. ante Aldum. *autere Q. Fabio* Flor. Hoc sensu *auctor consilii* infra 40, 23, 8. V. ad 2, 56, 6.

§. 1. *Bellum undique consulibus cum Hannibale mandatum*] Prisca ed. *undecumque.* quae tamen vocula, et illa *undique* ἄφαντος est in Pall. tribus. Statim tamen Pal. 1. *et exercitum undecumque ipse Sempronius habuerat*, pro *exercitus unus, quem ipse.* GEBH. Vacat *undecumque*, quod Put. Pet. regius, Voss. Men. tres Pall. non agnoscunt. Statim Put. Petav. Men. *exercitum unum eumque ipse.* Pall. *exercitum undecunque.* Ex qua vitiosa scriptura illud enatum. Scribendum vero fuerat: *et exercituum, unus quem ipse Sempronius habuerat, alter quem Fabius consul.* Intellige *consulibus mandati.* J. FR. GRON. NOV. *undique*, vel *undecumque* desunt in Hearnii L. 1. ac N. et, exceptis Ber. ac Gaertn. in omnibus nostris. Deinde *exercitum undecumque ipse* Lov. 3. 4. et Harl. *exercitum unumquemque* Lov. 1. *exercitum unumcumque* Voss. et Hearnii N. *exercitum unicum ipse* Hearnii L. 1. *exercitum unus eumque ipse* Flor. a m. 1. *exercitum unus eum quem ipse* a m. 2. Gronovii emendationem probat Crevier.

§. 2. *Cujus peregrina sors erat*] Monstra hic fovet Pal. 1. *cujus per macriam sors erat.* exterius in membrana vacua *per materna.* GEBH. *per macrina sors* Flor. et Harl. *premacrina sors* Lov. 3.

Jurisdictionem Attilio collegae praetori urbano mandarat, ut Luceriam] Abest a Pall. 1. et 3. verbum *mandarat.* pro quo tamen ad marginem appictum in pr. *mandata Luceriam.* sec. *jurisdictionem Att. coll. pr. urb. mandatam Luceriam provinciam hab.* GEBH. Put. Pet. Men. Pall. *mandata Luceriam.* Integrum scilicet esse: *M. Aemilius praetor, cujus peregrina sors erat, jurisdictione M. Atilio collegae praetori urbano mandata, Luceriam provinciam haberet.* Subaudi hic quoque e praecedentibus *mandatum.* J. FR. GRON. Vocula *ut* deest in Lov. 5. et Gaertn. voces *mandarat ut* in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. *jurisdictionem Atilio coll. pr. urb. man-*

Digitized by Google

risdictione M. Atilio collegae praetori urbano mandata, Luceriam provinciam haberet, legionesque duas, quibus Q. Fabius, qui tum consul erat, praetor praefuerat. P. Sempronio provincia Ariminum, 3 Cn. Fulvio Sueſſula, cum binis item legionibus, evenerunt: ut Fulvius urbanas legiones duceret, Tudi-

data legit Harl. *jurisdictione M. Atilio* etc. *mandata, Luceriam*, ut Gronov. recte emendat, Flor. et Hav. neque aliter Ber. a m. 2. nisi quod insuper omittat Atilii praenomen *M.*

§. 3. *Praetori Sempronio provincia*] Tarde credam, hoc modo Livium scripsiſſe; quum satis praecedentia dictent, de praetoribus sermonem eſſe. Videtur prima vox ab otioso suppleta, et Livius scripsiſſe tantum *P. Sempronio provincia.* JAC. GRON. Quemadmodum Gronov. conjecit, ita Crevier. edidit, quia, ut teſtatur, sic in optimo Put. invenerat. Ejus fidem hic sequor.

Provincia Ariminum, Cn. Fulvio Sueſsula, cum binis item legionibus, evenerunt] Pighius ad ann. 19XL. *Ariminum et Gallia.* Nihil opus eſt hoc additamento: nam Ariminum Galliam appellabant 28, 38, 13. Eam priore anno obtinuerat *M.*? non, ut hic paullo poſt perperam editur, *M. Pomponius*, supra c. 10. et 17. Quum autem Sempronio Ariminum, Fulvio Sueſſulam *evenisse* scribit, videtur significare, hos a senatu provincias sortiri jussos, sed Aemilio Luceriam provinciam nominatim decretam fuisse. ut c. 9, 5. *a Senatusconsultum factum est, ut Q. Fulvio extra ordinem urbana provincia esset.* nam *evenire* fere de sortitione dicitur. Sed verius puto, etiam Sempronio et Fulvio provincias a senatu nominatas fuiſſe. Primum, quia paullo ante dixit Livius, *provincias atque exercitus divisos* fuiſſe; quod, quum praetores provincias sortitos scribit, dicere non solet, sed tantum *exercitus divisos.* 27, 7, 8. *Praetores sortiti provincias* etc. *Exercitus ita per provincias divisi.* ibid. c. 36, 10. *Praetores sortiri jusserunt.* etc. *summa legionum trium et viginti ita per provincias divisa.* Et 28, 10, 9. *Praetores exinde sortiti sunt* etc. *Exercitus ita divisi.* Nec aliter ob eamdem cauſſam accipio, quod eſt 27, 22, 2. *Tertius exercitus ei traderetur, cui Tarentum et Sallentini provincia evenissent. Ceterae provinciae ita divisae praetoribus, P. Licinio Varo urbana, P. Licinio Crasso pontifici maximo peregrina et quo senatus censuisset, Sex. Julio Caesari Sicilia, Q. Claudio Flamini Tarentum.* Deinde, quod hoc bello senatum etiam alias praetoribus provincias nominatim decreviſſe legimus. c. 9, 5. Q. Fulvio urbanam. c. 10, 5. P. Coraelio Lentulo Siciliam, T. Otacilio claſſem. et c. 11, 2. Q. Fabio Apuliam. Nec me movet, quod provinciae Sempronio et Fulvio *evenisse* dicuntur. Nam *evenire* etiam dicuntur, quae sine sorte a senatu alicui decreta sunt. 23, 25, 9. *Duae legiones urbanae alteri consuli, qui in locum L. Postumii suffectus esset, decretae sunt.* etc. *atque inde consul, cui legiones urbanae*

Digitized by Google

4 tanus a M? Pomponio acciperet. Prorogata imperia provinciaeque, M. Claudio Sicilia finibus eis, quibus regnum Hieronis fuisset: Lentulo propraetori provincia vetus: T. Otacilio classis. exercitus nulli additi
5 novi. M. Valerio Graecia Macedoniaque cum legione et classe, quam haberet: Q. Mucio cum vetere exercitu (duae autem legiones erant) Sardinia: C. Terentio legio una, cui jam praeerat, et Picenum.
6 Scribi praeterea duae legiones urbanae jussae, et viginti millia sociorum. His ducibus, hic copiis, adversus multa simul, aut mota aut suspecta bella, mu-
7 nierunt Romanum imperium. Consules, duabus ur-

evenissent, *militum sumeret*, *quantum opus esset*. Et l. d. 27, 22, 2. DUK. *cum binis idem* Voss. V. ad Epit. Liv. 69. *cum binis isdem* Flor. Lovel. 2. Harl. Ber. et Hav. *cum binis hisdem* Lov. 3. *cum binis iisdem* Lov. 4. 5. Rec. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. Aldina priores. In verbis sequentibus *M? Pomponio*, pro *M. Pomponio*, legendum esse, etiam Cl. Perizon. ad marginem Livii notavit. Quamvis autem codd. non addicant, ita tamen edi jussi, partim quia eum hoc praenomine usum fuisse viri docti ex Livio docuerunt, partim quia passim librarii haec praenomina commutarunt. V. ad 27, 25, 2.

§. 4. *M. Claudio Sicilia finibus eis, quibus regnum Hieronis fuisset*] *Siciliae* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Gaertn. Ber. Hav. Hearnii L. 1. N. et quaedam ex edd. vett. Ceterum omnia haec verba desunt in Hafn. Mox in sequentibus Otacilii praenomen exsulat a Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. D. et edd. ante Aldum. Vox etiam *classis* desideratur in Hearnii D.

§. 5. *C. Terentio cum legione una, cui jam diu praeerat, Picenum*] Corrupte Pal. pr. *cum Terentio una qui jam praeerat Picenum*. sec. *C. Terentio legio una, cui jam praerat Piceno*. tert. *G. Terentio legio una, qui jam p P.* GEBH. Put. et omnes Pall. Voss. *τὸ cum* et *diu* relegant: iidemque consensu *legio*, non *legione*. Emenda *C. Terentio legio una, cui jam praeerat, et Picenum*. J. FR. GRON. Testis est Hearnius, Oxon. emendationi Gronovii favere, in uno tantum D. Terentii praenomen omissum esse. Eamdem conjecturam firmat Flor. nisi quod *τὸ et*, a Gronovio praeter libros additum, quod tamen sensus requirit, ignoret. In reliquis autem codd. similiter fere variarunt librarii, ac Gebhard. de Pall. monuit. Paullo ante *Minucio*, pro *Mucio*, Lov. 2. Ber. Rec. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. Aldo priores; ex his autem codd. et edd. multi insuper *M.* pro *Q.* Utrumque male. V. ad 23, 24, 4.

Digitized by Google

banis legionibus scriptis, supplementoque in alias lecto, priusquam ab urbe moverent, prodigia procurarunt; quae nunciata erant. Murus ac portae 8
tactae, et Ariciae etiam Jovis aedes de coelo tacta fuerat. Et alia ludibria oculorum auriumque credita pro veris. navium longarum species in flumine Tarracinae, quae nullae erant, visae; et in Jovis Vicilini templo, quod in Compsano agro est, arma concrepuisse: et flumen Amiterni cruentum fluxisse. His procuratis ex decreto pontificum, profecti con- 9
sules, Sempronius in Lucanos, in Apuliam Fabius. Pater filio legatus ad Suessulam in castra venit. quum 10

§. 8. *Murus ac portae tactae, et Ariciae etiam Jovis aedes de coelo tacta fuerat*] Put. Voss. et Gall. omnes *fuerant*. Dele τὸ *tactae*, et scribe, *Murus ac portae*, (nempe Urbis) *et Ariciae etiam Jovis aedes de coelo tacta fuerant*. J. FR. GRON. Voces *et Ariciae* desunt in Flor. Deinde *tacta fuerant* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *tactae fuerunt* Lov. 4. *tactae fuerant* Lov. 5. Ceterum Jasith. in Apologem. p. 15. a Gronovio, murum et portas Urbis intelligente, dissentit, et refert ad murum et portas alterius cujuslibet urbis. Livium enim de prodigiis alibi, quam Romae, factis loqui, conligit ex voce *nunciata*, quum urbana potius *facta*, vel *visa* dicat. An in priori *tactae* urbis nomen latet?

Navium longarum species in flumine Tarracinae, quae nullae erant, visae] Pal. 1. *in flumen et Aricinae, quae nulla erant visae*. sec. *in flumine et Aricinae quae nulla erant visa*. tert. *in flumen et Aritinae quae nullae visae erant*. GEBH. Similiter fere in nostris pluribus codd. librarii aberrarunt. Sed vulgata lectio sana est.

In Jovis Vicilini templo, quod in Compsano agro est] Quis sit *Jupiter Vicilinus*, aut cur ita dictus, non equidem memini. Sed et *Compsano* quidam in *Cossano* mutarunt: quam bene, ipsi viderint. GLAR. Vet. lib. *Compsano*. Est autem *Cossa* Etruscorum, *Compsa* Samnitium. SIG. Pet. *Compsino*. alter *Compcino*. Put. *Comptino*. An forsan *Pomptino*? Uterque etiam optimus *Visilini*. J. FR. GRON. *Jovis Vitulini* Lovel. 1. 2. et Ber. a m. 2. *Vitilini* Gaertn. et Hav. Deinde *Consano* Hearnii N. *Compino* ejusdem D. *Cossina* Lov. 5. *Compsino* Flor. Lov. 1. 2. 4. Voss. Harl. et Hearnii N.

Et flumen Amiterni cruentum fluxisse] *Annuterni* Lov. 1. *Amiturni* Hearnii N. Cluverius 2. Ital. ant. 12. p. 752. conjicit *flumen Aternum*. Fatetur tamen, id pro vulgata lectione facere, quod reliquis prodigiis hic memoratis sua loca tribuerit.

Digitized by Google

obviam filius progrederetur, lictoresque verecundia majestatis ejus taciti anteirent; praeter undecim fasces equo praevectus senex, ut consul animadvertere proximum lictorem jussit, et is, ut descenderet ex

§. 9. *Pater filio legatus ad Suessulam*] Valerius eandem historiam recitat l. 2, 1. ubi est *Suessam*, pro *Suessulam*. SIG. Eamdem memorat etiam Quadrigarius apud Gell. 2, 2. verum non loci meminit. *filii legatus* est in Lov. 4.

§. 10. *Taciti anteirent non submoventes patrem*] Tria ista vocabula *non submoventes patrem* abdicant libri omnes. Praeterea Pall. 1. 3. et prisca ed. *anteirent taciti*. GEBH. Sustulimus hoc [*non summoventes patrem*] auctore Lipsio [1. Elect. 23.] et quod nulli codices scripti ullius numeri id agnoscerent. J. FR. GRON. Lipsius duplici argumento, verba illa inter inepta glossemata referenda esse, evincere voluit. Primo, quia liber ejus optimus ea non habebat; deinde quia submotionis res hic non erat: patrem enim, qui legatus populi Romani erat, filium accedere debere. Adversus Lipsium eadem verba Livio vindicare conatus est Rob. Titius in inedito locorum controvers. opere l. 20, 23. idque ope exiguae emendationis, reponens *non submonentes patrem*, id est, non jubentes, ut ex equo descenderet, ut ita vim argumenti ex voce *submoventes* desumti averteret. Ad primum autem argumentum respondet, verba alicunde originem habuisse; se autem credere, ex aliquo vetusto exemplari in omnes codd. propagata fuisse. Atque ita gloriatur, se ulcus in verbis Livii latens mollius curasse, quam si cum Lipsio tria illa verba e contextu rejiceret. Sed vereor, ne triumphum ante victoriam. Non dicam enim, *submonere*, quod est clam, tacite monere, de hac lictorum animadversione usurpari, probandum fuisse; sed illud potius urgueo, non tantum omnes codd. meos, ut et Hearnii Oxenienses, verum etiam edd. antiquas, verba illa ignorare, et demum Ascens. anno 1513. inseruisse contextui Liviano. Ceterum *anteirent taciti* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldo priores.

Equo praevectus senex, ut consul animadvertere proximum lictorem jussit, et ut is descenderet ex equo inclamavit, tum demum desiliens] Vos sic emendatis: *ut consul animadvertit, ire proximum lictorem jussit*. Ego sic *equo praevectum senem ut consul animadvertit, stare proximum lictorem jussit. Tum demum desiliens, experiri, inquit, volui, o fili, satin' scires, consulem te esse*. VALLA. Vet. lib. *et ut is descenderet*. SIG. Annotabo Pall. codd. scripturam, quorum primus *praeter undecim fasces equo projectus senex, ut consul animadvertere proximum lictorem jussit, et ut is descenderet ex equo*. sec. *praeter undecim fasces equo provectus senex, ut consul animadvertit, ire proximum lictorem jussit, et ut is descenderet ex equo conclamavit*. tert. *praeter undecim fasces equo provectus se vexit, ut consul animadvertit proximum lictorem jussit, et ut is ex quo descenderet conclamavit*. Si quid mihi sensus, legendum censeo *praeter undecim fasces equo pro-*

Digitized by Google

equo, inclamavit; tum demum desiliens, *Experiri*, inquit, *volui, fili, satin' scires, consulem te esse.*

XLV. In ea castra Dasius Altinius Arpinus clam nocte cum tribus servis venit, promittens, si sibi

vectum senem et consul animadvertit; proximum lictorem jussit, ut is descenderet ex equo, inclamavit. Adjuvat hanc meam emendationem prisca ed. *praeter undecim fasces equo profectum senem ut consul animadvertit, stare proximum lictorem jussit. Et ut is descenderet ex equo, conclamavit.* GEBH. *equo provectus* Lovel. 4. 5. Berol. edd. Rom. anni 1472. Parm. et quaedam aliae. Male. *praevectus* est praetervectus. Supra 9, 35, 7. *Equites Romani, praevecti per oblicum campi, quum se fugientibus adtulissent.* 10, 36, 6. *Consul, equo praevectus ad portam castrorum.* ubi eodem modo peccabatur in quibusdam codd. V. Cel. Burm. ad Suet. Caes. 37. Eamdem significationem haec praepositio cum multis verbis composita obtinet. V. ad 29, 32, 8. Deinde *et ut is* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. (nisi quod eorum unus *et ut eis*, alter *et ut his*) Harl. Ber. Gaertn. Hav. omnesque edd. usque ad Froben. qui inverso ordine anno 1531. *et is ut* dedit, unde postea Sigon. dissentire vet. cod. testatus est. Tandem *conclamavit* Ber. et edd. quas vidi, Aldina antiquiores. *clamavit* Hav. Licet autem per sensum suum Gebhard. testetur, veram esse, quam proposuit, emendationem, nihil tamen absurdius vidi. Ceterum *proximus lictor* est, qui nullo intermedio proxime magistratum praecedit. Is autem an alio nomine etiam *primus lictor* vocatus sit, non convenit. Adfirmat id Turneb. 11. Adv. 9. Et in ea etiam sententia fuit, qui apud Dion. Hal. 9, 604. ῥαβδούχων ὁ πρῶτος vertit *proximus lictor.* Contra negat Lipsius 1. Elect. 23. cui *primus lictor* est primo et quam maxime a magistratu remoto loco incedens. Cujus sententia verisimilior videtur. Certe probari nequit opinio Robort. qui 2. Emend. 20. per *primum lictorem* intelligit praecipuum, qui reliquis lictoribus praeerat.

§. 1. *Classius Altinus Arpinas*] Vet. lib. *Classius Altinus Arpinus.* recte. ab *Arpis* enim erat, unde *Arpini*; non ab *Arpino*, unde *Arpinates* dicti. SIG. Scribe *Dasius Altinius Arpinus.* quemadmodum infra *primum de fuga Altinii:* cujus mutationis aliarumque hoc capite (inprimis insignis istius *novam referre proditionem proditis olim; qui aliunde stet semper, aliunde sentiat, infidus:* quod reposuimus auctoribus vetustis pro illo fatuo *ut proditio pro septemvirali judicio esset, semperque aliud sentiret, infidus*) accurate copioseque rationes reddidimus 4. Obs. 11. J. FR. GRON. *Clasius Altinus Arpinas* Lov. 3. *Clasius Altinius Arpinas* Harl. et Lov. 1. *Classius Altinus Arpinas* Ber. et Lov. 4. ac 5. *Classius Altinus Arpinus* Exc. Pithoei. *Classius Altinius Arpianas* Flor. *Dassius Altinius Arpianus* Gaertn. neque differunt Lov. 2. et Voss. nisi quod *Arpinas* servent. *Classius Altinius Arpinas* Hearnii N. D. omnesque edd. ante Sigonium, qui vulgavit *Cassius Altinius Arpinus;* cum quo fere sentit Hav. nisi quod *Arpinas* teneat. V. etiam Goltz. Magn. Graec. p. 304. qui *Cassius Atinius* emendat. Sed Gronovii e-

Digitized by Google

2 praemio foret, se Arpos proditurum esse. Quum eam rem ad consilium retulisset Fabius, aliis *pro transfuga verberandus necandusque* videri, *ancipitis animi communis hostis. qui post Cannensem cladem,*

mendationem *Dasius Altinius* probat N. Heins. in epist. ad Gronov. quam edidit Cel. Burm. in Syntagm. epist. tom. 3. p. 489. et ad Silii 13, 32. ubi *Dasii* nomen etiam Silio restituit, pluresque alios ejusdem nominis circa haec tempora memoratos laudat. Certe idem hic *Dasius* sive *Δάσιος* etiam vocatur apud App. Alex. in Hannib. p. 331. Saepe autem librarios *Cl* et *D* commutasse, vidimus ad 10, 24, 2. Idem tamen Heinsius ibidem male *Arpinas* defendit, adducto loco Symm. 1. ep. 1.

Contra Arpinatem qui stetit eloquio.

Intelligitur enim Cicero, qui non Arpis in Apulia sed in Arpinate, sive in agro Arpini, in Volscis natus est, et hinc *Arpinas*, non *Arpinus*, vocatur. *Arpini* etiam infra memorantur 34, 45, 3. Alii ab Arpis formarunt *Arpani*. Goltzius in Magn. Graec. quatuor profert nummos inscriptos *ΑΡΠΙΑΝΩΝ*. V. etiam Harduin. ad Plinii 3, 11. Si nummi illi noti fuissent Cluverio, ita formatum nomen non improbasset in Ital. ant. 4, 12, 1219. Multis etiam de hoc loco egit Schegkius in Praemess. ep. 2.

Si sibi praemio foret] Vet. lib. *praemium*. SIG. Non audiendus est liber Sigonii. Nepos Paus. 4. *Magno ei praemio futurum*. Annib. 10. *Magno his pollicetur praemio fore*. DUK. *praemium* etiam Hearnii L. 1. Nihil muto. Infra 31, 28, 6. *Ne classi hostium praedae ac praemio essent*. Ita *esse emolumento* c. 48, 13. *esse infamiae* 39, 6, 6. Plura v. ad 5, 54, 5.

§. 2. *Quum eam tunc rem ad consilium retulisset Fabius*] *Eam rem ad consilium*, omissis duabus vocibus, Put. Flor. Cant. Voss. et Lov. 1. Sed voculam *quum* necessariam esse viderunt etiam librarii, et hinc variis, ut cuique placuit, locis addiderunt. *Cum eam rem ad consilium* Lovel. 4. 5. Ber. et Hearnii N. ac D. *Eam rem cum ad consilium* Lovel. 2. 3. Hav. Exc. Pithoei, et Hearnii L. 1. Gronov. in Observ. l. 4. p. 169. Mitis obsecutus Dukio in *Cum* convertit, ac legit *Cum rem ad consilium*. Periscomerus vero ad marginem Livii existimabat, *Cum* hausum esse ab ultimis literis vocis *consilium*, et hinc scribebat, *Eam rem ad consilium cum retulisset*. Certe voculam *tunc*, quam omnes optimi pluresque alii codd. ignorant, suffuli.

Aliis pro transfuga verberandus] Vet. lib. pro *aliis*, *Altinus* habent. perspicue verum. SIG. Ita et Harl. ac Ber. *Altinius* edd. Aldina priores. Verum, quod Sigonio perspicue verum videtur, id Schegkius perspicue falsum, et toti loco contaminando fuisse pronunciat. Et sane reliqui omnes vulgatum defendunt.

Ad Hannibalem discessisset, traxissetque] Voss. *discessit*. Lege, ut in Mureti libris, *descisset*. J. FR. GRON. *discessit traxitque* Hearnii N. et D. *discessit*, *traxissetque* Lov. 2. Harl. et Exc. Pithoei. Id certum est, *descisset*,

Digitized by Google

tamquam cum fortuna fidem stare oporteret, ad Hannibalem discessisset, traxissetque ad defectionem Arpos; quumque res Romana contra spem votaque 3
ejus velut resurgeret, turpius videatur novam referre

pro *descivisset*, similesque contractiones Livium amasse. Supra 1, 27, 4. *Quum Fidenae aperte descissent.* 3, 4, 3. *Praedicunt Romanis, Ecetranos ad Aequos descisse.* c. 23, 7. *Eodem anno descisse Antiates, invenio.* 4, 1, 4. *Audiere Patres, Ardeatium populum descisse.* 6, 25, 2. *Ne Patres ignari sint, Tusculanos ab societate descisse.* 8, 4, 9. *Campanos ab se ad nos descisse audierunt.* 25, 16, 10. *Qui ad Poenum in illo communi Italiae motu descissent.* 28, 27, 4. *A patria vestra descistis.* Plura similia v. ad 6, 18, 10. Quum tamen integerrimi meorum, et, ut videtur, Gronovii, qui ex illis nihil notat, vulgatum servent, id mutare religio est, praesertim quum *discedere* pro deficere etiam infra usurpet Liv. 43, 6, 8. *Discessisse se a Perseo, postquam Romanus exercitus in Macedoniam venisset; quum sub ditione Persei et ante Philippi fuissent.*

§. 3. *Tum posteaquam res Romana*] *Tum quam res Romana* Flor. a m. 1. Voss. et Lov. 3. in contextu. *Tum quia res Rom.* Flor. a m. 2. *Tum quoniam res Rom.* Lov. 3. in margine, et Lov. 5. *Tum quando res Rom.* Lov. 4. *Tum quod res Rom.* Exc. Pithoei. *Tum cum res Rom.* Lov. 1. Gronovius 4. Obs. p. 169. conjicit scribendum *Cumque res Rom.* quod in Lov. 2. mihi plane obvium fuit. Et hunc in contextum recipere ausus sum. Idem autem Lov. 2. mox legit *velut ab inferis resurgere videatur, novam* etc.

Tum quia res contra spem votaque ejus velut resurgeret, turpius videatur novam referre proditionem: ut proditis pro septemvirali judicio esset, semperque aliunde sentiret, infidus socius, vanus hostis] Opinor sic emendandum, *nunc quia res Romana contra spem votaque ejus velut resurgeret rursus*, vel *resurgere rursus videatur*, vel *turpius audeat novam referre proditionem, ut proditis pro septemvirali judicio esset, semperque aliunde sentiat:* vel, *proditi spolium, proinde in tali judicio esse statuendum, ut se sentiat:* vel, *pollicentem mobili judicio*, vel *pollutum virum levemque, et semper alium se sentiat, infidus socius, vanus hostis.* Ne quis tamen miretur, quod multis modis eundem locum emendamus, cum verus, nisi unus, esse non possit. Nam facimus more illius apud Plautum senis, qui complures ex praeda servos coëmit unius certi postea in iis reperiendi gratia. VALLA. Quid *septemvirale judicium* hoc sibi loco velit, ut ingenue fatear, haud intelligo. quare vide, an *semet virali judicio* legi possit, ut novo quodam modo sit a Livio dictum, sed in ea consultatione prius usurpatum, ut esset sensus, suo ipsius judicio Altinium persuasum habuisse, oportere se inpune variare proditionem. SABELL. His verbis et quae sequuntur aliena videntur, et quae praecedunt, male cohaerere, et prioribus et hisce jam positis. Nam quis intelliget haec? *Tum postquam* etc. *turpius videatur*, cum non praecesserit *cum*? Porro *septemvirale judi-*

Digitized by Google

proditionem proditis olim; qui aliunde stet semper, aliunde sentiat, infidus socius, vanus hostis; ad Faleriorum Pyrrhive proditorem tertium transfugis
4 *documentum esset.* Contra ea consulis pater Fabius, *temporum oblitos homines, in medio ardore belli,*

cium quod sit, cum Sabellico ingenue fateor me nescire. Quidam pro *proditis* legunt *proditio*, ut codex Moguntinus. Veteres etiam aliquot codices habebant *proditus:* verum nullus inde sensus est. Septemvirorum epulonum mentio apud Fenestellam, sed nihil de judicio proditionis. Laurentius Valla hoc loco mirum in modum luctatus est; at nihil promovit. GLAR. Vet. lib. *proditis pelli septemvirali judicio est.* Locus depravatus est. SIG. Locus hic nulla ope a me juvari potuit. Ponam mei libri scripturam veterem, *ut proditis pelli v. m. virali indictione et semper aliunde sentiat, infidus,* et haec interpretari decem Sibyllas jubebo. LIPS. 4. Ep. Quaest. 1. Quomodo variis divinationibus hunc locum distrahat Valla, ipse apud eum videas, licet. Modestior Lipsius; qui, diffidens ingenio suo eximio, hunc locum deposuit immedicabilem. Pall. 1. ac 3. *proditis polli septemvirali judicio est, et semper aliunde sentiat infidus socius.* sec. *proditis pelli.* vet. ed. *ut proditis pro septemvirali judicio esset, semperque aliunde sentiret invidus socius.* Haec ego quoque decem Sibyllas cum Lipsio interpretari jubebo. GEBH. Varie etiam hunc locum tentarunt Schegk. in Praemess. ep. 2. et Klockius in epist. quam edidit Cel. Burm. in Syllog. epist. tom. 1. p. 395. qui videri possunt. Verum locus hic vitam ac salutem debet Magno Gronov. qui quemadmodum ex variis lectionibus plurimorum codicum eam, quae nunc vulgo exstat, lectionem acri judicio eruerit, disci potest ex ejus 4. Obs. p. 169. et seqq. Quum autem vel easdem, vel in paucis tantum apicibus dissentientes lectiones in codicibus meis repererim, iis recensendis lectorem non fatigabo.

Ad Faleriorum Pyrrhique proditorem tertium transfugis documentum esset] Faleriis ludi magister principum liberos Camillo tradidit; Nicias vel Timochares, se veneno sublaturum esse Pyrrhum, Fabricio pollicitus est. in utrumque animadversum est. Liv. l. 5, [27.] Gellius 3, 8. SIG. Mihi non apparet, unde pendeat *esset. novam referre proditionem* puto esse, ad proditos olim afferre, iis offerre, ostendere: et *ad proditorem,* praeter proditorem, additum, adjectum proditori. 30, 1, 4. *Bello quoque bonus habitus ad cetera, quibus nemo ea tempestate civis instructior habebatur.* Sed pro *proditorem* melius forsan sit *proditores.* DUKER. *To ad* recte exponit Cl. Dukerus. Supra 3, 62, 1. *Ad id, quod sua sponte satis conlectum animorum erat, indignitate etiam Romani accendebantur.* 35, 32, 3. *Terrestres navalesque copias commemorando, ingentem vim peditum equitumque venire, ex India elephantos: ad omnia tantum advehi auri, ut* etc. *esset* autem, quia obliqua oratione refert Livius sententiam ducum in consilium vocatorum de Dasio, quod *sit* expressisset directa oratione. Praeterea *Falisco-*

Digitized by Google

tamquam in pace, libera de quoque arbitria agere, ajebat: *Qui, quum illud potius agendum atque eis* 5 *cogitandum sit, si quo modo fieri possit, ne qui socii a populo Romano desciscant, id non cogitent; documentum autem dicant statui oportere, si quis re-*

rum Ber. V. ad 5, 27, 4. Vox *tertium* deest in Exc. Pithoei.

§. 4. *Tamquam in pace, libera de quoque arbitrari et agere ajebat*] MSS. *libera de quoque arbitrii agere.* Et indubitanter Liviana lectio est, *libera de quoque arbitria agere.* LIPS. 4. Epist. Quaest. 1. Vulgatam lectionem fulcit prisca ed. sed Pall. 1. ac 3. *libera de quoque arbitrii agere agebat.* Mihi genuina videtur Pal. 2. scriptura *libera de quoque arbitria agere,* quam probavit etiam Cl. Lipsius. GEBHARD. Praeterquam quod plerique codd. similes lectionum varietates obferant, ac viri docti ex suis etiam protulerunt, insuper Hav. *libero de quoque arbitrio agere* legit. Sed id, quod Lipsius recte conjecit, jam tempore Vallae vulgo in Mstis, certe in Msto regio, exstitit; ut patet ex verbis, quae adnotationi ad §. praec. praescripsit, sed quorum partem, ne nimia longitudine taedio forem, omisi. Locutionem autem *agere arbitria* inlustrat Gronov. 4. Obs. p. 175. Paullo ante *oblitos omnes*, pro *homines*, Exc. Pithoei sollemni scribarum errore. V. ad 3, 54, 6.

§. 5. *Quum illud potius agendum atque eis cogitandum sit, si quo modo fieri posset, ne qui socii a populo Romano desciscant, et non vocitent documentum aut dicant*] Opinor sic emendandum: *Quum illud potius agendum atque eis cogitandum sit,* (*si quo modo fieri possit*) *ne qui socii a populo Romano desciscant, vel, qui desciverunt, etiam novo metu dubitent,* vel *novo metu redire dubitent. Documentum haud dicant statui* etc. VALLA. Emendatiores codices habent *ducant.* ego *dicant* potius legerim. SABELL. Et hunc et praecedentem locum mutare lectione conatus est Sabellicus, cum neutrum intelligeret, pro *septemvirali*, *semetvirali*; *dicant*, pro *ducant*, legens. Hic vero si particula *autem* sequatur verbum *documentum*, praecedatque colus, nullus prorsus erit sensus. Ego vero totum locum ita legerim: *Cum illud potius agendum atque eis cogitandum sit, si quo modo fieri possit, ne qui socii a populo Romano desciscant, neque vocitent documentum, neque gravius in eum ducant statui oportere, si quis resipiscat.* GLAR. Vet. lib. *et non nocitivum documentum.* Et hic locus insanabilis est, nisi quis, de suo addens, divinare velit. SIG. Libri veteres ita habent: *Documentum aut ducant statui oportere non nocitivum.* Ita igitur emendo eum locum, quem insanabilem esse pronunciavit Sigonius. Primum illud *Documentum aut ducant* ajo librarii esse, utro modo scriptum esset, ambigentis. Deinde illud *et non vocitent* factum esse ex eo, quod paulo post sequitur *non nocitivum*, et positum loco non suo. Quibus positis ita lego *Documentum statui oportere non nociturum, si quis resipiscat, et antiquam societatem*

Digitized by Google

6 *sipiscat, et antiquam societatem respiciat. Quod si abire ab Romanis liceat, redire ad eos non liceat; cui dubium esse, quin brevi deserta ab sociis Romana res, foederibus Punicis omnia in Italia juncta vi-*
7 *sura sit? Se tamen non eum esse, qui Altinio fidei quidquam censeat habendum, sed mediam consecuturum*
8 *consilii viam. neque eum pro hoste, neque pro socio in praesentia habitum, libera custodia haud procul a castris placere in aliqua fida civitate servari per belli tempus: perpetrato bello, tum consultandum, utrum defectio prior plus merita sit poenae, an hic reditus*

respiciat. Est autem optima et gravissima sententia; et Thucydidea: Ὅυτε ἀνέλπιστον καταστῆσαι τοῖς ἀποστάσιν, ὡς ὄυκ ἔσαι μεταγνῶναι. MURET. 15. Var. lect. 16. Quemadmodum Schegkius in Praemess. ep. 2. et Klockius in epist. quam edidit Cel. Burm. in Syllog. epist. tom. 1. p. 395. urendo secando, sive mutando transponendo, huic loco subcurrere conati sint, lector apud ipsos videre potest: ego iis recensendis, quum a vero non tantum, sed etiam a verisimilitudine plane aberrarint, non immorabor. Potius dicam, Gronov. 4. Obs. postquam p. 175. et 176. Glareani et Mureti conjecturas admitti non posse docuisset, primo p. 177. ita emendare, *ne qui socii a populo Romano desciscant, Poenum vocitent: documentum autem dicatur statui oportere.* postea vero p. 182. totum locum ita refingere: *Qui, quod illis potius agendum atque cogitandum sit, si quo modo fieri possit, ne qui socii populi Romani desciscant, id non cogitent; documentum autem dicant statui oportere.* Ei in plerisque adsentior, et non nisi in paucis, iisque levioribus, dissentio. Et quidem pro *et non vocitent*, quod omnes codd. etiam integerrimi, constanter servant, sed sensum commodum efficere nequit, optime cum correxisse puto *id non cogitent.* Certe id longe praestat, quam ut *vocitent* cum Doujatio exponamus, modo hos modo illos advocent, et partes mutent, aut emendemus *vacillent.* — Quod nuper etiam placuit Cl. Trillero 1. Obs. Crit. 10. — Praeterea vocem *Qui* recte a principio addit, ex conjectura quidem, sed quam confirmat Ber. Q, et virgula per caudam literae trajecta, scribens; ea autem nota facile mutari potest in aliam *et*, quam hujus pronominis loco servant Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Proxima ita scribunt plerique codd. *quum illud potius agendum atque eos cogitandum sit;* quorum loco eam, quam modo memoravi, lectionem refinxit. Hav. legit *quum illud potius agendum atque inter eos cogitandum sit;* quod ex interpolatione natum, facile largior. Mihi vulgatum *quum illud potius agendum atque eis cogitandum sit*

Digitized by Google

veniae. Fabio adsensum est. catenisque ligatus, tra- 9
ditur et ipse et comites: et auri satis magnum pon-
dus, quod secum tum adtulerat, ei servari jussum.
Calibus eum interdiu solutum custodes sequebantur: 10
nocte clausum adservabant. Arpis domi primum
desiderari quaerique est coeptus: dein fama, per to- 11
tam urbem vulgata, tumultum, ut principe amisso,
fecit: metuque rerum novarum extemplo nuncii ad
Hannibalem missi. Quibus nequaquam obsensus 12
Poenus, quia et ipsum, ut ambiguae fidei virum, su-
spectum jam pridem habebat, et caussam nactus

servandum videtur; possem tamen concedere, ut *eis* deleatur; id etiam, attamen difficilius, ut *illud* in *illis* mutetur; cur vero *quum* in *quod* mutandum foret, nondum adsequor. Non etiam adversor *a populo Romano* mutanti in *populi Romani*, quia praepositionem ignorant Flor. a m. 1. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. et Hav. Rationibus subductis, eam probavi lectionem, quam in contextum recepi, nihil conjecturae dans, nisi quod, ut Gronov. volebat, *id non cogitent*, pro *et non vocitent*, admiserim.

§. 7. *Qui Altinio fidei quidquam censeat habendum*] Plerique hic depravati sunt codd. Nam *fidei nequiquam* Flor. Voss. et Lov. 3. *fidei nequaquam* Lovel. 4. et Ber. *fidei nequicquam* Lov. 1. 2. 5. Harl. et Hav. *altro foederi nequicquam* Gaertn. *alienae fidei* Latinii Brancal. *Altino*, pro *Altinio*, Voss. Lov. quinque, Harl. et Hav. Mox §. seq. *civitate eum servari*, addita media voce, Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et typis exarati ante Aldum. Sed pronomen jam praecessit. Tum *prior defectio* Flor. et Harl. *defectio prima* Lovel. 4.

§. 5. *Catenisque ligatus, traditur et ipse et comites*] *catenisque ligatis* Flor. Voss. Lov. 3. et Hearnii N. Idem etiam Gronov. in optimis invenerat. Hinc 4. Obs. p. 182. conjicit, ut in Petav. juniore legitur, *catenisque ligati traditus et ipse et comites.* vel *catenisque traditus*, voce media omissa. Ceterum antiquissimae edd. *traditur*, cui Aldus substituit *traditus*; id autem obtinuit usque ad ultimam Gruteri ed. in quam iterum *traditur* receptum est, lectionem eam probantibus ac servantibus omnibus recentioribus. Interim tamen *traditus* est in Flor. Cant. Lov. 1. et Harl.

§. 11. *Tumultum, ut principe amisso, fecit*] Ita Gronov. ad 29, 1, 22. ex Put. et Pet. meliori emendabat, neque, cur spernatur, caussam esse, postea monuit 4. Obs. p. 182. Consentit Flor. et forte Cant. *ut pro principe* invenio in Harl. quod sibi quoque, vel *pro ut principe*, in aliis

Digitized by Google

erat tam ditis hominis bona possidendi vendendique;
13 ceterum ut irae magis, quam avaritiae, datum crederent homines, crudelitati quoque gravitatem addi-
14 dit: conjugemque ejus ac liberos in castra adcitos, quaestione prius habita, primum de fuga Altinii, deinde quantum auri argentique domi relictum esset, satis cognitis omnibus, vivos combussit.

1 XLVI. Fabius, ab Suessula profectus, Arpos primum institit obpugnare. ubi quum a quingentis fere passibus castra posuisset, contemplatus ex propinquo situm urbis moeniaque, quae pars tutissima moenibus erat, qua maxime neglectam custodiam vidit, ea
2 potissimum adgredi statuit. Comparatis omnibus,

obvium fuisse Gronov. ibidem testatur. Antea edebatur *tumultum pro principe.*

Nuncii ad Hannibalem missi] Duo media vocabula recidunt in Flor. Cant. Voss. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 2. ac N. Eadem se etiam in nullo cod. invenisse, atque hoc adsuto centunculo Livii verba exoneranda esse, monuit Gronov. 4. Obs. p. 183.

§. 13. *Crudelitati quoque gravitatem addidit*] *crudelitatem quoque gravitati* Flor. quod in Mstis nonnullis etiam Gronov. reperit; cui quum vulgata lectio displiceret, inde scribendum conjecit *crudelitatem quoque rapacitati addidit*, 4. Obs. p. 183. Cl. Joh. Alex. Roëllius malebat *crudelitatis quoque gravitatem addidit.*

§. 14. *Primum de fuga, deinde quantum auri*] *de fuga abinde quantum* Lov. 4. *de fuga deinde in quantum* Lov. 3. et Hearnii D. *de fuga aliunde quantum* ejusdem L. 1. et Cant. *de fuga, deinde aliunde in quantum* Voss. Lov. 1. et Hearnii N. *de fuga deinde aliunde quantum* Lov. 2. *de fuga aliunde in quantum* Flor. et nonnulli Gronovii codd. *de fuga aliinde in quantum* Put. cujus vestigiis insistens idem Gron. 4. Obs. p. 184. conjicit *de fuga Altinii, dein quantum.* Id autem recte substituit alteri conjecturae *de fuga Dasii*, quam in priori not. ed. proposuerat.

§. 1. *Ubi quum a mille fere passibus*] Put. *ad fere passibus*, expuncto τοῦ *mille.* ut et plane Pet. melior. Scribe *a quingentis fere passibus.* Numerus litera *D* significabatur. J. FR. GRON. Put. consentit codex Flor.

Qua maxime neglectam custodia vidit, ea potissimum] *quia maxime* Voss. Lov. 4. Harl. Ber. a m. 1. Gaertn. Hav. et pr. edd. *eam* etiam Lov. 4. et Ber. Sed recte *qua* primi restituerunt

Digitized by Google

quae ad urbes obpugnandas usui sunt, centurionum robora ex toto exercitu delegit, tribunosque viros fortes eis praefecit, et milites sexcentos, quantum satis visum est, adtribuit: eosque, ubi quartae vigiliae signum cecinisset, ad eum locum scalas jussit ferre. Porta ibi humilis et angusta erat, via infrequen- 3
ti per desertam partem urbis: eam portam scalis prius transgressos ad murum pergere, et ex interiore parte vi claustra refringere jubet, et tenentes partem urbis cornu signum dare, ut ceterae copiae admoverentur: parata omnia atque instructa sese habiturum. Ea inpigre facta: et, quod inpedimen- 4
tum agentibus fore videbatur, id maxime ad fallen-

Colon. anno 1525. Cervicorn. Ascens. anno 1530. et Frob. anno 1535. quod postea reliqui servarunt. Deinde *neglectam custodiam* Lov. 1. 2. 5. quod in Victor. repertum Cl. Crevier. in contextum recepit: qui et ejusdem cod. lectionem *videt* merito anteponi posse vulgato *vidit* existimat. Similiter apud me legunt Voss. Lov. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. omnesque, quas consului, edd. usque ad Aldum.

§. 3. *Eam portam scalis prius transgressos ad murum pergere*] Teste Cl. Crevier. Put. exhibet *transgressos amurum perire;* ultimae autem voci manus 2. superscripsit *ge*, unde id, quod vulgo legitur, propagatum, at contra ex vestigiis optimi codicis emendandum esse conjecit, *eam portam, scalis prius transgressos murum, aperire.* Non enim necesse esse, portam scalis transgressos ad murum pergere, quum in ipso muro sint. Contra, unam vocem transponens, loco male adfecto subcurrere conatur Cl. Joh. Alex. Roëllius, legendo *ad eam portam s. p. transgressos murum pergere:* non enim prius portam aperiebant, dein claustra refringebant.

Et ex interiore parte claustra refringere jubet] Pall. 1. 3. conjunctione *et* omissa, *ex interiore parte aut claustra refr.* sec. *ante claustra.* GEBH. Iidem pluresque boni *ex interiore parte aut claustra refringere jubet.* Scribe *vi claustra refringere jubet, et tenentes.* J. FR. GRON. *To et* deest etiam in Flor. Cant. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Verum illud interceptum videtur a sequenti *ex.* V. ad 44, 43, 3. Deinde *aut claustra* Flor. Cant. Lov. 2. 3. 4. Harl. et Hearnii Oxon. *ante claustra* Lov. 5. Hafn. Gaertn. et Hav. *at castra* Lov. 1. Gronov. pr. ed. not. legebat *et claustra refringere, et tenentes.* at praeferenda hoc loco proposita ejus conjectura. Mox *instructa esse habiturum*

Digitized by Google

dum adjuvit. imber, ab nocte media coortus, custodes vigilesque, dilapsos e stationibus, subfugere in tecta
5 coëgit: sonituque primo largioris procellae strepitum molientium portam exaudiri prohibuit; lentior deinde aequaliorque accidens auribus magnam par-
6 tem hominum sopivit. Postquam portam tenuerunt, cornicines in via paribus intervallis dispositos cane-
7 re jubent, ut consulem excirent. Id ubi factum ex composito est, signa efferri consul jubet, ac paullo ante lucem per effractam portam urbem ingreditur.
1 XLVII. Tum demum hostes excitati sunt, jam et

Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Harl. V. ad 40, 26, 5. *instructa sese esse habiturum* Ber. a m. 1. et edd. ante Ald. *instructa se esse habiturum* Ber. a m. 2.

§. 4. *Ad fallendum juvit. imber a nocte media coortus*] Put. *ad fallendum adjuvit. imber ab nocte.* Alii *imber ea nocte.* J. FR. GRON. Put. consentit Mstum Flor. *adjuvit* etiam quidam alii. *ea nocte* autem Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. et Harl. Utraque lectione juncta, *imber ab ea nocte media* Gaertn. Mox *delapsos*, pro *dilapsos*, Voss. Lov. 3. 4. 5. et Hav. V. ad 23, 45, 3. *lapsos e stationibus* Flor.

§. 5. *Strepitum demolientium portam exaudiri prohibuit*] Scripti *strepitum molientium portam exaudiri prohibuit.* 6, [11, 8.] *Non contentus agrariis legibus fidem moliri coepit.* id est, labefactare. 9, [3, 3.] *Num montes moliri sede sua paramus?* 25, [36, 10.] *Neque transilire, neque moliri objecta onera facile erat.* Tacit. 1. Annal. [39.] *Concursuque ad januam facto moliuntur fores.* 2, [82.] *Cursant per urbem, moliuntur templorum fores.* J. FR. GRON. Ita et Flor. Voss. Lov. 1. et Hearnii N. Supra 6, 33, 11. *Nec Romanos subeuntes moenia, molientesque obices portarum arcere possunt.* 23, 18, 2. *Moliri portas, et claustra refringere parat.* V. ad 9, 3, 3. et 25, 36, 10. Paullo ante *sonitusque primo* Harl. Gaertn. Hearnii D. et Branc. Latinii. Male. Referendum est enim ad imbrem. V. ad 22, 30, 10.

Lentior deinde aequaliorque accidens auribus] Pal. 2. *lentior aequabiliorque accedens auribus.* Reliqui quoque libri *accedens.* GEBH. *accedens* etiam Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et vett. edd. quod deinde Froben. anno 1531. in *accidens* mutavit. V. supra ad 10, 41, 7.

§. 6. *Posteaquam partem tenuerunt*] Omnes *Postquam portam tenuerunt.* J. FR. GRON. Illud *partem* ex operarum errore demum natum erat in ed. Francof. anni 1578. Non modo enim codd. omnes, sed etiam typis

Digitized by Google

imbre conquiescente, et propinqua luce. Praesi- 2
dium in urbe erat Hannibalis, quinque millia ferme armatorum: et ipsi Arpini tria millia hominum armabant. eos primos Poeni, ne quid ab tergo fraudis esset, hosti obposuerunt. Pugnatum prima in 3
tenebris anguſtisque viis eſt: quum Romani non vias tantum, sed tecta etiam proxima portae, occupassent, ne peti superne ac vulnerari poſſent. Cogni- 4
ti inter se quidam Arpinique et Romani; atque inde conloquia coepta fieri, percunctantibus Romanis, quid sibi vellent Arpini? quam ob noxam Romano- 5

exarati vetuſtiores *portam* obferunt. Ceterum Cl. Crevier. in quibusdam scriptis se *tenebant* inveniſſe monuit, quam lectionem ex meis servant Flor. et Cant. *tenebat* vero Harl. prioribus bonitate proximus.

§. 2. *Et ipsi Arpini tria millia hominum armabant*] Quid si *armarant* legamus? Neque enim eo ipso momento, quo Romani jam urbem ingrediebantur, tot millia hominum armare poterant. DUK. Ita quidem facile peccari potuit ob similitudinem τῶν *B* et *R*. V. ad 22, 24, 1. Codd. tamen nihil mutant; nisi quod omnia haec verba exsulent ab Hearnii L. 1. sola vox *hominum* a Lov. 4. et 5. In verbis autem praecedentibus τὸ *ferme* non adparet in Lov. 3. at, eo transposito, *ferme millia* legunt Ber. Gaertn. et typis vulgati ante Aldum. *millia fere* Harl. V. ad 37, 38, 5.

Ne quid ab tergo fraudis esset] Pal. 3. *fraudi esset*. GEBH.

§. 3. *Tecta etiam proxima portae occupassent*] *proxima parte* Voſſ. solito scribarum errore. V. ad 4, 46, 6. 10, 34, 9. aliisque locis. *proxima porta* Harl. unde conjici poſſet *proxima portam*. V. ad 8, 32, 12. Quum tamen omnes reliqui codd. diſſentiant, ac vulgatum tueantur, unius iſtius librarium aberraſſe puto, et quidem simili errore, ac supra notavi ad 6, 3, 8. Mox *peti superne aut vulnerari* Voſſ. Lov. 2. 4. Ber. Gaertn. et edd. Aldina priores. V. ad 21, 53, 3.

§. 5. *Quam ob noxam Romanorum, quod ob meritum Poenorum*] Pal. 2. *quam ob noxiam Romanorum, quod autem ob meritum P.* tert. *quod meritum Poen.* GEBH. Reſinge cum Put. et Pet. *quod aut meritum.* quo et caeteri alludunt. J. FR. GRON. Eſt tamen satis insolens sermo *quod aut meritum*, pro *aut quod meritum*. Non incommode ex *aut* puto fieri poſſe *autem* Cic. pro Cluent. 9. *Quae deinde interceptio poculi? cur non de integro autem datum?* et 5. Fam. ep. 12. *Neque enim tu is es, qui, quid sis, nescias*, etc. *neque autem ego sum ita demens.* DUK. Optimis consentit Flor. *quod aut ob meritum* Haſn. Paullo ante §. praec. *Arpini et Romani* Lov.

Digitized by Google

[illegible], quod aut meritum Poenorum, pro alienigenis [illegible] barbaris, Italici adversus veteres socios Romanos [illegible] gererent, et vectigalem ac ſtipendiariam Ita[illegible] Africae facerent? Arpinis purgantibus, igna[illegible] omnium se venum a principibus datos Poeno, [illegible] obpreſſosque a paucis eſſe. Initio orto, plu[illegible] cum pluribus conloqui. poſtremo praetor Arpi[illegible] ab suis ad consulem deductus; ſideque data in[illegible] signa aciesque, Arpini repente pro Romanis ad[illegible] Karthaginiensem arma verterunt. Hispani [illegible], paullo minus mille homines, nihil praeter-

ea

[illegible] Ber. omnesque, quas con[illegible] edd. ante Aldinam. Male. [illegible] 30, 2.

[illegible]*vectigalem ac stipendiariam* [illegible] *Africae*] Pal. 1. *vectiga*[illegible] *stipendia militaria Ita*[illegible] GEBH. Ita et Voſſ. Lov. 1. 2. [illegible] Hav. *ac stipendia mili*[illegible] Flor. a m. 1. Cant. et Hafn.

[illegible] *Datos poene captos ob*[illegible] *a paucis esse*] Optimi: [illegible] *omnium se venum a* [illegible] *datos Poeno, captos* [illegible] *paucis esse.* J. [illegible] haec verba vi[illegible] inctio maxima. [illegible] a Cl. Dukeri [illegible] od et omnes [illegible] rum fecerunt, [illegible] perperam in[illegible] raeterea *Pos*[illegible] ullo ante *ve*[illegible] male Brancal.

[illegible] *Karthaginien*[illegible]*e*] Put. et Can[illegible] ego scio, duo [illegible] lices, *Cartha*[illegible] *giniensem.* quod non negligendum. et saepe simile occurrit. JAC. GRON. *adversus Karthaginiensem* etiam Flor. a m. 1. et Hearnii N. V. ad 3, 2, 11. Eamdem lectionem in optimis libris supereſſe, Crevier. monuit. Ita igitur edi juſſi.

§. 8. *Paullo minus mille homines*] *minus quam mille* Ber. Sed supplementum eſt scribae vel interpretis. Locutionem Livianam inluſtravi ad 3, 64, 10. et 10, 37, 3. *minus X homines* Voſſ. Lov. 1. a. 3. Harl. et Gaertn. *minus decem homines* Lov. 4. et Hearnii L. 1. ac D. *minus homines X.* Cantabr. Saepe notae numerales *X* et ∞ commutantur. V. ad 33, 14, 5. *minus duo M. homines* Lovel. 5.

§. 9. *Ad Hannibalem Salapiam venerunt*] *Salpiam* Lov. 1. 2. et Voſſ. V. Doct. Oudend. ad Lucani 5, 377. *Salapiam ad Hannibalem* transponunt iidem codd. et Ber. ac Gaertn. cum edd. ante Aldum.

§. 10. *Restituti Romanis*] Pal.

Digitized by Google

ea cum consule pacti, quam ut sine fraude Punicum emitteretur praesidium, ad consulem transtulerunt signa. Karthaginiensibus portae patefactae, emissi- 9
que cum fide incolumes ad Hannibalem Salapiam venerunt. Arpi sine clade ullius, praeterquam unius 10
veteris proditoris, novi perfugae, restituti ad Romanos. Hispanis duplicia cibaria dari jussa: operaque 11
eorum forti ac fideli persaepe respublica usa est. Quum consul alter in Apulia, alter in Lucanis esset; 12
equites centum duodecim nobiles Campani, per speciem praedandi ex hostium agro, permissu magistratuum ab Capua profecti, ad castra Romana,

pr. *restitutis ab Romanis.* sec. *restituti ad Romanis.* tert. *restituti ab Romanis.* GEBH. Put. *ab Romanos.* Voss. et Pall. *ab Romanis.* Lege *restituti ad Romanos.* Ut 2, [49, 7.] *Sospites brevi in patriam ad parentes restituant.* 27, [15, 2.] *Iisdem ferme diebus et ad Q. Fabium consulem Hirpini et Lucani dediderunt sese.* 28, [22, 5.] *Nec deditio tuta ad tam infestos videbatur.* J. FR. GRON. *restituti ab Romanis* Voss. Lov. quinque, Gaertn. Ber. a m. 1. Hafn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Moguntinam. *restituti ab Romanos* Flor. a m. 1. *ad Romanos* Flor. a m. 2. Harl. et Ber. a m. 2. quod recte Gronov. probavit, ac recepit. Supra 2, 13, 6. *Sospites omnes Romam ad propinquos restituit.* 5, 28, 4. *Romam inde sospites restituit.* Paullo ante *Arpini,* pro *Arpi*, male Lov. 2. Hav. et Brancal. Latinii.

§. 11. *Duplicia cibaria*] Hoc est, duplex frumentum. Lipsius 5. Mil. Rom. 16. et Schelius ad Polyb. c. 7. DUK. V. ad 2, 59, 11.

§. 12. *Consulum alter in Apulia*] Ita quoque maluit loqui Livius 2, 17, 3. et 27, 7. 3, 4, 2. 9, 16, 2. ubi mutaverant, et c. 29, 3. et 32, 2. ubi vide. Sed quum, quidquid hoc est, ex voluntate Livii pendeat, eaque ex primis MSS. cognosci debeat; potius erit, ut hic cum Put. Voss. Gud. Cantabr. legamus *consul alter.* Sic quoque enim alibi saepe, et 32, 8, 3. Rursus 31, 6, 2. MS. Thuaneus mihi exhibebat, et patri Petav. *alteri consulum Aurelio,* non *consuli*, ut vulgo. JAC. GRON. *consulum alter* Livio familiaris est locutio. V. ad 9, 32, 2. Hic tamen verius esse *consul alter*, Gronovii codicibus consentiunt Flor. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. et plures Crevier. Id igitur recepi. Mox *equites centum duodecim*, vel *CXII*, omnes mei, ut et edd. usque ad Gruter. ultimam, quae copulativam *ac* inseruit. Eam, patientius a nostrioribus editoribus iterum expunxi.

Permissu magistratuum ab Capua profecti] C

Digitized by Google

rum, quod aut meritum Poenorum, pro alienigenis ac barbaris, Italici adversus veteres socios Romanos bellum gererent, et vectigalem ac stipendiariam Ita-
6 liam Africae facerent? Arpinis purgantibus, ignaros omnium se venum a principibus datos Poeno,
7 captos obpressosque a paucis esse. Initio orto, plures cum pluribus conloqui. postremo praetor Arpinus ab suis ad consulem deductus; fideque data inter signa aciesque, Arpini repente pro Romanis ad-
8 versus Karthaginiensem arma verterunt. Hispani quoque, paullo minus mille homines, nihil praeter-

ea

2. 4. Ber. omnesque, quas consului, edd. ante Aldinam. Male. V. ad 10, 30, 2.

Vectigalem ac stipendiariam Italiam Africae] Pal. 1. *vectigalem ad stipendia militaria Italiam*. GEBH. Ita et Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. atque Hav. *ac stipendia militaria* Flor. a m. 1. Cant. et Hafn.

§. 6. *Datos poene captos obpressosque a paucis esse*] Optimi: *ignaros omnium se venum a principibus datos Poeno, captos oppressosque a paucis esse*. J. FR. GRON. Post haec verba videtur requiri distinctio maxima. DUK. Ex sententia Cl. Dukeri locum distinxi, quod et omnes editores ante Gruterum fecerunt, cujus ultima ἔκδοσις perperam interpungere coepit. Praeterea *Poeno* etiam Flor. Paullo ante *verum*, pro *venum*, male Brancal. Latinii.

§. 7. *Adversus Karthaginienses arma verterunt*] Put. et Cantabr. hoc est, quod ego scio, duo optimi omnium codices, *Carthaginiensem*. quod non negligendum. et saepe simile occurrit. JAC. GRON. *adversus Karthaginiensem* etiam Flor. a m. 1. et Hearnii N. V. ad 3, 2, 11. Eamdem lectionem in optimis libris superesse, Crevier. monuit. Ita igitur edi jussi.

§. 8. *Paullo minus mille homines*] *minus quam mille* Ber. Sed supplementum est scribae vel interpretis. Locutionem Livianam inlustravi ad 3, 64, 10. et 10, 37, 3. *minus X homines* Voss. Lov. 1. a. 3. Harl. et Gaertn. *minus decem homines* Lov. 4. et Hearnii L. 1. ac D. *minus homines X*. Cantabr. Saepe notae numerales *X* et ∞ commutantur. V. ad 33, 14, 5. *minus duo M. homines* Lovel. 5.

§. 9. *Ad Hannibalem Salapiam venerunt*] *Salpiam* Lov. 1. 2. et Voss. V. Doct. Oudend. ad Lucani 5, 377. *Salapiam ad Hannibalem* transponunt iidem codd. et Ber. ac Gaertn. cum edd. ante Aldum.

§. 10. *Restituti Romanis*] Pal.

Digitized by Google

ea cum consule pacti, quam ut sine fraude Punicum emitteretur praesidium, ad consulem transtulerunt signa. Karthaginiensibus portae patefactae, emissique cum fide incolumes ad Hannibalem Salapiam venerunt. Arpi sine clade ullius, praeterquam unius veteris proditoris, novi perfugae, restituti ad Romanos. Hispanis duplicia cibaria dari jussa: operaque eorum forti ac fideli persaepe respublica usa est. Quum consul alter in Apulia, alter in Lucanis esset; equites centum duodecim nobiles Campani, per speciem praedandi ex hostium agro, permissu magistratuum ab Capua profecti, ad castra Romana,

9 10 11 12

pr. *restitutis ab Romanis.* sec. *restituti ad Romanis.* tert. *restituti ab Romanis.* GEBH. Put. *ab Romanos.* Voss. et Pall. *ab Romanis.* Lege *restituti ad Romanos.* Ut 2, [49, 7.] *Sospites brevi in patriam ad parentes restituant.* 27, [15, 2.] *Iisdem ferme diebus et ad Q. Fabium consulem Hirpini et Lucani dediderunt sese.* 28, [22, 5.] *Nec deditio tuta ad tam infestos videbatur.* J. FR. GRON. *restituti ab Romanis* Voss. Lov. quinque, Gaertn. Ber. a m. 1. Hafn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Moguntinam. *restituti ab Romanos* Flor. a m. 1. *ad Romanos* Flor. a m. 2. Harl. et Ber. a m. 2. quod recte Gronov. probavit, ac recepit. Supra 2, 13, 6. *Sospites omnes Romam ad propinquos restituit.* 5, 28, 4. *Romam inde sospites restituit.* Paullo ante *Arpini,* pro *Arpi*, male Lov. 2. Hav. et Brancal. Latinii.

§. 11. *Duplicia cibaria*] Hoc est, duplex frumentum. Lipsius 5. de Mil. Rom. 16. et Schelius ad Polyb. c. 7. DUK. V. ad 2, 59, 11.

§. 12. *Consulum alter in Apulia*] Ita quoque maluit loqui Livius 2, 17, 3. et 27, 7. 3, 4, 2. 9, 16, 2. ubi mutaverant, et c. 29, 3. et 32, 2. ubi vide. Sed quum, quidquid hoc est, ex voluntate Livii pendeat, eaque ex primis MSS. cognosci debeat; potius erit, ut hic cum Put. Voss. Gud. Cantabr. legamus *consul alter.* Sic quoque enim alibi saepe, et 32, 8, 3. Rursus 31, 6, 2. MS. Thuaneus mihi exhibebat, et patri Petav. *alteri consulum Aurelio,* non *consuli,* ut vulgo. JAC. GRON. *consulum alter* Livio familiaris est locutio. V. ad 9, 32, 2. Hic tamen verius esse *consul alter*, Gronovii codicibus consentiunt Flor. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. et plures Crevier. Id igitur recepi. Mox *equites centum duodecim*, vel *CXII*, omnes mei, ut et edd. usque ad Gruter. ultimam, quae copulativam *ac* inseruit. Eam, patientius a posterioribus editoribus servatam, iterum expunxi.

Permissu magistratuum ab Capua profecti] Credemusne ita

Digitized by Google

rum, quod aut meritum Poenorum, pro alienigenis ac barbaris, Italici adversus veteres socios Romanos bellum gererent, et vectigalem ac stipendiariam Ita-
6 liam Africae facerent? Arpinis purgantibus, ignaros omnium se venum a principibus datos Poeno,
7 captos obpressosque a paucis esse. Initio orto, plures cum pluribus conloqui. postremo praetor Arpinus ab suis ad consulem deductus; sideque data inter signa aciesque, Arpini repente pro Romanis ad-
8 versus Karthaginiensem arma verterunt. Hispani quoque, paullo minus mille homines, nihil praeterea

2. 4. Ber. omnesque, quas consului, edd. ante Aldinam. Male. V. ad 10, 30, 2.

Vectigalem ac stipendiariam Italiam Africae] Pal. 1. *vectigalem ad stipendia militaria Italiam*. GEBH. Ita et Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. atque Hav. *ac stipendia militaria* Flor. a m. 1. Cant. et Hafn.

§. 6. *Datos poene captos obpressosque a paucis esse*] Optimi: *ignaros omnium se venum a principibus datos Poeno, captos oppressosque a paucis esse*. J. FR. GRON. Post haec verba videtur requiri distinctio maxima. DUK. Ex sententia Cl. Dukeri locum distinxi, quod et omnes editores ante Gruterum fecerunt, cujus ultima ἔκδοσις perperam interpungere coepit. Praeterea *Poeno* etiam Flor. Paullo ante *verum*, pro *venum*, male Brancal. Latinii.

§. 7. *Adversus Karthaginienses arma verterunt*] Put. et Cantabr. hoc est, quod ego scio, duo optimi omnium codices, *Carthaginiensem*. quod non negligendum. et saepe simile occurrit. JAC. GRON. *adversus Karthaginiensem* etiam Flor. a m. 1. et Hearnii N. V. ad 3, 2, 11. Eamdem lectionem in optimis libris superesse, Crevier. monuit. Ita igitur edi jussi.

§. 8. *Paullo minus mille homines*] *minus quam mille* Ber. Sed supplementum est scribae vel interpretis. Locutionem Livianam inlustravi ad 3, 64, 10. et 10, 37, 3. *minus X homines* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Gaertn. *minus decem homines* Lov. 4. et Hearnii L. 1. ac D. *minus homines X*. Cantabr. Saepe notae numerales *X* et ∞ commutantur. V. ad 33, 14, 5. *minus duo M. homines* Lovel. 5.

§. 9. *Ad Hannibalem Salapiam venerunt*] *Salpiam* Lov. 1. 2. et Voss. V. Doct. Oudend. ad Lucani 5, 377. *Salapiam ad Hannibalem* transponunt iidem codd. et Ber. ac Gaertn. cum edd. ante Aldum.

§. 10. *Restituti Romanis*] Pal.

Digitized by Google

ea cum consule pacti, quam ut sine fraude Punicum emitteretur praesidium, ad consulem transtulerunt signa. Karthaginiensibus portae patefactae, emissique cum fide incolumes ad Hannibalem Salapiam venerunt. Arpi sine clade ullius, praeterquam unius veteris proditoris, novi perfugae, restituti ad Romanos. Hispanis duplicia cibaria dari jussa: operaque eorum forti ac fideli persaepe respublica usa est. Quum consul alter in Apulia, alter in Lucanis esset; equites centum duodecim nobiles Campani, per speciem praedandi ex hostium agro, permissu magistratuum ab Capua profecti, ad castra Romana,

9 10 11 12

pr. *restitutis ab Romanis.* sec. *restituti ad Romanis.* tert. *restituti ab Romanis.* GEBH. Put. *ab Romanos.* Voss. et Pall. *ab Romanis.* Lege *restituti ad Romanos.* Ut 2, [49, 7.] *Sospites brevi in patriam ad parentes restituant.* 27, [15, 2.] *Iisdem ferme diebus et ad Q. Fabium consulem Hirpini et Lucani dediderunt sese.* 28, [22, 5.] *Nec deditio tuta ad tam infestos videbatur.* J. FR. GRON. *restituti ab Romanis* Voss. Lov. quinque, Gaertn. Ber. a m. 1. Hafn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Moguntinam. *restituti ab Romanos* Flor. a m. 1. *ad Romanos* Flor. a m. 2. Harl. et Ber. a m. 2. quod recte Gronov. probavit, ac recepit. Supra 2, 13, 6. *Sospites omnes Romam ad propinquos restituit.* 5, 28, 4. *Romam inde sospites restituit.* Paullo ante *Arpini,* pro *Arpi*, male Lov. 2. Hav. et Brancal. Latinii.

§. 11. *Duplicia cibaria*] Hoc est, duplex frumentum. Lipsius 5. de Mil. Rom. 16. et Schelius ad Polyb. c. 7. DUK. V. ad 2, 59, 11.

§. 12. *Consulum alter in Apulia*] Ita quoque maluit loqui Livius 2, 17, 3. et 27, 7. 3, 4, 2. 9, 16, 2. ubi mutaverant, et c. 29, 3. et 32, 2. ubi vide. Sed quum, quidquid hoc est, ex voluntate Livii pendeat, eaque ex primis MSS. cognosci debeat; potius erit, ut hic cum Put. Voss. Gud. Cantabr. legamus *consul alter.* Sic quoque enim alibi saepe, et 32, 8, 3. Rursus 31, 6, 2. MS. Thuaneus mihi exhibebat, et patri Petav. *alteri consulum Aurelio,* non *consuli,* ut vulgo. JAC. GRON. *consulum alter* Livio familiaris est locutio. V. ad 9, 32, 2. Hic tamen verius esse *consul alter*, Gronovii codicibus consentiunt Flor. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. et plures Crevier. Id igitur recepi. Mox *equites centum duodecim*, vel *CXII*, omnes mei, ut et edd. usque ad Gruter. ultimam, quae copulativam *ac* inseruit. Eam, patientius a posterioribus editoribus servatam, iterum expunxi.

Permissu magistratuum ab Capua profecti] Credemusne ita

Digitized by Google

quae super Suessulam erant, venerunt. stationi militum, qui essent, dixerunt; conloqui sese cum
13 praetore velle. Cn. Fulvius castris praeerat: cui ubi nunciatum est, decem ex eo numero jussis inermibus deduci ad se, ubi, quae postularent, audivit, (nihil autem aliud petebant, quam ut, Capua recepta, bo-
14 na sibi restituerentur) in fidem omnes accepti. Et ab altero praetore Sempronio Tuditano oppidum Aternum expugnatum. amplius septem millia homi-

Livium scripsisse? At quot magistratus Capua habuit? non sane nisi unum, Medixtuticum Campanis nomihatum. Alibi Livio praetor quoque dicitur. Potius inducor, ut Livius scripserit *permissu magistratus*. Sic 23, 10, 5. *Egressus curia in templo magistratus consedit.* 26, 13, 2. *Is timor frequentem senatum magistratui praebuit.* Omnia de eadem Capua. JAC. GRON. Non credo, tantam urbem non nisi unum magistratum habuisse. Nec tamen rejicio conjecturam; verum non eam ob caussam, quae hic adfertur. Sed quia probabile est, hoc a solo Medixtutico, qui summus Campanis magistratus erat, 23, 35, 13. et 26, 6, 13. peti ac permitti potuisse. DUK. Omnes mei constanter *magistratuum* servant. Mox *conloqui sese*, pro *se*, Flor. Cant Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Froben. anni 1531. Pristinam lectionem restitui.

§. 13. *Decem ex eo numero jussis inermibus deduci ad se*] *jussis inermes deduci ad se* Lovel. 3. et 5. *jussit in eni*b Gaertn. *jussit inermibus* Lov. 1. Harl. Hav. et Voss. a m. 1. in cujus margine emendatur *jussit inermes*, quod etiam praeferunt Lovel. 2. 5. Ber. a m. 2. et Hafn. Neque aliter Brancal. Latinii, nisi quod insuper legat *duci*. Mox *nihil enim*, pro *autem*, Lov. 1. a. et Voss.

In fidem omnes accepti] Pal. 3. *accepit.* GEBHARD.

§. 14. *Aternum expugnatum. amplius septuaginta millia*] Ego in Gallia, ubi res gerebantur, *Aternum* non reperio. Quare vide, ne *Cliternum* sit legendum: quamquam plures *Cliternam*, et non *Cliternum*, scribant. Addo, quod *LXX millia hominum* eo loco capta scribunt, quod in nulla Galliae urbe, non modo in ignobili una, evenire potuisset. quare *septem millia* potius legerem. SABELL. Sabellicus hunc locum recte tractat, *Cliternum* et *septem millia* restituens. nimis enim magnus erat numerus *septuaginta millia hominum*. Quamquam fluminis Aterni mentio apud Plinium l. 3. tribus in locis. Fieri autem potuit, ut ejusdem nominis cum fluvio oppidum olim esset, ut saepius invenitur. GLAR. Phil. Cluverius 1. Italiae ant. 28. p. 289. reponit *Claternum*. JAC. GRON. Non videtur vel *Aternum* vel *Cliternum* locum habere posse. *Claternum* est in Gallia. Veram *Atrinum* legunt Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. et Harl. *Atriuum* Hav. *Atrium*

Digitized by Google

num capta, et aeris argentique signati aliquantum.
Romae foedum incendium per duas noctes ac diem 15
unum tenuit: solo aequata omnia inter Salinas ac
portam Carmentalem, cum Aequimaelio Jugarioque
vico: in templis Fortunae ac matris Matutae et Spei 16
extra portam, late vagatus ignis sacra profanaque
multa absumsit.

XLVIII. Eodem anno P. et Cn. Cornelii, quum 1
in Hispania res prosperae essent, multosque et vete-

Hearnii N. An forte legendum *Atria*, vel *Atrianum*? Deinde *LXX millia*, vel *septuaginta millia*, plerique codd. Ex Flor. excerptis non satis intelligo, quid in eo cod. scriptum fuerit. Refertur autem *lr* ∞ ∞.

§. 15. *Cum Aequimelio Jugularioque vico*] Sic vulgo scriptum reperio. Ego *Jugario* ejusdem Livii auctoritate legendum putavi; qui 27, [37, 14.] *A porta*, inquit, *Jugario vico in forum venit.* SABELL. Omnes aream, qua Sp. Melii domus steterat, *Aequimelium* appellant: certum autem etymon non adjiciunt neque Livius 4, [16, 1.] neque Valer. Max. 6, [3, 1.] Varro adjicit l. 4. [p. 37.] ait enim: *Aequimelium, quod aequata Melii domus publice, quod regnum occupare voluit.* Posset et hoc mirari aliquis, si Aequimelium area erat, ut vocat Valerius, qui ardere potuerit? Sed hoc pusillum. GLAR. V. Cic. pro Dom. 38. *Aequimaelio*, media syllaba per diphthongum, supra edidorunt viri docti ex sententia Sigonii. Recte igitur etiam hic ita reposuit Crevier. Praeterea *Jugularioque* est in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii N. L. 1. et edd. principibus. Sed recte Sabell. *Jugarioque*. Nomen enim habuisse *ab ara Junonis Jugae*, quae ibi fuit, testis est Fest. v. *Jugarius*.

§. 16. *Matris Matutae et Spei extra portam*] Put. uterque Pet. Voss. abolent τὸ *Spei*. J. FR. GRON. Hic locus argumento est, etiam optimos libros scriptos a librariis corruptos esse. Nam, *Spei*, vel omnibus reclamantibus, retinendum esse, ex ipso Liv. 25, 7, 6. constat. *Creati sunt triumviri reficiendis aedibus Fortunae, et Matris Matutae intra portam Carmentalem, sed et Spei extra portam, quae priori anno incendio consumtae fuerant.* DUK. Vocem *Spei* neglexerunt etiam librarii Flor. Cant. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. Hafn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Verum, neque Gronov. id probasse, constat inde, quod ad Plauti Pseud. 2, 4, 19. ex hoc loco et d. l. lib. 25. probet, Spei et Matris Matutae aedes vicinas fuisse, hanc intra portam Carmentalem, illam extra eamdem. Aedem hanc Spei extra portam Carmentalem in foro olitorio fuisse, docet Donat. 1. de urb. Rom. 9. Memorat etiam Spei aedem extra portam Trigeminam Livius 40, 51, 6.

§. 1. *In Africam quoque spem*

Digitized by Google

6 *sipiscat, et antiquam societatem respiciat. Quod si abire ab Romanis liceat, redire ad eos non liceat; cui dubium esse, quin brevi deserta ab sociis Romana res, foederibus Punicis omnia in Italia juncta vi-*
7 *sura sit? Se tamen non eum esse, qui Altinio fidei quidquam censeat habendum, sed mediam consecuturum*
8 *consilii viam. neque eum pro hoste, neque pro socio in praesentia habitum, libera custodia haud procul a castris placere in aliqua fida civitate servari per belli tempus: perpetrato bello, tum consultandum, utrum defectio prior plus merita sit poenae, an hic reditus*

respiciat. Est autem optima et gravissima sententia; et Thucydidea; Ὅυτε ἀνέλπιστον καταστῆσαι τοῖς ἀποστάσιν, ὡς ἔυκ ἔσαι μεταγνῶναι. MURET. 15. Var. lect. 16. Quemadmodum Scheghkius in Praemess. ep. 2. et Klockius in epist. quam edidit Cel. Burm. in Syllog. epist. tom. 1. p. 395. urendo secando, sive mutando transponendo, huic loco subcurrere conati sint, lector apud ipsos videre potest: ego iis recensendis, quum a vero non tantum, sed etiam a verisimilitudine plane aberrarint, non immorabor. Potius dicam, Gronov. 4. Obs. postquam p. 175. et 176. Glareani et Mureti conjecturas admitti non posse docuisset, primo p. 177. ita emendare, *ne qui socii a populo Romano desciscant, Poenum vocitent: documentum autem dicatur statui oportere.* postea vero p. 182. totum locum ita refingere: *Qui, quod illis potius agendum atque cogitandum sit, si quo modo fieri possit, ne qui socii populi Romani desciscant, id non cogitent; documentum autem dicant statui oportere.* Ei in plerisque adsentior, et non nisi in paucis, iisque levioribus, dissentio. Et quidem pro *et non vocitent*, quod omnes codd. etiam integerrimi, constanter servant, sed sensum commodum efficere nequit, optime cum correxisse puto *id non cogitent.* Certe id longe praestat, quam ut *vocitent* cum Doujatio exponamus, modo hos modo illos advocent, et partes mutent, aut emendemus *vacillent.* — Quod nuper etiam placuit Cl. Trillero 1. Obs. Crit. 10. — Praeterea vocem *Qui* recte a principio addit, ex conjectura quidem, sed quam confirmat Ber. Q, et virgula per caudam literae trajecta, scribens; ea autem nota facile mutari potest in aliam *et*, quam hujus pronominis loco servant Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Proxima ita scribunt plerique codd. *quum illud potius agendum atque eos cogitandum sit;* quorum loco eam, quam modo memoravi, lectionem refinxit. Hav. legit *quum illud potius agendum atque inter eos cogitandum sit;* quod ex interpolatione natum, facile largior. Mihi vulgatum *quum illud potius agendum atque eis cogitandum sit*

Digitized by Google

veniae. Fabio adsensum est. catenisque ligatus, tra- 9
ditur et ipse et comites: et auri satis magnum pon-
dus, quod secum tum adtulerat, ei servari jussum.
Calibus eum interdiu solutum custodes sequebantur: 10
nocte clausum adservabant. Arpis domi primum
desiderari quaerique est coeptus: dein fama, per to- 11
tam urbem vulgata, tumultum, ut principe amisso,
fecit: metuque rerum novarum extemplo nuncii ad
Hannibalem missi. Quibus nequaquam obsensus 12
Poenus, quia et ipsum, ut ambiguae fidei virum, su-
spectum jam pridem habebat, et caussam nactus

servandum videtur; possem tamen concedere, ut *eis* deleatur; id etiam, attamen difficilius, ut *illud* in *illis* mutetur; cur vero *quum* in *quod* mutandum foret, nondum adsequor. Non etiam adversor *a populo Romano* mutanti in *populi Romani*, quia praepositionem ignorant Flor. a m. 1. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. et Hav. Rationibus subductis, eam probavi lectionem, quam in contextum recepi, nihil conjecturae dans, nisi quod, ut Gronov. volebat, *id non cogitent*, pro *et non vocitent*, admiserim.

§. 7. *Qui Altinio fidei quidquam censeat habendum*] Plerique hic depravati sunt codd. Nam *fidei nequiquam* Flor. Voss. et Lov. 3. *fidei nequaquam* Lovel. 4. et Ber. *fidei nequicquam* Lov. 1. 2. 5. Harl. et Hav. *altro foederi nequicquam* Gaertn. *alienae fidei* Latinii Brancal. *Altino*, pro *Altinio*, Voss. Lov. quinque, Harl. et Hav. Mox §. seq. *civitate eum servari*, addita media voce, Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et typis exarati ante Aldum. Sed pronomen jam praecessit. Tum *prior defectio* Flor. et Harl. *defectio prima* Lovel. 4.

§. 5. *Catenisque ligatus, traditur et ipse et comites*] *catenisque ligatis* Flor. Voss. Lov. 3. et Hearnii N. Idem etiam Gronov. in optimis invenerat. Hinc 4. Obs. p. 182. conjicit, ut in Petav. juniore legitur, *catenisque ligati traditus et ipse et comites.* vel *catenisque traditus*, voce media omissa. Ceterum antiquissimae edd. *traditur*, cui Aldus substituit *traditus*; id autem obtinuit usque ad ultimam Gruteri ed. in quam iterum *traditur* receptum est, lectionem eam probantibus ac servantibus omnibus recentioribus. Interim tamen *traditus* est in Flor. Cant. Lov. 1. et Harl.

§. 11. *Tumultum, ut principe amisso, fecit*] Ita Gronov. ad 29, 1, 22. ex Put. et Pet. meliori emendabat, neque, cur spernatur, caussam esse, postea monuit 4. Obs. p. 182. Consentit Flor. et forte Cant. *ut pro principe* invenio in Harl. quod sibi quoque, vel *pro ut principe*, in aliis

Digitized by Google

erat tam ditis hominis bona possidendi vendendique;
13 ceterum ut irae magis, quam avaritiae, datum crederent homines, crudelitati quoque gravitatem addi-
14 dit: conjugemque ejus ac liberos in castra adcitos, quaestione prius habita, primum de fuga Altinii, deinde quantum auri argentique domi reliotum esset, satis cognitis omnibus, vivos combussit.

1 XLVI. Fabius, ab Suessula profectus, Arpos primum institit obpugnare. ubi quum a quingentis fere passibus castra posuisset, contemplatus ex propinquo situm urbis moeniaque, quae pars tutissima moenibus erat, qua maxime neglectam custodiam vidit, ea
2 potissimum adgredi statuit. Comparatis omnibus,

obvium fuisse Gronov. ibidem testatur. Antea edebatur *tumultum pro principe.*

Nuncii ad Hannibalem missi] Duo media vocabula reciduntur in Flor. Cant. Voss. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 2. ac N. Eadem se etiam in nullo cod. invenisse, atque hoc adsuto centunculo Livii verba exoneranda esse, monuit Gronov. 4. Obs. p. 183.

§. 13. *Crudelitati quoque gravitatem addidit*] *crudelitatem quoque gravitati* Flor. quod in Mstis nonnullis etiam Gronov. reperit; cui quum vulgata lectio displiceret, inde scribendum conjecit *crudelitatem quoque rapacitati addidit*, 4. Obs. p. 183. Cl. Joh. Alex. Roëllius malebat *crudelitatis quoque gravitatem addidit.*

§. 14. *Primum de fuga, deinde quantum auri*] *de fuga abinde quantum* Lov. 4. *de fuga deinde in quantum* Lov. 3. et Hearnii D. *de fuga aliunde quantum* ejusdem L. 1. et Cant. *de fuga, deinde aliunde in quantum* Voss. Lov. 1. et Hearnii N. *de fuga deinde aliunde quantum* Lov. 2. *de fuga aliunde in quantum* Flor. et nonnulli Gronovii codd. *de fuga aliinde in quantum* Put. cujus vestigiis insistens idem Gron. 4. Obs. p. 184. conjicit *de fuga Altinii, dein quantum.* Id autem recte substituit alteri conjecturae *de fuga Dasii*, quam in priori not. ed. proposuerat.

§. 1. *Ubi quum a mille fere passibus*] Put. *ad fere passibus*, expuncto *τοῦ mille.* ut et plane Pet. melior. Scribe *a quingentis fere passibus.* Numerus litera *D* significabatur. J. FR. GRON. Put. consentit codex Flor.

Qua maxime neglectam custodia vidit, ea potissimum] *quia maxime* Voss. Lov. 4. Harl. Ber. a m. 1. Gaertn. Hav. et pr. edd. *eam* etiam Lov. 4. et Ber. Sed recte *qua* primi restituerunt

Digitized by Google

quae ad urbes obpugnandas usui sunt, centurionum robora ex toto exercitu delegit, tribunosque viros fortes eis praefecit, et milites sexcentos, quantum satis visum est, adtribuit: eosque, ubi quartae vigiliae signum cecinisset, ad eum locum scalas jussit ferre. Porta ibi humilis et angusta erat, via infrequen- 3
ti per desertam partem urbis: eam portam scalis prius transgressos ad murum pergere, et ex interiore parte vi claustra refringere jubet, et tenentes partem urbis cornu signum dare, ut ceterae copiae admoverentur: parata omnia atque instructa sese habiturum. Ea inpigre facta: et, quod inpedimen- 4
tum agentibus fore videbatur, id maxime ad fallen-

Colon. anno 1525. Cervicorn. Ascens. anno 1530. et Frob. anno 1535. quod postea reliqui servarunt. Deinde *neglectam custodiam* Lov. 1. 2. 5. quod in Victor. repertum Cl. Crevier. in contextum recepit: qui et ejusdem cod. lectionem *videt* merito anteponi posse vulgato *vidit* existimat. Similiter apud me legunt Voss. Lov. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. omnesque, quas consului, edd. usque ad Aldum.

§. 3. *Eam portam scalis prius transgressos ad murum pergere*] Teste Cl. Crevier. Put. exhibet *transgressos amurum perire;* ultimae autem voci manus 2. superscripsit *ge*, unde id, quod vulgo legitur, propagatum, at contra ex vestigiis optimi codicis emendandum esse conjecit, *eam portam, scalis prius transgressos murum, aperire.* Non enim necesse esse, portam scalis transgressos ad murum pergere, quum in ipso muro sint. Contra, unam vocem transponens, loco male adfecto subcurrere conatur Cl. Joh. Alex. Roëllius, legendo *ad eam portam s. p. transgressos murum pergere:* non enim prius portam aperiebant, dein claustra refringebant.

Et ex interiore parte claustra refringere jubet] Pall. 1. 3. conjunctione *et* omissa, *ex interiore parte aut claustra refr.* sec. *ante claustra.* GEBH. Iidem pluresque boni *ex interiore parte aut claustra refringere jubet.* Scribe *vi claustra refringere jubet, et tenentes.* J. FR. GRON. *To et* deest etiam in Flor. Cant. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Verum illud interceptum videtur a sequenti *ex.* V. ad 44, 43, 3. Deinde *aut claustra* Flor. Cant. Lov. 2. 3. 4. Harl. et Hearnii Oxon. *ante claustra* Lov. 5. Hafn. Gaertn. et Hav. *at castra* Lov. 1. Gronov. pr. ed. not. legebat *et claustra refringere, et tenentes.* at praeferenda hoc loco proposita ejus conjectura. Mox *instructa esse habiturum*

Digitized by Google

dum adjuvit. imber, ab nocte media coortus, custodes vigilesque, dilapsos e stationibus, subfugere in tecta
5 coëgit: sonituque primo largioris procellae strepitum molientium portam exaudiri prohibuit; lentior deinde aequaliorque accidens auribus magnam par-
6 tem hominum sopivit. Postquam portam tenuerunt, cornicines in via paribus intervallis dispositos cane-
7 re jubent, ut consulem excirent. Id ubi factum ex composito est, signa efferri consul jubet, ac paullo ante lucem per effractam portam urbem ingreditur.
1 XLVII. Tum demum hostes excitati sunt, jam et

Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Harl. V. ad 40, 26, 5. *instructa sese esse habiturum* Ber. a m. 1. et edd. ante Ald. *instructa se esse habiturum* Ber. a m. 2.

§. 4. *Ad fallendum juvit. imber a nocte media coortus*] Put. *ad fallendum adjuvit. imber ab nocte.* Alii *imber ea nocte.* J. FR. GRON. Put. consentit Mstum Flor. *adjuvit* etiam quidam alii. *ea nocte* autem Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. et Harl. Utraque lectione juncta, *imber ab ea nocte media* Gaertn. Mox *delapsos*, pro *dilapsos*, Voss. Lov. 3. 4. 5. et Hav. V. ad 23, 45, 3. *lapsos e stationibus* Flor.

§. 5. *Strepitum demolientium portam exaudiri prohibuit*] Scripti *strepitum molientium portam exaudiri prohibuit.* 6, [11, 8.] *Non contentus agrariis legibus fidem moliri coepit.* id est, labefactare. 9, [3, 3.] *Num montes moliri sede sua paramus?* 25, [36, 10.] *Neque transilire, neque moliri objecta onera facile erat.* Tacit. 1. Annal. [39.] *Concursuque ad januam facto moliuntur fores.* 2, [82.] *Cursant per urbem, moliuntur templorum fores.* J. FR. GRON. Ita et Flor. Voss. Lov. 1. et Hearnii N. Supra 6, 33, 11. *Nec Romanos subeuntes moenia, molientesque obices portarum arcere possunt.* 23, 18, 2. *Moliri portas, et claustra refringere parat.* V. ad 9, 3, 3. et 25, 36, 10. Paullo ante *sonitusque primo* Harl. Gaertn. Hearnii D. et Branc. Latinii. Male. Referendum est enim ad imbrem. V. ad 22, 30, 10.

Lentior deinde aequaliorque accidens auribus] Pal. 2. *lentior aequabiliorque accedens auribus.* Reliqui quoque libri *accedens.* GEBH. *accedens* etiam Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et vett. edd. quod deinde Froben. anno 1531. in *accidens* mutavit. V. supra ad 10, 41, 7.

§. 6. *Posteaquam partem tenuerunt*] Omnes *Postquam portam tenuerunt.* J. FR. GRON. Illud *partem* ex operarum errore demum natum erat in ed. Francof. anni 1578. Non modo enim codd. omnes, sed etiam typis

Digitized by Google

imbre conquiescente, et propinqua luce. Praesi- 2
dium in urbe erat Hannibalis, quinque millia ferme armatorum: et ipsi Arpini tria millia hominum armabant. eos primos Poeni, ne quid ab tergo fraudis esset, hosti obposuerunt. Pugnatum primo in 3
tenebris angustisque viis est: quum Romani non vias tantum, sed tecta etiam proxima portae, occupassent, ne peti superne ac vulnerari possent. Cogni- 4
ti inter se quidam Arpinique et Romani; atque inde conloquia coepta fieri, percunctantibus Romanis, quid sibi vellent Arpini? quam ob noxam Romano- 5

exarati vetustiores *portam* obferunt. Ceterum Cl. Crevier. in quibusdam scriptis se *tenebant* invenisse monuit, quam lectionem ex meis servant Flor. et Cant. *tenebat* vero Harl. prioribus bonitate proximus.

§. 2. *Et ipsi Arpini tria millia hominum armabant*] Quid si *armarant* legamus? Neque enim eo ipso momento, quo Romani jam urbem ingrediebantur, tot millia hominum armare poterant. DUK. Ita quidem facile peccari potuit ob similitudinem τῶν *B* et *R*. V. ad 22, 24, 1. Codd. tamen nihil mutant; nisi quod omnia haec verba exsulent ab Hearnii L. 1. sola vox *hominum* a Lov. 4. et 5. In verbis autem praecedentibus τὸ *ferme* non adparet in Lov. 3. at, eo transposito, *ferme millia* legunt Ber. Gaertn. et typis vulgati ante Aldum. *millia fere* Harl. V. ad 37, 38, 5.

Ne quid ab tergo fraudis esset] Pal. 3. *fraudi esset*. GEBH.

§. 3. *Tecta etiam proxima portae occupassent*] *proxima parte* Voss. solito scribarum errore. V. ad 4, 46, 6. 10, 34, 9. aliisque locis. *proxima porta* Harl. unde conjici posset *proxima portam*. V. ad 8, 32, 12. Quum tamen omnes reliqui codd. dissentiant, ac vulgatum tueantur, unius istius librarium aberrasse puto, et quidem simili errore, ac supra notavi ad 6, 3, 8. Mox *peti superne aut vulnerari* Voss. Lov. 2. 4. Ber. Gaertn. et edd. Aldina priores. V. ad 21, 53, 3.

§. 5. *Quam ob noxam Romanorum, quod ob meritum Poenorum*] Pal. 2. *quam ob noxiam Romanorum, quod autem ob meritum P.* tert. *quod meritum Poen.* GEBH. Refinge cum Put. et Pet. *quod aut meritum*. quo et caeteri alludunt. J. FR. GRON. Est tamen satis insolens sermo *quod aut meritum*, pro *aut quod meritum*. Non incommode ex *aut* puto fieri posse *autem* Cic. pro Cluent. 9. *Quae deinde interceptio poculi? cur non de integro autem datum?* et 5. Fam. ep. 12. *Neque enim tu is es, qui, quid sis, nescias*, etc. *neque autem ego sum ita demens*. DUK. Optimis consentit Flor. *quod aut ob meritum* Hasn. Paullo ante §. praec. *Arpini et Romani* Lov.

Digitized by Google

rum, quod aut meritum Poenorum, pro alienigenis ac barbaris, Italici adversus veteres socios Romanos bellum gererent, et vectigalem ac ſtipendiariam Ita-
6 liam Africae facerent? Arpinis purgantibus, ignaros omnium se venum a principibus datos Poeno,
7 captos obpreſſosque a paucis eſſe. Initio orto, plures cum pluribus conloqui. poſtremo praetor Arpinus ab suis ad consulem deductus; ſideque data inter signa aciesque, Arpini repente pro Romanis ad-
8 versus Karthaginiensem arma verterunt. Hispani quoque, paullo minus mille homines, nihil praeterea

2. 4. Ber. omnesque, quas consului, edd. ante Aldinam. Male. V. ad 10, 30, 2.

Vectigalem ac stipendiariam Italiam Africae] Pal. 1. *vectigalem ad stipendia militaria Italiam*. GEBH. Ita et Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 4. atque Hav. *ac stipendia militaria* Flor. a m. 1. Cant. et Hafn.

§. 6. *Datos poene captos obpressosque a paucis esse*] Optimi: *ignaros omnium se venum a principibus datos Poeno, captos oppressosque a paucis esse*. J. FR. GRON. Poſt haec verba videtur requiri diſtinctio maxima. DUK. Ex sententia Cl. Dukeri locum diſtinxi, quod et omnes editores ante Gruterum fecerunt, cujus ultima ἔκδοσις perperam interpungere coepit. Praeterea *Poeno* etiam Flor. Paullo ante *verum*, pro *venum*, male Brancal. Latinii.

§. 7. *Adversus Karthaginienses arma verterunt*] Put. et Cantabr. hoc eſt, quod ego scio, duo optimi omnium codices, *Carthaginiensem*. quod non negligendum. et saepe simile occurrit. JAC. GRON. *adversus Karthaginiensem* etiam Flor. a m. 1. et Hearnii N. V. ad 3, 2, 11. Eamdem lectionem in optimis libris supereſſe, Crevier. monuit. Ita igitur edi juſſi.

§. 8. *Paullo minus mille homines*] *minus quam mille* Ber. Sed supplementum eſt scribae vel interpretis. Locutionem Livianam inluſtravi ad 3, 64, 10. et 10, 37, 3. *minus X homines* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Gaertn. *minus decem homines* Lov. 4. et Hearnii L. 1. ac D. *minus homines X*. Cantabr. Saepe notae numerales *X* et ∞ commutantur. V. ad 33, 14, 5. *minus duo M. homines* Lovel. 5.

§. 9. *Ad Hannibalem Salapiam venerunt*] *Salpiam* Lov. 1. 2. et Voſſ. V. Doct. Oudend. ad Lucani 5, 377. *Salapiam ad Hannibalem* transponunt iidem codd. et Ber. ac Gaertn. cum edd. ante Aldum.

§. 10. *Restituti Romanis*] Pal.

Digitized by Google

ea cum consule pacti, quam ut sine fraude Punicum emitteretur praesidium, ad consulem transtulerunt signa. Karthaginiensibus portae patefactae, emissi- 9
que cum fide incolumes ad Hannibalem Salapiam venerunt. Arpi sine clade ullius, praeterquam unius 10
veteris proditoris, novi perfugae, restituti ad Romanos. Hispanis duplicia cibaria dari jussa: operaque 11
eorum forti ac fideli persaepe respublica usa est. Quum consul alter in Apulia, alter in Lucanis esset; 12
equites centum duodecim nobiles Campani, per speciem praedandi ex hostium agro, permissu magistratuum ab Capua profecti, ad castra Romana,

pr. *restitutis ab Romanis.* sec. *restituti ad Romanis.* tert. *restituti ab Romanis.* GEBH. Put. *ab Romanos.* Voss. et Pall. *ab Romanis.* Lege *restituti ad Romanos.* Ut 2, [49, 7.] *Sospites brevi in patriam ad parentes restituant.* 27, [15, 2.] *Iisdem ferme diebus et ad Q. Fabium consulem Hirpini et Lucani dediderunt sese.* 28, [22, 5.] *Nec deditio tuta ad tam infestos videbatur.* J. FR. GRON. *restituti ab Romanis* Voss. Lov. quinque, Gaertn. Ber. a m. 1. Hafn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Moguntinam. *restituti ab Romanos* Flor. a m. 1. *ad Romanos* Flor. a m. 2. Harl. et Ber. a m. 2. quod recte Gronov. probavit, ac recepit. Supra 2, 13, 6. *Sospites omnes Romam ad propinquos restituit.* 5, 28, 4. *Romam inde sospites restituit.* Paullo ante *Arpini,* pro *Arpi*, male Lov. 2. Hav. et Brancal. Latinii.

§. 11. *Duplicia cibaria*] Hoc est, duplex frumentum. Lipsius 5. de Mil. Rom. 16. et Schelius ad Polyb. c. 7. DUK. V. ad 2, 59, 11.

§. 12. *Consulum alter in Apulia*] Ita quoque maluit loqui Livius 2, 17, 3. et 27, 7. 3, 4, 2. 9, 16, 2. ubi mutaverant, et c. 29, 3. et 32, 2. ubi vide. Sed quum, quidquid hoc est, ex voluntate Livii pendeat, eaque ex primis MSS. cognosci debeat; potius erit, ut hic cum Put. Voss. Gud. Cantabr. legamus *consul alter.* Sic quoque enim alibi saepe, et 32, 8, 3. Rursus 31, 6, 2. MS. Thuaneus mihi exhibebat, et patri Petav. *alteri consulum Aurelio,* non *consuli,* ut vulgo. JAC. GRON. *consulum alter* Livio familiaris est locutio. V. ad 9, 32, 2. Hic tamen verius esse *consul alter*, Gronovii codicibus consentiunt Flor. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. et plures Crevier. Id igitur recepi. Mox *equites centum duodecim*, vel *CXII*, omnes mei, ut et edd. usque ad Gruter. ultimam, quae copulativam *ac* inseruit. Eam, patientius a posterioribus editoribus servatam, iterum expunxi.

Permissu magistratuum ab Capua profecti] Credemusne ita

Digitized by Google

quae super Suessulam erant, venerunt. stationi militum, qui essent, dixerunt; conloqui sese cum
13 praetore velle. Cn. Fulvius castris praeerat: cui ubi nunciatum est, decem ex eo numero jussis inermibus deduci ad se, ubi, quae postularent, audivit, (nihil autem aliud petebant, quam ut, Capua recepta, bo-
14 na sibi restituerentur) in fidem omnes accepti. Et ab altero praetore Sempronio Tuditano oppidum Aternum expugnatum. amplius septem millia homi-

Livium scripsisse? At quot magistratus Capua habuit? non sane nisi unum, Medixtuticum Campanis nominatum. Alibi Livio praetor quoque dicitur. Potius inducor, ut Livius scripserit *permissu magistratus*. Sic 23, 10, 5. *Egressus curia in templo magistratus consedit.* 26, 13, 2. *Is timor frequentem senatum magistratui praebuit.* Omnia de eadem Capua. JAC. GRON. Non credo, tantam urbem non nisi unum magistratum habuisse. Nec tamen rejicio conjecturam; verum non eam ob caussam, quae hic adfertur. Sed quia probabile est, hoc a solo Medixtutico, qui summus Campanis magistratus erat, 23, 35, 13. et 26, 6, 13. peti ac permitti potuisse. DUK. Omnes mei constanter *magistratuum* servant. Mox *conloqui sese*, pro *se*, Flor. Cant Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Froben. anni 1531. Pristinam lectionem restitui.

§. 13. *Decem ex eo numero jussis inermibus deduci ad se*] *jussis inermes deduci ad se* Lovel. 3. et 5. *jussit in eni*ᵗ Gaertn. *jussit inermibus* Lov. 1. Harl. Hav. et Voss. a m. 1. in cujus margine emendatur *jussit inermes*, quod etiam praeferunt Lovel. 2. 5. Ber. a m. 2. et Hafn. Neque aliter Brancal. Latinii, nisi quod insuper legat *duci*. Mox *nihil enim*, pro *autem*, Lov. 1. 2. et Voss.

In fidem omnes accepti] Pal. 3. *accepit.* GEBHARD.

§. 14. *Aternum expugnatum. amplius septuaginta millia*] Ego in Gallia, ubi res gerebantur, *Aternum* non reperio. Quare vide, ne *Cliternum* sit legendum: quamquam plures *Cliternam*, et non *Cliternum*, scribant. Addo, quod *LXX millia hominum* eo loco capta scribunt, quod in nulla Galliae urbe, non modo in ignobili una, evenire potuisset. quare *septem millia* potius legerem. SABELL. Sabellicus hunc locum recte tractat, *Cliternum* et *septem millia* restituens. nimis enim magnus erat numerus *septuaginta millia hominum*. Quamquam fluminis Aterni mentio apud Plinium l. 3. tribus in locis. Fieri autem potuit, ut ejusdem nominis cum fluvio oppidum olim esset, ut saepius invenitur. GLAR. Phil. Cluverius 1. Italiae ant. 28. p. 289. reponit *Claternum*. JAC. GRON. Non videtur vel *Aternum* vel *Cliternum* locum habere posse. *Claternum* est in Gallia. Verum *Atrinum* legunt Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. et Harl. *Atriuum* Hav. *Atrium*

Digitized by Google

num capta, et aeris argentique signati aliquantum. Romae foedum incendium per duas noctes ac diem 15
unum tenuit: solo aequata omnia inter Salinas ac portam Carmentalem, cum Aequimaelio Jugarioque vico. in templis Fortunae ac matris Matutae et Spei 16
extra portam, late vagatus ignis sacra profanaque multa absumsit.

XLVIII. Eodem anno P. et Cn. Cornelii, quum 1
in Hispania res prosperae essent, multosque et vete-

Hearnii N. An forte legendum *Atria*, vel *Atrianum*? Deindè *LXX millia*, vel *septuaginta millia*, plerique codd. Ex Flor. excerptis non satis intelligo, quid in eo cod. scriptum fuerit. Refertur autem *lr* ∞ ∞.

§. 15. *Cum Aequimelio Jugularioque vico*] Sic vulgo scriptum reperio. Ego *Jugario* ejusdem Livii auctoritate legendum putavi; qui 27, [37, 14.] *A porta*, inquit, *Jugario vico in forum venit*. SABELL. Omnes aream, qua Sp. Melii domus steterat, *Aequimelium* appellant: certum autem etymon non adjiciunt neque Livius 4, [16, 1.] neque Valer. Max. 6, [3, 1.] Varro adjicit l. 4. [p. 37.] ait enim: *Aequimelium, quod aequata Melii domus publice, quod regnum occupare voluit*. Posset et hoc mirari aliquis, si Aequimelium arca erat, ut vocat Valerius, qui ardere potuerit? Sed hoc pusillum. GLAR. V. Cic. pro Dom. 38. *Aequimaelio*, media syllaba per diphthongum, supra edidorunt viri docti ex sententia Sigonii. Recte igitur etiam hic ita reposuit Crevier. Praeterea *Jugularioque* est in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii N. L. 1. et edd. principibus. Sed recte Sabell. *Jugarioque*. Nomen enim habuisse *ab ara Junonis Jugae*, quae ibi fuit, testis est Fest. v. *Jugarius*.

§. 16. *Matris Matutae et Spei extra portam*] Put. uterque Pet. Voss. abolent τὸ *Spei*. J. FR. GRON. Hic locus argumento est, etiam optimos libros scriptos a librariis corruptos esse. Nam, *Spei*, vel omnibus reclamantibus, retinendum esse, ex ipso Liv. 25, 7, 6. constat. *Creati sunt triumviri reficiendis aedibus Fortunae, et Matris Matutae intra portam Carmentalem, sed et Spei extra portam, quae priori anno incendio consumtae fuerant*. DUK. Vocem *Spei* neglexerunt etiam librarii Flor. Cant. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. Hafn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Verum, neque Gronov. id probasse, constat inde, quod ad Plauti Pseud. 2, 4, 19. ex hoc loco et d. l. lib. 25. probet, Spei et Matris Matutae aedes vicinae fuisse, hanc intra portam Carmentalem, illam extra eamdem. Aedem hanc Spei extra portam Carmentalem in foro olitorio fuisse, docet Donat. 1. de urb. Rom. 9. Memorat etiam Spei aedem extra portam Trigeminam Livius 40, 51, 6.

§. 1. *In Africam quoque spem*

Digitized by Google

res reciperent socios, et novos adjicerent, in Afri-
2 cam quoque spem extenderunt. Syphax erat rex Numidarum, subito Karthaginiensibus hostis factus: ad eum centuriones tres legatos miserunt, qui cum
3 eo amicitiam societatemque facerent; et pollicerentur, si perseveraret urguere bello Karthaginienses,

extenderunt] *ostenderunt* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav.

§. 2. *Syphax rex erat Numidarum*] Atqui, quod hic ponit, non aeque pusillum, neque, quo pacto verum sit, facile judicatu, cum 28, [17, 4.] contra *Massaesylorum* regem esse Syphacem dicat. Massaesyli sane ad Molochath flumen sunt, Numidae ad Ampsagam, et illorum regia Siga, ubi Syphax aditus a Scipione: horum autem Cirtha, postea colonia Romana. Non eo tamen inficias, Numidarum nomen longe patere: tum Masanissam postea, capto Syphace, Massaesylorum dominum factum. At nos de praesenti disputamus tempore. Sed illa magis dubia, quae de Masanissa continuo post subnectit Livius, Syphacem ab eo ingenti victum proelio in Maurusios Numidas, qui extremi prope Oceanum adversus Gadeis colant, fugisse. Intelligit autem Mauros et Tingitanam provinciam. Propius igitur Carthaginenseis aliqua saltem parte Galae regnum fuisset, longius vero Syphacis, quod mihi suspectum. Sed libris sequentibus latius ea tractabimus. GLAR. Hunc eundem *Masaesulorum* regem fuisse, scribit 28, [17, 4.] his verbis: *Syphacem primum regem statuis tentare. Masaesulorum is rex erat.* Et lib. 29, [32, 14.] *Masaesulorumque fines, id Syphacis regnum erat.* Egregie: erant enim *Masaesuli* et *Massyli* Numidiae populi, ut est apud Dionysium de Situ orbis [vers. 187.]

Τοῖς δ' ἐπὶ δὴ Νομάδων παραπέπταται ἄσπετα φῦλα,
Ἔνθα Μασαισύλιοί τε καὶ ἀγρόνομοι Μασυλῆες
Βόσκονται.

Et Appian. in Libyc. [p. 6.] *Νομάδων δὲ τῶν ἐν Λιβύῃ δυνάσαι μὲν ἦσαν κατὰ μέρη πολλοί, Σύφαξ δὲ ὑπὲρ ἅπαντας καὶ τιμὴν εἶχε πρὸς τῶν ἄλλων ἐπιφανῆ.* Quod autem *Massanisam Masaesulorum* item regem vocat, mendose pro *Massylorum* vocat: siquidem hoc libro haud ita multo post [hoc cap.] ait: *Galam Massanisae patrem in altera parte Numidiae, Massylia ea gens vocatur, regnasse.* Et Appian. in Libyc. [p. 6.] ait *Μασσυλίων δ' ἂν γένους ἀλκίμου παῖς ἦν τοῦ βασιλέως Μασσανίσης.* De Masaesulis autem sic Stephanus: *Μασαισυλία χώρα Λιβύης προσεχὴς τῇ τῶν Μαυρουσίων. Τὸ ἐθνικὸν Μασαισύλιοι, καὶ Μασαισυλιεῖς, καὶ Μασαισυλῖται.* De Massylis autem sic: *Μάσσυλοι Λιβυκὸν γένος. Πολύβιος ἐν ἑβδόμῳ Μασσουλεῖς αὐτοὺς φησί.* Et Eustath. in Dionys. *Μασσυλῆας δὲ Πολύβιος Μασσουλεῖς γράφει.* Hoc autem ita esse, tum demum credidi, cum, veteribus libris Livianis et epitomarum diligenter inspectis, *Masaesulos Syphaci*, *Massylios Massanisae* aperte tribui vidi. Cujus rei nodum implicuit

Digitized by Google

gratam eam rem fore senatui populoque Romano, et adnisuros, ut in tempore, et bene cumulatam gratiam referant. Grata ea legatio barbaro fuit: 4 conlocutusque cum legatis de ratione belli gerundi, ut veterum militum verba audivit, quam multarum rerum ipse ignarus esset, ex comparatione tam or-

magis, quam solvit, Glareanus. †. „Glareanus neutiquam im„plicat. Tu implicas tuis allega„tionibus et reticentia. Quin ex„plicas, in quibus nationibus aut „Africae locis habitent *Massyli*, „et in quibus *Masaesyli*." †. SIG. Pall. tres plerumque scriptum continent *Sifax*, quod semel notasse sufficiat. GEBH. Recte Sigon. proprie *Syphacem Masaesylorum*, *Masinissam Massylorum* reges fuisse statuit. V. quae notavi ad Silii 16, 171. ubi docui, errasse Dausquejum, qui id invertebat, et, ut sententia haec obtineret, multa Livii loca, ex quibus contrarium patebat, contra fidem codicum emendare conabatur. V. infra hoc cap. §. 13. 28, 17, 4. 29, 29, 10. 30, 11, 1. Ceterum populum, cui Masinissa praefuit, *Massylios* vocat Sigon. quem v. ad Epit. h. lib. et ad 30, 11, 1. Verum Graecis quidem *Μασσύλιοι*, at Latinis passim *Massyli* vocantur. Quum autem ita hic viri docti ediderint, eamdem scribendi rationem ubique infra l. 29. et 30. in Livio restitui. Denique multi etiam codd. *Sifax*, vel *Siphax*. Sed *Syphax* verum est. Graecis est *Σύφαξ*.

§. 3. *Et adnixuros, ut in tempore, et bene cumulatam gratiam referant*] Pal. 1. *et admisuros*. Verum est *annisuros*, quod praestant reliqui. GEBH. *adnisuros* etiam Flor. Lov. 2. et alii. V. ad 2, 50, 9. Deinde *in tempore ei bene cumulatam* Lov. 5. V. ad 41, 15, 6.

§. 4. *De ratione belli gerendi*] Pal 1. *gerundi*. GEBH. Optimi *gerundi*. J. FR. GRON. Ita legunt, uno vel altero tantum dissentiente, omnes mei. At *belligerandi* Hearnii N. Quum tamen reliqui dissentiant, nihil muto. Similiter etiam supra variabatur 22, 39, 9.

Tam ordinatae disciplinae animadvertit] Pall. tres *animum advertit*. GEBH. Iidem *animum advertit*. Dolabella ad Ciceronem 9. Fam. 9. *Quamobrem quid aut ille sperare possit, aut tu, animum adverte pro tua prudentia*. Caesar 1. de Bell. Gall. [24.] *Postquam id animum advertit, copias suas Caesar in proximum collem subducit*. Eodemque propius finem [c. 52.] *Eam partem minime firmam hostium esse, animum adverteret*. 4, [12.] *Atque id frater, qui proelio excesserit, procul animum advertisset*. Iterumque [c. 25.] *Quod ubi Caesar animum advertit, naves longas* etc. Et postea [c. 32.] *Ex omnibus partibus tela conjici animum advertit*. 7, [25.] *Nec facile adiri apertos ad auxiliandum animum advertebant*. Sic constanter omnibus bis locis membranae Menardi. Sallustius Jug. 69. *Vaccenses ubi animum advertere, ad se versum exercitum pergere*. Eodem c. 93. *Animum ad-*

Digitized by Google

5 dinatae disciplinae, animum advertit. Tum, primum ut pro bonis ac fidelibus sociis facerent, oravit, *ut duo legationem referrent ad imperatores suos; unus apud sese magister rei militaris remaneret. rudem ad pedestria bella Numidarum gentem esse, equis*
6 *tantum habilem. Ita jam inde a principiis gentis*

vertit inter saxa repentes cochleas. Nam et sic utrobique meliores libri. J. FR. GRON. *animum advertit* etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. Harl. Gaertn. et Hav. *animum avertit* non multum dissentiens Lov. 2. Livio autem et aliis locis usitata est formula loquendi *animum* vel *animos advertere.* Exempla obcurrunt 4, 45, 4. hoc lib. c. 18, 2. 45, 5, 2. et alibi. Sic quidam codd. infra praeferunt 40, 29, 11. *Quum animum advertisset, pleraque dissolvendarum religionum esse.* Vulgo editur *animadvertisset.* Alibi etiam librarii *animum advertere* in *animadvertere* mutarunt. V. J. Fr. Gronov. ad 28, 14, 6. Jac. Gronov. ad 26, 19, 1. Eumdem et Graev. ad Cic. de Amic. 26. et Corte ad Sall. Jug. 93.

§. 5. *Tum primum ut pro bonis ac fidelibus sociis facerent, oravit, ut duo legationem*] Videtur *τὸ ut* superesse. Sufficit enim: *Tum primum ut pro bonis ac fidelibus sociis agerent, oravit; duo legationem referrent.* J. FR. GRON. Sane sufficere posset, si Livium ita voluisse constaret. Tunc autem verisimile foret, posterius *ut* natum esse ex ultimis literis istius vocabuli, quod particulam hanc praecedit. V. ad 42, 63, 5. Verum omnes codd. utroque loco *τὸ ut* defendunt; quare non sine gravi caussa alterutro loco ei controversia movenda est: pro gravi autem caussa haberi nequit, quod modo praecesserit. Nam, ita saepissime Livium voculam hanc geminasse, vidimus ad 1, 17, 11. Cl. Crevier. legendum contendit *Tum, hoc*, vel *id, primum ut pro bonis ac fidelibus sociis facerent, oravit, ut duo.* Emendationem vero adstruxit loco ex 35, 46, 12. *Id primum eos pro amicis facturos, si insula excedant.* Si alterutram voculam recipi necesse judicabitur, praestare videtur, ut legamus: *Tum, primum id pro bonis* etc. Locutionem *primum id* inlustrant, quae notavit Gronov. ad 1, 29, 3.

Unus apud sese magister rei militaris remaneret] Perperam Pal. 1. *rediret.* nisi voluerit *resideret*, quod reperitur in Pal. 3. GEBH. Put. *retieret.* Petav. Men. Pal. *rediret.* Petav. et Pal. alteri *resideret.* quod an genuinum sit, considera. J. FR. GRON. *rediret* Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. et Hearnii L. 1. ac N. *resideret* Harl. Vulgatum praeferendum videtur.

§. 6. *Ita se a pueris insuetos*] Libri omnes *insuetum.* GEBH. Etiam Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et edd. vett. *a puero insuetum* Ber. a m. 2. et Hafn. *a pueris insuetos* primum vidi apud Aldum, quod reliqui codd. servant, et rectum est. Mox *hostes fidentes* Flor. et Hav. *hostes* etiam Lov. 3.

Digitized by Google

majores suos bella gessisse, ita se a pueris insuetos. Sed habere hostem pedestri fidentem Marte: cui si aequari robore virium velit, et sibi pedites comparandos esse; et ad id multitudine hominum regnum 7 *abundare: sed armandi, ornandique et instruendi eos artem ignorare. omnia, velut forte congregata*

§. 7. *Cui se aequari robore virium velit*] Pal. 2. *cui si aequari robore virium vellet.* GEBH. *cui si aequari* primus edidit Gruter. in ultima ed. eaque lectio, in nonnullis codd. obvia, proba est.

Armandi, ordinandique et instruendi] Sic primus apud me Aldus. Priores ab Andrea ad Mogunt. cum scriptis Put. Pet. utroque, reg. Men. *armandi, ornandique et instruendi eos artem ignorare.* Non temere est. 27, [13, 10.] *Postero die armati ornatique ad edictum aderant.* 40, [47, 8.] *Tribunisque militum imperat, ut ornari omnes copias peditum equitumque et decurrere jubeant armatas.* Tacitus 3. Hist. [63.] *Flavianus exercitus, ut ad proelium intentus ornatusque.* Sic contra *deforme agmen* 9, [6, 3.] de exarmatis, et sub jugum missis ad furculas Caudinas. *Ipsa lux ita deforme intuentibus agmen omni morte tristior fuit.* Et 41, [3, 4.] *Vix mille ducenti ex tanta multitudine, qui arma haberent, perpauci equites, qui equos secum eduxissent, inventi sunt; caetera deformis turba, velut lixarum calonumque.* J. FR. GRON. *ornandique* supereft quoque in Flor. Cant. Lov. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. ac D. Supra 1, 43. 8. *Pedestri exercitu ornato distributoque.* 7, 10, 5. *Armatum adornatumque adversus Gallum stolide laetum producunt.* c. 14, 7. *Agasones partim captivis, partim aegrorum armis ornatos inponit.* 10, 40, 12. *Insequitur acies ornata armataque.* 44, 1, 6. *Ornato exercitu obviam venienti consuli processit.* Similiter *ornare classem, naves.* V. 9, 30, 4. 21, 50, 7. 40, 26, 8. 42, 45, 7. 43, 9, 5. aliique locis. Plura v. apud Rhenan. ad Taciti 3. Hist. 63. N. Heins. et Cel. Burm. ad Nas. 9. Her. 103. et Duker. ad Flori 1, 16, 7. Passim autem verba *ornare*, et *ordinare* in scriptis commutantur. V. ad 1, 43, 8. 9, 30, 4. (*40, 36, 5.) Viros doctos ad Val. Max. 9, 1, ext. 2. et ad Suet. Caes. 18. atque Aug. 12.

Omnia, velut forte congregata turba sua, inscia ac temeraria esse] Pet. Flor. Voss. *omnia velut f. c. turbasuaisca.* Put. *omnia, velut forte congregata turba suasca ac temeraria esse.* Unde Salmasius: *omnia, velut forte congregata turba, vasca ac temeraria esse.* Ego accipiebam *vesca.* Est enim *vescus*, sive a *ve* et *esca* copulatum, ut placet A. Gellio l. 16, 5. sive a *vescor*, ut sit quasi adesus, idem quod infirmus, gracilis, tenuis, victus, subtilis. Lucilius: *fastidiosum et vescum vivere.* id est, infirmum, corpore male sano. Afranius: *Puer est vescis imbecillus viribus.* Virg. 3. Georg. [175.] *vescas salicum frondes*, id est, *vietas et teneras: nam vescum hoc est proprie, unde et telae aranearum vescae vocantur.* Sic puto scripsisse Ser-

Digitized by Google

8 *turba, vasta ac temeraria esse.* Facturos se in praesentia, quod vellet, legati responderunt: fide accepta, ut remitteret extemplo eum, si imperato-
9 res sui non comprobassent factum. Q. Statorio nomen fuit, qui ad regem remansit. Cum duobus Romanis reliquis Numida legatos in Hispaniam misit

vium non *siccas et teneras.* Telae autem *vescae* quid aliud, quam subtiles? Eidem Virg. 4. Georg. [131.] *vescum papaver*, non quod esui est, ut interpretatur Servius frigido epitheto et contra proprietatem vocis; sed quod Plinius l. 20, 19. de una specie caeteris comparata effert, et de omni verum est, si cum aliis seminibus compares, exile. Prorsus ita Lucretius 1, [327.] *Mare quae impendent vesco sale saxa peresa.* Non ob edendi intensionem, ut censet Gellius, sed, vel subtili, vel molli, quale est sal, sive salum maris. Ovidio [3. Fast. 446.] *vesca farra*, quae opponuntur grandibus. Haud repugno tamen doctissimo Rubenio *vasta* reponenti. J.FR.GRON. *Vasca*, quam vocem Salmasius gloriatur ex ducentis esse, a se Latino solo redonatis, per me licet exsulet; si *vascas tibias* excipias. Glossarium quidem MS. ex quo profert: *Vascum, inane, leve*, corruptum esse non dubito, et *Vastum, inane*, scribendum. Servius sane *vasto rex Aeolus antro* explicat *concavo*, et ex Clodio adducit: *Vasta, inania, magna.* Nec in Gellio quidquam mutandum esse existimo. 19, 9. *Sed ne nos, id est, nomen Latinum, tamquam profecto vastos atque insubidos ἀναφροδισίας condemnetis.* Et alibi *vasto insubidoque ingenio.* Ubi Salmasius *vascos* et *vasco* substituit, cui non assentior. *Vastum* enim idem, quod agreste, rusticum, incompositum, inconditum. Cicero de Orat. 1, [25.] *Sed sunt quidam aut ita lingua haesitantes, aut ita voce absoni, aut ita vultu motuque corporis vasti atque agrestes.* Et ne hic quoque *vasci* rescribamus, obstat Nonius, qui hunc locum Ciceronis citat in v. *Vastum.* Iterum Cicero paullo post: *Quis vestrum aequalem meum Q. Valerium, vastum hominem atque foedum, non intelligit* etc. Rursus 3. Orat. [12.] *Ex quo sic locutum esse ejus patrem judico, sic majores, non aspere, ut ille, quem dixi, non vaste, non hiulce, sed presse, et aequabiliter, et leniter.* Et ibidem [43.] *Id assequemini, si verba extrema cum consequentibus primis ita jungetis, ut ne aspere concurrant, neu vastius diducantur.* Auctor ad Herenn. 4, [12.] *Ea conservabitur, si fugiemus crebras vocalium concursiones, quae vastam atque hiantem orationem reddunt.* Denuo Cic. 5. Tuscul. [27.] *Quae barbaria India vastior atque agrestior?* Existimo itaque et Livium scripsisse: *omnia, velut congregata forte turba, vasta ac temeraria esse.* Buslid. praefert, *sua ista ac temeraria.* ALB. RUBEN. Non video caussam, cur viri docti ejiciendum putaverint *sua*, quod et in scriptis et in editis aliis est, nec quidquam obest sensui, sive conjungas *velut forte congregata turba sua*, sive *omnia sua.* DUK. *turba sunisca* Lov. 1. *turba sua ista* Lov. 3. 4. Plerique reliqui

Digitized by Google

ad accipiendam fidem ab imperatoribus Romanis. iisdem mandavit, ut protinus Numidas, qui intra 10
praesidia Karthaginiensium auxiliares essent, ad transitionem perlicerent. Et Statorius ex multa ju- 11
ventute regi pedites conscripsit: ordinatosque proxime morem Romanum, instruendo et decurrendo

vulgatum servant: quod etiam de Oxon. suis Hearne testatur. Salmasius autem conjecturam, quam hic refellunt Gronov. et Ruben. proposuit ad Vopisci Carin. 19. et in Exercit. Plin. p. 87. Eamdem refellit, et similiter hic *vasta* legendum esse docet etiam Vossius ad Melae 3, 3. in princ. Mox §. seq. *respondent*, pro *responderunt*, Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

§. 9. *Qui apud regem remansit*] Sic prima in museo meo Modiana. Scripti omnes editique prius *ad regem*. V. ad 7, 7, 4. J. FR. GRON. *apud regem* ante Modium praetulerunt plures edd. Sigonii, item Paris. anni 1573. et Francof. anni 1578. Veram autem lectionem *ad regem*, quam servant quoque omnes mei, vindicavit etiam Gronov. 4. Obs. 6. p. 87.

Cum duobus Romanis relata Numida legatosque] Vet. lib. *relata, Numidasque legatos*. ut praeter Romanos legatos, quos remisit, Numidas et ipsum misisse intelligamus. SIG. Sic Sigonius e vetere libro: et sic jam Bechar. duo Veneti, Ascensius, Saveterius ediderant. Andreas et alii scriptique complures: *relata Numida legatosque*, aut *relata Numida legatos*. An *relata* sunt responsa vel narrata? Ovidius 6. Met. [214.]

Adjectura preces erat his Latona relatis.

Put. *Cum duobus Romanis relata Numidis legatos*. Notabile, quod habet Juntas, *Cum duobus Romanis legatis Numida legatos*. Sic lege, vel potius totum illud *relata* dele. J. FR. GRON. Junt. ed. lectionem cum Gronov. probat etiam Crevier. neque mihi [etiam] spernenda videretur, si Msti eam calculo suo probarent. Ant. Perizon. voce *relata* expuncta, ad oram Livii scribendum conjicit *Cum duobus Romanis Numida legatos in Hispaniam*. Doujatius tentari posse existimat *rata ea Numidasque legatos*, idque exponit, rem sibi convenisse cum his duobus, scripsit ad Scipiones Syphax. Verum non scripsisset ea rata Syphax, sed potius petiisset, ut Scipiones rata habere vellent, quae cum legatis Romanis egisset. *Cum duobus Romanis relata Numidis legatos* ostentant Flor. et Harl. *Numidis legatis* Gaertn. *Numida legatos* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Ber. *Cum duobus Romanis reliquis Numida legatos in Hispaniam misit* Hafn. et Hav. quod, donec verior scriptura ex integriore libro proferatur, probavi ac recepi.

Ad capiendam fidem] Vet. lib. *ad accipiendam*. SIG. Ita cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. etiam omnes codd. quibus usus sum, praeter unum Lov. 5. qui vulgatum servat.

§. 10. *Qui intra portas seu praesidia Karthaginiensium*] Put.

Digitized by Google

12 signa sequi, et servare ordines docuit: et operi aliisque justis militaribus ita adsuefecit, ut brevi rex non equiti magis fideret, quam pediti; conlatisque aequo campo signis, justo proelio Karthaginiensem ho-
13 stem superaret. Romanis quoque in Hispania legatorum regis adventus magno emolumento fuit. nam-

et Pet. antiquior non agnoscunt *τὰ portas seu.* J. FR. GRON. Non agnoscit etiam Flor. Mox *essent* exsulat a Flor. Voss. Lov. 3. Harl. et Gaertn. *erant* praefert Hav.

§. 12. *Operi aliisque institutis militaribus*] Omnis manus *justis.* de quo 4. Obs. 6. Habet et Andreas Romae, sed non Tarv. aut Venet. expressus: adeo doctius fuit, quam ut diu ferrent. Praeterea fortassis *opere.* Caesar 1. Civ. [44.] *Cum Lusitanis reliquisque barbaris genere quodam pugnae adsuefacti.* V. ad 31, 35, 3. J. FR. GRON. Saepe decerni non potest, tertius, an sextus, casus sit, qui verbo *adsuefacere* jungitur. In Caesare liquet sextum esse, ut et in Cic. 3. de Orat. 10. *Quorum sermone adsuefacti qui erant.* Sed tertium addit Plinius 10. H. Nat. 43. *Is mature sermoni adsuefactus.* et Frontin. 4, 2, 4. *disciplinae adsuefactis.* Ita mihi hoc loco non magis quidquam contra libros scriptos tentandum videtur, quam in Cicer. 2. Catil. 5. ubi pro eo, quod editur, *Stuprorum et scelerum exercitatione adsuefactus frigore et fame, et siti ac vigiliis perferendis,* Muretus malebat *frigori et fami.* DUK. *justis* etiam omnes mei. V. Cortium ad Sall. Jug. 11. *Adsuefactus* autem utrum tertio an sexto casui jungatur, dubia etiam est scriptura codd. et edd. apud Val. Max. 8, 7, ext. 15.

§. 13. *Transitiones crebrae ab Numidis coeptae fieri*] Sequitur: *Ita cum Syphace Romanis juncta amicitia est.* Optimi *coepta,* pro *juncta.* Quae res facit, ut praecedenti membro *τὸ coeptae* suppositicium credam. J. FR. GRON. *coepta amicitia est* etiam Flor. et Cant. Non tamen propterea praecedenti *coeptae* controversiam moveo, sed potius existimo, scribarum, qui *coepta amicitia* dederunt, menti vocem, quae modo praecesserat, adhuc obversatam esse, eosque illam hic male repetiisse. Tale exemplum habuimus supra 9, 26, 3. et saepe alibi notavimus. Similia plura exempla v. ad Silii 8, 468. *Jungere* autem *amicitiam cum aliquo* Livius saepe dixit. V. ad 35, 12, 9.

Extemplo ad Galam] Pal. 1. *ad Calam.* sec. *ad Callam.* quod hic semel observetur. GEBH. *ad Calam* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Harl. *ad Kalam* Lov. 4. *ad Gilam* Gaertn. *ad Gallam* Ber. Hav. et Lov. 5.

Massyla ea gens vocatur] Vet. lib. *Massylia.* SIG. Sigonius supra hoc cap. notat, Massanissam mendose regem *Masaesylorum* vocari, pro *Massylorum:* hocquo ita esse tum demum credidit, cum, veteribus lib. Livianis et epitomarum diligenter inspectis, *Masaesulos Syphaci, Massyliosque Massanisae* aperte tribui vidit. Contra quem Claud. Dausquejus per-

Digitized by Google

que ad famam eorum transitiones crebrae ab Numidis coeptae fieri. Ita cum Syphace Romanis juncta amicitia est. Quod ubi Karthaginienses acceperunt, extemplo ad Galam, in parte altera Numidiae (Massyli ea gens vocatur) regnantem, legatos mittunt.

XLIX. Filium Gala Masinissam habebat, septem 1

tendit, Syphacem fuisse regem *Massylorum*, sive *Μασσυλιδίων*; *Masaesylorum* vero seu *Μασσαισυλέων* Masanissam. *Mauros* praeterea sive *Maurusios* paruisse Syphaci; *Numidas* vero Masanissae, quamvis et Syphacis subjecti, communicato nomine, appellati *Numidae*. Ex his et hic legendum censet *Masaesylaea gens vocatur*. Certe doctissimi illius viri conjecturam videntur adjuvare Pall. codd. quorum 1. ac 3. *Messulia*, sec. *Messula* oggerit. Denique prisca ed. *Massulia ea gens vocatur*. GEBH. *Massyla* nulli ex scriptis. Sigonius ex vet. lib. *Massylia*. Men. *Messulia*. quomodo et Gud. et Petav. Voss. *Messillia*. Cantabr. *Mesulia*. Sic illi errant. Putean. *Maesuli*. Inde corrigendum est *Massyli ea gens*. Quae certa et perpetua Livii consuetudo. 1, 30, 4. *Sabinis genti opulentissimae*. c. 57, 1. *Rutuli gens praepollens*. 26, 25, 6. *In Maedos duxit*. *Incurrere ea gens solita erat*. 28, 17, 5. *Masaesyli gens affinis Mauris*. et 46, 9. *Ingauni, ea Ligurum gens est*. et passim. JAC. GRON. *Mesulla* Hav. *Mesulia* Flor. Lov. 4. et Hearnii L. 1. *Messulia* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hearnii N. *Massulia* Ber. Hafn. Gaertn. et edd. antt. Male Dausquejo consentit Gebhardus. V. supra hoc cap. ad §. 2. Omnino probanda est conjectura Cl. Gronovii. Auctor Epit. Liv. 135. *Salassi, gens Alpina, perdomiti*.

§. 1. *Filium Gala Masanissam habebat*] *Massanisam*. Graeci enim *Μασσανίσης*. Vet. lib. *Massanisa*. SIG. Pal. 2. vocat *Masinissam*. sec. *Massinissam*. tert. *Maximissam* Vet. ed. cum Pal. 2. GEBH. *Massinissam* Lov. 2. 4. 5. et Hav. *Masinissam* Flor. Voss. Lov. 1. 3. Harl. Ber. Gaertn. aliique codd. Infra auctor est Gronov. ad 25, 34, 2. optimum, Voss. et alios scriptos semper *Masinissam* praeferre. V. quae notavi ad Silii 16, 117. Adde Vorst. ad Val. 1, 1, ext. 2. et Cortium ad Sallust. Jug. 5. (* v. ad 45, 13, 12.)

Septem et decem annos natum] Optimi cancellant *τὸ et*. J. FR. GRON. In hoc numero vitium esse, firmis rationibus demonstrat Cl. Wesseling. 1. Obs. 29. Masinissam nonaginta annos vixisse, Polyb. in Excerpt. Peiresc. p. 174. Lucian. in Macrob. p. 471. et Appian. in Punic. p. 64. scribunt. Majorem nonagenario mortuum Val. Max. 8, 13, ext. 1. et Epit. Liv. 50. Idque etiam ex libro Cic. de Senectute, de qua sermonem Catonis cum Scipione et Laelio anno U. C. DCCIII. Flaminino et Acilio consulibus habitum fingit c. 5. quodammodo confici potest. Nam Masinissam tum annos XC. natum fuisse dicit Cato c. 10. Obiisse autem Masinissam A. V. DCCV. quo Manilius pro consule in Africa erat, constat ex Val. Max. 5, 2, 3. (* l. ext. 4.) Ex quibus omnibus consequens est,

Digitized by Google

12 signa sequi, et servare ordines docuit: et operi aliisque justis militaribus ita adsuefecit, ut brevi rex non equiti magis fideret, quam pediti; conlatisque aequo campo signis, justo proelio Karthaginiensem ho-
13 stem superaret. Romanis quoque in Hispania legatorum regis adventus magno emolumento fuit. nam-

et Pet. antiquior non agnoscunt *τὰ portas seu.* J. FR. GRON. Non agnoscit etiam Flor. Mox *essent* exsulat a Flor. Voss. Lov. 3. Harl. et Gaertn. *erant* praefert Hav.

§. 12. *Operi aliisque institutis militaribus*] Omnis manus *justis.* de quo 4. Obs. 6. Habet et Andreas Romae, sed non Tarv. aut Venet. expressus: adeo doctius fuit, quam ut diu ferrent. Praeterea fortassis *opere.* Caesar 1. Civ. [44.] *Cum Lusitanis reliquisque barbaris genere quodam pugnae adsuefacti.* V. ad 31, 35, 3. J. FR. GRON. Saepe decerni non potest, tertius, an sextus, casus sit, qui verbo *adsuefacere* jungitur. In Caesare liquet sextum esse, ut et in Cic. 3. de Orat. 10. *Quorum sermone adsuefacti qui erant.* Sed tertium addit Plinius 10. H. Nat. 43. *Is mature sermoni adsuefactus.* et Frontin. 4, 2, 4. *disciplinae adsuefactis.* Ita mihi hoc loco non magis quidquam contra libros scriptos tentandum videtur, quam in Cicer. 2. Catil. 5. ubi pro eo, quod editur. *Stuprorum et scelerum exercitatione adsuefactus frigore et fame, et siti ac vigiliis perferendis,* Muretus malebat *frigori et fami.* DUK. *justis* etiam omnes mei. V. Cortium ad Sall. Jug. 11. *Adsuefactus* autem utrum tertio an sexto casui jungatur, dubia etiam est scriptura [illegible] odd. et edd. apud [illegible] Max. 8, [illegible] ext. 15.

§. 13. *Transitiones crebrae ab Numidis coeptae fieri*] Sequitur: *Ita cum Syphace Romanis juncta amicitia est.* Optimi *coepta,* pro *juncta.* Quae res facit, ut praecedenti membro *τὸ coeptae* suppositicium credam. J. FR. GRON. *coepta amicitia est* etiam Flor. et Cant. Non tamen propterea praecedenti *coeptae* controversiam moveo, sed potius existimo, scribarum, qui *coepta amicitia* dederunt, menti vocem, quae modo praecesserat, adhuc obversatam esse, eosque illam hic male repetiisse. Tale exemplum habuimus supra 9, 26, 3. et saepe alibi notavimus. Similia plura exempla v. ad Silii 8, 468. *Jungere* autem *amicitiam cum aliquo* Livius saepe dixit. V. ad 35, 12, 9.

Extemplo ad Galam] Pal. 1. *ad Calam.* sec. *ad Callam.* quod hic semel observetur. GEBH. *ad Calam* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Harl. *ad Kalam* Lov. 4. *ad Gilam* Gaertn. *ad Gallam* Ber. Hav. et Lov. 5.

Massyla ea gens vocatur] Vet. lib. *Massylia.* SIG. Sigonius supra hoc cap. notat. Massanissam mendose regem *Masaesylorum* vocari, pro *Massylorum:* hocquo ita esse tum demum credidit, cum, veteribus lib. Livianis et epitomarum diligenter inspectis, *Masaesulos Syphaci, Massyliosque Massanisae* aperte tribui vidit. Contra quem Claud. Dausquejus per-

Digitized by Google

que ad famam eorum transitiones crebrae ab Numidis coeptae fieri. Ita cum Syphace Romanis juncta amicitia est. Quod ubi Karthaginienses acceperunt, extemplo ad Galam, in parte altera Numidiae (Massyli ea gens vocatur) regnantem, legatos mittunt.

XLIX. Filium Gala Masinissam habebat, septem 1

tendit, Syphacem fuisse regem *Massylorum*, sive Μασσυλιάων; *Masaesylorum* vero seu Μασσαισυλέων Masanissam. *Mauros* praeterea sive *Maurusios* paruisse Syphaci; *Numidas* vero Masanissae, quamvis et Syphacis subjecti, communicato nomine, appellati *Numidae*. Ex his et hic legendum censet *Masaesylaea gens vocatur*. Certe doctissimi illius viri conjecturam videntur adjuvare Pall. codd. quorum 1. ac 3. *Messulia*, sec. *Messula* oggerit. Denique prisca ed. *Massulia ea gens vocatur*. GEBH. *Massyla* nulli ex scriptis. Sigonius ex vet. lib. *Massylia*. Men. *Messulia*. quomodo et Gud. et Petav. Voss. *Messillia*. Cantabr. *Mesulia*. Sic illi errant. Putean. *Maesuli*. Inde corrigendum est *Massyli ea gens*. Quae certa et perpetua Livii consuetudo. 1, 30, 4. *Sabinis genti opulentissimae*. c. 57, 1. *Rutuli gens praepollens*. 26, 25, 6. *In Maedos duxit*. *Incurrere ea gens solita erat*. 28, 17, 5. *Masaesyli gens affinis Mauris*. et 46, 9. *Ingauni, ea Ligurum gens est*. et passim. JAC. GRON. *Mesulla* Hav. *Mesulia* Flor. Lov. 4. et Hearnii L. 1. *Messulia* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hearnii N. *Massulia* Ber. Hafn. Gaertn. et edd. antt. Male Dausquejo consentit Gebhardus. V. supra hoc cap. ad §. 2. Omnino probanda est conjectura Cl. Gronovii. Auctor Epit. Liv. 135. *Salassi, gens Alpina, perdomiti*.

§. 1. *Filium Gala Masanissam habebat*] *Massanisam*. Graeci enim Μασσανίσης. Vet. lib. *Massanisa*. SIG. Pal. 2. vocat *Masinissam*. sec. *Massinissam*. tert. *Maximissam* Vet. ed. cum Pal. 2. GEBH. *Massinissam* Lov. 2. 4. 5. et Hav. *Masinissam* Flor. Voss. Lov. 1. 3. Harl. Ber. Gaertn. aliique codd. Infra auctor est Gronov. ad 25, 34, 2. optimum, Voss. et alios scriptos semper *Masinissam* praeferre. V. quae notavi ad Silii 16, 117. Adde Vorst. ad Val. 1, 1, ext. 2. et Cortium ad Sallust. Jug. 5. (* v. ad 45, 13, 12.)

Septem et decem annos natum] Optimi cancellant τὸ *et*. J. FR. GRON. In hoc numero vitium esse, firmis rationibus demonstrat Cl. Wesseling. 1. Obs. 29. Masinissam nonaginta annos vixisse, Polyb. in Excerpt. Peiresc. p. 174. Lucian. in Macrob. p. 471. et Appian. in Punic. p. 64. scribunt. Majorem nonagenario mortuum Val. Max. 8, 13, ext. 1. et Epit. Liv. 50. Idque etiam ex libro Cic. de Senectute, de qua sermonem Catonis cum Scipione et Laelio anno U. C. ıocıiı. Flaminino et Acilio consulibus habitum fingit c. 5. quodammodo confici potest. Nam Masinissam tum annos xc. natum fuisse dicit Cato c. 10. Obiisse autem Masinissam A. V. ıocv. quo Manilius pro consule in Africa erat, constat ex Val. Max. 5, 2, 3. (* l. ext. 4.) Ex quibus omnibus consequens est,

Digitized by Google

12 signa sequi, et servare ordines docuit: et operi aliisque justis militaribus ita adsuefecit, ut brevi rex non equiti magis fideret, quam pediti; conlatisque aequo campo signis, justo proelio Karthaginiensem ho-
13 stem superaret. Romanis quoque in Hispania legatorum regis adventus magno emolumento fuit. nam-

et Pet. antiquior non agnoscunt *τὰ portas seu.* J. FR. GRON. Non agnoscit etiam Flor. Mox *essent* exsulat a Flor. Voss. Lov. 3. Harl. et Gaertn. *erant* praefert Hav.

§. 12. *Operi aliisque institutis militaribus*] Omnis manus *justis.* de quo 4. Obs. 6. Habet et Andreas Romae, sed non Tarv. aut Venet. expressus: adeo doctius fuit, quam ut diu ferrent. Praeterea fortassis *opere.* Caesar 1. Civ. [44.] *Cum Lusitanis reliquisque barbaris genere quodam pugnae adsuefacti.* V. ad 31, 35, 3. J. FR. GRON. Saepe decerni non potest, tertius, an sextus, casus sit, qui verbo *adsuefacere* jungitur. In Caesare liquet sextum esse, ut et in Cic. 3. de Orat. 10. *Quorum sermone adsuefacti qui erant.* Sed tertium addit Plinius 10. H. Nat. 43. *Is mature sermoni adsuefactus.* et Frontin. 4, 2, 4. *disciplinae adsuefactis.* Ita mihi hoc loco non magis quidquam contra libros scriptos tentandum videtur, quam in Cicer. 2. Catil. 5. ubi pro eo, quod editur, *Stuprorum et scelerum exercitatione adsuefactus frigore et fame, et siti ac vigiliis perferendis,* Muretus malebat *frigori et fami.* DUK. *justis* etiam omnes mei. V. Cortium ad Sall. Jug. 11. *Adsuefactus* autem utrum tertio an sexto casui jungatur, dubia etiam est scriptura codd. et edd. apud Val. Max. 8, 7, ext. 15.

§. 13. *Transitiones crebrae ab Numidis coeptae fieri*] Sequitur: *Ita cum Syphace Romanis juncta amicitia est.* Optimi *coepta,* pro *juncta.* Quae res facit, ut praecedenti membro *τὸ coeptae* suppositicium credam. J. FR. GRON. *coepta amicitia est* etiam Flor. et Cant. Non tamen propterea praecedenti *coeptae* controversiam moveo, sed potius existimo, scribarum, qui *coepta amicitia* dederunt, menti vocem, quae modo praecesserat, adhuc obversatam esse, eosque illam hic male repetiisse. Tale exemplum habuimus supra 9, 26, 3. et saepe alibi notavimus. Similia plura exempla v. ad Silii 8, 468. *Jungere* autem *amicitiam cum aliquo* Livius saepe dixit. V. ad 35, 12, 9.

Extemplo ad Galam] Pal. 1. *ad Calam.* sec. *ad Callam.* quod hic semel observetur. GEBH. *ad Calam* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Harl. *ad Kalam* Lov. 4. *ad Gilam* Gaertn. *ad Gallam* Ber. Hav. et Lov. 5.

Massyla ea gens vocatur] Vet. lib. *Massylia.* SIG. Sigonius supra hoc cap. notat, Massanissam mendose regem *Masaesylorum* vocari, pro *Massylorum:* hocque ita esse tum demum credidit, cum, veteribus lib. Livianis et epitomarum diligenter inspectis, *Masaesulos Syphaci, Massylios Massanisae* aperte tribui vidit. Contra quem Claud. Dausquejus per-

Digitized by Google

que ad famam eorum transitiones crebrae ab Numidis coeptae fieri. Ita cum Syphace Romanis juncta amicitia est. Quod ubi Karthaginienses acceperunt, extemplo ad Galam, in parte altera Numidiae (Massyli ea gens vocatur) regnantem, legatos mittunt.

XLIX. Filium Gala Masinissam habebat, septem 1

tendit, Syphacem fuisse regem *Massylorum*, sive Μασσυλιάων; *Masaesylorum* vero seu Μασσαισυλέων Masanissam. *Mauros* praeterea sive *Maurusios* paruisse Syphaci; *Numidas* vero Masanissae, quamvis et Syphacis subjecti, communicato nomine, appellati *Numidae*. Ex his et hic legendum censet *Masaesylaea gens vocatur*. Certe doctissimi illius viri conjecturam videntur adjuvare Pall. codd. quorum 1. ac 3. *Messulia*, sec. *Messula* oggerit. Denique prisca ed. *Massulia ea gens vocatur*. GEBH. *Massyla* nulli ex scriptis. Sigonius ex vet. lib. *Massylia*. Men. *Messulia*. quomodo et Gud. et Petav. Voss. *Messillia*. Cantabr. *Mesulia*. Sic illi errant. Putean. *Maesuli*. Inde corrigendum est *Massyli ea gens*. Quae certa et perpetua Livii consuetudo. 1, 30, 4. *Sabinis genti opulentissimae*. c. 57, 1. *Rutuli gens praepollens*. 26, 25, 6. *In Maedos duxit*. *Incurrere ea gens solita erat*. 28, 17, 5. *Masaesyli gens affinis Mauris*. et 46, 9. *Ingauni, ea Ligurum gens est*. et passim. JAC. GRON. *Mesulla* Hav. *Mesulia* Flor. Lov. 4. et Hearnii L. 1. *Messulia* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hearnii N. *Massulia* Ber. Hafn. Gaertn. et edd. antt. Male Dausquejo consentit Gebhardus. V. supra hoc cap. ad §. 2. Omnino probanda est conjectura Cl. Gronovii. Auctor Epit. Liv. 135. *Salassi, gens Alpina, perdomiti*.

§. 1. *Filium Gala Masanissam habebat*] *Massanisam*. Graeci enim Μασσανίσης. Vet. lib. *Massanisa*. SIG. Pal. 2. vocat *Masinissam*. sec. *Massinissam*. tert. *Maximissam* Vet. ed. cum Pal. 2. GEBH. *Massinissam* Lov. 2. 4. 5. et Hav. *Masinissam* Flor. Voss. Lov. 1. 3. Harl. Ber. Gaertn. aliique codd. Infra auctor est Gronov. ad 25, 34, 2. optimum, Voss. et alios scriptos semper *Masinissam* praeferre. V. quae notavi ad Silii 16, 117. Adde Vorst. ad Val. 1, 1, ext. 2. et Cortium ad Sallust. Jug. 5. (* v. ad 45, 13, 12.)

Septem et decem annos natum] Optimi cancellant τὸ *et*. J. FR. GRON. In hoc numero vitium esse, firmis rationibus demonstrat Cl. Wesseling. 1. Obs. 29. Masinissam nonaginta annos vixisse, Polyb. in Excerpt. Peiresc. p. 174. Lucian. in Macrob. p. 471. et Appian. in Punic. p. 64. scribunt. Majorem nonagenario mortuum Val. Max. 8, 13, ext. 1. et Epit. Liv. 50. Idque etiam ex libro Cic. de Senectute, de qua sermonem Catonis cum Scipione et Laelio anno U. C. 1DCIII. Flaminino et Acilio consulibus habitum fingit c. 5. quodammodo confici potest. Nam Masinissam tum annos XC. natum fuisse dicit Cato c. 10. Obiisse autem Masinissam A. V. 1DCV. quo Manilius pro consule in Africa erat, constat ex Val. Max. 5, 2, 3. (* l. ext. 4.) Ex quibus omnibus consequens est,

Digitized by Google

et decem annos natum, ceterum juvenem ea indole, ut jam tum adpareret, latius regnum opulentiusque,
2 quam accepisset, facturum. Legati, *quoniam Syphax se Romanis junxisset, ut potentior societate eorum adversus reges populosque Africae esset,* docent;
3 *melius fore Galae quoque, Karthaginiensibus jungi quam primum, antequam Syphax in Hispaniam, aut Romani in Africam transeant; obprimi Syphacem, nihildum praeter nomen ex foedere Romano*
4 *habentem, posse.* Facile persuasum Galae, filio deposcente id bellum, ut exercitum mitteret: qui, Kar-

Masinissam circa A. V. ıɔxiii. natum, et A. V. ıɔxl. cujus res hic exsequitur Livius, viginti septem annorum fuisse. Nam, qui eum xc. annos vixisse tradunt, numero rotundo xc. non habita ratione unius alteriusve excurrentis, dixisse existimari debent. Nec tamen valde repugno, si quis hic *XXV* legendum potius putet. Nam quum scriptores veteres haec non scripserint ad calculos sedentes, non facile est ea ad accuratissimam rationem redigere. Recte quoque idem vir Clariss. animadvertit in Epit. Liv. 48. perperam scribi, Carthaginienses a Masinissa *annos nonaginta duos habente* victos esse, et *duosdenonaginta* emendandum esse. Et ita diserte de hac pugna Appian. in Pun. p. 39. ὀγδοήκοντα καὶ ὀκτὼ γεγονώς ἔτη; ubi hoc in consulatum Luculli et Albini, id est annum ıɔcii. confert. DUK. In numero nihil mutant scripti, nisi quod Flor. confirmet optimorum Gronov. lectionem, et, particulam connectentem omittens, scribat *septem decem annos.* V. ad 29, 37, 6.

Ejus regnum opulentius, quam quod accepisset] Pal. tert. *quam accepisset.* GEBH. Iidem *latius opulentiusque regnum, quam accepisset.* Quod una defectum litera, caetera verum est. Scribendum namque, *ut jam appareret, latius regnum opulentiusque, quam accepisset, facturum.* Virgil. 1. Aen. [21.] *Populum late regem.* 4, [199.]

Templa Jovis centum latis immania regnis.

Horatius 2. od. 2.

Latius regnes avidum domando
Spiritum.

Quintil. Decl. cclxviii. *Atheniensium civitatem quondam late principem.* Possis alioquin et *majus.* J. FR. GRON. Silius 2, 61.

Battiades latum imperio sceptrisque regebat.

Codd. mei nihil mutant, nisi quod quidam, omissa una voce, praeferant *quam accepisset.*

§. 2. *Ut potentior societate eorum adversus reges populosque Africae esset, donec melius fore Galae*] Opinor *docent melius*

Digitized by Google

thaginiensium legionibus conjunctis, magno proelio Syphacem devicit. Triginta millia eo proelio hominum caesa dicuntur. Syphax cum paucis equitibus 5 in Maurusios ex acie Numidas (extremi prope oceanum adversus Gades colunt) refugit: adfluentibusque ad famam ejus undique barbaris, ingentes brevi copias armavit. cum quibus antequam in Hispa- 6 niam angusto diremtam freto trajiceret, Masinissa cum victore exercitu advenit: isque ibi cum Syphace ingenti gloria per se, sine ullis Karthaginiensium opibus, gessit bellum. In Hispania nihil memorabi- 7

fore. VALLA. Pal. tert. *ut potentiore societate eorum.* Statim pr. et tert. *donec melius foret.* sec. *donec melius fore Gallae quoque Carthaginensibus jungi suadent.* Vulgata lectio sustinetur ab ant. ed. GEBH. Optimi *donec* servant. Unus Hav. *Africae esset, id ajebant, melius fore.* Hafn. *id agebant.* Sed Valla haud male emendavit.

§. 4. *Karthaginiensium legionibus conjunctis*] *Karthaginiensibus* Flor. Lov. 1. 4. Harl. Ber. et Hav. Praeterea *mitteret exercitum* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Neque aliter edd. usque ad Froben. anni 1531. quae voces transposuit.

§. 5. *In Maurusios ex acie Numidas*] Legendum puto *Numidis*, quasi cum paucis equitibus Numidis refugerit. Hoc facio, ne Maurusios in Numidia reponamus, quo nihil potest esse ineptius. SIG. Sigonius *Numidis.* Muretus eam vocem inducit. J. FR. GRON. Cellarius 4. Geogr. ant. 8. eam in laudando loco Livii omittens, videtur probasse sententiam Mureti. DUKER.

§. 6. *Cum quibus antequam in Hispaniam angusto diremtam freto*] Pal. pr. *ut cum quibus in Hispaniam.* tert. *utrum quibus in Hispaniam.* GEBH. *ut cum quibus antequam in Hispaniam* Lov. 1. *ut cum quibus in Hispaniam* Lov. 4. et Voss. pro varia lectione, qui *utrum quibus in Hispaniam* praefert in contextu, consentientibus Flor. Cant. Lov. 2. et Harl. *cum quibus in Hispaniam* Lov. 3. et Hav. Deinde *direptam* Voss. Lovel. 1. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et quaedam ex edd. vett. V. ad 37, 32, 7. *directam* Lov. 4. V. ad 32, 10, 8.

§. 7. *Eadem mercede, quae pacta cum Karthaginiensibus erat*] Pal. pr. *qua pacta.* sec. et vet. ed. *quam pacta.* tert. *quae facta.* GEBH. Ut Horatius [3, 3, 21.] *destituit Deos Mercede pacta Laomedon.* Sed Put. et Pet. *qua.* alii *quam.* Forte *quam pacti cum Carthaginiensibus erant.* Justin. 2, [15.] *Proditionis praemium cum Xerxe nu-*

Digitized by Google

le geſtum, praeterquam quod Celtiberum juventutem eadem mercede, qua pacta cum Karthaginiensibus erat, imperatores Romani ad se perduxerunt:
8 et nobiliſſimos Hispanos supra trecentos in Italiam ad sollicitandos populares, qui inter auxilia Hanni-

ptias filiae ejus paciscitur. Noſter lib. seq. [c. 33, 3.] *Paciscitur magna mercede cum Celtiberorum principibus, ut copias inde abducant.* J. FR. GRON. Vulgatum *quae pacta* in nullo apud me cod. supereſt, sed omnium proxime accedit Flor. *quae facta* praeferens. V. ad 3, 19, 12. Reliqui legunt *qua facta*, vel *qua pacta*, quam ultimam lectionem servant Cant. Voſſ. inter versus, Lov. 5. Hav. et Hearnii Oxon. *quam pacta* Ber. et quaedam ex antt. edd. Cl. Crevier. adversus duorum optimorum, quos Gronov. laudavit, fidem, communem editorum lectionem *quae pacta* defendit, eamque longe clariorem et expeditiorem vocat: a quo, pace ejus, diſſentio. Partim enim non video, clarius et expeditius eſſe, si dicam *merces paciscitur*, quam *paciscitur mercedem*, vel *mercede*. Praeterea Gronovius quidem *qua pacta* ex duobus tantum, sed omnium optimis codd. laudavit, quibus nunc tot Gebhardi, Hearnii, ac mei accedunt; at lectio *quae pacta*, quam Crevier. praeferendam putat, ne unus quidem meorum, Gebhardi, vel Hearnii firmant, immo ne communis quidem omnium edd. scriptura eſt. Certe *quam pacta* legunt Rom. anni 1472. Parm. Tarvis. utraque, Ven. anni 1495. Ascens. anni 1510. et aliae. Gronovius conjicit, *quam pacti erant.* Qua forma supra dixit Livius 10, 46, 12. *Pactus centum millia gravis aeris et stipendium ejus anni militibus.* 26, 50, 7. *Hanc mercedem unam pro eo munere paciscor.* 36, 32, 1. *Pecuniam pactus insulam Achaeis tradidit.* Idem vero Gronov. in pr. ed. not. adhaerebat optimorum codd. lectioni *qua pacta*; a quo cur poſtea disceſſerit, legitimam causam non video. Nam et haec forma loquendi Livio frequens eſt. 10, 37, 5. *Vestimentis militum frumentoque pacti cum consule, ut mitti Romam oratores liceret.* c. 46, 10. *Pecunia grandi pactos, ut abire inde liceret.* 38, 15, 11. *Pacti quinquaginta talentis pacem impetraverunt.* e. 24, 4. *Spem reditus ad suos certo auri pondere pactus.*

§. 8. *Hispanos supra trecentos inde in Italiam ad sollicitandos*] *Τὸ inde* relegant omnes fere boni libri. J. FR. GRON. Eamdem voculam ignorant etiam omnes Hearnii Oxon. et mei, praeter Ber. et Gaertn. quorum poſterior legit *supra ar. inde in Italiam.* At loco *τοῦ inde* eſt *mil'* vel *millia* in Hearnii L. 1. et in contextu Voſſ. *milites* in ejusdem margine, et in Lov. 1. atque Hav. *Hispanos trecentos in Italiam* legit Hearnii D.

Ad sollicitandos populares, qui inter auxilia Hannibalis erant, miserunt] Relativum in Cantabr. non exſtat; nec dubito, quin a pluribus MSS. abſit, etsi excerptores neglexerint. Legendum enim, *ad sollicitandos populares* (*inter auxilia Anni-*

Digitized by Google

balis erant, miserunt. Id modo ejus anni in Hispania ad memoriam insigne est, quod mercenarium militem in castris neminem ante, quam tum Celtiberos, Romani habuerunt.

balis erant) miserunt. JAC. GRON. Una hirundo non facit ver. Retinenda est scriptura vulgata, donec plures libros scriptos cum uno illo consentire constabit. Nam certe Latina est. Cap. 48, 10. *Ut protinus Numidas, qui intra praesidia Carthaginiensium auxiliares essent, ad transitionem perlicerent.* DUK. Neque ego unius istius cod. auctoritate vulgatum mutarem. Attamen *qui* primo omissum fuerat in Flor. sed postea inter versus adscriptum fuit.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google